
37
37 C
17



DISPUTATIONES THEOLOGICÆ

In Primam Partem

SUMMAE THEOLOGIÆ

SANCTI THOMAE,

EDITAE

AB ADMODUM REVERENDO PATRE


FR. PAULO MARIA CAUVINO DE NICÆA

ORDINIS PRAEDICATORUM

SACRÆ THEOLOGIÆ MAGISTRO,

Ac in Collegio Casanatensi de Urbe Theologo.

TOMUS TERTIUS.



ROMÆ, M. DCC. XVII.

Typis Dominici Antonii Herculis in via Parionis.

SUPERIORUM PERMISSU.

SANCTISSIMO PATRI,
AC DOMINO NOSTRO
CLEMENTI XI.
PONTIFICI MAXIMO.

COLLEGIUM CASANATENSE ORDINIS PRÆDICATORUM

SEMPITERNAM FELICITATEM.



UOD hæc tertia Pars Theologicorum Operum, quæ Pater Magifter Frater Paulus Maria Cauvinus Nicienfis noftri Collegii Cafanatenfis Theologus confcripfit, Tuo, BEATISSIME PATER, illuftrata nomine in lucem prodeat, nemini videri mirum debet. Non una enim de caufa tanto illa nomini debebatur: & primò quidem, quod hujus Operis Theologici Scriptor eam quoque TUAE SANCTITATI nuncupare conftituerat, fibi non defuturum PONTIFICIAE CLEMENTIAE favorem, quem aliis prioribus fuæ Theologiæ Partibus propitium noverat, fpe non inani arbitratus: dein quod majus, atque fpectatius non poffe illi obvenire decus, fi fortè alia fufcepiffet confilia, non ignorabat. In eam iccirco fpem animum erexerat, qua in mentem induxerat fuam libro non aliunde profectò eximium magis allatum iri honorem, nec illuftre magis præfidium adfuturum. Et quidem prudentiore confilio profpicere fibi, fuifque Operibus non poterat, cum nec mente fibi fingere quid inter homines excelfius, nec voto quidquam fibi proponere auguftius poffet. Sua tamen fpe, fuifque votis illum mors dejecit, cum Operis editio ad finem prope acceffcrat, quo factum, ut quæ optabat, perficere integrum illi non fuerit. Cum autem ejus mentem perfpectam jam non obfcurè haberemus, ejus voluntatem fecuti, obfequiumque cum eo confociantes, ne Liber alio præfidio, quàm PONTIFICIO tutus, ornatufque prodiret, ut Patri Cauvino in optatis erat, noftrum effe judicavimus.

mus. Nec ſpe vana nos illectos putamus, ſi tuam, BEATISSIME PATER, clementiam, qua Cauvinum, dum in vivis erat, quàm benigniſſimè complectebaris, huic ejus Operi, quod Tibi offerimus, pollicemur. Præterquamquod enim ob ſuam rerum Theologicarum non vulgarem peritiam, religioſam, inculpatamque morum probitatem, atque ſinceram, nec ullo fucatam affectu in Sedem Apoſtolicam obſervantiam ſe non indignum præſtitit, qui ſe TUAE BEATITUDINI vivens probaret, ei quoque vita functo, ſed in ſuis Operibus viventi Tuam, BEATISSIME PATER, non defuturam Humanitatem, quæ præclariſſimas Tuas inter virtutes locum non poſtremum obtinet, facile nobis perſuademus, cum CLEMENTEM XI. quamvis ea dignitate, qua nulla in terris major, venerabilem ſuſpiciamus, eum eſſe noverimus, cui dignitatis magnitudo, tuendæ Majeſtatis obtentu nequaquam imponat, nec ſuadeat, ut ſupercilio ad ſe accedentes abſterreat. Quæ quidem cum explorata non obſcure habeamus, *Majeſtate tam dignanter cedente*, (ut D. Bernardus Eugenium III. alloquitur in Præfatione lib. I. de conſideratione) *Quidni cedat pudor*? Hoc Tua faceſſere juſſo Humanitate, ſpes alacrior nos allicit fore ut benigno animo noſtri Collegii Caſanatenſis humillimam in Te, BEATISSIME PATER, obſervantiam unà cum Opere tibi conſecrato amplectaris. Id ut facias, (quod quidem Te facturum ſperamus) ſupplici petimus obſequio, quod planè TUAE BEATITUDINI probandum exiſtimamus, cum nos ex Inſtituti, quod profitemur, lege, nunquam hactenus violata, Sedi Apoſtolicæ, quam fideliſſimè addictiſſimos, ut nos eſſe par eſt, non ignores. Nec alius eſſe poteſt quicumque a noſtræ Dominicanæ Familiæ ſpiritu non deſciſcit, atque Thomiſticæ Doctrinæ tutiſſima, inconcuſſaque placita non deſerit. Nemo enim, qui Angelicum Doctorem Divum Thomam Aquinatem, velut Ducem præeuntem ſequitur, a recto Catholicæ veritatis tramite aberrat, nec ſe in fallaces errorum anfractus conjicit. Nos igitur, qui tanto Duce gloriamur, ejuſque veſtigiis attenta fidelitate inſiſtimus, aberrationis omnino ſecuri eſſe poſſumus, quippe qui, Thomiſticæ veritatis luce prænitente, tenebras, quæ in devia nos abducant, diſcutimus, ac diſſipamus. Hæc ſanè, quæ adeo comperta ſunt, ut nemo illa inficiari, aut in dubium vocare poſſit, vel ſola ſatis videntur, ut animus nobis accedat, quo alacritate minus timida eum, quo Te, BEATISSIME PATER, merito veneramur, cultum, hoc qualicumque noſtræ obſervantiæ teſtimonio, prodamus. Potiora quidem deberi Tanto Pontifici cognoſcimus; ſed hæc, quæcumque ſint, ſaltem argumento, quod cum Theologicum ſit, PONTIFICE SUMMO, qui veræ, ſanæque doctrinæ Magiſter ſupremus eſt, non indignum cenſeri debet, non deſpicienda putamus. Hæc PONTIFICI MAXIMO offerentes, idipſum nobis proponimus, quod ſibi propoſuerat Pater Cauvinus, qui eo conſilio Operis hujus editionem ſuſceperat, ac TUAE BEATITUDINI dicare conſtituerat, ut ſuam in Apoſtolicam Sedem venerationem magis, ac magis notam faceret, ſuoque Operi CLEMENTIS XI. præfixo nomine, decus omni ex parte ſpectatiſſimum collatum, ſeque inde in tam ſingularis honoris partem adſcitum gauderet. Propterea, quod ad nos attinet, ab illius mente, ac voluntate non abſcedentes, eo animo, quo ille TUAE BEATITUDINI obtuliſſet, Librum offerimus, votaque ſimul jungimus, quibus Deum obſecramus, ut Eccleſiæ ſuæ, quam ſanctiſſimè regis, incolumem quam diutiſſimè Te conſervet. Hæc a Deo ſupplici obſecratione Collegium Caſanatenſe deprecatur.

AD


AD LECTOREM.





UM prope ad finem hujus tertiæ Partis Operum Theologicorum Patris Magistri Fr. Pauli Mariæ Cauvini perducta esset editio, illum mors rapuit: Qua de causa nec Epistolam dedicatoriam, qua librum summo Pontifici CLEMENTI XI. consecrare statuerat, nec Præfationem, qua suam mentem luculentius aperiret, conscripsit. Ne tamen sine ulla omnino præfatione Liber prodeat, pauca quædam dicenda sunt, quorum argumentum satis opportunum Author suppeditat. Ex aliis ejus Operibus nec secus ex hoc, quod nunc prodit, qualis fuerit non obscurè intelligitur. Et sanè scholasticos inter Theologos non ultimus est recensendus. Hoc enim studiorum genere in primis præcellebat, ingenii acumine, argumentorumque subtilitate nemini forsan secundus. Jam a primis annis, postquam nostræ Dominicanæ Familiæ nomen dedit, inter Fratres Cœnobii Sancti Joannis Placentiæ cooptatus, scientiarum studiis totum se addixit: quibus non leviter instructus, ad eas aliis tradendas admotus fuit. Mediolani, & Bononiæ Philosophiam prælegit: mox Faventiæ, Brixiæ, & Parmæ Theologiam, quam etiam non paucos annos Seminarii Brixiensis Clericos docuit. Post hæc Bononiæ Magistri studentium, & Baccalaurei ordinarii, (ut vocant) non sine multa ingenii sui laude munia obiit. Talia ob merita in Magistrorum Provinciæ utriusque Lombardiæ numerum relatus fuit. Cœnobium Placentinum pietatis, ac vigilantiæ merito commendatus rexit. Romam post evocatus inter Theologos Collegii Casanatensis, in locum Reverendiss. Patris Josephi Mariæ Tabalii, qui ad Procuratoris Generalis Ordinis munus provectus fuerat anno 1704. suffectus fuit. Cognita ejus doctrina, æqui ingeniorum æstimatores præclare de illo sentientes honorificum de illo judicium tulerunt: ipseque expectationem, quam de se concitaverat, egregiè sustinuit. Frequenter ideo consulebatur: ac si quid explicatu non facile, quod ad fidei dogmata, seu fortius tuenda, seu clarius declaranda: vel ad mores ad veritatis leges, atque ad recti normam componendos seriò expendendum, atque diligenter examinandum se se offerret, illius sententia non parum ponderis, & authoritatis habebat. Propterea Eminentissimorum Cardinalium suffragiis, summique Pontificis approbatione Sancti Officii Qualificator delectus fuit. Nec immerito tanti æstimabatur, cum vix quidquam, quod ad rerum Theologicarum cognitionem spectet, illum fugeret. Nam in Divi Thomæ doctrina versatissimus in promptu, ac velut in numerato habebat, quæ cum res postulabat, e Sancti Doctoris placitis confestim promeret, loca, verbaque, tam promptè afferens, ut Sancti Opera memoria complexus videretur. Nec minus pietate, quam scientia præstabat, vivendi ratione, quæ religiosum virum omni ex parte deceret, apprimè commendatus: quippe qui licet crebris iisque ferè gravibus distentus occupationibus, vel in iis illustrandis, quæ in controversiam, aut in dubitationem vocabantur, vel in explicandis quæstionibus, quæ ad mores Christianè formandos Virum doctum, atque pium poscebant, nihil ideo prætermittebat ex iis, quæ sibi ex vitæ religiosæ instituto præscripta noverat. Precibus horariis cum per occupationes integrum illi erat, die, noctuque intererat, nihil prius habens, quam, ut se nostrarum legum quam observantissimum præberet. Sic alternis exercitationibus cum pietate studia jungebat, in eo totus, ut religiosæ vitæ imaginem in se revera exprimeret: & quamquam imbecillis, nec paucis, levibusque tentata, & afflicta morbis illi valetudo esset, vix unquam eò se redigebat, ut sibi quidquam mollius concederet, in studia, pietatemque constanti perseverantia intentus. Hoc vitæ genere ad annum LXXIV. continuata scientiæ, virtutum, meritorumque non vulgari commendatione prædicandus anno 1716. die 8. Novembris vita cessit. Scripsit, edidítque Philosophiam in tres Tomos divisam, quo-

rus primus editus Bononiæ *1692.*, secundus Mediolani anno eodem, tertius Placentiæ anno *1693*. Item Romæ anno *1709.* primam Theologiæ Partem, anno verò *1713.* secundam. Hæc postrema pars, cujus editionem jam inchoaverat, ac prope absolverat, paucis articulis ad finem mutila est, quod schedæ Authoris, e quibus absoluta prodiret, post ejus obitum inveniri non potuerunt. Suppleri quidem poterant, sed consultius visum est in alienam messem (ut dici solet) manum, falcemque non mittere, cum præsertim, quæ desunt, pauca sint, nec tanti momenti, ut etiamsi desiderentur, magna illorum jactura existimetur. Ideo nihil ex aliena manu adjicere placuit: quod etiam eo consilio factum est, ut tota penes Cauvinum laus Operis maneat, nec aliunde accersita illum commendet. Hæc de Authore, illiusque Opere haud ignorari Operæ pretium visum est, ne Viri meritò laudandi memoria silentio omnino premeretur.



LICEN-

LICENTIA REVERENDISSIMI PATRIS MAGISTRI GENERALIS.

Nos FR. ANTONINUS CLOCHE Sacræ Theologiæ Professor, totius Ordinis Prædicatorum humilis Magister Generalis, ac Servus salutem.

HArum serie, nostrique authoritate Officii, tibi admodum Rev. P. Fr. Paulo Mariæ Cauvino de Nicæa, Sacræ Theologiæ Magistro, & in Alma Urbe Collegii Casanatensis Theologo, facultatem, quantum in nobis est, concedimus, ut possis Typis mandare Opus a te compositum, cui titulus: *Disputationes Theologicæ in Primam Partem Divi Thomæ Tomus Tertius*, de mandato nostro revisum, & approbatum à duobus Theologis Ordinis nostri, servatis de jure servandis. In nomine Patris &c. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam, die 1. Septembris 1716.

FR. ANTONINUS CLOCHE Magister Ordinis.

Loco ✠ Sigilli.

Regist. fol. 61.
FR. THOMAS MARIA LASCARIS Magister, & Socius.

EX commissione Reverendissimi Patris Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum attentè perlegi Tomum tertium Disputationum Theologicarum in primam Partem Sancti Thomæ, Authore Rev. Adm. Patre Magistro Fratre Paulo Maria Cauvino Niciensi in Collegio Casanatensi de Urbe Theologo; in quo gravissimas quæstiones Scholastica methodo discutit, à Divo Thoma, cujus summam in mente habuit, neque in jota uno recedit, doctrinis variis, & peregrinis non abducitur, novitates etiam vocum radicitus enervat, juxta Sancti Bernardi monitum *Epist. 77. ad Hug. dicentis: Non quærimus pugnas verborum, novitates quoque vocum juxta Apostolicam doctrinam evitamus Patrum tantum opponimus sententias, ac verba proferimus, & non nostra, nec enim sapientiores, sumus quam Patres nostri*. Et licet in Positiva, Morali, & Polemyca frequentissimè fuerit versatus, lectissimæ Scholasticæ studium nunquam intermisit, præ oculis semper habens, quod Patres nostri in Capitulo Generali Parisiis legitimè congregati anno 1222. post obitum S.P.N. Dominici, decreverunt, & strictissimè observandum mandarunt, ut in Religione nostra quotidiana exercitia Scholastica fine intermissione fierent, Disputationes, & Lectiones publicæ in Universitatibus, ad perfectam notitiam sanctæ Theologiæ, ac Divinæ Scripturæ acquirendam, ad debellandas hæreses, & convincendos Hæreticos, odio habentes Scholasticos. *A quibus quidam aberrantes converssi sunt in vaniloquium volentes esse legis Doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. 1. ad Tim. I. inquit Castillo lib. 2. hist. S. Dominici par. 1. fol. 160.* Nihil continet fidei dissonum, nec bonis moribus contrarium, unde dignum ut Typis mandetur censeo. Romę in Conventu Sanctæ Mariæ super Minervam die 8. Septembris 1716.

Fr. Hyacinthus Sancta-Romana Sacræ Theologiæ Magister, Cæsaraugustanus Doctor, Nuntii Hispaniarum Examinator Synodalis, ac Theologus Casanatensis Ordinis Prædicatorum.

TOmum hunc tertium in primam Partem summæ Theologicæ Divi Thomæ de altissimo, Sanctissimæ Triadis lucem inaccessibilem inhabitantis, mysterio, & de Angelis, qui adstant throno, & præ Majestate Dei Trini, & unius velant facies suas, doctissimè, & profundissimè ab Adm. Rev. Patre Fr. Paulo Maria Cauvino de Nicæa, Sacrosanctæ Theologiæ Magistro, & Theologo Casanatensi compositum, legi, & examinavi, nec quidquam reperi, quod vel fidei, vel bonis moribus contrarium esse posset, quin potius inveni, quod in omnibus Angelicam Angelici nostri Præceptoris doctrinam contineat; proinde eundem publica luce dignum esse censeo. Romę 13. Septembris 1716.

Fr. Gundisalvus Rastrup Westphalus Ordinis Prædicatorum Sacrosanctæ Theologiæ Magister, & Theologus de Urbe Casanatensis.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

N. Card Caracciolus Archiep. Pro-Vic.

D. Jo: Michael Teronius Clericus Regularis S. Pauli Barnabitarum, Sacræ Congregationis Indicis Consultor, & Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis Qualificator, & nunc electus Episcopus Venusinus.

DE mandato Reverendissimi Patris Fr. Gregorii Selleri Sacri Apostolici Palatii Magistri attente legi Librum compositum ab Admod. Rev. P. Magistro Paulo Cauvino, cui titulus *Disputationes Theologicæ in primam partem D. Thomæ Tomus tertius complectens Tractatus de Trinitate, & de Angelis*, & omnia comperi consona optimæ, & præcellenti Doctrinæ D. Thomæ: quare censeo ob publicam Litteratorum utilitatem debere typis mandari. Datum Romæ in Collegio Sanctorum Blasii, & Caroli. Die 30. Septembris 1716.

IMPRIMATUR

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apostolici Magister.

TRACTATUS PRIMUS DE TRINITATE.

EXplicatis, ac resolutis, quæ ad Dei, vel ejus essentiæ unitatem pertinent aggreditur D. Tho. examen eorum, quæ spectant ad Trinitatem Personarum à quæst. 27. ad 43. inclusivè. Et quidem ordine doctrinæ mirabili; nam cum Personæ, ut constabit infrà, constituantur relationibus, & istæ fundentur in processionibus, priùs de his, deindè de illis, ac demum de personis constitutis pertractat. Primò ergo procedit ad explicandas earum processiones, & hinc successivè relationes, personas priùs absolutè, deindè in particulari, & tandem de variis illarum comparationibus, tum in ordine ad essentiam, tum ad actus notionales, tum ad easdemet personas. De quibus Deo benedicente, eodemque Duce, & opitulante Angelico Præceptore sequentibus disputationibus pro tenuitate ingenii agere conabimur.

DISPUTATIO PRIMA.

De processione Divinarum Personarum.



SEX se offerunt in hac disput. Primum supposita processionum existentia, circa rectam intelligentiam fundamenti, vel principii assumpti à D. Tho. ad earum probationem, scil. *Quicumq. intelligit &c.* Secundum. Quodnam sit immediatum eorum principium, sivè an sint immediatè à natura, vel ab intellectu, & voluntate, aut sit aliud assignandum principium illarum pro diversitate modi explicandi sententiam Durandi, nempè relatio Spiratoris respectu processionis tertiæ personæ, & relatio Patris respectu generationis Verbi; essentia ad utramq. se habente, ut principio radicali, & remoto, ità tamen ut exclusis à Deo per impossibile intellectu, & voluntate, adhuc maneret generatio Filii, & processio Spiritus Sancti. Tertium, an sint ipsæmet operationes intellectus, & voluntatis, vel quomodo distinguantur ab illis; Quartum cur una scil. Verbi sit generatio, & altera non. Quintum, an per actionem voluntatis producatur aliquis terminus, qui dicitur impulsus. Sextum deniq., an sint plures processiones, quàm duæ.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum vera sit, & in quo sensu propositio, Quicunq. *intelligit ex hoc ipso, quod intelligit, procedit aliquid intrà ipsum.*



PLurimum juvabit resolutio præsentis difficultatis ad rectam etiam intelligentiam Divinarum processionum contrà hæreticos. Et quidem occasio dubitandi sumitur ex D.Tho., eo quòd D.Tho. ad probandum intentum art. 1. contrà Arrium, & Sabellium assumere debuit principium ità verum, quòd nullam pateretur instantiam, ne probandum assumeret. Præfata autem universalis; *Quicunq. intelligit &c.* non est universaliter vera. Nam suprà q. 12. ar. 2. ut vidimus, expressè tenet Beatos non formare verbum, quod etiam communiter jam sustinent ejus Discipuli, & ex his idem sentiunt plures, Caiet., Cano, & alii de Angelo respectu cognitionis sui: Et est certum de hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum, ut præintelligitur tribus Personis: Et de Filio, & Spirito Sancto, qui etiam perfectissimè intelligunt, & tamen non producunt Verbum.

§. PRIMUS.

Præfertur suppositum de existentia Divinarum processionum contrà hæreticos.

SUpponimus ut certum de fide dari in Deo processiones ad intra, per quas una Persona realiter ab alia procedit, non per actionem transeuntem, sed per immanentem; nec ut effectus à causa, nec ut causa se explicat in diversos effectus, ut blasphemarunt Arrius, & Sabellius, sed secundum omnimodam independentiam, & exclusionem totius imperfectionis, & causalitatis. §. Sumitur hæc veritas ex pluribus locis Scripturæ. Nam de Filio, sivè Sapientia genita dicitur Ecclesiast. 24. *Ego ex ore Altissimi prodivi.* Sap. 7. de eadem, quòd sit. *Emanatio quædam claritatis virtutis Dei.* Et Micheæ 5. *Egressus ejus ab initio à diebus æternitatis.* Et Jo. 7. *Ego scio eum* (scil. Patrem) *quia ab ipso sum.* De Spiritu Sancto Jo. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis,*

tatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et iterum 16. v. 14. *Ille me clarificabit, quià de meo accipiet.*

Ex quibus patet hanc veritatem esse immediatè de fide, cum expressa habeatur in Sacra Scriptura. Quam etiam profitetur, eamq. proponit Ecclesia in Symbolo Concilij Nicæni, ubi de Filio dicitur. *Et in Jesum Christum Filium eius Unicum, & ex Patre natum.* Et iterum. *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* §. De Spiritu Sancto etiam habetur à Patre, Filioq. procedere, de quo in Concil. Constantinop. *Credimus in Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, & ex Patre procedentem, & cum Patre, & Filio adorandum.*

Ratione deindè prob. primum, nempè quod sit veritas certa de fide. Nam de fide est dari tres personas distinctas in unitate essentiæ, sed hujusmodi multiplicatio, & realis Personarum distinctio, salvari nequit sinè processione unius ab alia, ut constabit infrà, & probat iterum D. Tho. 1. contr. Gent. c. 42. Quià sicut omnis multitudo debet reduci ad unum, ità debet derivari ab uno, quod fit per processionem, vel productionem ergo.

Hinc prob. secundum, & tertium contra Arrium, quòd non sit processio secundum actionem transeuntem, vel sicut effectus à causa. Quià non subsisteret prout sic unitas essentiæ, vel naturæ, ut patet in singulis effectibus respectu suarum causarum. §. Et deindè etiam Quartum Contrà Sabellium. Quòd nec sit causæ se explicantis in diversos effectus. Quià nec subsisteret Trinitas Personarum, quam fides agnoscit, ut est quoq. manifestum, sed sola diversitas munerum, ut idem ineptissimè intendit; quod nempè eadem Persona dicatur Filius prout assumpsit carnem ex Virgine, & Spiritus Sanctus prout sanctificat rationalem Creaturam; Quod apertè destruit eandem Trinitatem, & veram utriusq. Divinitatem.

2. Prob. ratione D. Tho. innixa eidem universali principio *Quicunq. intelligit &c.* Quòd licet examinandum sit infrà, innuitur tamen hic prout deservit ad eandem existentiam processionis. Unde prob. sic ex D. Tho. sub hac forma. Omne Individuum intellectualis naturæ in aliqua sui intellectione producit Verbum prout explicabitur infrà, & patet in Angelis, & hominibus, sed Deus est individuum intellectualis naturæ, ergo producit aliquod Deitatis Verbum; et non accidentale, ut contingit in nobis, & Angelis, ergo substantiale personaliter subsistens, & ab alio procedens, ac proinde datur aliqua processio, seù Verbi productio in Deo: Prob. & simul explicatur ex superiori illa doctrina, qua ostendimus non posse purum hominem justum alteri mereri primam gratiam. Quià generare sibi simile (scil. realiter, vel substantialiter in natura, ut in casu) est opus proprium perfectæ naturæ in statu perfecto, sed solus Deus est naturæ perfectæ intellectualis in statu perfecto, utpotè in supremo gradu intellectualitatis existens, ergo solus Deus potest sic generare, vel producere Verbum substantiale personaliter subsistens. Unde ut vidimus quià Angelus non participat perfectè gradum intellectivum, non potest sibi simile generare, sicut Deus generat. Potest tamen id, quod non est perfectum in suo gradu operari aliquod accidentale circa sibi similia; V. G. unus Angelus illuminare alium; vel producere verbum accidentale; sicut & similiter homo intrà se ipsum, non tamen substantiale personaliter subsistens.

Ex quo à priori intulimus, (& placet repetere, quià est res gravis momenti,) Quòd quià gratia adoptionis, quæ est formalis participatio Deitatis, sive Naturæ Divinæ, habet in puro homine imperfectum modum essendi, quià non est in suo connaturali subjecto, non potest aliam sibi similem generare, merendo illam de condigno aliis, aut satisfaciendo pro illorum culpis; potest tamen satisfacere pro pœnis existentium jam in gratia, qui sunt membra viva corporis Christi Mystici.

Ex his prob. 3. Nam enti constituto in supremo gradu intellectualitatis, sivè subsistenti in ipsa plenitudine essendi, & perfectionis concedenda est omnis possibilis perfectio, immunis ab omni imperfectione, ut patet suprà de attributis, sed processio realis unius Personæ ab alia est hujusmodi, ut statim constabit, ergo est admittenda in Deo.

§. I.

Solvuntur argumenta contrà præcedens suppositum.

Primò arg. Id nequit esse de fide, quod videtur in terminis manifestè repugnare; sed dari in Deo processionem unius Personæ ab alia videtur manifestè repugnare ergo non solum non est de fide, sed Deo repugnans. Prob. mi. Nam Deus, & qualibet Persona semel Divina est omninò, & per essentiam à se, sed repugnat in terminis, quòd ens sic à se, sit realiter procedens, vel per veram actionem ab alio, ergo. §. Dices neg. mi. ad prob. dist. mi. sit ab alio, ut à causa, sivè per veram actionem cum dependentia, & causalitate conc., ut à principio originis sinè ulla causalitate, & dependentia nego. Et hoc modo tantum ponitur in Deo intrà fidem processio secundæ, & tertiæ Personæ. Nam licet ex quo utraq. Divina est, excludant omnem dependentiam, & causalitatem, ex quo tamen secunda, & tertia sunt, non solum non repugnat his ab alia esse, ut à principio originis, sed exigunt sic procedere, undè soli Patri, quià prima est, omninò ab alio esse non potest juxtà meritum tam sublimis mysterij.

Sed contrà hoc est. Quià hæc solutio videtur petere principium. Nam de hoc est quæstio, an possit unum ab alio realiter per veram actionem procedere sine dependentia, & causalitate. Unde arg. sic. Non stat unum sic procedere ab alio, & non dependere ab illo, ergo. Prob. ant. Unum sic ab alio procedere, est accipere esse ab illo, sed non stat sic accipere esse, & non dependere ab eodem ergo. Prob. mi. Nam per hoc contendimus nos Thomistæ non salvari in physicis sufficienter dependentiam, & subordinationem causæ secundæ à prima per solum influxum simultaneum sine prævio, sivè per hoc solum, quod non possit sinè ista operari, quià est necessarium adid, quòd aliquid à superiori accipiat, scil. esse, vel motionem, ut ibidem ostensum est, ergo non stat accipere esse ab alio, & non subordinari, aut dependere ab illo.

2. Nam accipere esse ab alio, ità ut sinè illo esse, vel subsistere non possit, est dependere, vel indigere illo ad sui existentiam, sed hujusmodi esset processio semel admissa in Deo, ut supponitur, ergo non stat sinè dependentia: conf. tenet, quià indigere est dependere: ma. etiam videtur nota ex terminis. §. 3. Quià procedens ab alio est posterius illo; sed quod sic accipit, ut posterius, se habet per modum effectus ergo est dependens ab illo. Conf. iterum tenet, quià quilibet effectus est dependens à sua causa, vel principio. Qua ra-

ratione argnebamns in 2. Phys. non posse eondem nnmara effectum prodnci à doplici causa totali adęquata, & noo snbordinata, qoià ab altera earnm penderet, & non penderet, nt probatum est; qoià oempè io ratione effectus teneretur pendere; non penderet verò, quià non indigeret.

Resp. benè ibi dictum essa. Ad 1. Replicam nego, quod sit petitio principij, sad legitima, ac rectissima axplicatio mysterij, quod in hoc poncto, scil. processionis Personarum com somma identitate in natura, & realis distinctioois in Personis sinè omni dependentia, & causalitate snperat omoja craata, & creabilia, nec habet in his axemplnm, nisi veluti per modum umbræ è regione distaotis: Vndè in forma neg. ant. Ad ejus prob. dist. ma. ax D. Tho. infrà q. 42. ar. 4. ad 1., Et accipere esse, nnnm, & Idem, vel idem nnmero, conc., diversnm, oego: & dist. mi. sic accipera essa, & non dependere, si accipiat vnum, & idem, vel idem nomero, neg. si acciperet diversum conc., & nego conseq.; Nam sicut Flius licet accipiat essa à Patre; (qua rationa secundom Hilar. lib. 9. da Trinitate, Donantis Antoritate Pater major ast, inquit D. Tho.) non tamen Filins est mioor, quià unom, & idem esse donatur; ità licet accipiat esse ab illo nt à priocipio, non tamen est dependens, aot caosatus ob eandem identitatem, & uoitatam ipsius esse, quod accipit. Unde ex eodem in lib. de Synod. conclodit D. Tho., qnòd subjectio Filii, oatnræ pietas est, idest recognitio anctoritatis paternæ. Sobjectio autem cœterornm creationis infirmitas. §. Snbdit tamen, ac mooet M. Porrecta ibidem §. Not. dictnm præmissum Hilarii non sina explanatiooe mox ad literam expressa debet aliqnando pronunciari, non qnod dicta illins omni honore non prosequator, sed pro cautela locutionis.

Hanc solutionem, & doctrinam præmittit etiam D. Tho. hìc ad 3. dicens. *Quòd procedere à principio, ut extraneum, & diversum, repugnat rationi primi principii, sed procedere, ut intimum, & absq. diversitate per modum intelligibilem includitur in ratiane primi principii*. Quod perindè est, ac si diceret; Nempè procassionem, qoæ est vel motus localis, vel actio ad extrà importare dependentiam, & causalitatem respectn procedentis, oon verò, quæ ast actio manens intra; ot explicabitur infrà, & hoc modo ponitnr processio In Deo: Videator de hac etiam solutione q. 10. da potentia ar. 1. io solutionibns argnmeotorom, obi hanc rem totam egregiè explaoat ad rectè loquendnm, & sina errora de hujosmodi processionibus.

Ex his etiam fit satis ad 2. Undè dist. ma. accipere esse diversnm, & coosequenter per subordinationem ad illod, ast dependare, vel indigere, conc. accipere nnom, & idem esse, sinè omni subordinatione, oego: Immò nego snppositum, qnod indigera ut cooq. alio, sit depeodere. Nam ooum relativum, ot vidimos, in logicis, indiget alio ad soi existentiam, & tamen oon depeodet ab illo, com sint simol oatora, & cognitiona sine ulla dependentia onius ab alio, nisi purè negativa, (nt explicatnr ibidem) quateoos nequit onnm esse sinà alio ob mntuam connexionem, ex qna motnò se ponnnt, & ioterimunt, sivè ponitur unum, vel petit ad positionem, vel interitoin alterins; non per viam caosalitatis, & sobordinatioois uoios ad aliud. Sicut similiter constabit infrà de omnipotentia respectu possibilium, sinè qoibus io veriori senteotia ob necessariam connexionem, vel illationem snbsistere nequit sinè ulla omninò subordinatiooe, ac proindè sinè omni dependentia ab illis.

Secnndò, & meliùs ad eandem replicam rasp. cnm D. Tho. proximè relato da poteotia ad 13., & 14. vel neg. ma., vel iternm dist. si recipiens antaq. recipiat, indigeat, ut varificatur inter affectnm, & causam, conc., nam ad hoc recipit, nt axpleat indigentiam. Si semper sit in recepissa oego: *Filius autem* (inqnit D. Tho.) *non sic accipit à Patre, quasi priùs non habens, & postea accipiens, sed quià hoc ipsum, quod est, habet à Patre, unde non sequitur, quòd sit indigens*; sivè in accipiendo, sivè in parsevarando, nt contiogit in creatura, & ideò non ast naturæ indigantis sicnt est creatura. *Nam hac* (; subdit) *accipit esse quoddam à Dea, quod non esset permanens, nisi divinitùs conservaretur, & ideò postq. esse accepit, indiget Divina operatione, ut conservetur in esse, & sic est natura indigentis. Filius autem accipit à Patre idem numera esse, & eandem naturam numero, quam Pater habet, undè non est natura indigentis*: Uode indigentia debet præcedere receptionem ipsius esse, nt recipiens dicatur indigere.

Ex his ad 3. Resp. dist. ma. est posterins tempore, vel natora ant origine, conc. semper tempore, vel natura, snbdist., si accipiat idem esse, vel naturam, neg. si diversom, vel diversam natoram, conc. In Divinis autem, nt dictnm est, priori modo accipit nna Persona ab alia: nndè neqnit esse prioritas, vel posterioritas temporis, vel naturæ, sed tantum prioritas originis, sivè à qno, non in qno, aliàs non essent coæternæ, & consobstantiales ut exigit Mysterium Trinitatis. Et hac solutione solvi possuot cœtera argumenta.

2. Arg. ex Scripturis: Nam de Filio, saù Sapientia genita dicitnr Eccles. 24. *Quod ab initio, & ante sæcula creata est*. 2. Iterum da se ipso dicit Christns Jo. 14. *Pater major me est*. §. Deinde Jo. 1. *Quòd per Verbum facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil*; argo tam de Filio, quàm de Spiritu Saocto (qni non est nihil) habetur, qnòd snnt aliquid creatum, vel factum, quod tantum convenit creatoræ. §. Urg. hoc Ipsum ex ejusdem Jo. 17. ibi: *Hac est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum*, ergo solus Pater est verus Deus, nt conteodnnt relati hæretici.

Ad 1. Resp. cnm D. Tho. 4. Cont. Gent. c. 8. (nbi latè solvit Aothoritates, qnas pro se indocebat Arrius qnòd moltipliciter intelligi potest dictum illnd; primò *Non de Sapientia, quæ est Filius Dei, sed de Sapientia, quam Deus indidit creaturis. Dicitur enim Ecclesiastici primo: Ipse creavit eam, scil. Sapientiam in Spiritu Sancto, & effudit illam super omnia opera sua*. Secundò. Quod referatur ad naturam creatam assumptam à Filio Dei: *Ut sit sensus* (inquit:) *Ab initio, & ante sæcula creata sum, idest prævisa sum creaturæ uniri*. Tertiò. *Quòd Sapientia, & creata, & genita nuncupetur, modus Divinæ generationis nobis insinuatur. In generatione enim, quod generatur accipit naturam generantis: quod perfectionis est: sed in generationibus, quæ sunt apud nos, generans ipse mutatur, quod imperfectionis est. In creatione verò creans non mutatur, sed creatum non recipit naturam Creantis. Dicitur ergo simul Filius creatus, & genitus, ut ex creatione accipiatur immutabilitas Patris, & ex generatione unitas naturæ in Patre, & Filio, & sic hujusmodi Scripturæ intellectum Synodus exposuit*, nt per Hilarium patat. Ità D. Tho. varsus finem Cap.

Quod si instes de Filio simnl dici, qnòd sit Primogenitns creaturæ. §. Rasp., & axplicat immadiatè D. Tho. non essa id intelligendom, *quasi Filius sit in ordinatione creaturarum; sed quià Filius est à Patre, & à Patre accipit, à quo sunt, & accipiunt creaturæ. Sed*

Filius accipit à Patre eandem naturam non autem creaturæ: Unde & Filius non solum Primogenitus dicitur, sed etiam Unigenitus propter singularem modum accipiendi.

Ad 2: resp. cum eodem D. Tho. intelligendum esse de Christo secundum quod est homo, non secundum quod est Filius Dei. Quod apertè colligit ex verbis præcedentibus scil. *quià vade ad Patrem*: Certum est autem, quod non vadit, aut venit, ut Deus, vel Dei Filius, cum Deus ubiq. sit, sed tantum ut homo, vel filius hominis: Unde inquit D. Tho. ibidem lect. 8. ad eadem verba. *Quià Pater major me est. Ex hoc insultat.* Arrius dicens Patrem majorem esse Filio. Cujus error ex ipsis verbis Domini excluditur. Nam ex intellectu ejus, quomodo; *Vado ad Patrem*, ex eodem intelligitur, *Pater major me est. Filius autem non vadis ad Patrem, nec venit ad nos, in quantum est Filius Dei, secundum quod cum Patre fuit ab æterno.* (Jo. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.*) *Sed dicitur ire ad Patrem secundum humanam naturam. Sic ergo hoc, quod dicit, Pater major me est, non dicit in quantum Filius Dei, sed in quantum Filius hominis.* Undè de Christo Philip. 2. ait Apostol. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam Servi accipiens.* Eodem modo accipienda sunt cætera, quæ de eodem dicuntur, quando exprimitur aliqua inferioritas, subjectio, & quid simile ad Patrem, ut latè explicat idem Angelicus c. 8. relato ex Cont. Gent.

Ad id verò, quod opponitur contrà Divinitatem Spiritus Sancti resp. ex D. Aug. lib. 1. de Trinitate c. 6. Id verificari de his, de quibus propriè dicitur esse factæ per Verbum; Spiritus verò Sanctus sic nequit dici factus per illud; nam factio propriè secundum communem acceptionem, ut alibi insinuavimus est, actio transiens in externam materiam; ut suprà verò ostensum est, & constabit etiam infrà, processiones Divinæ sunt secundū actionem immanētem, & non transeuntem. Sicut ergo illi omnia, hac ratione non comprehendit Filium, nec etiam comprehendit Spiritum Sanctum: *Neque enim dicit omnia* (inquit S. P.) *nisi quæ facta sunt, idest omnem creaturam.* Suprà quam scil. potest cadere propriè factio: Hinc immediatè subdit ad inferendam Divinitatem ejusdem Filii ex hoc eodem capite. *Undè liquidò apparet ipsum, factum non esse, per quem facta sunt omnia. Et si factus non est; Creatura non est.*

Ad confirmat. Resp. iterum ex D. Tho. ibidem; Quod illi *Solum, ut rectè etiam Hilarius, non debet referri præcisè, aut conjungi cum se*, quasi solus Pater sit Deus, (nam expresse in Jo. ultimo dicitur. *Ut simus in vero Filio ejus Jesu Christo. Hic est verus Deus.*) *Sed cum illi Deum*; ut sit sensus: ut cognoscant te. Qui es verus Deus, solus, idest, qui es ille, qui est unus Deus, & non alius numero Deus. Ex quo perperam inferunt, quòd Filius, & Spiritus Sanctus non sint Deus, sed quod non sint alius, sed idem numero Deus; Undè præclarè Aug. Serm. 5. 6. de Verbis Domini ad illud Jo. 10. *Ego, & Pater unum sumus*, inquit. Quod ait *Unum* audiant Arriani: Quod ait sumus, audiant Sabelliani; & nec illi æqualem, nec illi alterum *negando sint vani.*

Hoc ipsum pulchrè, ac subtiliter observaverat Ambros. lib. 1. de Fide Trinitatis c. 5. ad illa verba ejusdem Jo. 1. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. His quatuor, aut quinq. Verbis* (inquit S.P.) *omnes hæreses exclusit Piscator noster. Quod enim erat in principio, non includitur tempore: Ergo Arrius conticescat, qui Filium Patri coæternum negat. Quod autem erat apud Deum, non commixtione confunditur, sed manentis Dei apud Patrem, solida perfectione distinguitur, ut Sabellius, & Photinus obmutescant, qui nullam in Divinis Personis distinctionem agnoscebant. Si verò Deus erat Verbum, sempiterna Divinitatis in Patre, & Filio inseparabilis unitas, & consubstantialitas est, ut erubescat Eudoxius, & Eunomius.*

Sed instas. Nam de se ipso Christus Marc. 13., & Matt. 24. expressè fatetur se nescire diem judicii dicens. *De die illa nemo scit, neq. Angeli in cælo, neq. Filius, nisi Pater.* Et Jo. 5. Quòd non potest à se facere quidquam, sed hæc stare nequeunt cum æqualitate, & consubstantialitate Filii cum Patre, & cum divinitate illius ergo. §. Urg. iterum de Spiritu S. ex illo ad Rom. 8. *Spiritus postulat pro nobis*: Et Jo. 16. de eodem dicitur. *Quæcunq. audierit loquetur, & annunciabit vobis.* Sed si esset verus Deus non postularet, sed daret; nec indigeret audire, & instrui, ut aliis loqueretur, sed potiùs instrueret ergo.

Ad 1. Resp 1. eodem modo esse intelligendum de Christo ut homine, & verè dixisse, se ut hominem nescire, quià & si sciret, ut homo, tamen sub secreto, & non ad dicendum aliis. Quæ explicatio quadrat communi modo loquendi prudentum, quo ea, quæ sub secreto sciunt, se nescire dicunt: Et etiam communi Scripturæ; in qua sicut sæpè tunc dicitur Deus scire aliquid, cum facit alios scire, sic dicitur nescire, cum utiliter occultat. Ità D. Aug. lib. de Genes. contrà Manichæus cap. 22. tom. 1., & lib. 1. de Trinit. c. 12. t. 3., & lib. 83. qq. q. 60. tom. 4., edit. antiq. Et D. Ambros. Luc. 17. *Christus* (inquit) *horam novit; sed novit sibi, mihi nescit*: Et D. Hilar. lib. 10. de Trinit. *Hæc nescita diei professio.* (ait) *non est ignorationis infirmitas, sed tacendi dispensatio.* Ità etiam Chrysost., Theophil. & alii ad idem cap. Matt., & eandem expositionem dilucidè prosequitur D. Greg. lib. 8. Epistol. Epist. 42.

Sed instes ex Maldonato. Quià in hoc sensu etiam Pater diceretur nescire, quià nobis non revelat, §. Sed hanc instantiam præoccupaverat D. Aug. locis relatis dicens. *Eadem phrasi, qua dicitur filius ut homo nescire, quià alteri non revelat, dicitur Patrem scire, quià Christo ut homini revelat.* Et eodem modo dicuntur scire Filius ut Deus, & Spiritus S. quià revelatio facta animæ Christi æqualiter, & eodem modo procedit à tribus Personis. §. Nec obstat, quod dicatur, *nisi solus Pater.* Tum quià Nomen Patris absolutè prolatum in Scriptura, semper significat Deum, ut docet Rupertus lib. de operibus Spiritus S. c. 39. Et quamvis ibi pro Persona Patris sumeretur, adhuc non excluderentur Filius, & Spiritus S., quià ut docet infrà D. Th. q. 31. art. 4. dictio exclusiva adjuncta termino personali non excludit alias Personas propter unitatem essentiæ: Et sensus est, nisi solus Pater, idest non aliquis, qui sit aliud à Patre. Per quod fit iterum satis ad priorem illam authoritatem confirmationis ex Jo. 17. fundatæ in eadem particula exclusiva, quam ægregiè ad hunc sensum exponit ibidem D. Tho., ubi circà eandem propositionem, scil. *Solus Pater est Deus, inquit versus finem corp. Est autem vera, si excludit aliud naturaliter tantum. Quià Filius est alius à Patre; non tamen aliud. Similiter, & Spiritus S.* Unde ad 1. quod procedit ex præfata authoritate Jo. resp. Cum dicimus, *Te solum verum Deum non intelligit de Persona Patris, sed de sola Trinitate*, ut Aug. exponit (lib. 6. de Trinit. cap. 9. tom. 3.) *Vel si intelligatur de Persona Patris non exclu-*

dun-

duntur aliæ Personæ propter unitatem essentiæ, prout hi solus excludit tantum, aliud, ut dictum est.

Hanc eandem doctrinam repetit, & olterius explicat ad rem nostram pro ampliori solutione utriusq. authoritatis q.36. seq. ad 1. dicens. *Regulariter etiam in Sac. Scriptura* tenendum est, quod id, quod de Patre dicitur, oportet de Filio intelligi, etiamsi dictio exclusiva addetur; nisi solum in his, in quibus Pater, & Filius secundum oppositas relationes distinguuntur. Cum enim Matt. 11. dicit. Nemo novit Filium nisi Pater, non excluditur, quin Filius se ipsum cognoscat. Sic cum dicitur, quòd Spiritus S. à Patre procedit etiamsi adderetur, quòd à solo Patre procedit, non excluderetur indè Filius, quià quantum ad hoc, quod est esse principium Spiritus S. non opponuntur Pater, & *Filius*, sed solum quantum ad hoc, quod hic est *Pater, & ille est Filius*,

Poterat etiam hæc posterior authoritas instantiæ ulteriùs explicari cum D. Greg. de Christo iterum ut homine ad hunc sensum, nempè dixisse, se ut talem nescire diem judicii, non quià nullo modo sciret, sed quià nesciebat, ut homo reduplicativè, nec humana scientia, & naturali facultate intelligendi; sed quià simul erat Deus, & scientia supernaturali ex Divina revelatione, Ità S. P. ubi suprà. *In natura* (inquiens) *humanitatis novit diem, & horam judicii, sed tamen hanc ex natura humanitatis non novit. Quod ergo in ipsa novit, non ex ipsa novit.* Hæc illo. Eundem expositionem tradit Nazianz. orat. 36. quæ est 4. de Theologia, & Damasc. lib. 3. de fide c. 21. quos sequitur Cajet. Matt. 24.

Ad 2. authoritatem ejusdem instatiæ ex Jo. 5. Resp. cum D. Tho. infrà q. 42. ar. 6 ad 1. ubi ait. *Quòd in hoc quod dicitur, Filius à se non potest facere quicquam: Non subtrahitur Filio aliqua potestas, quam habeat Pater: cum statim subdatur, quòd quodcunq. Pater facit, Filius similiter facit: sed ostenditur, quod Filius habet potestatem à Patre, à quo habet naturam*: Undè dicit Hilar. lib. 9. de Trinit. *Naturæ Divinæ hæc unitas est, ut ità per se agat Filius, quòd non à se agat.* Quibus datur intelligi, quod Christus habet potentiam per generationem, non ut Personæ ingenitæ, sicut Pater.

Ad confirmat., quæ iterum militet contrà Divinitatem Spiritus S. Resp. ad 1. Apost. ex D. Aug. epist. 121. esse intelligendum veluti in sensu causali, nempè postulare, quià docet nos postulare; unde ibidem subditur: *Adjuvat infirmitatem nostram.* Vel cum D. Tho. ibidem iterum in eodem sensu; Quià facit nos postulantes; Sicut in simili, ut insinuavimus, dicitur Genes. 22. *Nunc cognovi, quòd timeas Dominum*, idest cognoscere feci. §. Ad 2. cum D. Basil. lib. 1. contrà Eunomium; dicimus esse intelligendum de auditu non per instructionem, & disciplinam inferioris ad Superiorem; sed per communicationem ipsius essentiæ, & scientiæ Divinæ, quam à Patre, & Filio per æternam processionem accepit: Sicut similiter explicat D. Tho. ar. 6. proximè relato ad 2. Jo. 14. auditum Christi à Patre mandatum, dicens: *Quòd in demonstratione Patris, & auditu Filii non intelligitur, nisi quòd Pater communicat scientiam Filio, sicut & essentiam, & ad idem potest referri mandatum Patris, per hoc, quod ab æterno dedit ei scientiam, & voluntatem agendorum eum generando.* Quamvis de Christo, (quià non præcisè est Deus, sicut Spiritus S. sed Deus homo) subdat. *Vel potiùs referendum est ad Christum secundum humanam naturam.* Nam prout sic, seù secundum utramq. solutionem salvatur planè in Christo Mysterium incarnationis, scil. vera Divinitas, & humanitas in illo.

§. III.

Referuntur varii modi explicandi præfatum principium quicunque intelligit, &c. & simul aliqui impugnantur.

Ex recta intelligentia hujus principii, prout ad rem præsentem assumitur à D. Tho. facilè constabit, quàm efficaciter probet ad sui intentum, ut explicabitur infrà scil. contrà Arrium, processionem esse ad intrà non ad extrà, ut effectus à causa, ut idem impiissimè asserebat. Ad hoc verò præmittit hìc art. 1. in corp. 1. Quòd Sac. Scriptura in rebus Divinis utitur nominibus ad processionem pertinentibus, unde negari non possit saltem in aliquo sensu dari secundum Scripturam in Deo processionem. 2. Refert modos suprà relatos, & impugnatos, quibus præfati Arrius, & Sabellius eam acceperunt. 3. Explicat modum, quo reverà accipienda est, scil. ut insinuavimus; secundum emanationem immanentem, seù emanationem intelligibilem; sivè quæ manat in agente, quod maximè patet in intellectu, cujus actio, scil. intelligere, manet in intelligente. Undè ad hanc rem totam assumit contrà eosdem prædictum principium dicens. *Quicunq. intelligit, ex hoc ipso, quod intelligit, procedit aliquid intrà ipsum, quod est conceptio rei intellectæ ex vi intellectiva proveniens, & ex ejus notitia procedens. Quam quidem Conceptionem vox significat, & dicitur verbum cordis, significatum verbo vocis. Cum autem Deus sit super omnia, ea, quæ in Deo dicuntur non sunt intelligenda secundum modum infimarum creaturarum, quæ sunt corpora, sed secundum similitudinem supremarum creaturarum, quæ sunt intellectuales substantiæ, à quibus etiam similitudo accepta deficit à repræsentatione Divinorum.* Ex quo deindè infert, & concludit. *Non ergo accipienda est processio secundum quòd est in corporalibus, vel per motum localem, vel per actionem alicujus causæ in exteriorem effectum, ut calor à calefaciente in calefactum, sed secundum emanationem intelligibilem, utpotè Verbi intelligibilis à dicente; quod manet in ipso, & sic fides Catholica processionem ponit in Divinis.* Ità D. Tho. Et idem similiter est de modo, quo amor est ab amante, ut de processione Spiritus S. explicat infrà art. 3.

Difficultas modo est de recta intelligentia ejusdem principij, in quo fundatur ratio, & discursus D. Tho. ob motiva ab initio insinuata. Et quidem supponimus non velle D. Tho. ex eodem; quasi absolutè, aut demonstrativè concludere hanc veritatem fidei, sivè existentiæ processionis ad intrà in Divinis (Nam aliàs ex lumine naturali, à quo pendet idem principium, intenderet demonstrare Mysterium Trinitatis, quod est impossibile, ut ostenditur infrà q. 32. ar. 1.) Sed solum intrà limites congruentiæ supposita fide ejusdem Mysterii efficaciter suadere, non repugnare, immò valdè consonam esse eidem lumini prædictam existentiam processionis, ut dictat fides, ac proindè, quod errores oppositi pugnant, vel contrà ipsum etiam lumen naturale.

Primus ergo, & frequens modus explicandi, quem priori tomo ad ar. 2. q. 12. ad dictionem illam *Quicunq.* tantum distribuere pro hominibus viatoribus: Quià scil. D. Th. in eadem propositione tantum assumit ea, quæ nobis ratione naturali nota sunt, ut indè probabiliter inferat, verisimile esse dari in Deo processionem per intellectum, ut fides docet; constat autem, quod ratione naturali tantum potest esse nobis notum.

tum, quòd dum in hac vita intelligimus, intelligendo formamus concept um aliquem rei intellectæ, qui dicitur verbum. Ità Cajet. hic 5. ad 3. dub., & adhæret M. Catalan loco proximè relato dub. 5. ad 2. in prima ejus solutione, & aminentis. Ferrarius hic ad 1. in secunda solut.

2. Est M. Bannez eadem q. 12., & ar. 2. dub. 1. ad 3., & hic dub. 1. ad 5. (cui ibidem favet idem Mag. proximè relatus in solut. 2.) nempè prædictam vocem distributivam distribuere pro omni intelligente virtute naturali per formam proportionatam suo connaturali modo intelligendi, quià de omni intelligente creato verum est universaliter producere Verbum, dum sibi modo connaturali intelligit, sivè intelligat per speciem impressam distinctam ab objecto, sivè per ipsam essentiam objecti cogniti unitam loco speciei intelligibilis, ut accidit in cognitione, qua Angelus cognoscit se ipsum, & mens nostra se per se ipsam intelligit. Et ità etiam intelligendus est alibi q. 4. de veritate ar. 2. ad 5. dum docet esse universaliter verum, quod formetur conceptio intellecta de omni, quod à nobis intelligitur, & si per essentiam videatur; Nam ea, quæ nobis ratione naturali nota sunt, assumit ad probandum non esse à ratione alienum, Verbum in Divinis realiter procedere à Patre, ut fides docet. Utrumq. etiam hunc modum amplectitur Eminentiss. Ferrarius, & hanc secundum etiam docet hic 5. 1. ar. 1.

3. Est M. Aravyo tom. 1. relata q. 12. ad ar. 2. dub. 3., qui facit vim in voce illa universali *Quicumq. intelligit ex hoc ipso quod intelligit &c.* Undè infert, quòd intellectioni ex conceptu generico intellectionis, idest ex hoc quòd intellectio est, essentialiter conveniat, quòd ex illa procedat verbum, cum quo tamen stat, quod aliquando hoc ipsi repugnet ex conceptu differentiali, ut contingit in visione beata, cui repugnat ex eo, quod est notitia Dei immediata in se ipso; cumque ascendendo ad Deum non repugnet Verbi productio; neq. ex conceptu generico, neq. ex differentiali, rectè ex eodem principio concludit dari in Deo processionem: Ità referunt, & impugnant hunc modum uterquè illius discipulus M. Ferre hic q. 2., & Illustriss. Godoii disp. 71. §. 1. ad 2. §. Prior quidem, quià repugnat alicui convenire aliquid positivè ex conceptu generico, (quiquid sit negativè, vel per non repugnantiam,) & repugnare illi ex conceptu differentiali; cum iste contrahat superiorem secundum omnia, quæ illi positivè conveniunt: Itaut non stent hæc duo; nempè quòd alicui conveniat aliquid positivè, vel exigatur ex ratione generica, vel superiori, & quòd impediatur habere de facto illud ex ratione differentiali cōtrahente superiorem. §. Per quod solvit utramq. instantiam de Talpa, & de peccato in opinione constituente illud in positivo. Nam licet rationi differentiali istius, scil. deformitati repugnet causari à Deo; non tamen natura ejus impeditur habere de facto id, quod illi convenit ex ratione superiori entitatis, siquidem omnis entitas in illo reperta de facto causatur à Deo, ut latè ostendimus in superioribus. Visio autem beata, ex utroq. capite impeditur formare Verbum, ut patet etiam ex dictis, ità ut intellectio semel contracta per rationem visivi immediatè Dei, non solum prout sic producere nequeat illud, ex qua visiva est, sed etiam ex quo intellectio est; de qua adhuc statim infrà.

Talpa verò non habet, quòd videre sibi conveniat positivè ex ratione generica animalis, nam videre, non est proprietas quarto modo conveniens eidem rationi genericæ, licet enim soli animali conveniat, non tamen omni. §. Nequè hinc inferas Talpam non habere privationem visus, si semel videre non est illi debitum ex quo animal est, neq. tale animal: Quià ad hoc satis est, quod est debitum aliis ejusdem generis, ut docet D. Tho. infrà q. 33. ar. 4. ad 2. ubi distinguens plures modos privationis inquit. *Alio modo dicitur privatis, quando aliquid non habet, quod natum est haberi ab aliqua sui generis, sicut cæcus dicitur cæca.*

Eodem motivo impugnat hunc 3. modū Illustriss. Godoii afferens se non potuisse unq. capere, quomodò opposita prædicata, seù exigentiæ prædicatorum oppositorum, possint eidem essentiæ competere, ac proindè non stare, quod visio beatifica ab intrinseco, & essentialiter petat non producere verbum, cum petat versari circà Deum, ut est in se, cui repugnat repræsentari per verbum creatum, & quod ex communi ratione intellectionis, habeat oppositam exigentiam, scil. producendi illud, cum ratio superior ad sua inferiora, cum omnibus sibi essentialibus debeat descendere. Ex quo alibi etiam efficaciter probat non posse dari gratiam, seù qualitatem infinitè intensam, ac proindè nec infinitam secundum intensionem: Quià ex quo infinita est, habet hanc exigentiam, quòd non possit ampliùs intendi; Ex quo autem qualitas est habet exigentiam oppositam, cum qualitas ab intrinseco sit intensibilis, & remissibilis: De quo nos etiam in Physicis latè dictum est.

Ex his iterum patet discrimen ad superiorem Instantiam de peccato commissionis. Quià non militant ibi oppositæ exigentiæ, sicut in casu visionis, & similium. Nam exigentia entis, sivè entitatis repertæ in peccato terminandi causalitatem Divinam, non est terminandi illam sub communi conceptu, sed solum sub conceptu entitatis, ut inquit idem Illustriss., exigentia autem opposita peccati non terminandi illam, non est sub conceptu implicito, vel implicato, sed sub explicito, vel differentiali, ut proximè, & in superioribus insinuavimus, quià sub isto tantum constituitur extrà ambitum omnipotentiæ, unde non sunt oppositæ exigentiæ, cum non versentur, ut sic dicamus, circa idem; at verò exigentia in casu visionis, & similium, non est non producendi Verbum sub uno tantum conceptu, vel explicito sui, sed sub nullo, sivè nullatenus producendi illud, cum sub omni prout in re sit quiditativa cognitio Dei prout in se est, cui prout sic, ut dictum est, omninò repugnat per verbum creatum quiditativè repræsentari.

Hinc excluditur omnis evasio ad superiorem replicam; nempè non esse oppositas exigentias, quando sunt secundum diversas rationes, ut videntur esse in casu visionis: Vel quando altera attenditur ex parte principii; ità ut visio ex hac parte exigat producere illud, ex quo intellectio est; secus verò ex parte termini, vel objecti; ità ut ex ordine ad istud abstrahat ab exigentia verbi. §. Prima namq. rejicitur, quià licet utraq. ratio, generica, & differentialis sint diversæ, in unam tamen essentiam indivisibiliter coalescunt, ità ut nequeat superior contrahi per differentiam exigentem prædicatum oppositum, ut patet in animali, cui si prout sic competeret essentialiter exigentia visibilitatis, non posset contrahi per differentiam exigentem carentiam illius, sivè per differentiam V. G. leonis; ergo impossibile est, quod uni, & eidem naturæ possint positivè competere prædicata opposita, vel exigentiæ eorum. §. Posterior etiam ex eodem motivo; quià ex quocunq. capite generi positivè conve-

veniat aliquod prædicatum, nequit ex alio inferioribus ejus repugnare, ergo si semel intellectioni, ut intellectio est, essentialiter convenit exigentia productionis verbi ex ordine ad principium, nequit deinde repugnare visioni ex ordine ad objectum.

Quartus est ejusdem Illustriss. Nempè quòd licet non sit de ratione intellectionis productio verbi est tamen de ratione naturæ intellectualis, quòd in aliqua sui intellectione producat illud, ex proinde id erit de ratione naturæ intellectualis Divinæ, quæ in supremo gradu intellectualitatis existit. Hanc etiam sequuntur Salmant. ut infrà. §. Quòd si eidem apponas causalem D. Tho., scilicet omnem intelligentem producere, eo ipso quod intelligit, quod est producere, sivè convenire illi productionem ex communi conceptu intellectionis. §. Respondet intelligendam esse hanc causalem non per distributionem completam ex parte intelligentium, & intellectionum; sed solum per incompletam, & ex parte intelligentium, ad hunc sensum, quòd omne intelligens, eo ipso quòd intelligat, hoc ipso, quod est intellectualis naturæ, in aliquâ sui intellectione formet verbum, ex qua propositione non sequitur id debere competere ex communi conceptu intellectionis.

Si verò contrà hanc solutionem opponas non posse fecundum illam salvari universaliter prædictam propositionem D.Tho., vel universalitatem eius: Quià nempè universalis eadem propositio solum potest à D. Thu. inductivè probari discurrendo per naturas intellectuales creatas; at istæ circa objectum infinitum in se, quod est ex se in ultima actualitate; (si semel non est de ratione intellectionis, sivè ex communi eius conceptu verbi productio,) nec tenentur ex hoc eodem conceptu, nec etiam possunt repugnante eodem objecto ut dictum est, ergo ex his non licet inferre universalem verbi productionem ad intentum solutionis, sivè ab omni intellectuali natura, comprehendendo divinam, cum hæc circa objectum infinitum clarè visum versetur. §. Explic.& urg.hoc. Nam supposito, ut dicit solutio, quod non sit de ratione intellectionis, sivè de eius communi conceptu productio verbi, intelligentia creata circa objectum infinitum, seu Deum clarè visum, nullum produceret, nec teneretur, imò nec producere posset; sed Deus circa se ipsum clarè, & comprehensivè visum versatur ergo non solum videretur insufficienter procedere D.Th. ex creaturis ad Deum, sed oppositum etiam concludere.

Huic replicæ occurrit idem Illustriss. juxtà priorem modum Mag. Bannez, dicendo quòd vis congruentiæ D. Tho. consistit in hoc, quòd omnis intelligentia creata verbum producunt circa objectum proprium in aliqua intellectione, (quòd idem ex parte est, quando intelligunt modo sibi connaturali, quidquid sit, an universaliter, ut vult laudatus Mag.) ex quo infert juxtà D.Tho., quòd etiam intelligens increatum circa proprium producet Verbum increatum, cum talis productio ex aliis capitibus repugnare non possit, sicut repugnat respectu intelligentis creati, circa hoc idem proprium intellectus Divini, sivè circa objectum clarè visum: Ad quod præmittit duplex discrimen inter utrumq. intelligens, quod creatum producit illud ex necessitate, non ex fœcunditate, sicut Deus, & ideò ex hac parte non est necessarium, quòd circa objectum intelligibile, quod est ex se in actu in linea intelligibilitatis producat illud. Secundò quòd, ut dictum est, objecto infinito repugnat per verbum creatum repræsentari; & ex hoc repugnat producere illud. Neutrum tamen militat respectu intelligentis increati, cujus productio est ex fœcunditate, & Verbum ab illo productum est ejusdem immaterialitatis, sivè gradus actus puri cum se ipso. Hæc solutio ad intentum sui Autoris, & modi dicendi ejus subtilis est, nec displicet; Sed an sit, vel idem modus ad intentum D.Tho. constabit infrà.

5. est Mag. Serræ hic dub. unico, ubi asserit debere intelligi de omni intellectione creata, cujus objectum nequit se ipso habere rationem termini intellecti, sivè quòd per se ipsum non potest esset terminus intrinsecus intellectionis actu cognitus per illam. Quale autem istud sit, respondet esse Deum clarè visum, & ideò in ordine ad illud non posse verbū à beatis produci. §. Sed licet hic modus in sensu explicato dicatur subsistere, adhuc tamen nec videtur concludere ad intentum D.Tho. (ut statim dicetur,) nec salvare ejus discursum, imò concludere oppositum. Nam si ità est, quòd sola intellectio producat verbum, cujus objectum se ipso non est intellectum in actu, magis inferendum erit, per divinam intellectionem non posse formari illud, cum hæc ut dictum est, versetur circa objectum se ipso intellectum in actu, sivè circa Deum clarè visum, ergo si ex intellectione creata, hac in re ascendendum est ad Divinam, ut arguit D.Tho., magis erit hinc neganda processio Verbi in Deo, quam inferenda, nisi iterum recurras ad duo priora discrimine inter utramq., & ad 2. modum Mag. Bannez.

6. Est Salmaticensium, qui dicunt id esse intelligendum cum distributione pro generibus singulorum, non verò pro singulis generum. Hic modus, ut insinuavimus, coincidit cum 4. superiori, nam reddit eundem sensum, quòd in qualibet natura intellectuali detur aliqua intellectio, per quam formetur verbum, licet non quælibet producat illud; §. Sed licet in hoc sensu vera sit propositio, non tamen videtur à D.Tho. accipi in tali universalitate pro singulorū generibus, cum illam sic exprimat, ut vidimus. *Quicunq. intelligit ex hoc ipso, quòd intelligit procedit aliquid intrà ipsum, quod est conceptio rei intellectæ, quam quidem conceptionem, vox significat, & dicitur verbum cordis significatum verbo oris*: Manifestum autem est, quod significare verbo oris verbum cordis solis hominibus convenit, ut constat ex D.Aug. lib. 5. de Trinitate c. 10., ubi habet, quod solum in homine habet locum hæc distinctio duplicis verbi, cordis, & corporis.

Quamvis ergo omnes prædicti modi (tertio excepto) possint in aliquo sensu facilè salvari, ac subsistere, nō tamen videntur efficaciter concludere ad intentum D.Tho. intra præfatam lineam congruentiæ. Quià ut ex eadem propositione aliquid convinceret, assumenda esset ab illo, in sensu, in quo indubitata esset, ne probandum assumeret, sed juxtà præfatos modos, sivè eorum explicationes, indubitata non est, nam propterea alius sic, alius sic explicat, quià ambigunt de illa hoc, vel illo modo explicare, & ideò deserunt hunc, & alium eligunt ob instantias, quibus subjiciuntur, vel subjici possunt, prout assumitur, vel conducit ad rem præsentem, & §. Sequenti constare poterit, ergo.

§. IV.

Statuitur alter modus unica conclusione, præmisso duplici supposito.

Supponimus primò ex communi consensu Thomistarum non esse necessarium produci verbum per om-

omnem intellectionem creatam, licet id negent, qui illud existimant necessarium non propter ipsum objectum, sed propter operarionem potentiæ, quià nempè illam constituunt de prædicamento actionis, quæ dicitur non posse esse sinè termino, ut Suarez, Molina, Vasquez, Montasinos, Ruvio, Connibricenses, & alii: Quod tamen negant communiter Thomistæ asserentes eam, sicut & cæteras actiones immanentes esse da prædicamento qualitatis cum D. Tho. opusc. 48. c. 1. de prædicam. actionis, & in 1. dist. 8. q. 4. ar. 3. ad 3., ubi asserit in prædicamento actionis tantum constitui actionem, quæ est cum motu physico, qualia non est intellectio, vel actio immanens, undè nec ex propria ratione infert passionem, ut tradit idem infrà q. 41. a. 1. ad 3. & in 1. dist 40. ar. 1. ad 1. & Quolib. 4. a. 9.

Ex quo rectè inferimus non esse de ratione ejus producare terminum. Tum quià per actiones virtutum supernaturalium per se infusarum, quæ sont in appetitu, & voluntate, nullus producitur terminus, quià non concurrunt effectivè ullo modo ad productionem, val augmentum suorum habituum, sed tantum meritoriè, vel dispositivè. §. Tum quià ut Cajet. hic §. ad 1. dub. & ad 1. & 2. objectionem Scoti docet ex Arist. 9. Metaph. tex. 16. inter actionem immanentem, & transeuntem inter alia hoc est discrimen, quod transiens necessariò habet aliquem terminum productum, (vel saltem communicatum, ut explicatum est in 1. Phys.) & est propter illum; immanens verò non est necessariò productio illius, quamvis nequè hoc repugnet ei, neq. ex propria ratione formali ordinatur ad opus, vel terminum producendum, & quando producit, adhuc non tam est ipsa propter terminum, quam terminus propter illam. §. Tum quià difficile est in opposita sententia explicare, in quo formalis ratio actionis immanentis consistat, si verè est actio, cum ex propriis, sivè ex eadem, (ut dictum est, utpotè sine motu physico, & sine illatione passionis) nequeat esse, fieri, aut productio alicuius termini: Quamvis eadem admossa dici posset in hoc consistere, quod sit actualitas potentiæ, aut virtutis activæ ut aius actualis influxus, & tendentia ad objectum, ut ad terminum, circa quem versatur.

Ex his in forma proh. suppositum evertendo fundamentum eiusdem sententiæ. Ex eo in omni intellectione creata producitur verbum, quià verè est actio de prædicamento actionis, & vera actio tenetur producera terminum, sed ex neutro capite id convincitur, ergo: Mi. quoad 1. p. constat ex dictis, quià est de subjecto non supponente, & falsa, quod sit vera actio de eodem prædicamento, ut probatum est. Sed hoc etiam admisso probatur quoad utramq. part. Quià nunquam est actio, vel fieri imperfectum cum actualitate incompleta motus, sed metaphysica, val absoluta ab illo, ergo licet hæc diceretur verè actio, non tamen necessariò productiva termini: Ant. admittunt contrarij, qui præcipuè contendunt adhuc esse de genere actionis, quià ad hanc existimant non desiderari rationem motus: Conf. verò prob. Tum quià actio immanens, (ut est intellectio,) ut immanens est, non ordinatur ex propria ratione formali contrapositivè ad transeuntem, ut dictum est, ad opus, vel terminum producendum, sed magis contemplandum, vnde potius terminus in subjecta materia, scil. in subjecta materia intellectionis, (si semel producendus est) est propter ipsam, quam ipsa propter terminum. §. Tum quià ex eo actio de illo genere petit necessariò producere, quià entitas debilis est impotens consistere sine entitate termini, ergo si intellectio non est fieri imperfectum cum actualitata imperfecta, vel incompleta motus non petit necessariò producere terminum, sivè ex indigentia sui, sed magis objecti, quando se ipso nō est in actu in linea intelligilis, qua rationa diximus, non esse necessarium, ut producatur à beatis respectu Dei clarè visi, quià se ipso Deus est tale in actu, sivè in eadem linea.

Dices non ex eo præcisè esse necessariò productivam termini, quià ad sui consistentiam indigeat entitate illius, sed quià est vera causalitas, & vera actio, quæ stara nequit sine illo. Præterquàmquòd etiam in intellectione invenitur sua propria mutatio, aliàs non mutaretur intallectus de non intelligente in intelligentem. §. Sed contrà hoc est. Nam licet dicatur vera causalitas non tamen per imperfectionem, sed per eminentiam, & excessum, si velimus esse absolutam à motu physico, vel imperfectiona eius, ergo non necessariò producit, sed tantum permissivè; aliàs nullum statuitur discrimen inter actionem immanentem, & transeuntam, nec inter actionem cum tali motu, & sine illo, quod videtur contrà communem consensum Philosophorum, & contrà Philosophum, ut dictum est, nam quæ est talis eminenter, & sine eodem motu, [illegible] comparatur ut pura via, & tendentia ad terminum, sed magis quæritur ratione sui: Undè ut dicebamus, in hac sententia solum dici poterit essa veram causalitatem, quatenus est actualitas potentiæ, aut virtutis activæ, ut eius actualis influxus, & tendentia ad objectum, ut ad terminum circa quem versatur, sivè producendo, si objectum indigeat, sivè præcisè contemplando, si non indigeat, ut dictum est; aliàs videmur everteta vera principia Philosophiæ, ut deserviunt, prout deservire tenentur ad Theologiam. Nam hac ratione, (ut innuit D. Th. in 1. ubi suprà) actio Dei potest esse, & de facto est sua substantia, & consequenter sine indigentia termini extrà se producti, quià emineus est, vel perfecta, sivè non est aliquid fluens ab agente cum motu, ex quo etiam infert, ut dictum est, non esse de prædicamento actionis.

Ex quibus etiam fit satis ad id, quod subditur de mutatione intelligentis per intellectionem; nam sola est mutatio metaphysica per transitum de potentia ad actum, non phytica per positionem unius cum abjectione alterius; Unda est mutatio excedens genus actionis, quod denominat agens ab effectu secuto, seù passione subjecti, & ideò ad hanc requiri, quòd respectu subjecti sit mutatio, vel motus, & respectu effectus sit puta, & mera causalitas ordinata ad ipsum.

2. Suppono ex eodem ferè communi consensu in omni intellectione creata excepta beatifica produci verbum; Quamvis negent aliqui, qui putant Angelum non producere illud in cognitione sui existimantes propriam substantiam non tam gerere vicem speciei impressæ, sed etiam expressæ, ac proindè non tam esse in gradu intelligibilis, sed etiam intellecti: Sed oppositum videtur expressè sentire D. Th. 4. Cont. Gent. c. 11. Ubi de illis loquens non longè à princ., seù in fine primæ colum. inquit. *Licet intentio intellecta* (seù verbum, vel species expressa) *sit eis omninò intrinseca, non tamen ipsa intentio intellecta est eorum substantia; quià non est idem in eis intelligere, & esse*. Et videri etiam potest ibidem lib. 1. c. 53., ubi solum intellectum Divinum excipit à formatione hujus speciei super additæ ad essentiam, referens etiam se ipsum ad c. 46. ubi hac ratione num. 5. probat omnia intelligere per suam essentiam, *Quià intelligere Dei est eius esse*

esse. Idem docet l.7.ed cap.t. Jo:, & q.8. de pot.ar.8., & q.9. er.5., & de Spiritualibus creaturis er.9. sd 6.

Ex his prob. suppositum. Quià nulle creatura in universum potest se ipsa, vel per se habere rationem termini intellecti, sivè non tentum esse in gradu intelligibili, sed etiem intellecti, cum in nulle sit idem intelligere, & esse, ergo nulla potest intelligere sinè productione verbi, exceptis beetis in Patria respectu Dei clarè visi supplente ibi Divina essentie,ut dictum est,muneris utriusq. speciei, ec proindè nec poterit Angelus se ipsũ intelligere sinè verbo distincto à proprie substentia;utraq. cons. tenet,posterior quidem,quià in illo non est idem intelligere, & esse, nisi velimus esse actum purum; prior etiam, quià hac ratione juxtà D. Tho. non est necessarium superadditum ed essentiam in Deo, quià in illo utrumq. est idem. §. Expl. hoc. Nam sicut unumquodq. fit cognoscibile,vel intelligibile secundùm quòd habet de immaterialitate, vel de actu, ità fit actu cognitum, vel intellectum secundum quod habet de immeterialitate, vel de actu ultimo, ergo quod se ipso, vel per se non est in actu ultimo, vel puro, nequit esse se ipso, vel per se actu cognitum, vel intellectum, seù esse in gradu intellecti.§.Expl. ulteriùs, & urg. totum hoc: Nam sicut in genere intelligibili activo unũ quodq. fit actu intelligens per intellectionem tanq. per ultimem actualitatem ejusdem generis activi, ità fit actu cognitum, vel intellectum per verbum, seù speciem expressam, tanq. per ultimam ejusdẽ passivi,sed intelligens,quod non est actus purus in eodem ectivo nequit fieri actu intelligens per intellectionem non superadditam ed propriam substentiam, ergo quod non est actus purus in eodem passivo nequit fieri actu intellectum per verbum non superadditum ad illam.

Dices fortè esse discrimen, quòd genus intelligibile activum eliquomodo pertinet ad genus entis; passivum verò, magis ad purum intelligibile; non repugnare autem prædictam identitatem in isto, sicut in genere entia,nam in hoc solum inferri potest ex eadem identitete, ratio actus puri repugnens creaturæ. §. Sed hæc solutio est in primis effugium, ad quod recurront contrarii suprà q.te. er. 2. ed eludendam secundem, & tertiem rationem D.Tho. ibidem, que probat impossibilitatem speciei impressæ, quià deberet esse suum esse, & actus purus, & consequenter non tem in genere intelligibili activo, sed etiam in passivo militat juxtà D. Tho. argumentum factum, sicut & utraq. eius ratio.

Deindè instatur sic. Quià etiem ratio cognoscibilitatis, vel intelligibilitatis, sivè genus etiem intelligibile fundatur suprà actualitatem, & immaterialitatem, & non solum activum, ergo non solum ex tali identitate inferende est ratio actus puri in passivo, vel intelligibili, sed etiam in activo, vel entis. Ant. patet ex dictis ibidem. §. Præterea, ut ibi etiem dicebamus, esse intelligibile non est denominatio rationis, sed verum esse reale, sed in nullo modo essendi reali potest creature sibi identificare ultimam actualitetem, ergo. Ma. patet. Quià esse intelligibile non hebetur ex beneplacito, & impositione hominum, sed fundatur in actualitate,& immaterialitate objecti: Mi. verò prob. quià in quocunq. modo essendi reali ponatur creatura tenetur habere aliquam potentialitatem admixtem, aliàs non erit in illo ens per participationem.

Secundo prob. suppositum ex D. Tho. loco relato ex Cont. Gent. evertendo fondamentum oppositæ sententiæ. Ex eo Angelus in cognitione sui non formet verbum, quià se ipsum per se ipsum habet etiam objectivè præsentieliter, sed hoc est falsum ergo. Ma. est expresse Cajet. oppositum sustinentis hìc §. 3.ad 3. dub., nec potest elie ratione affirmari, cum ad hoc sit necessarium verbum, scil. ed habendam hujusmodi præsentiã objectivem, ut patet ex dictis ibidem de visione,& ex dicendis infrà de illuminatione,& latè elibi in 3. de anima: Mi. verò prob. quià ad rationem termini actu intellecti, sivè ad hanc objectivam præsentiem, requiritur abstractio objecti cognoscendi ab hìc, & nunc ectuali, sed essentia Angeli non sic ebstrahit, ergo præsentie objective, quem habet non sufficit ad rationem termini actu intellecti; sivè ut actu se ipsum cognoscat; sed erit ad hoc, necessarium verbum superadditum: Cons. tenet, quià ut inquit D.Tho. ibidem, non potest intellectus creatus rem sic separatam à conditionibus materielibus cognoscere, nisi formet sibi conceptionem prædictam: Ma. est ejusdem, qui in hoc distinguit intallectum eb imaginatione; quià ille intelligit rem sic separatam eb eisdem conditionibus, & patet retione, quià nullum objectum intelligit, nisi sub ratione quiditatis, cum quiditas rei sit proprium illius objectum, ut ex superioribus constat,& alibi ex eodem 3.de anime,& docet idem suprà q.17. ar.3. ad 1. Unde etiem Cajet. infrà q.8e. er.e. §. *Ad cujus evidentiam* inquit. *Quidditas est ratio rei, quod intelligatur*. Mi. etiam est certa, quià essentie Angeli secundum esse, quod habet,est determinata per existentiam actuelem realiter eb essentie distinctam ergo. §. Expl. hoc. Nam in conceptu definitivo, & essentieli Angeli non ponitur existentia ejus actuelis, ergo intellectio quidditative, vel definitive ejus nequit termineri ad essentiam prout in re, sed ut repræsentatur in verbo ebstrahente eb actuali existentie: Ant.constat,quià de nullius essentia creaturę est actuelis existentie, sed solius Dei, & ideò sola Dei essentie cognosci potest sine tali ebstractione.

Dices hac ratione etiam convinci, quòd nec posset ejus essentia gerere vicem speciei impressæ. §. Sed contrà hoc est; Quià ut patet ex dictis, est manifestum discrimen inter impressam, & expressam,seù verbum, nam ille utpotè tenens se ex parte potantiæ concurrit in ratione principii effectivi, hæc verò in ratione objecti, & termini cogniti, ergo non requiritur telis ebstractio respectu impressæ, sicut respectu expressæ: ant. latè constat ex eisdem locis relatis de visione, & de anima; cons. verò prob. nam ed rationem principii effectivi requiritur, quod actu existat,concurrit enim, secundũ quod est in actu,ed rationem verò objecti,vel termini intellecti,ut abstrahat ab hoc actu,sivè ab existentia,ut dictũ est,ergo si verbum, seù species expressa tenet se ex parte objecti ut intellecti,sivè repræsentans illud in ratione intellecti, exigit habere idem ut ebstractum ab eadem existentia, itent teneatur non repræsentare actuelem existentiam, sed ebstrahere eb illa,quod tamen nequit impleri eb essentie Angeli secundum quod est in re, cum prout sic, ut dictum est, sit determinate per illam. His suppositis sit.

Conclusio. Hæc propositio *Quicunq. intelligit &c.* secundum quod conducit ed intentum D. Tho. accipiende, vel intelligenda est cum distributione pro intelligante, intellectione de facto productiva verbi: Ad hunc sensum, quòd quicunq. intelligit intellectione de facto productive illius, verbum, quod procedit,

manet intrà intelligentem: ità M. Farre, & alius recentior doctissimus Thomista. §. Prob. nam intentum D. Tho. non est ex illo principio concludere substantiam, sivè existentiam processionis, idest quòd hæc detur in divinis, sed qualitatem, seù modum illius, scil. quòd sit ad intrà, sed ad hoc maximè conducit sic juxtà conclusionem acceptum, vel explicatum; sivè omnis deindè intellectio producat, sivè non, ergo ità explicandum est: ma. constat nam intentum D. Tho. est præcipuè impugnare in hoc art. errorem Arrii, sed iste non negabat substantiam processionis, sed modum, ut patet ex textu, non enim negabat, quòd Filius procederet à Patre, sed quòd tali modo procederet, scil. ad intrà tanq. eidem consubstantialis, sed magis ad extrà tanq. effectus, vel creatura: Tum quià substantiam, vel existentiam illius probat per authoritatem in arg. sed contrà ex illo Jo. 7. *Ego ex Deo processi*. Et deindè in initio corp. procedit ad probandam qualitatem, seù modum ejus secundum fidem, & improbandum oppositum ejusdem Arrii tanquam contrà fidem, & primò quidem iterum ex authoritate 1. Jo. ult. *Simus in vero filio ejus. Hic est verus Deus*. Scil. quē Arrius vult (ut præmittit ibid.) *procedere à Patre sic ut primam ejus creaturam*. Deniq. ad hoc intentum assumit præfatum principium, ut concludat non procedere ut talem, nempè quasi ad extra, ut effectum, vel creaturam: Mi. verò prob. quià sivè omnis intellectio producat verbum, sivè non, semel tamen quod sit productiva, id quod per illam procedit, sivè secundum emanationem intelligibilem, secundum quam procedit verbum, semper manet intrà, nec dabitur instantia in contrarium, ergo sic accepta propositio potissimùm conducit ad intentum illius; scil. Filium procedere, & manere intrà, non extrà tanquam creaturam, ut volebat Arrius.

Expl., & urg. hoc ex his, quæ concludit, (ut jam insinuavimus) virtute ejusdem propositionis, quæ talia sunt in fine corp. *Non ergo accipienda est processio secundum quod est in corporalibus, vel per motum localem, vel per actionem alicujus causæ in exteriorem effectum, ut calor à calefaciente in calefactum, sed secundum emanationem intelligibilem, utpote verbi intelligibilis à dicente, quod manet in ipso. Et sic fides catholica processionem ponit in Divinis*: Ex quibus manifestè patet D. Tho. non concludere processionis existentiam, sed modum, nempè processionem alicujus, quod maneat intrà ipsum Deum. In quo sensu verissima est, & ejus intentum rectè concludit: Primum quidem, quià nullam pati potest instantiam; perpetuò enim vera est hæc conditionalis, si intellectio aliqua semel producit, illud manet intrà intelligentem. Secundum verò quià hoc ipsum est ejus intentum, nempè quòd, id, quod procedit per divinam processionem (quam dari constat ex fide in Deo,) maneat intrà ipsum Deum intelligentem, ut patet ex verbis relatis in fine corp. Ad hoc autem, ut patet, non conducit præcisè, quòd omnis intellectio producat, vel non, sivè in nobis in via, vel in patria, aut in Angelis; sivè etiam in Deo, sed quòd si producit, productum maneat intrà intelligentem. Per quod manet soluta ratio dubitandi ab initio.



§. V.

Solvuntur argumenta contra utrumq. suppositum, & conclusionem.

PRimò arg. contra primum. De ratione intellectionis quæcunq. sit, est productio verbi, ergo per omnem producitur: Prob. ant. tum ex D. Tho. q. 9. de potent. art. 5., ubi absolutè ait, quod conceptio intellectus est de ratione ejus, quod est intelligere. Et idem docet cap. illo 53. ex cont. Gent. & Ferrara ibidem. Tum deindè ratione: nam de ratione intellectionis est, quòd res intellecta constituatur in actu secundo intrà ipsum intelligentem, sed hoc fieri nequit sine verbo producto, cum ad istud spectet, rem sic formaliter constituere intrà in actu 2., sicut ad speciem impressam constituere illam intrà in actu primo, seù proximè intelligibilem ergo.

Urg. hoc intellectio vel est propriè actio, vel propriè est qualitas, & tantum dicitur actio grammaticaliter, quià significatur per modum actionis, & tendentiæ actualis ad objectum, sed quidquid dicatur, repugnat dari actionem sine termino, ergo. Prob. mi. 1. quoad 1. p. quià repugnat actionem esse sine termino per eam producto, V. G. calefactionem sine calore, illuminationem sine luce &c. & ratio est quià actio non est aliud, quàm productio termini, ergo cum respectu intellectionis non sit alius assignabilis terminus, nisi verbum, repugnabit illam dari sine verbo. §. Quoad 2. verò. Quià si intellectio est qualitas debet produci ab intellectu informato specie impressa per actionem aliquam, sed talis actio si non est formaliter intellectio debet esse dictio, nam omnis actio intellectus, vel est intellectio, vel dictio, ergo qualitas, quæ est terminus illius erit verbum expressum per illam; Cons. tenet, quià terminus dictionis, ut communiter fatemur, est verbum, dicere enim mentis non est aliud, quàm exprimere verbum mentale, sicut & dicere oris est exprimere verbum vocale.

Expl. & urg. hoc. Si intellectio est qualitas, & non actio productiva alicujus termini, debebit intellectus ultimatè per illam tanq. per formam à se ipso expressam constitui in actu secundo similis rei intellectæ, ergo intellectio formaliter vel effectivaliter erit similitudo expressa verbi, & consequenter verbum. §. Urg. ulteriùs, & simul impugnatur posterius suppositum. Quià præter visionem beatam, (de qua illud negat) in omni intellectione creata datur verbum, ut fatetur primum, ergo tenetur istud fateri de omni, nulla excepta. Prob. cons. nam vel tale verbum est formaliter ipsa intellectio, vel producitur per illam; si primum, habetur intentum, quià etiam visio beata est formaliter intellectio, ac proindè nulla erit dabilis sinè verbo producto: si verò secundum, ergo etiam per beatam eadem ratione producetur verbum, quià ipsa etiam est intellectio, & intellectio est productiva verbi.

Ad hoc patet ex proximè dictis, & suprà etiam de visione ad art. 2., ubi hac de re latè egimus, & de eodem argumento. Unde nego ant. ad 1. prob. ex D. Tho. dicimus mentem illius non esse, quòd taliter sit de ratione intellectionis productio verbi, ut per omnem etiam beatificam producatur; (satis enim constat de mente ejus non solum non produci per illam; sed neq. esse producibile, ut probatum est) sed solum quòd quando formatur, non formetur per aliam actio-

nem

nem ab intellectione veluti ex æquo distinctam, cujus oppositum docet Scotus, ut vidimus in 3. de anima, & adhuc potest cōstare infrà: existimens quòd actus dictionis productivus verbi distinguatur ab actu intellectionis: & ità etiam explicari potest præsens universalis *Quicunq. intelligit &c.* ex hoc ipso quòd intelligit per actum intellectionis format, & non per alium distinctum. Quidquid iterum sit, an per omnem producatur, vel non. §. Ad 2.dist.mi. vel objecto se ipso unito, ut contingit in patria conc. semper producto, nego: solutio patet ex dictis.

Ad 1. confirm. admisse utraq. parte ma. nego mi. in utroq. sensu: Ad prob. pro prima, vel neg. ant. loquendo de actione ut sic, vel abstrahente à transeunte, & immanente; vel dist. repugnat actio sine termino, transiens, ut est calefactio, vel illuminatio, transeat, immanens nego: Ad prob. annexam similiter dist. actio transiens, transeat, immanens nego: nam ut docet D.Tho. Quodlib. 5. ar.9.ad 2. sensus externus per formam, quæ sibi à sensibus imprimitur, elicit quidem sensationem, sed non format sibi aliquam formam, aut speciem expressam: unde quidquid sit de transeunte, (de qua in superioribus dictum est, an sit necessariò productiva, an solum aliquando unitive) immanens tamen, ut vidimus, non tenetur necessariò producere, licet hoc ei non repugnet, sed permissivè se habeat.

Ad 2. prob., sivè pro 2. par. neg.ma., quià intellectio, & si sit qualitas, tamen cum habeat modum actionis, non producitur per veram actionem, sed sicut dicimus de actione, quòd naturali resultantia emanat ab agente constituto in actu primo completo, & aplicato ad agendum, ità etiàm resultantia naturali emanat intellectio ab intellectu, eò ipso quòd in actu exercito informatur per speciem in esse intelligibili; & exercitatur ad intelligendum. §. Ad hujus primam confirmat, neg.ant., quià ut docet D.Tho.q.34. ar.1. ad 3. intelligere, & dicere differunt, quià intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in qua nulla ratio originis importatur, sed solum informatio quędam in nostro intellectu, prout sic constituto in actu per formam rei intellectæ, &c. sed dicere importat principaliter habitudinem ad verbum conceptum, nihil enim est aliud dicere, quàm proferre verbum &c. Ità D.Tho. §. Quibus expressè docet, (ut rectè advertit ubi suprà M. Catalan) intellectionem secundum suam formalem rationem, nec esse productionem verbi, nec verbū productum, dum effirmet nullam rationem originis importari in formali ratione intellectionis: & verissimum esse constat; quià intellectio Divina formaliter ut intellectio, est aliquid essentiale commune tribus Personis, & ideò ut sic formaliter, nec est productio verbi, nec verbum. §. Docet etiam eisdem verbis, intellectionem creatam esse qualitatem, dum ait intellectionem in nobis importare informationē quandā. Formalis ergo ratio intellectionis creatæ, ut dictum est, consistit in hoc, quòd sit dispositio quædam afficiens intellectum ut actualis tendentia, & contemplatio attingens objectum in verbo, scil vel producto ut in via, vel Divina essentia gerente vicem illius, ut in Patrie.

Ad posteriorem, vel ultimam confirm. Resp. ut suprà, quòd in omni nostra intellectione excepta beata producitur verbum, non per illam ut intellectio est, sed per dictionem, quæ ut dictum hic ar.1., & 2., aut formaliter specie distinguitur ab intellectione, ut volunt aliqui, aut importat illam sub certo modo, ratione cujus habet, quòd sit productio Verbi: Visio autem beata, ut vidimus, nullo modo est dictio, sed nuda intellectio, vel contemplatio Dei, ut in se est. Et ratio est, quià tota ratio constituendi in intellectu creato dictionem expressivam verbi (ut etiam tangit argumentum) est, ut per eam efficienter fiat objectum cognitum intimè præsens intellectui, ut intellectum in actu 2. Divina verò essentia per se ipsam est præsens intellectui beatorum, ut intellectum in actu, ut docet D.Tho. ar. illo 1. q.12. ad 3. Nec potest fieri sic præsens per actionem creatam, & ideò visio beata, neq. dictio est, nec productio verbi.

Quòd si instes in eadem Divina essentia, quòd est magis præsens intimè, & proportionata intellectui Patris, quàm intellectui Beatorum. Vel iterum in natura Angeli similiter intimè præsenti, & proportionata intellectui ejus; & tamen constat de fide Patrem ex vi visionis essentiæ producere Verbum; & probabiliter etiam Angelum producere illud in cognitione sui, ergo etiam produci poterit à beato per visionem Dei. §. Resp. ad 1. ut suprà, Patrem in Divinis non producere illud ex indigentia Divinæ intellectionis; (ut constat ex eo, quòd Filius, & Spiritus S. ex visione ejusdem essentiæ verbum non producunt) sed ex fœcunditate naturæ, quæ quià infinita est, petit ex se processionem Verbi à Patre, & Filio per voluntatem. Tum quià etiamsi nō obstaret præcisè intimitas, adhuc obstaret impossibilitas expressionis Dei, ut in se est per formam creatam.

Ad 2. iterum negamus primò talem productionem verbi in Angelo respectu cognitionis sui, quià ut dictum est licet natura angelica sit intimè præsens, & proportionata proprio intellectui in actu primo, sivè in ratione speciei intelligibilis, non tamen in actu 2., sivè in ratione verbi, vel conceptionis intellectæ, quià nempè quemvis per se ipsam sit proximè intelligibilis, non tamen est ipsum intelligi, sivè in gradu intellecti, undè ratione ejus nō est esse intellectum, ac proindè nequit habere rationem verbi, sicut Divine essentia, sed indiget verbo producto à se ipsa distincto, ut docet D.Tho.4.cont.Gent.c.11. secundò dicimus, quòd admissa etiam prædicta probabilitate adhuc esset discrimen, quòd posset per se ipsam exprimi, cum non sit prout sic suprà se ipsam in ratione exprimentis, & exprimibilis; essentia autem Divina, ut dictum est, impossibile est exprimi ut in se est per verbum, vel formam creatam, ob infinitum excessum supre illam.

2. Arg. contrà suppositum 2. (& est replica contrà superiores solutiones:) nulla est necessitas constituendi verbum superadditum in Angelo intelligente se ipsum, ergo falsum est per omnem intellectionem creatam produci verbum excepte beatifica. Prob.ant. Ad hoc est necessarium, ut dictum est, ut objectum, quod est extrà fiat intrà, sed Angelus non est extrà, sed intrà, ut patet, cum sit summè intimus sibi, ergo. §. Dices, ut suprà esse intrà in ratione intelligibilis, sivè in actu primo, non secundo, vel in gradu intellecti, quià secundum se ipsum ut dictum est, determinatur per actualem existentiam, à qua debet abstrahi, ut fiat actu intellectus, cum objectum intellectus sit quiditas, ad quam in creatis non pertinet actualis existentia ut dictum est.

Sed contrà hoc est; nam substantia Angeli est omninò immaterialis ergo non impeditur ab existentia ut sit præsens non solum in actu primo, sed etiam in 2. gerendo vicem speciei expressæ, seu verbi, & non solum expressæ. Ant. est certum, cum sit purus spiritus:

ritus.Conf. verò prob Nam hac rationa Divina assantia,gerit utrumq. munus speciei impraffæ,& expressę & ast præsens utroq. modo per se ipsā,quia est summè immaterialis: Et ratio utriusqua ast, quia tota intelligibilitas, & manifestatio in hoc genere fundatur in immatarialitata, ut patet ex dictis ergò.

Dices non ideò pręcisè Divinam sic supplare, quia est utcunq. immaterialis, sed quia est summè talis, & actus, da cujus essentiali concepta est axistantia, ut dictum est: undè potarat distingui primum ant: sic; ast omninò immaterialis, per omnimodam exclusionem materiæ physicæ, & ordinis ad illam,conc: cujuscunq. etiam metaphysicæ, sivè potentialitatis, naq. ant: & conseq. Hoc enim postarius requirebatur, ut probatū ast,quia debet esse abstractio ab hic,& nūc, ac proinde ab axistentia, quando hæc non ingreditur conceptum quiditativum objecti; undè tunc nequit assentia istius asse in gradu intallecti, ut contingit in sola assentia Divina.

Sed contrà hoc est; quia adhuc potest per sa ipsam esse terminus actu cognitus etiā nō sit actus purus,ergò: Prob. ant: Da facto datur in creatis, ut vidimus ex D.Tho. objectum actu cognitum per sa ipsum sivè varbo, vel termino producto per modum expressionis illius, ut patet in sensibili exteriori, ergò à fortiori in Angelo id admittendum est, cum sit ajus substantia magis proportionata, & cæteris immaterialior. §. Resp. banà ibi usquè ad hanc postariorem raplicam. Ad quam neg. ant: loquando de objecto actu cognito per intellectionem. Ad prob. conc. ant: intrà spheram sensuum, & neq. cons. ob manifestum discrimen, quia sansus, & maximè exterior non abstrahit ab hic, & nunc, sed terminatur ad rem, veluti in seipsa,undè D.Tho. art. illo 9. ad 2. ax Quodlib. 5. relato inquit. *Dicendum, quod cognitio sensus exterioris perficitur per solam immutationem sensus à sensibili, undè per formam, qua sibi à sensibili imprimitur, sentit, non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem; hoc autem facit vis imaginativa, cujus forma quadammodo simile est verbum intellectus*. Undà poterat ratorqueri in vi imaginativa, quæ quia suo modo abstrahit, ut alibi axplicatur in lib. de anima; format sibi,ut ait D.Tho. formam sansibilam similam verbo.

Sed adhuc instas: quia sequitur ex his, quòd saltèm non taneatur Angelus formare illud per intellectionem, qua seipsum intuetur, ut singularem, & axistantem, quia tunc non abstrahit ab existentia, sed magis axigit illam, utpotè necessariam ad objectum cognitionis intuitivæ ergo §. Resp. dist. ant: quod non teneatur formare illud, distinctum à priori repræsantante quiditatem specificam, conc. nullum omninò t neg. Quamvis ergo ob sui maximam perfectionam,& immaterialitatem dicatur non indigere distincto verbo ad cognoscendum se ipsum, ut singularam, vel existantem, sed sufficiat jam formatum respectu propriæ, quiditatis, non taman sufficienter habet ex meritis illius, ut ostensum ast, quòd nullum formet in cognitiona sui. Sicut ergo eadam specia, & varbo cognoscunt quiditatem rerum specificam, & res singulares actualitar axistentes, ut axplicatur infrà de Angalis, ità eodem varbo dicuntur in sa ipsis utrumq. cognoscera; ax quo solum probatur non indigera respectu sui pluralitata varborum, non tamen, quòd nullo indigeant.

Tertiò Arg.contrà conclus. D.Th.Quia non solùm afferit verbum productū manere intrà intelligentem, sed quòd etiam ratio productivi conveniat intellectio-ni ax proprio ajus concaptu, ergo prædicta universalis non tantū distribuit pro intellectione da facto productiva, sed universalitèr pro omni intellectiona; conseq. tanet ax dictis in 1.poster. & antec. prob. quia id exprassè sonant verba illa, *ex hoc ipso, quod intelligit procedit aliquid intrà ipsum*, *ergo*. §. Expl. & urg. hoc. Si solùm distribuarat prò intellectiona de facto productiva, fieret inutilis in illa verborum repetitio, nam fieret hic sensus; quicunqua intelligit ex hoc ipso quòd intelligit producendo aliquid intrà ipsum, procedit aliquid intrà ipsum, ut videtur manifestum ex contructione illorum, ergo ex propriis intallectionis, sivè ex natura ejus, & non præcisè, ut productiva est infert Deo convanire processionam alicujus manantis intrà ipsum.

Ad hoc dist. ant. ut suprà, convaniat intellectioni ad hunc sansum, quòd ratio productivi habeatur ex meritis actionis intellectivæ, & non alterius distinctę, ut explicatum est, conc., sic quòd necessariò illi conveniat, neg. ad prob. annexam similitar dist. id expressè, sonant, scil., quòd si producit, id intelligendo producat, & non per actionam distinctam, ut dictum est, conc. sic quòd necessariò producat, neg.; §. Secundò etiam rasp. naq. ant. ad prob. vel neg.ant. val dist. claritatis gratia. Id exprassè sonant ex meritis materiæ, conc., formæ nag. quia non semper per illa verba exprimitur aliqua sequela formalis, sed quandoq. tenant solum gratia materiæ, ut contingit in casu, quia loquitur D. Thom. ut vidimus, de intellectiona hominum viatorum, quæ semper conjungitur cum productiona varbi; ut probatum est, & ad hanc matarialem conjunctionem axplicandam, utitur illis verbis *ex hoc ipso, quod intelligit*: undè rectè deindè exemplificando in intellectiona da facto productiva ascendit ad processionam, quam supponit ex Arrio, da facto productivam in divinis, ut sic deindà inferat dando instantiam manifestam, quòd sicut nostra de facto productiva, quia est productiva ex hoc, quod ast par emanationem intelligibilam, (quod exprimitur per aadam varba ex hoc ipso, quòd intelligit) habet terminum productum intrà intalligantem, ità pariter Divina, quia est per aundam modum amanationis intelligibilis, debet habera verbum, seù terminum productum; scil. Filium intrà Deum; non verò quòd sicut illa viatorum est productiva, ità pariter divina sit productiva. Hoc enim, ut dictum ast, non negabat Arrius, & alias etiam assumaret, ut vidimus,principium incertum, scil. an omnis intellectio viatorum sit necessariò productiva, quidquid sit, quòd omnes præcipuè Thomistę id fateantur.

Ad confirm. neq. ant: ad prob. annexam, neq. illam, nam juxtà explicationem datam; hic ast sensus legitimus illius, quòd in 1. par. dum dico; *Quicunq. intelligit intellectione de facto productiva* exprimitur substantia procassionis; in secunda verò, dum dico, ex hoc ipso, quòd sic intalligit, procedit aliquid intrà ipsum, explicatur qualitas ejus, in quo nullum apparet vitium inutilis replicæ,



QUAESTIO II.

An divinæ processiones sint immediatè ab intellectu, & voluntate.

DIfficultas specialiter est cū Durando,qui in 1. dist. 6. q. 2. & alibi, ità fœcunditatem tribuit naturæ respectu processionis Filii, & Spiritus S., ut velit utramq. præcedere intellectū, & voluntatem, itaut si perimpossibile non essent in Deo, adhuc subsisteret utraque processio, sivè generatio Filii, & processio Spiritus Sancti; quidquid sit an deindè velit naturam esse immediatum utriusq; principium, ut existimant Vasquez disp.121. c.1. & Suarez lib.1. de Trinitate c.5. & plures alii ex recentioribus, quos suppresso nomine refert hic Illustriss. Godoii disp.72. §.1. An verò quòd solam relationem Patris cōstituat pro immediato, vel proximo principio respectu generationis Filii,& relationē Spiratoris respectu processionis Spiritus S., essentia vel natura ad utramq. se habente,ut principio radicali,& remoto,ut vult idem Illustriss.; §. Durando ità consentit Hieron. Sanglius in l 6.Eidelbergæ edito de Trinit.1. p. operis lib. 5. c.ult. ut asserat (sed indignè) temerariam esse eorum Theologorum doctrinam, in qua habetur hæc propositio; Filius procedit per intellectum. Refertur etiam in ejus favorē Ariminensis in 1.dist.7.q.1 & 10. q. 1. sed immeritò, ait M.Ferre hìc, quià ibidem nihil asseris, quod eidem opinioni faveat.

§. I.

Statuitur Conclusio.

PRocessio Filii, est immediatè ab intellectu, & ille Spiritus S. à voluntate, & solùm mediatè à natura; itaut intellectus, & voluntas ingrediantur constitutivum principiorum utriusq. processionis; scil. intellectus processionis Filii, & voluntas processionis Spiritus S., ac proindè sine illis nō manerēt hujusmodi processiones. Est jam communis consensus Theologorum, qui oppositam sententiam exclusivam osriusq. potentiæ reputant temerariam, & parum tutum in fide. Nam expresfsè Jo:. 1. & 5. Filius Dei dicicitur Verbum Patris, quod in omnium sententia non producitur nisi per intellectum. Et favent D. Aug. lib.7. de Trinitate, Basil. Magnus homil. super illud. *In principio erat Verbum*, & Cyrill. Alexandr. lib. 1. in Joāc.5. ubi ait *Filius appellatur Verbum, & sapientia,quià ex intellectu immediatè, & indivisibiliter est*.

Dices ex Durando processiones attribui Filio, & Spiritui S. non propriè, sed metaphoricè, & per quamdam appropriationem, & similitudinem, quià nempè sicut in nobis prior est intellectus,tanquam prima proprietas à natura dimanens, & voluntas secunda, & ideò priùs producitur verbum per intellectum, & amor per voluntatem, ità similiter in Deo, quià prima processio est processio Filii; quæ est per intellectū, & deindè illa Spiritus S. ità Filius dicitur Verbum, & Spiritus S. amor;§.sed contrà hoc est 1.Nam iuxta regulam D. Aug. verba Sac. script. in sensu proprio, & rigoroso accipienda sunt, ubi nullum sequitur inconveniens,sed nullū est assignabile in casu,ergo propriè, & rigorosè accipienda est utraq. processio, & non metaphoricè,& similitudinariè §.Secūdò nam si processio Filii (& idem est de illa Spiritus S.) non est verè, & propriè actio intellectus vel processio, nec secunda Persona in divinis, dicenda est verè, & propriè Filius, & Verbum secundum rei veritatem, sed tantum metaphoricè, consequens est alienum ergò. Prob. ma. sum quià sicut in Script. dicitur, quòd procedit, ità etiam quòd est Filius, & Verbum, ergo si semel licet interpretari de processione per similitudinem, vel metaphoram, eodem modo licebit interpretari de termino ejus; §. Tum quia proportionaliter tenemur loqui de termino per se actionis, sivè ut terminus ejus est, ac de ipsa actione, vel processione, per quam est,ergo si de actione, vel processione secundæ Personæ in Divinis secundū rei veritatem negatur vera ratio actionis, vel processionis, neganda pariter erit in termino illius vera ratio Filii, & Verbi: & idem de Spiritu S. §. Præterquam quòd si non sunt essentialiter actio, & processio intellectus, & voluntatis, itaut his non intellectis adhuc manerent,jam non videtur posse salvari ordo originis inter illas, ac proindè nec inter terminos utriusq., quod est etiā removere ab eisdem rationem similitudinis, & consequenter nec propriè, nec similitudinariè dici poterunt tales, nam hic ordo sumitur ex ordine inter utramq. potentiam, & non ex ipsa immediata relatione Patris, vel Spiratoris cum non videatur relucere in his talis ordo.

Ratione prob. concl. Nulla datur emanatio in natura purè intellectuali creata per modū processionis, quæ per intellectum, & voluntatem non fit, ergo nulla etiam detur in Deo: cons. tenet, quia Deus non solum est naturæ intellectualis, sed supremum analogatum illius ergo demptis imperfectionibus non debet ei denegari, quod reperitur in anagolatis inferioribus. §. Dices hanc conseq. manifestè infari; nam in naturæ purè intellectuali creata nulla datur processio, quę simpliciter, & cōpletè generatio sit sivè ad intrà, sivè ad extrà, ergo nulla ad intrà datur in Deo, quæ pariter talis,vel generatio sit,quod tamen est contrà fidem, undè videtur argumentum nimis probare.

Sed contrà hoc est ex dictis. Nam ex eo hæc posterior conseq. non tenet, quia non procedit ex præciso, & essentiali conceptu naturæ purè intellectualis, sed ex modo habendi illam, scil. perfectè in statu perfecto, quod est proprium solius Dei, undè Angelus,ut dicebamus, quia non participat perfectè gradum intellectivum, non potest sibi simile generare sicut generat Deus, quia generare sibi simile est opus proprium naturæ non utconque, sed ut talis, scil. perfectæ in perfecto statu; sed conseq. facta à nobis sumitur ex principiis essentialibus illius, nam de conceptu essentiali illius est,quòd sit tantum intellectiva, & volitiva, ergo licet à defectu generationis in illa sivè in Angelo non liceat arguere ad defectum veræ generationis in divinis, itaut nō si datur generatio in purè intellectuali creata nec dari debeat in Divina, benè tamen à positione processionis in illa per intellectum, & voluntatem ad similem positionem processionis in ista, itaut si omnis ejus processio est per intellectum, & voluntatem, pariter in Deo sit per hanc utramq. potentiam, illa quidem Filii, per intellectum, & altera Spiritus S. per voluntatem.

Expl. hoc. Ideò in Angelo nequit dari generatio simpliciter, & completè, sivè sibi similis substantialiter tam in esse intentionali, quàm naturali, quià cum non perfectè participet gradum intellectivum, nequit sibi identificare utrumq. hoc esse, sicut identificantur in Deo, utpote supremo analogato ejusdem natu-

naturæ, ac proindè gradum illius perfectè possidente, ergo licet quantum ad modum procedendi nequeat fieri paritas à purè intellectuali creata ad Divinam, benè tamen quantum ad substantiam procedendi, scil. per intellectum, & voluntatem, quòd sicut non datur processio in creata, quæ per has potentias non fit nec dabitur in Divina: conf. tenet, quia sic procedere non pendet præcisè à perfectione naturæ, sed ab essentiali conditione ejus.

Expl. & urg. ulterius totum hoc, Nam ponere in natura intellectuali Divina generationem, quæ non ponitur in purè intellectuali creata non est ponere aliquam actionem, vel processionem substantialiter, vel essentialiter distinctam ab actionibus, vel processionibus naturæ purè intellectuali creatæ convenientibus, sed tantum est ponere in Deo aliquam excellentiorem illi competentem ex eo quod Divina est, scil. intellectualis perfecta, ad quam perfectionem purè intellectualis creata pervenire non potest, ut dictum est, sed solum operari aliquid accidentale circà sibi similia, ut unus Angelus illuminare alium, vel in subjecta materia generare secundum quid, quatenus dum se ipsum naturaliter cognoscit, conceptum suæ naturæ similem parit, non mirum proinde est, quòd prædicta conseq. non valeat: at verò Durand. contendens dari aliundè processiones in Deo, sive immediatè à natura, sive à prædictis relationibus Paternitatis, & Spiratoris, & à natura, ut à principio radicali, attribuit illi actiones essentialiter distinctas ab actionibus intellectus, & voluntatis, undè rectè fit argumentum contrà ipsum sic. In natura purè intellectuali creata tantum inveniuntur duæ actiones, scil. intellectus, & voluntatis, ergo etiam in purè intellectuali Divina istæ duæ tantum inveniuntur: quia prout sic procedimus ex conceptu essentiali naturæ purè intellectualis ut sic, non ex illo, ut talis, vel creatæ; ex isto enim procedit posterior conf. Durandi ad similiter arguendũ in Divina, ac proindè nulla est.

Deniq. urg. totum hoc, Nam cum operari sequatur ad esse essentiale, vel gradum specificum cujuslibet rei, vel naturæ ejus, nequeunt multiplicari operationes immultiplicatis gradibus illius, sed in natura purè intellectuali divina non multiplicantur gradus suprà eos, qui inveniuntur in purè intellectuali creata, ergo nec tenemur in illa multiplicare operationes.

Dices mi: esse falsam, quia in divina ob ejus excellentiam suprà purè creatam ut nos etiam dicimus, est ratio generativi simpliciter, & ideò tenemur dare illi suprà eandem hunc gradum; undè sicut homo ex sua essentia habet in sua linea esse generativus sui similis, quod non habet Angelus, ità id habet Deus in suprema intellectuali, quod non tribuitur Angelo. 5. Sed hæc solutio magis obstat, quam faveat opinioni Durandi; probat enim non à natura, vel à prædictis relationibus esse processionem in divinis, ut idem intendit, sed ab alio principio distincto ab illis, scil. à potentia generativa, ut contingit in homine. Undè instator sic. Si in Deo præter gradum, vel rationem perfectissimi, & purissimi intellectus daretur ratio generativi sui similis, ut gradus distinctus, sicut in illo esset distinctus hic gradus, & actualis generatio, deberet etiam distingui potentia generativa ad talem actum, sicut distinguuntur in homine, nam quia in isto præter rationem intellectus assignatur gradus generativi sui similis, verè sicut distinguitur generatio ab intellectione pariter distinguitur potentia generativa ab intellectu, & à relatione paternitatis ergo non esset generatio in Deo à natura, vel à relatione, sed ab alio principio vel potẽtia generativa distincta ab illis, quòd nullus admittit. Igitur sicut dicebamus, quia Deus habet puram hanc naturam intellectualem perfectè, & imperfecto statu potest intrà eundem gradum intellectivum generare sibi similem, quod non habet Angelus, ità potest per principium ejusdem gradus hoc ipsum præstare sinè multiplicatione alterius gradus; imò hoc ipsum debetur illi ob ejusdem excellentiam: sicut in simili dictum est proportionaliter de gratia Christi habituali, quæ quià in illo habet statum perfectum; sivè est in illo ut in suo subjecto connaturali potest eadem generare aliam sibi similem merendo de condigno illã aliis, aut satisfaciendo pro illorum culpis, quod non potest in puro homine, in quo habet imperfectum modum essendi, licet possit aliquid minus præstare scil. satisfacere pro pœnis existentium jam in gratia, qui sunt membra viva corporis Christi mystici.

Secundò ex his prob. concl. vel magis explicatur præcedens ratio urgendo iterum superiores replicas. Processiones Divinæ sunt verè, & propriè operationes immanantes contrà positivè ad simplicem emanationem, sed non est alia assignabilis immanens in Deo præter operationem intellectus, & voluntatis, ergò sunt immediatè ab intellectu, & voluntate: Mi. constat, quià in natura divina, utpotè purè intellectuali, vel spirituali, non est alia assignabilis operatio immanens nisi spiritualis, sed omnis immanens spiritualis est per intellectum, & voluntatem, qua ratione ut ostensum est. non est dabilis alia potentia saltem immanenter operativa præter intellectum, & voluntatem, ut patet in Angelis, & à fortiori in Deo, ut dictum est ergo; Ma: verò prob. quia si essent per modum simplicis emanationis, & non verè, & propriè operatio immanens contrà positivè. ad illam non possent sic distingui in ratione generationis, & spirationis activæ, nam proprietates sic emanantes, licet dicatur una priùs alia emanare, vel una mediante alia, non tamen emanatio unius dicitur habere rationem generationis, & non alterius, ut patet inductivè in nobis: cujus etiam ratio à priori est. Quia omnis emanatio fundatur in necessaria connexione unius termini, vel proprietatis emanantis cum suo principio, vel radice, aut natura, à qua emanat, sed hæc connexio est ejusdem rationis, in omnibus extremis, vel proprietatibus emanantibus, ergo non se habent per modum simplicis emanationis.

Dices ut suprà tantum concludi ex his non posse sic esse immediatè à natura, ut à principio proximo, & immediato utrinsque non tamen ut à remoto, & radicali, & ut à proximo ab utraq. relatione genitoris, & spiratoris: prout sic enim habent sufficienter distingui, ut altera sit generatio, & altera, spiratio activa, vel processio, ut per se patet; 5. Sed contrà hoc est; & in primis, ut dicebamus, tenetur Durandus assignare distinctam potentiam generativam respectu processionis Filii: (& idem proportionabiliter respectu processionis amoris, vel Spiritus S.,) si semel à natura immediatè non sunt, nec ab intellectu, & voluntate, sed ad alium gradum spectant; & non ad intellectivum. Nam relatio formaliter prout sic magis est principium, vel forma referens, quàm activum, vel productivum, ut explicatur infrà, & alibi de Incarnatione. De quo adhuc infrà ad 1.

Deindè si semel se habet, ut principium immediatum processionis, tenetur adhuc istam in aliquo deter-

determinato gradu per modum operationis, vel productionis vitalis constituere, sed non est alius assignabilis, nisi intellectivus; ergo nec est assignabilis processio independens ab intellectu, & voluntate: mi: constat quià in Deo non est alius gradus vitæ, non enim est in illo vita vegetativa: aut sensitiva: ma: verò prob. quià divinæ processiones verè sunt per modum actus 2. vel exercitii vitalis; cum utraq. sit vera, & perfectissima productio, nisi velimus Filiũ non esse verè genitum à Patre, nec Spiritum S. verè procedentem, aut productum à Patre, & Filio, quod est alienum; sed productio tantò est perfectior, quantò est in perfectiori gradu, scil. vitæ, cum perfectius sit agere modo vitali, quàm non vitali, sicut perfectius est agens vivens, quàm non vivens ergo tenemur constituere illas in aliquo gradu vitæ, ac proindè etiam in perfectissimo, seù intellectivo.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. ex Durando. Processiones Divinæ non sunt communes toti Trinitati, nam generare Filium convenit solum Patri, & spirare Spiritum Sanctum, Patri tantum, & Filio, ut docet fides, sed intelligere, & velle sunt actus communes omnibus Personis, ergo in his non consistunt processiones divinæ: mi: constat tum quià omnes intelligunt, & volunt: tum quià earum principium, scil. intellectus, & voluntas sunt etiã quid omnibus commune; §. Urg. hoc. Quià frequenter habetur, quòd generatio Filii, est opus naturæ, contrapositivè ad productionem creaturarum, quæ dicitur esse à scientia, & voluntate Dei ergo.

Ad hoc patet primò ex dictis nullo modo favere, sed magis nocere sententiæ Durandi, sivè dicamus mentem ejus esse, quòd naturæ sit immediatum principium illarum, (nam hæc etiam est quid commune toti Trinitati) sivè tantum radicale, vel remotum; proximum verò, vel immediatum utramq. relationẽ Paternitatis, & Spirationis; nam præter superiores replicas tenetur tunc solvere omnia argumenta, quibus ex paritate creaturarum, & ex infinitate ejusdem naturæ divinæ, & ex distinctione illius ab intellectu, & voluntate probare nititur dari in illa vim se communicandi ad intrà independenter ab utraq. eadem potentia. Patet enim, quòd in creatis vis communicandi naturam datur non solum independenter ab intellectu, & voluntate, sed etiam à relationibus, imò etiam à subsistentia, & personalitate, quæ non est principium quo generandi, & sicut distinguitur per rationem ab intellectu, & voluntate pariter distinguitur à relationibus, ergo vel habebit etiam hanc independentiam in se communicando ab eisdem relationibus; vel si hoc non obstante habere nequit vim se communicandi independenter ab istis, nec habebit illam independenter ab intellectu, & voluntate.

Resp. ergo dist. ma: sunt communes, si sumentur absolutè, vel secundum relationem, quam important absolutam, conc., si notionaliter, & relativè, idest prout intellectus, vel intelligere in Patre modificatur relatione paternitatis, & voluntas, aut velle modificatur relatione spirationis, nego, nam prout sic transeunt, vel spectant ad lineam relativam, vel notionalem in qua est distinctio unius ab alio, ut constabit infrà; quæ ratione juxtà posteriorem explicationem relatã ad mentis ejus recurrit ad utramq. prædictam relationem paternitatis, & spirationis: §. Ad confirmat. respond. generationem Filii dici à PP. opus naturæ, generationem verò, vel productionem creaturarum esse opus à scientia, & voluntate, non quià ille non sit per intellectum, sed quià est ad modum naturæ, vel naturalis, & non libera, sicut est operatio ad extrà, quæ propterea dicitur esse e scientia, quatenus nempè iste est directiva operationis liberæ, & similiter esse à voluntate non ut naturæ est, vel ut principiũ naturale, qualiter se habet ad intrà, sed ut libera est, cũ non operetur ad extrà ex necessitate naturæ, sed ut principium liberum, sivè sub conceptu liberi arbitrii.

Sed contrà principalem solutionẽ instas. Quià non minus cõvenit Deo, vel naturæ eius fæcunditas ad generandũ, quàm conveniat homini, vel naturæ illius, sed homini quamvis intellectivus sit, non tamen convenit per intellectum, sed per sui naturam, ergò nec Deo conveniet licet summè intellectivus sit, per intellectum, sed per sui naturam; §. Ad hanc instantiam iterum patet primò non probare naturam esse immediatum principium generationis Filii, sicut neq. est in homine, ut dictum est, sed tantum per aliquod superadditum, quod tamen in Deo non est assignabile, nisi intellectus, ut probatum est. §. Resp. ergo dist. ma: non minus, & eodem modo, neg., distincto, & longè excellentiori, conc.; ut enim explicatum est, nõ convenit Deo sic generare ut præcisè intellectivus, imò nec ut purè intellectivus est, ut patet in Angelo, sed quià habet hunc gradum, seù naturam intellectualem perfectè, & in statu perfecto, à quo extremè distat homo, intrà spheram hujus gradus utpotè compositus ex parte etiam materiali, vel corporali, undè soli Deo convenire potest sic fæcundari intrà hunc gradum, ut producat terminum ad intrà ejusdem numero naturæ cum producente, ac proindè Filium consubstantialem Patri, & similem per intellectum non solum in esse intentionali, sed etiam reali secundum unitatem, & identitatem naturæ, quod nulli purè creaturæ convenire potest.

Sed adhuc instas. Nam intellectivum creatum est participatio intellectivi divini, ergo si in nullo intellectivo creato reperitur fæcunditas ad generandum per intellectum, nec reperietur in Deo; §. Resp. dist. ant. est participatio deficiens, vel inadæquate, conc. adæquate, vel univoce, nego, quia generare simpliciter ad intrà per intellectum est perfectio incommunicabilis creaturæ, undè solum potest hæc, si non sit purè intellectualis, ut homo, participare hoc, quod est generare ad extra communicando naturam numero distinctam, ut dictum est; & si purè intellectualis sit ut Angelus, producere ad intrà aliquod accidentale, ut verbum secundum identitatem, vel similitudinem in puro esse intentionali, vel alium illuminare, ut insinuavimus, non tamen in esse naturali, & reali producere Filium, vel Verbum sibi consubstantiale, vel ejusdem numero, ut Deus, qui solus habet naturam intellectualem perfectè, & in gradu perfecto; §. Itaque natura creata in duobus deficit quoad hanc ram, sivè in ratione generandi à Deo, scil. & quià limitata est, & quià nulla creata etiam purè intellectualis potest esse perfectè talis, & in gradu perfecto: licet autem ex præcisa limitatione non impediatur generare simpliciter tam ad intrà, quàm ad extrà, impeditur tamen etiam ad extrà per potentiam à se realiter indistinctam, & à communicatione

on

re ejuſdem numero neturæ: ex quo varò deficit à perfectione ejuſdem gradus impeditnr etiam ad intrà à quacumq. prodnctione termini ſubſtantielis, vel ſimilis in eſſe reeli, vsl natureli, nt explicatum eſt.

Secundò erg. (& poteſt eſſa replice;) Proceſſio Verbi per nos eſt immediatè per intellectionem, ergo eſt etiam immediatè à natura. Prob. conſ. quia in probabili ſententia Thomiſtarum natore diviua conſtituitur per intellectionẽ ſecundum conceptum ultimæ actnalitatis, ergo non ſtat eſſe immediatè per intellectionem, & non eſſe immediatè à natura.

Ad hoc dico in primis non militara in ſavorem, cum qoo aſt lis in præſenti; nam ipſe intendit excludere lineem intallectivam prò ſormali, nt contradiſtioctam à natura, ſivè tam intellectum, quàm intelligere à rationa principii immediati proceſſionis Verbi Divini, & tribuere naturæ ex ſe ſufficientem fæcunditatem ad utramq. proceſſionem, ſivà ad productionem Filii, & Spiritus S. independenter ab intellactu, & voluntete, vndè non refert ad intentum ejus, ſed magis nocet eidsm, ſi ſemel immediatè ſint per aliqnid de linea intellectiva, quidquid iſtud deindè ſit, an intellectus, vel intelligere; §. Sed deindè neg. conſeq., ad prob. conceſſo antec. diſt. conſequens, & non eſſe immediatè à nature per excluſionem intellectus, neg., in conſortio illius, conc.; vel alias etiem nego abſolutà conſeq. quià licet deremus, intellectum, & intelligare ità eſſe conſtitutivum divinæ uaturæ, ut hęc per identitatem virtualem tranſiret uſq. ad ultimem actualitatem hujus lineæ (ut aliqui probabiliter dicunt, ut vidimus in ſuperioribus,) itaut omnie ejuſdem lineæ eſſent eadẽ indiviſibilis perfectio tam formaliter, quàm virtualiter; edhuc tamen edmittenda eſt diverſitas munarum ſufficienter ad verificandum, quòd licèt ſit immediatè à natura, non tamen ſub munere naturæ, ſed ſub munere intellectus, ſicut ob eandsm retionem unitur ad extra prædicta perfectio mentibus beatorum ſub munere ſpeciai impreſſæ, & expreſſæ non tamen ſub munere naturæ, vel intellectus, & intellectionis; & ratio etiem eſt, quià natura ex terminis, vel ſub munere naturæ, ſivè definitivè accepta eſt principium primum, & radicale ut patet ex dictis in 2. Phyſ. ergo nequeunt proceſſiones divinæ eſſe immediatè à natura ſub hoc munere.

Dices id tantum convenire naturæ creatæ, quæ utpotè ſubſtantia nequit eſſe principum proximum, ut ibidem oſtenſum eſt, cæterum in Deo cum ejus operatio ſubſtantialis ſit optimè poterit immedietè coniungi cum eiſdem proceſſionibus; §. Sed contrà hoc eſt; nam ideò in creatis habet rationẽ primi. vel radicalis principii, quià prout ſic reſpicit immediatè eſſa tãquam actum ſibi adæqaetum, ſed hoc etiem militat de neture diuina, ergo. Prob. mi: quià nulla natura in univerſum, vel potentie, ut vidimus in eodem 2., reſpicit immadiatè duos actus edæquatè diſtinctos, ut ſunt eſſe, & operari, ergo cum etiam divina reſpiciat immediatè eſſe, ut actum ſibi edæquatum, non habebit immedietè reſpicere operetionem, vel proceſſionem.

3. Arg. præcipuo etiam fundamento Durandi ſuperius inſinuato ex diſcrimine utriuſq. actionis immenentis, & tranſeuntis: nam intellectio, & volitio potiùs obſtant fæcunditati ad producendum, ergo nequeunt per illas producera Perſonæ Divinæ; prob. ant. quia ſunt actiones immanantes, ſed conditio actuum immanentium obſtat fæcunditati, ut dicitur 9. metaphyſicæ, ubi hoc diſcrimen ſtatuitur inter immanentem, & tranſeuntem, quòd per iſtam eſt aliquid productum, per illam verò nihil; ideſt per immanentem nihil producitur, ſed ſolum per tranſeuntẽ ergo.

Ad hoc patet ex dictis præfatum diſcrimen nõ conſiſtere præcisè in eo, quòd immenens nunquam producet, & ſola trenſiens hebeat eliquem terminum productum, ſed quòd ille ut explicetum eſt, non producat neceſſariò, ſed permiſſivà, itaut ex proprio genere non petat habere eliquid à ſe productum, ſed tentum permittat habere illum in aliquo ſui inferiori; & deindè ſi ſemel producit, quòd non per ſe ordinetur ed illum; tranſiens verò ex oppoſito petit utrumq. ſcil. & producere, & ad productum ordineri, ut in ſimili dicitur de relatione tranſcendentali, & prædicamentali, qoòd hæc per ſe petit realam exiſtentiam termini à ſa inſpecti, illa verò non, licet aliqoando habeat, val teneatur habere illum ſecundum aliquam realem, vel phyſicem ſui præſentiam, ut in ſuperioribus explicetum eſt de relatione notitiæ intuitivę reſpectu ſui objecti; & de relatione traſcendenteli effectus à cenſa, à qoa dependet in eſſe, fieri, & conſarvari. Et quidem in ceſu tenemur omninò eſſignare hunc terminũ productum per intellectum, vel per ſui intellectionem, ſi velimus ſalvere, ut dictum eſt, aendem fæcunditetem naturæ ad intrà, & retionem geniti in Filio, ſcil. per viem ſimilitudinis in eadem natura, ut infrà etiam conſtabit; cum nequeat hæc pro formali ſubſiſtere, niſi per intellectionem; & idam ſimiliter eſt de Spiritu S. procedente in linea emoris, vel impulſus, ac proindè per volitionem; de quo infrà.

4. Arg. & poteſt eſſe replica contrà ſuperiora. Quamvis netura ex terminis neturæ, val ſub hoc munera nequeat aſſe immediatum principium verè operativum, potaſt tamen eſſe, vel eſt immediatum verè emanativum, ſad proceſſiooes divinæ non ſunt verè operationes, ſed ſimplices magis emanationes, ergo poſſunt eſſe, vel ſont immediatè à netura. Prob. mi: primò ex D. Tho. hìc in fine corp. ubi ut vidimus, explicans proceſſionem Verbi expreſsè ait eſſe ſecundum emanationem intelligibilem. 2. quià ut etiam dictum eſt, hujuſmodi actionas immanentes in probabiliſſima ſententie, magis ſunt per modum qualitatis, quàm per modum actionis, & ſolum grammaticaliter, vel ſecundum explicari dicuntur tales. 3. Quià ut proximè iterum dicebamus, ſicut natura finita ratione finitatis petit eſſe in una tantum perſona, ità infinita, vel divina ratione infinitatis aſt ſæcunda, ut ſit in pluribus, vel in tribus, ſed perſonalitas, vel ſubſiſtentie in nature finite eſt per ſimplicem emenetionem eb illa, ergo tres perſonalitates, val ſubſiſtentiæ, in divinis erunt pariter per ſimplicam emanationem à neture divina, licet ſecunda amanet mediante prime, & tertia mediante prime, & ſecunda, ſicut etiam in natura creata dicuntur ejus proprietates emanare ordine quodam, ſcil. una medianta alia.

Ad hoc neg. mi. ad 1. prob. ex D. Tho. Dicimus proceſſionem Verbi vocare emanetionem, vel ſecundum emenationem intelligibilem, quià cum ſit productio termini, ut dictum eſt, per modum geniti, ſivè ſimilis ex vi ſuæ proceſſionis in netura, debet eſſe per intellectum, per quem habetur hæc ſimilitudo. Unde dicitur emanatio, non prout diſtioguitur à vera operatione, ſed prout eſt operatio vitæ intellectivæ, ſecundum quam dicitur emanare, ideſt produci, cum Verbum Divinum non exeat, vel procedat per purã reſultantiam, ſed per veram productionem; nam proprietates perſonales non ſunt, ut vidimus, de nemero

ea-

earum, quæ simul exiguntur, & dimanant, sed quæ tantum exiguntur, sed non purè dimanant, sed producuntur, si velimus, ut tenemur, eas distinguere ab absolutis ad salvandum Mysterium Trinitatis, ut dictum est.

Ad 2. patet etiam ex dictis, quòd actio immanens, licet loquendo specialiter de creata dicatur non esse verè actionem, aut esse magis qualitatem, quàm actionem, nihilominus de ejus formali ratione est ut insinuavimus, quòd sit actualitas potentiæ, aut virtutis activæ, ut ejus actualis influxus, & tendentia ad objectum, ut ad terminum, circa quem versatur, & potens aliquem permissivè producere, qua ratione intellectio in nobis etsi sit qualitas, cum habeat modum essendi actionis non producitur per veram actionem, sed veluti naturaliter egreditur ab intellectu constituto in actu primo completo, & applicato ad intelligendum; unde importat in nobis informationem quandam per modum dispositionis afficientis intellectum, ut actualis tendentia, & contemplatio attigens objectum in verbo. Cæterum ascendendo ad immanentes Divinas, licèt etiam intelligere, ut distinguitur à dicere, solam importet secundum suam rationem formalem, habitudinem intelligentis ad rem intellectã, in qua nulla ratio originis importatur, ut vidimus ex D. Tho. infrà qu.34. relata ar.1. ad 3. quià tamen in Patre, seù ut connotat relationem paternitatis, est necessariò fæcunda, secum habet, vel simul est dicere, unde prout sic verè importat habitudinem ad verbum conceptum, vel productum, ac proinde vere est operatio productiva termini ad intra. Et idem proportionaliter de volitione, vel amore in Patre, & Filio respectu Spiritus Sancti intrà suam lineam, seu spirativam.

Ex his etiam fit satis ad 3. Unde claritatis gratia dist.ma: Ità &c. Salva conditione utriusque naturæ, conc., sinè discrimine, nego; & dato transeat ad mi. (De quo in Metaphysicis) nego consequentiam quià ut est natura Divina ob sui infinitatem ità petit esse in tribus Personis, ut secunda sit verbum, seù per modum termini geniti; & tertia sit amor, seù per modum termini spirati, quod non salvatur, si illa non sit per intellectum, & hæc per voluntatem, vel si aliter procederent, scilicet per simplicem emanationem, ut probatum est.

Sed instas. Admisso, quòd processiones Divinæ sint veræ operationes, & quòd potentia communicativa Divinæ Naturæ in esse physico, & reali non sit immediatè natura ipsa, sed aliquomodo distincta ab eadem, non videtur assignabilis urgens ratio, quòd potẽtia primò, & per se, seù ex propria ratione formali ordinata ad actum purà communicativum naturæ, sivè ad actionem, quæ sit pura productio similis in natura, sit determinatè intellectus, quin potiùs alterum principium distinctum, ergo non tenemur ad intellectum recurrere, ut salvetur processio Filii à Patre: Prob. ant. quià, ut proximè dicebamus ex D.Thom., intelligere ex propriis, seu ex propria ratione formali non importat aliquem ordinem originis, erga nec intellectus ut talis potest primò, & per se esse adæquatè ordinatus ad producendum, sed præcisè ad intelligendum.

Huic replicæ neg. antecedens ob duplex motivum jam assignatum, tum quia productio secundæ Personæ, cum sit per modum termini geniti, ac proindè per viam assimilativam, quæ est propria intellectus, referri nequit ad principium distinctum ab illo. Tum quià (& militat etiam de processione Spiritus Sancti) communicatio naturæ in Divinis cũ fieri debeat modo perfectissimo intrà lineam processionis, utpotè supremum analogatum in hac linea, debet consequenter fieri modo vitali vitalitate vitæ perfectissimæ, quæ est intellectiva, sive supremi gradus à toto genere entis, ac proinde per operationem intellectus, & voluntatis, quæ spectant ad hunc gradum. Ad prob. jam etiam dictum est, quòd licèt intelligere ut sic præcisivè sumptum, non dicat ordinem originis, sed solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam, ut tamen in Patre connotat relationem paternitatis, non sistit in pura hac habitudine, sed simul est dicere, & necessariò fæcundum, undè optimè prout sic potest esse ordinatum ad producendum.

Sed adhuc instas. Quià probabile est, ut vidimus de scientia Dei, dari in illa potentiam agendi ad extrà distinctam virtualiter adæquatè ab intellectu, & voluntate, ergo poterit similiter dari ad intrà §. Resp. admisso antec. neg. cons. ob adductum discrimen, quià cum terminus ad intrà ut dictum est, sit per modum geniti, & spirati, (si velimus alteram Personam esse Filium, & alteram Spiritum Sanctũ) tenemur necessariò recurrere ad intellectum, & voluntatem, & ad utrinsque operationem. Nec iterum ad extrà ex meritis rerum producendarum, seù ex parte earum operatur Deus modo perfectissimo intrà lineam productionis, sicut ad intrà: Imò modo semper creativo, qui est perfectior operandi ad extrà: Unde est discrimen inter hujusmodi actionem transeuntem, vel ad extrà; & immanentem, vel ad intrà, quòd cum hæc ut dicebamus, sit communicatio Divinæ Naturæ modo perfectissimo intrà lineam processionis, fieri debet modo vitali vitalitate vitæ perfectissimæ, quæ est per intellectum, & voluntatem: In operatione autem transeunte non ità apparet ratio, quarè potentia ejus non possit esse distincta ab intellectu, & voluntate, quæ sunt potentiæ immanenter operativæ, §. Quibus adde, quòd cum termini, vel effectus ad extrà non ità procedant à Deo, sicut illi ad intrà secundum prædictam distinctionem personalem geniti, & spirati, secundum quam, ut dictum est, exigunt isti necessariò operationem intellectus, & voluntatis, sed sint indivisibiliter à tota Trinitate videntur ex hac parte posse admittere potentiam virtualiter distinctam ab illis; De quo tamen ubi suprà.

Sext. arg.: Terminus immediatè communicatus Filio per generationem est Natura Divina, ergo etiam potentia, vel principium proximum, vel immediatè communicativũ illi. Prob. cons. ex dictis in 1. Phys. Nam quia materia, & forma se ad invicem causant per immediatam exhibitionem propriæ entitatis, itaut hæc sit terminus immediatè communicatus ab illis, potentia proxima, seù immediatè communicativa est indistincta ab utriusque entitate. Ex quo ulteriùs infertur ibidem, quòd sibi etiam identificant exercitium propriæ causalitatis, quià causa, vel principium identificans potentiam ad operandum, identificat sibi etiam operationem, ac proinde quòd materia, & forma se ipsis immediatè uniantur sinè modo aliquo superaddito ad utrinsque entitatem, ergo pariter si in processione Filii in Divinis terminus immediatus est ipsa natura Divina, etiàm principium, seù potentia proxima erit eadem natura.

Ad hoc iterum patet ex dictis; Unde dato transeat ad ant. (de quo infrà) nego consequ. imò oppositum tenebatur inferre, nam si ità est, quod est natura, & in similitudinem ejus, utpotè communi-

cata illi, tanquã Filio, & termino genito, tenebatur recurrere, ut dictum eſt, ad principium, vel potentiam immediatam, importantem ex propriis hanc ſimilitudinem, ſcilicet ad intallectum, & non ad eandem naturam, ex qua nequit immediatè habari, ut oſtandimus, hæc ſimilitudo, & diſtinctio ab altera proceſſione, & termino ejus ſpirato. Ad prob. patet diſcriman ex dictis in 1. Phyſ. Unda diſt.ant. quià adinvicem ſe communicaut, & cauſant per immediatam exhibitionam ſuæ propriæ entitatis; & aliàs talis communicatio partiaat ad lineam eſſendi,conc., operandi neg. Nam ità ad invicem ſe communicant, & cauſant, ut materia accipiat eſſe per receptionam formæ, & forma compleatur in ſuo eſſa ſubſtantiali per informationam materiæ, ut ex illis ſic unitis reſultet eſſe complatum, ut vel compoſitum. Unde mirum non aſt, quòd & potentia immediatè receptiva ſit omninò indiſtincta ab entitate ſubſtantiali materiæ, & potentia informativa ab eſſentia formæ, quià entitas ſubſtantialis poteſt per ſe immediatè ordinari ad eſſe, non taman ad operari, ut dictum eſt; Contrà hanc ſolut. poterat militare ſuperius argumentum, quòd nempè proceſſiones Divinæ non ſunt veræ operationes, ſed aſt jam ſufficienter ſolutum.

Ex dictis colligimus in oppoſita ſantantia Durandi conſtituentis proceſſiones Divinas independenter ab intellectu, & voluntate difficila eſſe binarium tantum numerum illarum ſuſtinera. Nam ſi non obſtante, quòd illa ſecundæ Perſonæ ſit infinita, adhuc datur alia, ſcilicet tertiæ mediante ſecunda, cur non poterit dari alia, mediante tertia, & ſic in infinitum? §. Nec plenè ſatisfacit recurrere ad fidam myſterii, quòd nempè natura Divina exigat tantum eſſe communem tribus Perſonis, & non pluribus. Quià licèt ità ſit, nihilominus Theologus infideli quæranti aliquam hujus congruentiam tenetur eam aſſignara, quomodo id ſit atiam valdè conſentaneum naturæ pure intellectuali, qualis eſt Divina, quod tamen in ſententia Durandi fieri nequit, ſicut in illa D.Tho. & aliorum Theologorum aſſerentium proceſſiones Divinas eſſa ſecundum actionem immanentem, quæ cum in eadam natura ſit tantum duplex, ſcilicet per intellectum, & voluntatam, ut oſtenſum eſt, duplex tantum erit proceſſio ad intrà in Divinis.

QUAESTIO III.

An proceſſiones Divinæ ſint ipſiſſimi actus intellectus, & voluntatis, an alii adæquatè diſtincti.

SUB aliis terminis agitatur etiam præſens difficultas, quomodo ſcilicet intallectus Patris, ſivè Pater per illum concurrat ad productionem Filii; & Idem eſt de Patre, & Filio per voluntatem ad productionem Spiritus S. Nam Scotus in 1. diſt. 2. quæſt. ult. & diſt. 12. quæſt. 1. & Quodlib. 2. ar. 3. conſentiens nobiſcum contra Durand. intellectum ſcilicet, & voluntatam indiſpenſabiliter concurrere ad utramque proceſſionam tanquam principium utrinſque, itaut ingrediatur conſtitutionam principiorum earum, ſive principiorum notionalium, ideſt principiorum ad intrà productivorum ſæcundæ, & tertiæ Perſonæ, dicit tamen id præſtare non per intallectionem, & volitionem actualem, ſed per actus ex æquo diſtinctos, itaut actualis productio non ſit ipſiſſima intellectio, & volitio, ſed diſtinctus actus ab illis, itaut intellectus Divinus (& idem proportionabiliter de voluntate in Patre, & Filio reſpectu productionis Spiritus Sancti) ſumptus per modum actus primi reſpiciat actum intelligendi, & actum dicendi, (qui eſt fœcundus, & productivus) tanquam duos actus ex æquo diſtinctos formaliter ex natura rei, ut ſimiliter diſtinguit attributa Divina, exiſtimans hujuſmodi actus non eſſe ità ſubordinatos, ut actus dicendi, quo producitur Verbum, quaſi dependeat ab actu intelligendi, ſed purè concomitanter ſe habere, licet ordine quodam, quatenus actus intelligendi, utpotè eſſentialis, & communis, ſit prior actu dicandi, qui eſt notionalis, ſicut in univerſum eſſentialia, & communia toti Trinitati ſunt priora notionalibus. Undè juxtà hanc ſententiam actus intelligendi, & volendi formaliter loquendo non ingrediuntur lineam activam notionalem, vel productivam, ſed ſiſtunt intrà eſſentialem, & communem, ſed ſolum concomitantar, ut dictum aſt. Ex quo ſit, quod Patar per intallectum, ſive intellectus ejus concurrat quidem neceſſariò ad proceſſionam Filii, (in quo recedit a Durando,) non taman mediante actuali intellectione, quæ dicitur notitia actualis, ſed ſolum prout intelligens in actu primo, ſiva mediante notitia habituali in quantum ſcilicet eſt fœcundans eſſentia Divina, ut ſpecie intelligibile. Ità explicant recentiores ejus Diſcipuli mentem ſui Præceptoris, ut videre aſt apud Maſtrium tom. 1. diſput. 7. qu. 2. in princ.

Oppoſitum cenſent jam cæteri Theologi tam intrà, quàm extra ſcholam D. Th., Cajet. in præſenti artic. 5. ad 2. dubitationem: & art. 5. 5. Circa antecedens, Nazarius ibi contrav. unica concl. 2. M. Ferre hic, Illuſtriſs. Godoii §. 3. & alii; Et ex Societate Mollina, Vaſquez, Suarez, & alii, qui omnes videntur in eo convenire ſcilicet intellectionam actualem ad Divinam Verbi productionam per ſe, vel formaliter concurrere, & non purè concomitantar, licet diſcrimentur in modo concurrendi. Nam alii volunt actum intalligendi, & volendi non eſſe, vel non concurrera, ut principia proceſſionum, ſed tantum ut actiones, mediis quibus producuntur Parſonæ. Ità Cajat., Nazarius, Vaſquez, & idam Illuſtriſs. aſſerens concurrare quidẽ, ut principia reſpectu termini producti, ſcilicet Verbi, & Spiritus Sancti, ſed ad proceſſionẽ vel productionem eorum ſe habere ut actiones. Alii verò ex oppoſito docent eſſe procaſſionum principia, non actionas; iſtas enim in actibus ab Intellectione, & volitiona ex æquo diſtinctis conſtituunt. Ità Molina, & Suarez.

§. I.

Statuitur Canclusio.

PRoceſſiones Divinæ non ſunt actus ex æquo, vel adæquatæ diſtincti ab intelligere, & velle, itaut Pater non per aliam actionem ex æquo diſtinctam ab actuali intallectiona producat Verbum; Nec Pater, & Filius per aliam adæquatè diſtinctam à volitione producant Spiritum S., ac proinde non per ſolam notitiam, vel volitionem habitualem producantur, ſed per actualem: §. Sumitur ex D. Aug. lib. 15. de Trin. cap. 7. ubi ut probet Filium non eſſe intelligentiam, veluti activam, qua Pater intelligit, & conſequenter nec Patrem intalligere Sapientia genita ſic ait. *Si enim*

ſolus

solus sibi Filius intelligit, ut intelligentia sit, & sibi, & Patri, & Spiritui Sancto (idest que ipse, Pater, & Spiritus Sanctus intelligunt) *ad illam reditur absurditatem, ut Pater non sit Sapiens de se ipse, sed de Filio, nec Sapientia genuerit sapientiam, sed ea sapientia Pater dicatur Sapiens, quam genuit; Ubi enim non est intelligentia, nec sapientia esse potest. Et post pauca subdit. Est ergo Deus Pater Sapiens Sapientia, qua ipse est sua Sapientia, & Filius Sapientia Patris de Sapientia.* Et iterum paulò inferius. *Filius autem intelligentia Patris de intelligentia genitus.* Ità Aug. §. Tunc sic; (& preoccupatur solutio) sed juxta mentem illius nomine intelligentiæ, & Sapientiæ intelligi nequit intelligentie, & sapientia habitualis, ut ipsi interpretantur, sed actualis, ergo juxtà Augnst. ab intellectu Petris procedit Filius non præcisè, ut in actu primo, sed ut in actu 2. intelligendi. Prob. mi. subsumpte. Tum quià ibi loquitur de intelligentia, & Sapientie, ut eliquomodo distinguitur à memorie, sed intelligantie, & sepientie hebitualis secundum Scotum est indistincta à memoria ergo non loquitur de habitueli intelligentie, & sapientie, sed de actueli: Minor est certe; quie sanundum Scotum notitia habitualis significatur in Petre Divino nomine memoriæ: Major etiam facilè constebit legenti textum, quem extensè refert laudatus Illustriss. Et patet ex eo quòd asserit Filium esse Sapientiam de Sapientia, & intelligentiem de intelligentia, ergo loquitur de his, ut distinctis à memoria, & consequenter, quòd loquatur non de intelligentie habituali, sed de actuali. Prob. utraque conseq., quià eliàs magis teneretur effetere, quòd est genitus de memoria, quàm de intelligentie, & sapientie, si semel istæ habitualiter sumptæ juxtà Scotum significentur nomine memoriæ.

Deinde, & urgentiùs. Nem supposito, quòd Pater esset actu sapiens, & intelligens intelligentia, & sapiantia genita, quæ nempè est Filius, vel sapientia Filii, infert Augusti saqui tanquam maximum inconveniens, scilicet verificari non posse, quòd sapientia genuisset sapientiam, & quòd Filius esset sepientia genita. At si hoc intelligatur de sepientia hebituali, cessat hoc absurdum, ergo vel id melè infert August., quòd non est dicendum; vel de actuali intelligendus est: ma: patet ex textu, & mi. prob. quis posito, quòd Peter esset actu intelligens, & sapiens intelligentie, & sepientia genite, sivè posito, quod idem ast, Filius esset sapientia actualis Patris, idest que Pater esset actualiter sapiens, adhuc subsistit, vel verificeri potest, quòd sit genitus de sapientia habitueli, ergo cessat idem inconviens. Prob. ent. quià benè stent hæc duo, quòd Filius sit actualis sepientie Petris, sivè quà Pater actu est intelligens, & sepiens; & quòd adhuc sit genitus, val nascatur de sapiantie habitueli Patris, ut manifestè patet in creatis juxrà sententiem Scoti asserentis verbum creatum esse ipsem intellectionem actuelem, ut alii etiem esserunt, ut suprà, & alibi vidimus: nam juxta hanc sentantiã benè stant similiter hęc duo, quòd intellectus noster sit actu verbo formaliter intelligens & quòd edhuc istud ex habituali intelligentie intellectus procedat; ergo pariter utrumque sine ullo inconveniente bene staret in Divinis, si semel in absurdo illeto ab August. legitima esset eorũ interpretatio de intelligẽtia hebitueli, ac proinde ne dicemus perperam illud eb eodẽ inferri, de ectuali intelligẽdus est, non de habituali.

Expl. & urg. totum hoc. Nam D. Aug. ibi duo intendit ad idem grevissimum inconveniens vitendũ, nempè quòd Pater non sit intelligens, & sapians sapientie, & intelligentia genita, ut explicatum ast: & daindè consequenter, quòd Filius sit sapientie, & intelligentie genita de intelligentia, & sapientie Patris, sed in primo intelligendus omninò est salvo eodem inconveniente, & de intelligentie, & sapientie genita tem hebituali, quàm actuali, ergo pariter in secundo de utraq. intelligi debet: ma: constet ex dictis, & ax litera ibidem: mi. quoed 1. p. patet ex priori replice: quoad 2. etiem est certissime, nam eliàs etiã Pater procederet à Filio; nã sicut Filius est sepiens de sapientia hebituali Patris quie procedit à Patre, ut ipsi volunt, pariter si Peter esset sapiens sapiẽtia habitueli Filii eb illo procederet, quod est inconveniens pejus priore illeto eb Augnst.

2. Prob. ratione superius insinuete, & iterum urgentur hæc omnia. Nam Filius procedit per intellectum à Petre, (ut supponimus in sententie Scoti;) perfectissimo modo possibili, sed perfectissimus, & possibilis est procedere per illum ut intelligentam in actu 2.; & non præcisè ut in primo, ergo priori modo, sivè per intellectionem, vel notitiem actualem procedit eb illo, & non per solam hebitualem: ma. est certe, quià de divinis prædicetis tenemur affirmare asse omnie in Deo perfectissimo modo possibili, aliàs non effirmaremus de illis, ut divinis, cum Deus sit id juxtà communem conceptionem, quo majus excogitari non potest; mi. verò quoad 1. p. videtur etiem manifesta, quià ubi magis relucet de actualitate, magis etiam relucet, vel concipitur de perfectione, & propterea Deus concipitur summè perfectus, quià concipitur ut summà actualis sivè purus actus: Quoad 2. prob. Tum quià nulla est essignabilis legitima repugnantia, & facilè ex dictis, & statim etiam ex dicendis reiici poterit, si assignetur; §. Tum quià ut dictum est, & subtiliter etiam edvertit idem Illustriss; hoc est discrimen inter intelligere nostrum, vel ejus verbum, & Divinum, quòd nostrum, vel productionem supponit, & verbum productum, ut in sententia D. Tho., vel in ipso consistunt, ut alii frequenter effirmant; Divinum verò intelligere, nec in Verbo consistit, nec Verbum productum supponit, sed potiùs supponitur ad illud, & est prius illo, ut Scotus fatetur, undè ut vidimus, communiter dicitur; nos ex necessitate producere, ut intelligamus, vel per ipsum in eliorum opinione, vel in ipso in nostra undè non supponit intellectionem in nobis saltem sub munere contemplationis objecti: Deum autem ex fæcunditate naturæ producere illud, quià nempè cum infinita sit petit ex se ut dictum est processionẽ Varbi à Petre per intellectum, & Spiritus S. à Patre, & Filio per voluntatem: sed edmissa hac prioritate nulla est assignabilis repugnantia, ut intellectus actu intelligens influet in Varbum, & producat illud, ergo possibilis est modus hic procedendi per intellectum actu intelligentem: §. Tum quie (ut idem ractè iterum exemplificat in verbo nostro vocali;) ideò istud produci potest, & de facto producitur eb intellectu nostro ut actu intelligente, quià ut intelligemus, necessarium non est, & intellectum actu intelligentem supponit, ut patet; sed etiem intellectus Patris ad productionem Verbi supponitur intelligens in actu 2., ergo prout sic, & non ut in primo potest, & debet in Verbum influere, & producere illud.

Dices ex duplici capite oriri repugnantiam; tum ex eo, quòd actuali intellectioni cum sit actio immanens, repugnat habere terminum intra se productum, undè ut nos etiam dicebamus juxtà D. Tho.

infrà q. 34. ar. 1. ad 3. intelligere prout distinctum à dicere nullam importare rationem originis, sed solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam: tum etiam quià intellectio ingenita, & improducta; quæ est in Patre, est communis toti Trinitati; §. Sed utraque hæc solutio, vel repugnantia nulla est; prior quidẽ, quià discrimen inter utramq. actionẽ, scil. transeuntẽ, & immanentem, non est, ut vidimus, quòd huic repugnet producere terminum, illi verò non, sed quòd transiens necessariò habeat aliquam productum, & sit propter illum, ut in 1. Phys. explicatum est, immanens non sit necessariò productio illius, neq. ex propria ratione formali ordinetur ad illum producendũ, non tamen quòd ei repugnet producere; licet si contingat producere non tam ipsa sit propter terminum, quàm terminus propter illam; & quidem quòd possit producere, manifestè ostendit Cajet. in actibus frequẽtatis, per quos producuntur habitus, sivè tanquam per actualem eorum productionem, sivè saltem tanquam per principium, ut quo agendi iuxta diversa placita, ut insinuatum est, ergo nulla est ex hoc capite repugnantia. Per quod patet ad autoritatem D. Thom.

Secunda etiam cessat. Tum quià aliàs nec etiam per modum actus primi posset intellectus Patris per modum principii quod ad productionem Verbi concurrere, cum pariter prout sic sit communis toti Trinitati, & tamen concedit Scotus contrà Durandum, ad illam tali modo concurrere, ut in Patre, & non ut in Filio, nec in Spiritu S. ergo neq. ex hoc capite impeditur actualis intellectio, sivè idem intellectus ut actu intelligens ad eandem concurrere; §. Deinde quia ut insinuavimus, & iterum constabit infrà; licet idem intelligere Patris absolutè sumptum, vel ut pura contemplatio est, sit commune, non tamen acceptum sub certo modo, sivè prout modificatum per paternitatem, quià cum actioni immanenti, ut dicebamus, non repugnet producere, optimè potest sinè transitu ad actionem ex æquo distinctam modificari, & fecundari ad producendum ad intrà prout in illo, & non prout in Filio, vel in Spiritu S. iuxtà meritũ ejusdem mysterii; quod etiam fateri tenetur Scotus, si velit sustinere contrà Durandum concursum ejusdem intellectus per modum actus primi, ut patet, ergo ex nullo capite est assignabilis repugnantia impediens concursum illius, ut intelligentis in actu 2.

§. II.

Alia duplici ratione prob. conclusio.

3. Prob. supponendo, quòd ideò Scotus ubi suprà, & alibi pluries recurrit ad actionem ex æquo distinctam ab intelligere, scil. ad dicere, ut nempè satisfaceret argumento Durandi ad probandum Filiũ immediatè procedere à natura ex eo, quòd actus intellectus sunt essentiales, & tribus Personis communes; processio autem Filii convenit tantum Patri, undè motus est ad multiplicandum actus utriusque potentiæ afferens ex parte intellectus (& eodem modo discurrit de voluntate) dari primò operationem, quæ pura contemplatio, & speculatio est, & hac præsupposita dari alium actum, qui appellatur processio, & quòd sit vera productio verbi, additque intelligere, & dicere ità inter se distingui, ut nullum inter se habeant ordinem causalitatis, vel emanationis, vel prioritatis secundum rem, aut rationem formaliter loquendo, sed utrumq. ut dictum est, veluti concomitanter se habere ad alterum, & utrumq. procedere ab intellectu fœcundo in actu primo.

His positis prob. ex Cajet. ad hominem sic; si dicere sic distingueretur ex æquo ab intelligere sequeretur, quòd si per impossibile intellectus non intelligeret, adhuc posset dicere, consequens omninò repugnat, ergo. Mi. constat, quià cum dicere sit mentaliter concipere, qui nihil intelligeret, nihil conciperet; tum quià cum idem dicere sit per modum locutionis, sivè quædam locutio mentalis, qui semel diceret, & non itelligeret, mentaliter à casu loqueretur, vel tanquam Psitacus, quod est alienum in divinis, sivè in Patre æterno dicente, vel producente Filium: tum quià si dicere est quoddam mentaliter loqui, idem est dicere, ac formare mentale verbum, vel conceptum, sed omninò repugnat mentale verbum non conceptum; vel formari conceptum non intellectum, seù cogitatum, præcipuè iterum à perfectissimo intelligente, ut est Pater Divinus. Undè rectè inquit Aug. lib. 15. de Trinitate c. 10. si dicere velimus, nisi cogitata nõ possumus. Ma. verò prob. quià iuxtà doctrinam Scoti in 2. dist. 1. q. 1. ar. 3. ex duobus actibus inter se distinctis, & non sub ordinatis, uno subtracto, non est necesse alterum subtrahi, ergo si ità comparantur intelligere, & dicere, sivè ità ex æquo distinguntur, & non subordinantur inter se, remoto intelligere, adhuc subsistet dicere.

Expl. hoc: nam Scotus ibidem docet, quòd in creaturis si causa comparetur ad duos effectus ordinatos, essentialior est comparatio ejus ad utrumq. effectum, quàm unius ad alium, nam propter dependentiam, quam habent à causa dependent inter se, & non è contrà: ex quo fit, quòd si per impossibile destrueretur ordo effectuum inter se ordinatorum, non proptereà destruendus esset ordo, & dependentia utriusq. ad suam causam; undè si v.g. ponamus ignẽ habere hos duos effectus ordinatos, scil. calefacere, & ignire, & quòd essentialior sit ordo illius ad utrumq., quàm unius ad alium; tunc si per impossibile ignis non calefaceret, adhuc posset ignire; §. Ex quo sic arg. iuxtà doctrinam Scoti major, vel essentialior est dependentia intelligere, & dicere ab intellectu, quàm eorundem inter se, ergo si per impossibile intellectus non intelligeret adhuc posset dicere, sicut idẽ ignis ignire, si adhuc per impossibile non calefaceret; §. Itaq. in sententia, vel doctrina Scoti causa, vel potentia semel respiciens duos actus, vel affectus, quorũ unus non dependet ab alio, ità ut unus non sit principium, nec ratio productiva alterius, uno per impossibile ablato, potest adhuc alterum habere, sed ità se habent juxtà ipsum, ut vidimus, intelligere, & dicere, ergo si per impossibile. Pater Divinus non intelligeret, adhuc posset dicere, vel producere Verbũ.

Huic rationi, quę procul dubio ad hominem juxtà præfatam Scoti doctrinam efficacissima est, posset fortè responderi præcedens inconveniens Cajetani non militare in subjecta materia, sivè in creatis, sivè in divinis; quidquid sit in aliis. Nam cum intelligere creatum in ejus sententia, & frequentia aliorum, ut vidimus, in ipso verbo consistat, impossibile est dari verbum productum præcisivè ab intellectione, unde intellectio, & dictio, nequeunt se habere, ut duo actus, aut effectus quasi disparati, ut unum possit præscindere ab alio, sed magis ut actio, & effectus productus, cum dictio sit productio verbi, & in verbo formaliter consistat intellectio, & ideò repu-

repugnat dari dictionnam sinè intellectione nisi velimus dari productionem sinè termino producto, ac proinde etiam quòd quis dicat, & non intelligat. In divinis etiam licet intellectio ingenita, & improducta, sivè qua Pater intelligit, merè concomitanter se habeat ad dictionem, vel productionem Verbi, non tamen ità se habet ad istam intellectio genita, quæ est ipsum Verbum, sed magis est habitudo productionis ad terminum productum, undè etiam repugnat ibi dari Verbum productum sinè omni intellectione, sivè dicere sinè intelligere, quià etiamsi Pater per impossibile dicendo, vel producendo Verbum, non intelligeret intellectione ingenita, & improducta, adhuc tamen verificaretur intelligere intellectione scil. genita, & producta.

Sed hæc solutio, vt constat ex dictis, nec cohæret, vel non componitur cum superiori doctrina, vel sententia Scoti; nec quoad 2. p. cum mente D. August. imò eidem adversatur, ut ostensum est: Deindè contrà primam, (qua in nobis confunditur, vel identificatur ultima actualitas generis intelligibilis passivi, scil. verbum cum ultima generis intelligibilis activi, scil. cum intellectione, quod est alienum in bona metaphysica, ut alibi ostendimus præcipuè in 8. Phys.) instatur eodem argum. quià Scotus, ut vidimus, ad evadendum argumentum Durandi ita constituit intelligere, & dicere ex parte intellectus, ut nullum inter se ordinem habeant, & dependentiam, sed juxta ejus pariter doctrinam, ubi duo actus, vel effectus ita inter se comparantur, non est necesse, quòd uno remoto removeatur, & alter, ergo vel non est cohærens hæc solutio ad doctrinam, & sententiam Scoti etiam in subjecta materia; vel adhuc subsistit, quòd possit quis dicere, & non intelligere.

Contrà 2. verò expressè militat August. ut ponderatum est in superiori replica. Præterea quamvis daretur Patrem posse intelligere per intellectionem genitam, & productam, & non solum per ingenitã, & improductam, adhuc tamen magnum inconveniens est, imò & impossibile, quòd dicat, & non intelligat utraq. intellectione, sivè precisivè ab eadem ingenita, ergo, prob. ant. quià dicit perfectissimo modo possibili, ergo dicit intelligendo, modo pariter perfectissimo possibili, ac proinde utraq. intellectione, nisi velimus alteram esse impossibilem; §. Expl. & urg. hoc. Nam pro priori, val signo à quo, in quo præintelligitur Pater ad Filium genitum; vel est dicens, & nullo modo intelligens, vel tantum intelligens intelligentia genita; sed neutrom dici potest, salvo perfectissimo modo dicendi, ergo vel pro eodẽ priori est dicens utraq. intelligentiu, vel neutra: mi. quoad 1. p. est certissima, & supponitur ex eadem solutione, nisi velit succumbere argumento facto ad intentum Cajetani, nel ejus inconvenientis: mi. etiam constat; tum quià aliàs prioritas illa respecto Patris generantis esset de subjecto nõ supponente, si solũ esset intelligẽs intelligentia genita, sivè intelligentia termini producti, nã hæc ut per se patet, intrà hanc lineã non nominat, vel non exprimit prioritatem, sed potiùs posterioritatem, cum se teneat ex parte termini, *qui est ab alio, & non à quo alius*; nam super istum cadit prioritas, ut supponimus ex communi modo explicandi eandem prioritatem inter Personam producentem, & productam in divinis. Tum quià ut dictum est, non esset intelligens perfectissimo modo, sivè omni modo possibili; ergo nequit pro eodem priori, vel signo dici Pater intelligens intelligentia tantum genita.

Quamvis ut dicebamus, contra August. sit Patrem intelligere per intelligentiam genitam, sic enim constitueretur intelligens per Verbum productum, cum istud sit intelligentia genita, & actualis intellectio; unde etiam de facto sic constitueretur intelligens, cũ de facto secundum Scotum procedat ut actualis intellectio, quæ videntur satis confundere hanc processionem, & veluti constituere producentem per terminum productum, nam vix explicari poterit, in quo consistat hæc actio productiva, sivè dicere ut cõtradistinctum ex æquo ab intelligere, sivè ab actuali intellectione, ut statim constare poterit.

Expl., & urg. totum huc, (& simul est alia ratio pro conclusione ad ostendendum actualem intellectionem, sivè Patrem, vel intellectum eius in actu 2. intelligentem necessariò requiri ad productionem Verbi tanq. de formali se habentem ad illam, & cõsequenter ad Verbum, vel Sapientiam genitam præsupponi Patrem in actu 2. intelligentem ex doctrina D. Tho. 4. cont. Gent. cap. 12. ubi ait: *Ipsum autem sapientia Verbum mente conceptum est quadam manifestatio sapientia intelligentis: sicut et in nobis omnes habitus manifestantur per actus: quia ergo Divina Sapientia lux dicitur, prout in puro actu cognitionis consistit, huius autem manifestatio, splendor ipsius est ab ea procedens: convenienter, & Verbum Divina Sapientia, splendor lucis nominatur: secundum illud Apost. de Filio dicentis, cum sit splendor eius: unde, & Filius manifestationem Patris sibi ascribit Jo. 17. dicens, Pater manifestavi nomen tuum hominibus*.

Ex quibus sic arg. De facto respecto dictionis seu productionis Verbi de formali se habet, & nõ purè cõcomitanter hoc est, quòd Patrem, qui dicit, vel producit Verbũ, esse intelligentem, nõ verò esse intelligẽtem consecutivè, scil. per Verbum genitum, sivè dictum vel productum, ut probat August., & patet ex proximè dictis, quià de facto Pater non intelligit per Verbum genitum, vel per terminum productum, sivè dictum, aliàs intelligeretur producere per id, quod producit, cum talis productio extra adæquatam lineam intellectionis, ut ostendemus, esse non possit, ergo se habet præsuppositivè, sivè intellectione prævia ad productionem Verbi, ergo ex actuali intellectione procedit Verbum: Vtraq. cons. tenet, & ma. prob. quià cum tota hæc linea sit formaliter per modum manifestationis, & illuminationis objecti, ut innuit ibi D. Tho. id de formali se habet ad illud manifestandum in actu 2. quod se habet ut lux in actu 2. in hac linea intelligibili, sed actualis intellectio, vel intelligere actuale, sivè intellectus in actu 2. intelligens est lux in actu 2., sicut est lux in actu primo, prout est intelligens in actu primo, ergo actuale intelligere, sivè Patrem esse in actu 2. intelligentem, de formali se habet, & non purè concomitanter ad productionem Verbi. Hanc etiam rationem insinuat Mag. Jo. à S. Tho. hic disp. 12. ar. 5. concl. 3. §. *Ratio est*; ubi inquit. *Lux autem*, qua resplendet, & manifestator in actu 2. res cognita, est lux spiritualis interna, nec est aliud, quam ipsum intelligere, quià intelligere est summa actualitas intellectus, & illa *est lux intelligibilis*; scil. activè manifestans, sivè exprimens in actu 2. in hac linea intelligibili, ac proindè Verbum, quod est res expressa, vel concepta, non purè concomitanter eam respicit, vel per illam procedit, sivè exprimitur, sed pro formali.

Ultimò tandem prob. concl. Intellectus est potentia adæquatè intellectiva, ergo nullus est assignabilis



bilis actus ab illo in hac linea; qui intellectio non fit, ac proindè si semel dictio est ab illo intrà illam, nequit esse actus distinctus ex æquo ab intellectione. Utraq. conf. tenet, nam quià visus est potentia adæquatè visiva, nullus est assignabilis actus in illo, qui visio non fit, ac proinde, nec ullus ex æquo à visione distinctus: Ant. verò prob. quià objectum adæquatum intellectus est verum intelligibile, ergo & intellectus est potentia adæquatè intellectiva.

Dices in vero intelligibili duplicem esse rationem, vel formalitatem, scilicet speculati, & producti, & cum minùs requiratur ad multiplicandum actum, quàm potentiam, ut alibi dictum est, optimè stat intellectum esse potentiam adæquatè unam in hac linea, & tamen multiplicari actum illius, in intellectionem, vel contemplationem, qua attingatur idem verum in ratione speculabilis, & in dictionem, vel productionem, qua attingitur in ratione producibilis. Sed contrà est. Nam licet ità sit, quòd minus requiratur ad multiplicandum actum, quàm potentiam, sivè quòd possint illi multiplicari, immultiplicata potentia, ob ejus universalitatem, cum sit actus determinatio potentiæ, non tamen possunt adæquatè multiplicari, & distingui non multiplicata adæquatè eorū ratione formali, vel objectiva, sicut nec possunt prout sic multiplicari, vel distingui potentiæ, non multiplicata similiter ratione earum formali, vel objectiva, sed in casu non habetur hæc diversitas objectiva ex sola ratione speculati, & producti, ad distinguendam ex æquo dictionem ab intellectione ergo. Prob. mi. Nam adhuc ratio producti est ratio intellecti, ergo petit, quòd id, per quod fit intrinsecè intellectum, intellectio sit.

Expl. hoc. Nam quamvis ità sit, quòd verbum habeat rationem producti, vel effectus, hæc tamen ratio essentialiter consistit in hoc, quòd est intrinsecè intelligi, ad differentiam intelligibilis ad extrà existentis, quòd tantum extrinsecè intelligitur, est enim verbum intellectio intellecta, ideft id, quod de objecto intra se ipsum percipit intellectus, concipit, & vitaliter exprimit, quod nisi intelligendo fieri nequit, unde necesse est, quòd ipsa productio verbi, sivè dictio sit formaliter intellectio, & non actus ex æquo distinctus.

2. Impug. solutio, & urg. totum hoc. Si ratio intellecti, & producti essent ex æquo distinctæ sufficientes ad distinguendam ex æquo dictionem ab intellectione pariter sufficerant ad distinguendas, & multiplicandas duas potentias, alteram respicientem intellectionem, & alteram dictionem, imò tenerentur multiplicare illas, consequens est contrà communem consensum Theologorum, quià aliàs dictio non esset actus intellectus Divini, quod negatur communiter à Theologis, excepto Durando, qui ex eo motus est ad recurrendum ad alium actum ab intellectu, sivè ad probandum processionem verbi non esse actum Divini intellectus, quià putavit intellectionem, quæ est actus illius, esse infæcundam ad realem productionem, ergo. Prob. ma. Si essent ità ex æquo distinctæ, ideft sinè ordine dependentiæ unius ab alia, ut vult Scotus, non possent eandem potentiam respicere, uàm rationes, vel actus sic ex æquo diversi, ideft sine tali ordine dependentiæ unius ab alio, ad eandem potentiam pertinere non possunt, cum non sit assignabilis ratio communis, in qua tales actus conveniant una definitione definibilis, ut consideranti constabit, ergo esset assignanda distincta potentia ab intellectu, ad quam pertineat dictio, vel productio Verbi in Divinis.

3. Impug., & urg. præcedens. Si ratio producti, & consequenter dictio, vel productio Verbi est sine ordine dependentiæ, vel emanationis, aut causalitatis ab intellectione, & à ratione Intellecti, ità ut hæc non sit formaliter in processione Verbi ratio producti, sed ex æquo distincta, ac per consequens nec dictio sit formaliter intellectio, sed actio ax æquo distincta, verificari nequit quòd sint ab intellectu formaliter, aut definitivè, ut tali, ergo erunt à potentia formaliter, vel definitivè distincta, quòd nullus admittit, ut dictum est, ergo. Prob. ant. Quià intellectus formaliter ut talis definitur per hoc, quòd sit potētia apprehensiva objecti, ergo quod ab illo nō procedit sub hac formali ratione, sed ex alia ex æquo distincta nequit sd illum pertinere formaliter, vel definitivè, ut talem: 5. Ex quo etiam infertur non magis referre, aut interesse ad mentem Theologorum, quòd productio Verbi sit ab intellectu Patris, quàm ab alia potentia, si semel non est formaliter ab illo sub ea ratione, qua est potens intelligere objectum, sed sub distincta ax æquo, ut vult Scotus: undè vel tenetur asserere, quòd dictio non sit actus intellectus contrà communem conceptionem, vel quòd sit formaliter intellectio.

Ex his etiam inferimus contrà Vasquez non solum non distingui ex æquo, sed nec distingui tanq. duos actus, alterum scil. essentialem, & alterum notionalem, quià eo ipso quòd ratio producti sit intrinsecè ratio intellecti, licet importet prout sic aliquid notionale ad modū dictionis, insufficiens tamen est ad multiplicandum in linea actus, cum essentialia non dividantur, nec multiplicentur ad divisionem, vel multiplicationem nationalium, v. g. quòd essentia habeat aliquod notionale in Patre, quod non habet in Filio non per hoc ponimus duas essentias in illo, sed eandem sub certo modo, ergo pariter, quòd intellectio in Patre sit fœcunda, seu dictio productiva Verbi, non tenemur multiplicare duos actus in illo, sed ponere unum tantum, scil. essentialem, seu intellectionem sub certo modo, itàut id, quod addit dictio suprà intellectionem, sit quidam modus, quem habet intellectio in Patre, & non in Filio, prout dicit habitudinem ad relationem Patris, vel connotat illam.

Quod poterat etiam explicari, & urgeri à paritate. Etenim per hoc quòd intellectus essentialis determinetur per habitudinē dicentis, ratione cujus potentia generativa est, non infertur dari duos intellectus, alterum essentialem, & alterum notionalem, ergo per hoc quòd intellectio essentialis determinetur per habitudinē dictionis, non tenemur multiplicare duos actus intelligēndi, alterum essentialem, & communem 3. Personis, & alterum notionalem, & proprium Patris: Patet hęc conseq. Tum quià sicut intelligere notionale includit intelligere essentiale, & excedit illud in modo productionis, ità potentia ad actus notionales includit intellectum, & excedit illum in modo, & habitudine productivi, ergo si nihilominus hæc distinctio includentis ab incluso; & excessus non sufficit ad distinguendos duos intellectus, communem, & notionalem, nec sufficiet similiter ad distinguendos duos actus. Tum quià ideò prior determinatio non sufficit ad multiplicandos plures intellectus, quia non est per modum superioris ab inferiori, sed magis affectio, quædam modalis, seu quasi rei à modo, sed etiam posterior eodem modo se habet, aliàs traheret ad aliud esse, vel lineam ex æquo distinctam, vel exclu-

cludentem, quod Vasques non admittit aliàs incideret in sententiam Scoti.

Quòd si iterum dicas, ut suprà minus requiri ad multiplicandum actus, quàm potentias. Quamvis ità sit ex terminis, & præcipuè loquendo de actibus inadæquatis, & materialibus, adhuc tamen ad multiplicationem istorum requiritur sufficiens diversitas objectiva, vel fundamentum formalis diversitatis, cum sæpè idem actus ad plura objecta se extendat, constat autem non haberi in casu ex hactenus dictis hanc diversitatem, & fundamentum, ac proinde sufficiet addere prædictum modum.

Sed inquires fortè, quarè in Patre prout connotat relationem ejus prædictum intelligere essentiale, habeat esse fœcundũ, sivè determinetur per modum dictionis exprimens id, de quo speculatio est, non verò in Filio, & Spiritu S., sed maneat ad intrà in illis intrà limites speculationis: §. Resp. quòd supposito Mysterio Trinitatis, ejusque processionibus, id habetur, quia in Patre est omninò primum, & nullo modo ab alio acceptum, nam cum supposito fide ejusdem Mysterii Pater sit omninò ingenitus, nec procedens, sed tantum potens aliis Personis communicare unum, & idem suum esse, hoc habere debet in illo, quòd primò, & per se sit potens id alteri communicare, quod fit per productionem Verbi, quod non habet in Filio, salvo eodem Mysterio. Unde connotatio relationis Patris, est connotatio relationis dicentis, & connotatio relationis Filii est connotatio Verbi dicti.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. nàm juxta August. lib. 15. de Civitate Dei cap. 7. & 10. Verbum Divinum gignitur, seu procedit ex memoria fœcunda Patris, sed nomine hujus memoriæ intelligitur juxtà eundem S. Patrẽ intellectus prout constitutus in actu primo per speciem intelligibilem, non verò in actu 2. per actualem intellectionem, ergo Verbum Divinum non ab intellectu, ut actualiter intelligente, (qua ratione intelligentia est) sed ab illo prout in actu primo, (qua ratione obtinet rationem memoriæ) procedit: Mi. constat quià juxtà August. memoria ab intelligentia distinguitur, ergo nomine memoriæ fœcundæ juxtà eundem intelligi naquit intellectus prout in actu 2. intelligens, sed solum prout in 1. ma. verò prob. nam ibidem processionem Verbi Divini assimilat processioni Verbi creati, sed Verbum nostrum non ex intelligentia, sed ex memoria, sivè ex intellectu per modum actus primi procedit ergo similiter procedit Verbum Divinum ex memoria, sivè ab intellectu Patris per modum actus primi: Ma. patet ex eodem verbis illis cap. 10. versus finem. *Quisquis* inquam hoc intelligere potest jam potest videre per hoc speculum, atq. in hoc ænigmate aliquem Verbi illius similitudinem, de quo dictum est. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & *Deus erat Verbum*. Et repetit c. 14. iterum ad finem dicens *Verbum autem* nostrum, illud, quod non habet sonum, ... inde utcunq. simile est in hoc ænigmate illi Verbo Dei, quod etiam Deus est, quoniam sic, & hoc de nostra nascitur, quemadmodum, & illud de *Scientia Patris natum est*. Mi. etiàm sumitur ex eodem c. 10. immadiatè post verba proximè relate, ubi subdit. *Necesse est* enim cum verbum loquimur, idest, quod scimus loquimur, ex ipsa scientia, quam memoria tenemus, *nascatur Verbum*, ergo verbum nostrum mentale nõ nascitur ex scientia actuali, sed ex habituali per modum actus primi, ac per consequens etiam Divinum ad similitudinem nostri natum de scientia Patris, ut dicit August.

Ad hoc dico in primis, quòd in relatis capitibus invenire non potui propositionem illam, scil. Verbum gigni, vel nasci ex memoria fœcunda Patris, imò magis oppositum, ut suprà ponderavimus, & constare poterit diligenter consideranti, cum sæpè repetat, quòd cum verbum sit locutio mentalis exprimi non possit, vel produci nisi per actualem cogitationem, vel intellectionem maximè in subjecta materia, sivè in Divinis, ubi non est memoria strictè per remiscentiam alicujus præteriti, quod respectu intellectus Divini (cui omnia semper præstò sunt, seu præsentia) est de subjecto non supponente. §. Sed deindè in forma, vel nego ma. loquendo de memoria propriè, seu strictè dicta; vel dist. ex memoria prout præcisè in actu primo, neg. in actu 2. conc. & tunc etiam neg. mi. Ad prob. utriusq. ex eodem S. D. dicimus, quòd ut patet ex verbis ipsius servatur quidem aliqua similitudo, non tamen univoca, vel adæquata, sed analoga, vel deficiens; nam aliàs deberet ibi etiam proferri ex necessitate, vel indigentia, ut contingit in nobis & non magis ex fœcunditate, ut profert Pater Divinus, ut explicatum est. Est ergo aliqualis similitudo, quòd utrumq. procedit ab intellectu ut fœcundo, sed differunt, quòd Divinum procedit indispensabiliter ab illo, ut constituto in actu 2. quià nampè procedit, ut dictum est, per modum actus purissimi, & à principio summè actuali in linea Intelligendi, quòd non convenit Verbo creato. Et quamvis etiam dicatur non omne verbum creatum procedere ex actuali intellectione, adhuc tamen de aliquo affirmatur ex illa procedere, ut de conceptu conclusionis ex actuali principiorum notitia formato; & de illo principiorum ex simplici notitia terminorum.

Quòd si alicubi inveniatur Augustinũ asserere, quòd procedat ex memoria Patris, tenemur omnes explicare de memoria non habituali, sed actuali, ne videatur sibi contradicere in dictis suis, cum apertè ut suprà, fateatur procedere de intelligentia, & sapientia actuali, & meritissimè quidem, ut dictũ est, si velimus procedere modo perfectissimo, & processione summè actuali. §. Pro quo etiam adverto, quòd cum mox utatur nomine memoriæ, mox intelligentiæ, vel sapientiæ, in hoc has voces differre in Deo, quòd intelligentia, & sapientia sumitur pro cognitione terminante ad objectum absolutè, memoria verò prout terminatur ad illud jam cognitum; unde cum dicitur procedere de intelligentia, & sapientia Patris, intelligendum est, quòd procedat ex cognitione, qua Pater cognoscit se, & alia à se, cum verò ex memoria tunc sensus est, quòd procedat ab eadem cognitione, prout cognoscit per illam eadem objecta, ut à se cognita. Sic omnia consonant apud eundem S. Patrem ne fiat confusio, & æquivocatio in litera ejus contrà meritum Divinarum processionum, & Personarum per illas productarum.

2. Iterum principaliter arg. ex Scoto: si intelligere, & dicere essent eadem actio, cuicunq. unum conveniret, conveniret, & alterum, consequens est falsum, ut dictum est, cum soli Patri conveniat dicere, ergo sunt distinctæ. §. Resp. ut suprà dist. ma. si essent actio, nullo superaddito modo fœcunditatis, transeat, vel cõc., eodem superaddito neg. Unde licet tribus Personis conveniat intelligere, non tamen est necessarium, quòd con-

convaniat dicere, quià in ſolo Patre, ut vidimus, habet modum fæcunditatis. Quamvis ergo dicere non ponet in numero in ratione actionis cum intelligere, vel illud formaliter claudat, qoià tamen aliquid superaddit, ſcil. habitudinem, vel reſpectum producentis ſoli Patri convenientem, ideò illi ſoli tribuitur dicere. Et quidem videtur difficillimum, (ut etiam rectè advertit hic Mag. Ferre,) quod intendit Scotus in hoc ſuo argumento, nempè quod intelligere ſit omninò commune 3. Perſonis, & quod nullo præſuppoſito peculiari intelligere in Patre, ſequatur Patrem ſolum dicere. Nam ut dicebamus ex D. Auguſt. Nullus intellectus dicit, vel profert verbum mentale, niſi intelligendo, vel cogitando, ſi ergo in Patre nullum eſt peculiare intelligere, manifeſtè ſequitur, quòd dicere ſequatur ad intelligere commune, ergo non ſolus Pater, ſed aliæ Perſonæ etiam dicent, quod nec ille, nec ullus concedit.

Sed contra ſolutionem inſtes. Nam per nos, & juxtà D. Th. ut vidimus, intelligere, ſeù intellectio ſecundum ſuam rationem formalem nullam importat rationem originis, ſed ſolam habitudinem intelligentis ad rem intellectam, undè nec eſt productio verbi, nec verbum productum, ut patet in eadem ſecunda, & tertia Perſona, & etiam in Beatis, qui in noſtra ſententia non ſolum de facto, ſed etiam de potentia abſoluta nullum poſſunt producere verbum per intellectionem, vel viſionem beatam, ergo tenemur aſſerere, quòd formaliter ſpecie diſtinguatur à dicere, ſeù dictione, ità ut hæc non tantùm ſuperaddat modum, ſed veram actionem productivam: §. Expl. & urg. hoc. Nam dicere, vel dictio, ut fatemur omnes, importat rationem productivi; at non ex vi, vel in ratione intellectionis, ſeù actionis productivæ, ergo ex vi, vel in ratione alterius diſtinctæ, ſeù productionis, ac proindè hæc erit ex ſua ratione formali actio diſtincta ab intellectione.

Reſp. ex dictis diſt. ant. Nullam importat, & eam excludit, neg. & non excludit, ſed permittit, ut explicatum eſt, conc. ſicut enim in ſuperioribus dicebimus de Theologia, quòd licet juxtà probabilem modum dicendi non importet evidentiam, quia tamen ex ſua ratione formali eam non excludit, ſicut fides, ſed permittit; poteſt cum illa coniungi, & evidenter procedere, ità ſimiliter intelligere, vel intellectio, licet non importet ordinem originis, vel fæcunditatem ad producendum ex vi ſuæ rationis formalis præcisè, qua intellectio eſt, quià tamen eam non excludit, ſed permittit; poteſt in ratione actionis ſuperaddito tantum aliquo reſpectu, vel connotatione induere modum fæcunditatis, ſufficienter ad exprimendum, vel producendum verbum ſine ſuperaddita dictione per modum actionis, ſed cujuſdem tantum modi, vel determinationis ad exprimendum illud. §. Itaq. intellectio licèt ſecundum ſuam rationem formalem præcisè ſiſtat intrà limites ſpeculationis objecti, quià tamen ſpeculatio hujus adhuc poteſt eſſe ejuſdam expreſſio, qua ratione dicitur fæcunda, non excludit hanc fæcunditatem, quæ importatur per dicere, & ideò idem indiviſibile formaliter intelligere Divinum, quod in Filio, & Spiritu Sancto tantum obtinet rationem ſpeculationis, in Patre habet exprimere id, de quo eſt ſpeculatio; quià nempè in illo, ut dictum eſt, eſt omninò primum, & nullo modo acceptum ab alio, & ſic poteſt eſſe fæcundum, ſeù potens ſe alteri communicare, quod fit per Verbi productionem. Hoc autem non habet in Filio. Unde in Patre, ut dicebamus, connotatio relationis ejus, eſt connotatio relationis dicentis; & in Filio connotatio relationis illius eſt connotatio Verbi dicti: §. Quibus addi poteſt, quòd cum dicere, ut hactenus conſtat ex dictis, non ſit ſic adæquatè productio, quòd excludat à ſuo conceptu rationem intellectionis, nec ſit ſimiliter intellectio peculiaris in Patre diſtincta ab intelligere communi; nec actus notionalis per modum puræ relationis, reſtat quòd ſit ipſum intelligere commune, prout in Patre connotat modum fæcunditatis ob rationem aſſignatam, illi convenientem.

3. Arg. ex eodem, argumento ſæpè jam inſinuato. Nam omnis termini productio eſt propter terminum productum, ſed nulla intellectio eſt propter terminum productum, ergo nulla productio termini eſt formaliter intellectio: §. Ad hoc patet ex dictis, vel nego abſolutè ma., vel diſt., omnis termini productio à parte rei, vel extra animam, tranſeat, vel conc., intrà illam, neg. Jam enim aſſignavimus diſcrimen inter productionem termini extrà producentem, quæ dicitur actio tranſiens, & productionem termini intrà illum, quæ dicitur immanens, quòd hæc ab illa diſtinguitur, quòd ex propria ratione formali non ordinatur ad opus, vel terminum producendum, & ſi producit illum non tam ipſa eſt propter terminum, quàm terminus propter illam, undè licet tranſiens, quià neceſſariò, vel per ſe habet illum producere, dicatur ad eundem per ſe ordinari, non tamen immanens, (ſicut eſt intellectio) quæ tantum permiſſivè producit illum, cum neq. ſit cum motu phyſico, nec de ſui ratione habeat inferre paſſionem, ut docet D. Tho. locis relatis. Tum quià cum in genere intelligibili formalitas ſpeculationis ſit potiſſima, huic intellectio ſubordinat formalitatem productionis. Unde intelligens format verbum, ut in illo cognoſcat, vel ſpeculetur objectum, non autem ſpeculatur, ut formet verbum, & ſic ipſe modus dictionis, & ipſum dictum ordinantur ad ſpeculationis formalitatem. Hæc autem non inveniuntur in actione tranſeunte, quam natura eò ſolum inſtituit, ut terminum producat, & ſic nil mirum, quòd eam per ſe ad illum ordinet.

Sed inſtas. Quià Ariſtol. tradens 9. illo Metaph. præfatam differentiam inter actionem immanentem, & tranſeuntem, de hac abſolutè affirmat habere terminum productum, de illa verò negat, ergò prædicta diſtinctio de neceſſariò, vel poſitivè, & de permiſſivè, vel non repugnanter non eſt conſona menti ejus §. Reſp. neg. ant. in ſenſu contrariorum, quià non potuit ignorare, ut dicebamus, quòd ex immanentibus actibus frequentatis generetur habitus, ac proindè nec potuit abſolutè negare, quòd per illos produci poſſit aliquis terminus, aut quòd hoc illis repugnet; Undè ejus negatio de iſtis debet contrà poſitivè tantùm ſumi ad terminum, ſecundum quem affirmat de illis ſcil. neceſſariò, ità ut ſenſus legitimus ſit juxta ſolutionem datam, quòd tranſiens neceſſariò, vel poſitive producet, immanens verò permiſſivè, vel non repugnanter, ſi ſemel aliqua ex his producit, ut contingit in eiſdem actibus frequentatis, & aliqua non, ut dictum eſt, de actibus virtutum ſupernaturalium per ſe infuſarum in appetitu, & voluntate exiſtentium, quæ nullum producunt habitum, cum effectivè ad illius productionem non concurrant, ſed tantũ meritoriè, vel diſpoſitivè. Et ſic omnia conſonant tam in bona Metaphyſica, quàm Theologia.

Sed adhuc inſtas 1. Contrà exemplum de actibus frequentatis. Nam licet dicamus per illos generari

rari habitum, non tamen, quòd ganarent ut actio, sed potiùs ut principium, sic enim meliùs, & si ne exceptione salvatur discrimen absolutè assignatum à Philosoph. ergo absolutè in hoc consistit, quòd transiens necessariò, & immanens nunq. producit: 2. Nam juxtà eundem Phil. 1. Ethic c. 1. quand o per actionem producitur terminus distinctus, ista est nobilior actiona, & finis illius, at hoc assat falsum, si semal actio immanens produceret illum argo. Prob. mi. quià ut suprà, & proximè dicebamus, si semal actio immanens produceret terminum, hic magis asset propter actionem, quàm actio propter ipsum, undè operationes immaneutes dicuntur ultimus finis, seù ultimata perfectio potentiæ operantis, qua ratione, ut etiam dictum est, intellectus non speculatur, ut producat terminum, sivè varbum, sed magis producit illud, ut in illo speculetur, vel contempletur objectum, ergo salvis his principiis nequit in ejus doctrina admitti quòd actio immanens, ac per consequans, quòd intellectio, ut actio intellectiva ast sit productiva alicujus termini.

Ad 1. respond. neg. ant. Tum quià Aristot. absolutè dicit per actionem immanantem, &c. at si hoc non obstanta licat iuterpretari de actione per modum principii, pariter licebit, (& quidem à fortiori ut patet ex dictis) ieterpretari, quòd non producat, scil. necessariò, sed permissivà tamen, vel non repugnanter producere possit. Tum quià Divina intellectio (de qua specialiter agimus, utpotè infinità fœcunda, & perfectissima,) est summè, & infinitè afficax in linea agendi, & exprimendi Verbum, argo non solum se ipsa ast formaliter per modū actus primi, val principii, sed etiam per modū actus secundi, val actionis productivæ, cum ratio afficax agendi per modū actus secundi, vel actionis sit actualior in hac linea, quā efficax solū per modum actus primi, imò est ultima, & complementū, seù cousūmatio totius linaæ agendi, & propterea etiam dicimus, quòd unumqeodq. agit in quantum ast in actu, sivè in ultima actualitate agendi: §. Quod etiam proportionabilitar verificatur de aliis intellectionibus creatis productivis, quià ut dicebamus, etiamsi sit formaliter qualitas, est tamen eminenter actio, sivè habet modum actionis, & non puram rationem effectus, unda non indiget alia actiona media, ut producatur, & sit activa productio verbi, sed utrumq. se ipsa immediatè obtinere potast, & simul etiam constituere suum principium in actu 2. intelligans, sicut cæteræ actiones, quæ quià tales sunt, & non puri effectus, se ipsis per naturalem resultantiam amauant, vel egrediuntur à suis principiis sine alia actione intermedia, & sunt productivæ effectuum illius, & simul constituunt illa in actu 2. agentia. De quo in lib. de de anima, ubi hao ratione probatur, quòd intelligere, & valle, cum sint se ipsis actus secundi vitales, habent se ipsis formaliter constituera suum principium in actu secundo vivens, & quià vivare in actu 2. est se movere, se autem movere est habera actum 2. vitalem in se, vel per summam identitatem, ut in Deo, vel per egressionam, aut emanationam, ut in nobis, ideò hujusmodi operationas creatæ se ipsis sunt in potentia, & à potentia sinè alia vera actione intermedia: §. Ex quibus poterat formari alia optima ratio pro conclusione, destruendo fundamentum oppositæ sententiæ. Ex eo Verbum Divinum producitur per dictionem tanq. per actionem ex æquo distinctam ab actuali intellectione, itàut nequeat per istam produci, quià hæc non est verè actio, sad qualitas, & non respicit terminum productum, sed objectum cognitum, vel perceptum, ac proindè licet sit actus 2. operativus per modum cognitionis, non tameu productionis; Sed hoc non obstat ut patet ax proximè dictis, optimè potest procedara media actuali intellectione sinè alia actione, seù dictione ex æquo distincta à sa ipsa.

Ad 2. dist. & simul explico ma. loquendo de actiona, quæ à natura ad hoc præcisè instituta est, ut producat terminum, sivà de transeunte, ut dictum est; conc., nam hæc comparatur ad terminum tanq. medium ad finem, ut patet in ædificationa respectu domus ædificandæ; loquando de actiona, quæ ax natura sai non habet habitudinem ad illum, sed tantum permissivè respicit illum, nego. Tunc enim terminus magis deservit, ut medium ad alium finem, quem principaliter respicit operans, ut contingit in casu, ut vidimus, nam in tantum intelligens creatum producit varbum, quià ut dictum est, indiget illo, ut speculatur objectum, & ut fiat istud in actu 2. præsens intrà animam, sivè intellectui in genera intelligibili, si sit axtrà, vel tantum præsens in actu 1. ut dicebamus de Angalo intelligente sa ipsum, cum substantia ejus utpotè finita, & potentialis nequeat esse in gradu intellecti.

Quòd si adhuc instes, sequi ex his, quòd intellectio Divina (quidquid sit de creata non necessariò, vel non samper producenta tarminum, vel verbum) per se ordinetur ad terminum, vel verbum productum, cum veluti ax sua natura sit instituta ad producendum illud, nec possit non producere: Resp. neg. an. sumpto ordine per se tanq. quid ordinabile ad aliud ut ad finem cum imperfectione medii, ut contingit in actione transeunte, qua ex necessitate utitur artifex ad producendum terminum ad extrà tanquam ad finam, quo producto cassat. Intellectio autem Divina non producit ax nacessitate ut dictum est, sed ax fœcunditate, vel ex abondantia, & cum summa identitata cum illo. Iutellectio etiam creata, & si quandoq. producat ex indigentia, & distinctum, non tamen sistit in illo producto, sed potiùs producit, ut perseveret, seù speculetur objectum; Et ideò da nulla ax his actionibus immanentibus varificari potast prædictum axioma Philosophi.

Quibus addo, quòd si idem axioma esset sic universalitar accipiendum, scil. quòd quotiescunqua actio producit terminum distinctum, debeat esse nobilior actione, & finis illius, jam non posset Deus per sui imperium producera aliquid ad extrà, cum omninò repugnet creaturam ad extrà productam essa finem, ad quem per se ordinetur actio Divina, val quòd sit nobilior illa; undè non solū non tenamur illud accipere in tali univarsalitate, sed est etiam impossibile. Quòd si dicant varificari universalitar de creata. Præterquam quòd falsum est de immanente ut dictum est; jam non erit ad rem, quià modo est quæstio de intellectione Divina.

Deinde iterum manifestè solvendum ast argumentum cum omnibus suis replicis in subjecta materia, nam dictio, sivè actio productiva, quam constituunt ex æquo distinctam ab intellectiona ast etiam actio immanens, non transiens, cum nihil ad axtrà producat, sad tantum producit verbum, ad quod ordinatur, ut medium ad finem. Quidquid argo opponunt contrà intallectionem, ut hac rationa excludatur à ratione actionis productivæ, scil. ex eo quòd actio immanana est, militat atiam contra dictionam, undè val neque hæc poterit esse productiva, vel non tenemur ob idem mo-

motivum multiplicare illam tanq. actionem adæquatè distinctam, sed poterit eadem indivisibiliter intellectio cum solo modo dictionis, vel fœcunditatis superaddito, se ipsa immediatè producere verbum.

Quòd si ulterius dicas cum recentiori Discipulo Scoti intelligendum esse Aristotelem de actione immanente, quæ sit formaliter operatio, & non purè grammaticaliter, ut est intellectio, quando statuit superius discrimen, vel tradit præfatam doctrinam: §. Patet ex dictis, id esse de subiecto non supponente in doctrina ejus, sivè petitionem principii; tum quià præter actionem transeuntem, nullam aliam agnovit nisi immanentem, de qua docet non habere terminum productum, vel operatum præter se ipsam, & quòd sit ultimus finis potentiæ operantis, ergo si dictio est actio adæquatè distincta ab intellectione, & non immanens, quæ sit finis ultimus, & consomata perfectio potentiæ, est de numero actionum, quas ipse non agnovit, ac proindè nec promovenda de mente ejus: §. Tum quià de hac inquirimus, an teneamur illam superaddere ex æquo distinctam, & cum superaddi non possit adhuc juxtà præfatam illius disciplinam, & doctrinam, ut ostensum est, nec ex capite immanentiæ excludi possit intellectio, cum etiam dictio sit immanens, ut dictum est, velle hanc effigere ob idem motivum immanentiæ, est petere principium, & potiùs eandem excludere, quàm superaddere.

§. IV.

Solvuntur alia argumenta.

4. ARg. impugnando principalem rationem adductam. Non est necessarium, quòd omnis actio intellectus etiam productiva termini sit formaliter intellectio, ergo optimè stat quod dictio sit actio productiva illius, & non sit formaliter intellectio. Prob. ant. primò stando in actione productiva speciei impressæ, nam verè intelligimus in intellectu agente actionem purè factivam ejusdem speciei sine eo quòd sit formaliter, imò nullo modò intellectio ergò. 2. In actione exteriùs formativa verbi vocalis, quæ non formaliter, sed tantum præsuppositivè est intellectiva. 3. Nam Verbum Divinum procedit ex cognitione Dei, & creaturarum, ut constabit infrà, ergo ejus processio, vel productio præsupponit cognitionem, vel intellectionem, (utpote ex qua procedit, & non est formaliter intellectio.

Resp. neg. ant. loquendo de intellectu cognoscitivo, de quo modo est sermo: per quod cessat instantia primæ probationis, cum intellectus agens (cujus est prædicta productio speciei) non sit cognoscitivus; unde nec eadem productio est loqui mentale, & sic nec formaliter, nec præsuppositivè requirit cognitionem objecti, sed tantum est quædam illuminatio activa phantasmatum, ut appareat in illis objectum intelligibile, quod latebat per materiæ immersionem. Cæterum productio verbi ut dictum est, cum sit quædam interior locutio, seù mentalis expressio rei conceptæ, impossibile est, ut patet ex terminis, quòd haberi possit, vel etiam concipi objecto non intellecto, sive sine eo, quòd sit cognitio & verbi, quod profertur, & objecti, de quo profertur: §. Et quidem si dictio est actio verbi, & verbum, ut ipsi volunt, & actualis intellectio, videtur iterum repugnantia in terminis, quòd dictio sit actio distincta ex æquo ab intellectione, vel quæ formaliter intellectio non sit, aut quòd detur dictio verbi sine intellectione, nam ut ostensum est, intellectio sivè sit formaliter actio, sivè solùm eminenter, & qualitas formaliter, se ipsa immediatè sine alia actione intermedia egreditur ab intellectu, eò vel maximè, quòd est actualitas secunda vitalis per modum operationis, de cujus conceptu est, quòd se ipsa immediatè egrediatur à potentia vitali, cujus est actualitas, vel operatio, ergo repugnat quòd in ratione actionis ponant in numero cum dictione.

Ex quibus iterum patet, quòd sententia opposita, quæ vult ut vidimus, intellectionem, & dictionem, seù productionem verbi ità ex æquo distingui, ut non sit inter illas ordo aliquis sivè causalitatis, sivè emanationis, sed tantum concomitanter se habere, videtur manifestè repugnantia efferere. Nam si ità est, quòd verbum sit formaliter intellectio, vel non distinguatur ab illa, sicut eam distinguunt Thomistæ, & aliàs dictio sit productive verbi, tenentur omninò efferere, quòd sit etiam productive intellectionis, ergo non stat ità distingui, ut nullus servetur hujusmodi ordo; val ut nos dicimus, quòd verbum sit veluti partus intellectualis distinctus ab intellectione, tanquam à sui generatione, & non formaliter intellectio physicè producte ab intelligente, ut tam frequenter, & constanter ipsi contendunt.

Quod obitet etiam præter superiora, & alibi latè exposita, probari potest primò in creatis. Nam verbum mentale, seù species expressa ex proprio sui conceptu ad hoc est, ut ea mediante objectum fiet præsens intentionaliter, vel objectivè intrà intellectum in actu 2. sivè in ratione termini in actu 2. terminantis intellectionem, sæpè enim est physicè absens, vel si sit præsens intentionaliter, est solum præsens in actu 1. ut dictum est, non in gradu intellecti, ut probatum est, intellectus autem actu intelligens non versatur præcisè circa objectum in actu 1., sed etiam in 2., aliàs non esset intelligens actu: nec etiam tendit ad res extra animam, sed ut sunt intrà illam, unde proprium illius est terminari ad objectum trahendo illud intrà se ut vidimus suprà, qua etiam ratione probat D.Th: quòd operatio ejus perficitur secundum motum rei ad animam, operatio verò voluntatis secundum motum animæ ad res, ergo dari debet verbum, seù species expressa, qua objectum fiet sic præsens in actu 2. distincta ab intellectione, & etiam à specie impressa, quià per hanc utpotè se tenentem ex parte objecti in ratione principii sit solum præsens in actu 1. non in 2., vel in ratione termini: videmus enim hanc manere sine eo, quòd objectum actu terminet intellectionem, cum ergo in creatis operatio non minùs distinguatur formaliter, & realiter à principio, quàm à termino directè attacto, & species impressa sic se tenens ex parte objecti in ratione principii intellectionis distinguatur formaliter, & realiter ab eadem intellectione, pariter expressa se tenens ex parte objecti in ratione termini erit distinguenda ab illa.

Hinc etiam prob. in Divinis. Nam etiam ibi verbum non procedit formaliter ut intellectio, sed ut terminus intellectionis, nam aliàs Pater constitueretur actu intelligens per illud, cum de conceptu intellectionis sit constituere intelligens, principium, à quo procedit, & in quo manet, ergo cum verbum maneat intrà substantiam Patris per summam identitatem, si semel procederet ut formaliter intellectio producta ab intellectu Patris, constitueretur Pater intelligens per illud. Quod tamen ut vidimus, est contra August., nec admittendum, cum revera Pater non sit in-

sit intelligens de Filio, seù Sapientia genita; nec solum esset intelligens intellectione ingenita, sed etiam genita, quod videtur omninò alienum, ut ostensum est. Hæc tamen ut monuimus, obiter dicta sint, ad impugnandam præfatam identitatem verbi cum intellectione, quam hic, & alibi tam urgenter promovent.

Ad 2. instantiam argumenti de verbo exteriori similiter resp. quòd cum istud non sit quædam conceptio, sed magis signum quoddam exterius, vel manifestativu conceptionis, seù verbi, vel locutionis interioris, sufficit quòd ille, qui loquitur simul cognoscat id, de quo fit locutio exterior, non autem, quòd hæc sit cognitiu formaliter. Nam cum voces externæ sint valde materiales, satis est quòd directivè sint à potentia spirituali cognoscente, non autem quòd ipsæ sint quædam cognitio, vel quòd elicitivè sint à potentia cognoscitiva. Cæterum verbum cordis, cum sit essentialiter ut vidimus, ipsum intelligi rei, sivè ipsum objectum interiùs intellectum, directivè & elicitivè debet esse à potentia intelligente, & sic requiritur, quòd ejus prolatio, vel processio, cognitio sit.

Ad 3. dist., & explico ant. Procedit ex cognitione, ly ex importante aliquem ordinem prioritatis, & posterioritatis inter cognitionem, & processionem, quasi cognitio præcedat, & processio sequatur, nego, importante qualitatem processionis, vel modum procedendi ex parte verbi procedentis, conc., sensus ergo est, quòd Verbum sit per processionem, quæ est cognitio, & cognitio talis, scil. per quam cognoscitur Deus, & cognoscuntur creaturæ, quià ut examinatur infrà, difficultas est, an Verbum per se procedat ex cognitione non solum omnium Divinorum, sed etiam creaturarum, nec solum futurarum, sed etiam possibilium.

Quintò Arg. Nam actus habẽtes distinctos terminos, & modos tendendi sunt ex æquo distincti, sed dictio, & intellectio sunt hujusmodi, quià dictio respicit verbum, illud producendo, intellectio verò, ut intellectio est, objectum intellectum, illud contemplando, cum prout sic ut vidimus, non importet habitudinem aliquã originis, sed tantum intelligentis ad rem intellectã: §. Ad hoc patet ex dictis, unde dist, ma. distinctos, & non subordinatos, conc. subordinatos, neg., & dist. mi. sunt hujusmodi, ideft habẽt distinctos, & nõ subordinatos, neg., subordinatos, conc., nam ut explicatum est, ideò intellectus dicit, vel producit verbum, ut in illo contempletur objectum, qua ratione ut vidimus in logicis, non solum potentia, vel habitus, sed etiam actus potest sine sui multiplicatione ad plura se extendere, quando scil. est ad illa habitudo inadæquata, sive est ordo inter illa primarii, & secundarii, vel unum ordinatur ad aliud ut ad sui finem, unde idem actus tendit ad objectum, & rationem formalem illius, quià supposito hoc ordine, & habitudine inadæquate, censentur per modum unius, ac proinde non sufficiunt ad multiplicandum entitativè habitum, vel actum, sed tantum superaddere aliquem respectum, sivè connotationem, vel modum, ut in casu.

Sed instas. Nam licet ità sit, quòd ubi est talis ordo non sit necessitas multiplicandi, non tamen videtur assignabilis in casu, sivè inter intellectionem, & dictionem, ergo. Prob. mi. quià ut dictũ est, intellectio, & dictio distinguuntur ex suis propriis rationibus, cũ intellectio secundum sua rationem essentialem nullam importet habitudinem originis, benè verò dictio secũdum suam, ergo non apparet hic ordo primarii, & secundarii, & consequenter erit habitudo tantum inadæquata, & præcipuè in Divinis, ubi non videtur explicabilis inter utramque prioritas aliqua, & posterioritas per talem ordinem importata.

Resp. neg. mi. ad prob. dist. ut suprà, nullam importat, & eam excludit, neg. non excludit, sed permittit, conc. Unde in Divinis, ubi est dictio, vel productio Verbi ex fœcunditate explicatur talis ordo sic, nempè, quòd intellectio ingenita Patris, ut intellectio, & contemplatio est, prius concipitur, quòd tendat ad essentiam Divinam, & ad cætera, etiam ad ipsum verbum, tanquam ad objectum cognitum, sivè ad omnia Divina tendat ut ad objectum immediatum, & formale, & veluti specificativum; sivè ad solam essentiam prout sic, & ad attributa solum immediatè terminativè secundum diversitatem modi dicendi, ut supra q. 14. explicatum est; & deinde quià infinitè efficax est, solo superadditu modo fœcunditatis per habitudinem ad relationem Patris, vel connotationem illius producit verbum ad exprimendum modu intelligibili, quod intelligit, vel cognoscit, qua ratione ut dictum est, verbum procedere dicitur ex memoria fœcunda, scilic. ex intellectione objecti jam cogniti, & sic primariò ut cognitio, vel contemplatio est respicit objectum cognitum, vel intellectum, & secundariò, & veluti ex consequenti, ut dictio est, verbum productum: §. In intellectione etiam creata, ubi producitur ex indigentia, priùs est secundum ordinem executionis quòd tendat ad verbum producendo illud, quàm ad objectum, illud contemplando, quià ut dictum est, producit verbum, ut contempletur objectum, & hac ratione secundum ordinem intentionis prius est è converso quòd tendat ad objectum ut cognoscendum, vel contemplandum: ex quo etiam fit, quòd modi hujusmodi tendendi ad verbum producendo, & ad objectum contemplandu nequeant esse adequati sufficienter ad distinguendus duos actus ex æquo, immò nec duos actus, ut probatum est: §. Et quidem si ut dictum est juxtà contrarios, verbum est formaliter intellectio; & dictio, productiu verbi, manifesta iterum videtur repugnantia negare omnem hujusmodi ordinem, ac proinde velle, quòd intellectio, & dictio, ut duo ex æquo distincta se habeant cum sola inter se concomitantia.

Sed adhuc instas. Quià non stat hæc duplex habitudu, vel tendentia, ad objectum ut cognitum, & ad verbum ut productum sine dualitate actuum, vel adæquata, sivè ex æquo, vel saltem inadæquata, sivè secundum ordinem primarii, & secundarii, ergo. Prob. ant. Tum quià actus est ultima determinatio, sivè per modũ exercitii in linea trascendentali ad objectum, vel terminum, ergo nequit unus indivisibiliter habere amplitudinẽ ad comprehendendum duas habitudines ejus se habeant per modum primariæ, & secundariæ; sicut quia habitus est ultima in eadem per modum actus primi, nequit idem indivisibiliter comprehendere duas habitudines intrà idem forum primi, ejus se habeant per modum primariæ, & secundariæ, unde sicut sola potentia ob majorem universalitatem intrà idem forum potest eas sine sui multiplicatione comprehendere, ità solus habitus ob majorem similiter amplitudinem suprà actum poterit intrà istud comprehendere illas: §. 2. Quià actus nihil aliud est in hac linea transcendẽtali, quàm habitudo quædam per modum actua, lis tendentiæ ad objectum, vel terminum attactum, ergo ubi est duplex habitudo, vel tendentia, altera per modum puræ speculationis, ut est intellectio, & altera per modum puræ productionis, duplex pariter erit

erit actus, alter qui sit pura speculatio, & alter qui sit pura productio. Et poterat utreq. hæc probatio instari in pluribus, ut insinuevimus in proœmialibus & alibi; Nam licet idem indivisibiliter habitus dicatur sufficere ad doctrinam,& usum,sivè ad docendum, vel contemplandum, & ad utendum, vel componendum obeundem ordinem primarii, & secundarii, & similiter idem charitatis habitue ad amandum Deum, & proximum, non tamen idem actus.

Ad hoc etiam patet ex dictis. Etenim negari non potest, quòd etiàm intrà sphaeram actuum detur aliqua amplitudo, qua possit idem secundum diversam solam habitudinem ed plure se extendere, licet minor, quàm intrà spheram habituum, ut alibi præcipuè in 1. Phis. de habitu Philosophiæ explicatum est, & patet in prædicto actu tendente ad objectum, & ad rationem formalem ejus, ut in actu scientiæ tendente ad principia, & ad conclusionem: §. In forme ergo neg. ant. Ad 1. prob. neg. conseq. nam licet sit ultima determinatio, habet tamen aliquam amplitudinem in sua linea, sicut hebitus in sue, sivè in linea actus primi, licet minorem, quàm potentia, undè neque habitus semper multiplicatur ex diversa habituali tendentia, sed ubi est diversa edæquata comparativè ad se ipsum. Sicut ergo intrà lineam actus primi hebitudo ad plura non semper est adæquata, sed quandoq. inadæquata, & sola adæquata multiplicat habitum, non verò inadæquata, ità pariter datur in linea exercitii, quæ non semper est adæquata, sed quandoq. solum inadæquata, & in sufficiens ut in casu, ad multiplicandum actum: §. Et quidem ut insinuavimus, mejor planè est repugnantia ad identificandum dictionem cum verbo, quàm cum intellectione, cum nequeat intellectus dicere nisi intelligendo, & utraq. sit in linea tendentiæ formaliter, non tamen dictio in linea repræsentandi formaliter, in qua est verbum, sed tantum efficienter, si velimus esse formaliter activam productionem illius,& major sitdistantia inter viã, & terminum,sivè inter productionẽ, & rem productam, quàm intrà diversem solem habitudinem intrà eandem viam, vel tendentiamad illum, ut patet ex terminis.

Ad 2. ex his dist. consequens, ubi est diversa habitudo adæquata, conc. inadæquata ut in casu, nego: quià cum actus,ut dictum est,sit proprium exercitium, & ultima actualitas potentiæ, & habitus, illa sola habitudo, vel tendentia est adæquata, sivè sufficiens ad multiplicandum, vel constituendum peculiarem actum,quæ seorsim ab alia est sufficiens ed reducendum in actum 2., potentiam, vel habitum, itàut in ea reluceat propria ratio formalis virtutis activæ potentiæ, vel habitus;propria autem ratio formalis intellectus est vitalis intellectiva in actu 2. ergo nulla habitudo, vel tendentia est potens constituere peculiarem actum intellectus, nisi ea, quæ seorsim ab omni alia est vitalis in actu 2. vitalitate intellectiva, actio autem productive termini, seù verbi nequit esse vitalis vitalitate intellectiva in actu 2. nisi sit intellectio; sicut enim non datur vivere in actu 1. nisi intellectivum, ita nec datur in actu 2. nisi intellectivum, ec proindè nequit dari in intellectu actio adæquatè constituta per hoc, quòd sit productio Verbi, sed debet necessariò esse intellectio, in quo potissimum fundatur ratio addncta, quòd sicut intellectus est potentia adæquatè intellective, & sole vita intellectiva gaudens, ità omnis ejus actio est intellectio, sola gaudens vite intellectiva, cum repugnentia ad actionem non intellectivam, sivè ex æquo distinctam ab intellectiva, sivè ab intellectione.

Sed iterum instas. Nam intellectio ut intellectio est, ut sæpè intinuavimus ex D.Th infrà q.34.ar.3.primariò, & adæquatè terminatur ed rem intellectam, sicut dictio primariò, & adæquatè ad verbum productum, ergo neqnenr convenire in eadem habitudine adæqueta,ac proindè, nec in identitate actionis: §. Resp. ut suprà disting. cleritatis gratia ant. adæquatè exigitivè, attenta ejus ratione formali, conc. adæquatè exclusivè, neg.,quamvis enim secundum suam rationem formalē, ut vidimus,non exigat habitudinem originis, sivè dicentis, vel producentis,non tamen illā excludit, & cum aliàs intrà intellectum non sit assignabilis alia vita in actu 2.,sivè per modum actionis,vel productionis, nisi intellectiva ut dictum est, nec potest consequenter assignari actio, vel productio, quæ intellectio non sit, vel ex æquo ab illa distincta.

Sed adhuc instas. Nam quamvis non excludat, eò ipso tamen, quòd secundum illam non includit, neq. exigit, intelligere formeliter non est producere, nec producere formaliter, est intelligere, ergo adhuc salvetur sufficiens hebitudo ad multiplicandum formeliter productionem, seù dictionem tanq. actionem formaliter distinctam ab intellectione: §. Resp. dist. ant. non est producere, quoad rectum actionis, neg., quoad obliquum, vel modum fæcunditatis, transeat, vel conc. Hic autem ut dictum est, non sufficit ad multiplicandam actionem, & præcipnè ex æquo distinctam, cum solum importet habitudinem inadæquatam intrà eandem indivisibilem vitam intellectivam in actu 2. Unde licet facta reduplicatione suprà intellectionem præcisè ut intellectio est, sivè contemplatio objecti, terminetur ad objectum intellectum, ut dictio verò ed terminum productum, quià tamen reduplicatio facit sensum præcisivum,& inadæquatum non est sufficiens ad multiplicandum (præcipnè in subjecte materia, ut ostensum est) in genere actionis ob indivisibilitatem vitæ intellectivæ non admittentem aliud exercitiũ vitæ, quod intellectio non sit,undè utrumq. respicit ordine quodam, cum producat verbum, ut contempletur objectum in ipso repræsentatum. Et quamvis etiam sub eadem reduplicatione dicatur utrumq. se habere ut terminus primarius, vel etiam edæquatus, adhuc tamen id est insufficiens ad multiplicandum intrà eandem rationem, quià tantum expressivè, vel explicativè dividit, vel multiplicat rem, quàm reduplicat, non objectivè, vel in se ipsa, ut patet tùm in relatione, quæ sub reduplicatione conceptus formæ inhærentis dicitur primò, & immediatè respicere subjectum, sub illo verò referentis, vel sub conceptu *ad*, terminum, ed quem per se ordinatur, & tamen est una forma simplex, quæ adæquatè constituitur per utrumq., scil. per inadeleitatem, ut in logicis explicatum est: Similiter actio, quæ sub conceptu *Ab*, respicit agens, ut principium, & sub illo *In*, ut subjectum salve sui simplicitate. Et tandem eadem indivisibiliter differentia, ut divisiva, respicit genus, & ut constitutiva speciem cum sole diversitate muneris inadæqueti.

Quòd si hinc inferas, ergo omnis antitativè, vel in se ipsa est productiva: §. Resp. neg. conf. quià ratio productivi ut dictum est, licet non multiplicet illem in ratione actionis, superaddit tamen modum fæcunditatis, vel habitudinem originis, quæ non convenit illi secundum suam rationem formalem, sed tantum permittitur, vel non excluditur ab illa, undè licet non semper denominet, vel constituat illam in ratione intellectionis, potest tamen advenire sine sui multiplica-

tiplicatione in ratione actionis cum prædicta sola multiplicatione muneris,ex qua habet, quòd potest unum exercere respectu alicujus termini, respectu cujus non exercet aliud,ut patet in exemplis proximè adductis.Et poterat etiam explicari in eodem indivisibili actu contritionis, qui sinè sui multiplicatione in ratione actus exercet utrumq.munus conversionis adDeum,& aversionis à creatura,itaut à creatura solũ avertat,& non cõvertat ad illã, & ad Deum tantum convertat,& non avertat ab illo.Similiter ergo intellectio fœcunda licet sit idem formaliter adæquatè actus cum productione verbi, vel è contrà, non propterea sequitur, quòd omnis intellectio sit productio, vel è contrà, loquendo à toto genere productionis verbi tam interioris, quàm exterioris, vel quòd respectu cujus exercet rationem intellectionis, exerceat rationem productionis, vel è contrà formaliter loquendo de utroq. munere, & de termino ut *quo*, producto, & intellecto, ut etiam patet ex dictis.

§. V.

Corolarium ex dictis quòd non sint processiones aliquid purè relativum.

INferimus ex superioribus non esse processiones Divinas confundendas cum relationibus itaut nihil aliud sint, quàm solæ relationes, sed verè esse actiones superaddito modo fæcunditatis, quæ prout sic vocantur actus notionales, idest actus intelligendi, & volendi prout modificantur relationibus notionalibus, sivè personalibus, scil. in Patre ad generandum, & in Patre simul, & Filio ad spirandum. Undè dum dicimus quòd generatio activa Filii est intellectio notionalis, idem est ac dicere, quòd est intellectio essentialis, ut modificata relatione paternitatis, (& idem proportionabiliter de vella notionali,seù spiratione activa,)quod est velle essentiale, prout in Patre, & Filio modificatur utriusq. relatione.

Sumitur ulteriùs hoc corolarium ex D. Th. infrà q.41. ar.4. ubi ponit potentiam respectu actuum notionalium, potentia autem in bona metaphysica, cum sit immediatè principium actus, respicere nequit nisi actum, unde hìc etiam art.5. ut vidimus, inquit quòd processiones in Divinis accipi non possunt nisi secundum actiones, quæ in agente manent, & quià hæ sunt tantum duæ, concludit in Deo,tantum dari duas processiones, ergo actus notionales confundi nequeunt cum ipsis relationibus, ut adæquatè distinguuntur ab actione.

Deinde id etiam repugnat rationi. Nam Filius verè habet esse à Patre, ergo vel per simplicem dimanationem, ut dimanant ab essentia proprietates, vel per veram actionem, at non priori modo, aliàs filiatio non esset quid productum, sed simplex proprietas Patris, quod est alienum à supremo illo Mysterio, ergo per veram actionam; vera ergo actio est processio, & non sola relatio. §. Urg. hoc. Nam Filiatio juxtà fidem est à Patre, ergo vel est ab illo se ipsa intransitivè sinè actione intermedia productiva, vel est ab illo ex vi paternitatis, itaut paternitas sit activa origo filiationis;vel deniq.est ab eodẽ media actione intellectiva connotante paternitatem,si hoc ultimũ, est nostrũ corolarium, si primũ, iterum filiatio erit quid improductũ,quod dici nequit.Si verò secundum,ergo Filius licet dicatur procedere, ut Filius, non tamen, ut Verbum. Prob. hæc consequ.quià paternitas tantum est correllativa Filii non Verbi, istud enim ut dictum est, cum sit conceptio concepta, sivè quid prolatum ab intelligente, vel interiùs loquente, relativè dicitur ad intellectum concipientem, vel dicentem, ergo paternitas tantum poterit originare Filium, sed non verbum, quod est contra fidem: §. Expl., & urg. ulteriùs totum hoc. Nam in tantum paternitatis relatio coincidit cum relatione dicentis, in quantum ipsa generatio ad quam sequitur, habet rationem dictionis, at si ponatur paternitatem ipsam habere rationem originis non ponitur relationem paternitatis habere pro fundamento dictionem, ergo intelligi nequit, quòd sit relatio dictionis, ac proinde tantum respiciet Filium, ut productum, non verbum.

Ex his prob. iterum Corolarium, quòd non consistat eadem processio activa Verbi in recto, vel adæquatè in aliquo purè relativo, sed magis in absoluto, ut modificato per relativum,sivè in intellectione essentiali, & communi ut connotante relationem paternitatis, qua rationẽ obtinet munus dictionis, seù loqutionis exprimentis, vel proferentis, aut producentis Verbum, sivè intellectionis fœcundæ, & notionalis. Nam processio activa Divini Verbi est formaliter intellectio, ut probatum est, nam aliàs non haberet rationem conceptionis, ac proindè, nec rationem dictionis, quæ nihil aliud est, quàm conceptio expressiva, vel prolativa verbi, at non est intellectio absoluta absolutè accepta, cum prout sic sit communis toti Trinitati, & magis contemplativa ad intrà,quàm productiva, nec est purà notionalis, & relativa, ut distincta ab essentiali, & absoluta in ratione intellectionis, ergo erit Intellectio absoluta ut modificata per relativum. Prob. mi. quoad a. p. quià notionalia in Divinis non distinguuntur ab essentialibus nisi per relationes, ut jam insinuavimus, & latè constabit infrà, sed relatio nequit constituere intellectionem distinctam in ratione intellectionis ab intellectione absoluta, tum quià relatio, ut proximè dictum est, si semel habet rationem originis, nequit habere pro fundamento dictionem,ac proindè nec constituere intellectionem fæcundam, vel notionalem. Tum quià intellectio, ut intellectio est, secundum suam rationem formalem, ut dictum est, tantum dicit habitudinem intelligentis ad rem intellectam, quod est quid absolutum, & extrà lineam purè relativam licet non excludat connotationem illius,ex qua fit fæcunda, vel notionalis, ut explicatum est, unde rectè inquit D. Th. infrà q. 37. ar. 2. ad 1. *Quòd esse Sapientem, & intelligentem in Divinis non sumitur nisi essentialiter*: Et D. etiam Aug. 7. de Trinitate cap. 2. paulò post initium inquit. *Non eo Verbũ,quo Sapientia,quia verbũ non ad se dicitur, sed tantum relativè ad eum, cuius est Verbum,sicut Filius ad Patrem,sapientia verò, quo essentia,& ideò quià una essentia, una sapientia. Quoniã verò & Verbum,& sapientia est,sed non eo Verbũ, quo sapientia, Verbũ enim relativè,sapientia verò essentialiter intelligitur &c.* Tum etiam inductivè, quià non datur duplex omnipotentia, nec duplex misericordia, una absoluta, & altera relativa, & sic de aliis, ergo nec duplex intellectus, aut intellectio, sed una tantum scil. absoluta, ut modificata.

§. VI.

Solvuntur aliqua objectiones contrà præcedens corelarium.

OBjicies 1. ex D. Th. in 1. dist. 27.q.1. ad 5. ubi ait. *Dicendum, quòd sicut est in essentialibus, quòd*

quòd idem est secundum rem, Divina operatio; & Deus, & Deitas, sed distinguuntur secundum rationem tantum fundatam in re, ità est etiam in personalibus, quòd idem est secundum rem, operatio personalis, & persona, & proprietas constituens personam, sed differunt tantum secundum rationem, & modum significandi. Unde dico, quòd eadem ratio significatur per hæc tria, Pater, paternitas, generatio, sed Pater significat illam per modum hypostasis, vel personæ, paternitas per modum proprietatis, generatio per modum operationis ex quibus sic. Eadem est forma significata per generationem juxtà D. Th. quæ significatur per paternitatem, sed forma paternitatis est sola relatio, ergo significatum generationis erit sola relatio licet significata per modum operationis.

2. De potentia q.9.ar.9. ad 3. hoc tradit discrimen inter potentiam generandi; & generare, *quòd potentia* (inquit) *absolutum quiddam est, & ideò non distinguitur in Divinis, sicut nec bonitas, nec aliquid sic dictum. Generare verò, & generari non significant aliquid absolutum, sed solam relationem*, ergo juxta eundem activa processio Filii, seu generatio in sola relatione consistit, & non in aliquo absoluto, ut modificato per relativum. Ex quo etiam præmittit, quòd licet Pater possit generare non autem Filius, non tamen sequitur, quòd potentiam aliquam habeat Pater, quam non habet Filius, aut quòd eadem non sit potentia Patris, & Filii, per quam & Pater generat, & Filius generatur, quià nempè potentia quid absolutum est, generare verò, & generari relativum.

3. Et urgentiùs infrà q. 41. ar. 1. ad 2. inquit. *Et ideò actio secundum primam sui nominis impositionem importat originem motus. Sicut enim motus prout est in mobili ab aliquo, dicitur passio, ità origo ipsius motus secundum quòd incipit ab alio, & terminatur in id, quod movetur, vocatur actio. Remoto igitur motu actio nihil aliud importat, quam ordinem originis secundum quòd à causa aliqua, vel principio procedit in id, quod est à principio. Unde cum in divinis non sit motus, actio personalis producentis personam nihil aliud est, quàm habitudo principii ad personam, quæ est à principio. Quæ quidem habitudines sunt ipsæ relationes, vel notiones.* Ità D.Th. Quibus iterum apertè asserit actiones, vel processiones Divinas nil aliud esse, quàm relationes.

Ad 1. resp. Ità esse juxtà D. Th. quòd per illa tria idem significatur, quià nempè generatio licet in recto importet aliquod absolutum, non tamen ut dictum est, significat actum intelligendi absolutè, sed ut modificatum per aliquid relativum, per quod completur, & veluti formalizatur, undè ità per istud contrahitur, & determinatur, ut verè spectet, & denominetur, quid relativum, sicut omnis ratio superior, vel communis contracta par differentiam inferiorem verè spectat ad lineam illius, & denominatur per illam, ut in superioribus dicebamus de vitalitate contracta per prædicatum, vel differentiam supernaturalitatis, quæ prout sic verè ad ejus lineam spectat, & per illam denominatur, quamvis formalis ejus conceptus non consistat veluti in recto in excessu adæquato suprà naturam, quem importat supernaturalitas. Itaque D.Th. dicit quidem per illa tria idem significari, utrum autem eodem modo in recto significetur per quodlibet illorum, non exprimit ibi, nec determinat, sed unũ quodquè relinquit in suo formali conceptu, & salvo illo generationis, quæ cum sit activa origo per modum conceptionis, seu expressionis formalis Verbi non potest reduci ad simplicem relationem, quæ expressiva illius non est, ut explicatum est, sed omninò consistere debet in actione intellectiva, quæ sola illud exprimere potest superaddita ut ostendimus, connotatione relativi, vel modificatione per illud.

Sed instas. Quià contrà hanc solutionem, vel explicationem videtur militare prior pars ejusdem solutionis. Nam sit paritas ibi inter essentialia, & personalia, quòd sicut in illis tria enumerata, scil. Divina operatio, Deus, & Deitas sunt idem secundum rem, & distinguuntur, secundum rationem fundatã in re, ità pariter tria posteriora in personalibus sic identificentur secundũ rem, & distinguãtur secundum rationẽ fundatã in re, sed illa tria in essentialibus in recto important, & significant absolutum, ergo pariter in personalibus prædicta tria in recto juxtà D.Tho. importabunt, & significabunt relativũ. Prob. mi. quià D.Tho. esserit ità se habere hæc tria in hac linea, sicut illa tria in linea personali, ergo si in ista in recto important, & significant absolutum, in recto illa importabunt, & significabunt formam relativam in personali.

Resp. dist., & explico Ma., salva proportione, & merito utriusq. lineæ, conc. non attento eodem merito, & proportione, neg. & conc. mi. nego conseq. quià licet paritas teneat proportionabiliter quoad omnia, debet salvari tamen discrimen inter essentialia, & personalia in eo consistens, quòd in linea illorum, ut distinguuntur à personalibus, nequit aliquid constitui, quod omninò depuratum non sit ab omni relativo, ac proinde est necessarium, quòd in recto significent absolutum, cumque operatio, Deus, & Deitas sint in linea essentialium, necesse est, quòd in recto significent absolutum: cæterum in personalibus ut proximè insinuavimus, non ità res se habet, quià absolutum par solam connotatiocem alicujus relationis potest fieri personale, ut etiam insinuat D. Th. ubi supra de Potentia, nam potentia generativa, personalis est, & tamen in recto importat absolutum, scil. intellectum: similiter sapientia nata, ut pariter loco relato innuit D. Aug, est quid personale, & tamen ut vidimus ex eodem, & D. Th., in recto quid essentiale est, vel absolutum: cum ergo generatio ad personalia spectet, poterit optimè importare absolutum in recto, & relationem in obliquo, & sic habebit convenientiam cum aliis duobus personalibus, scil. Pater, & paternitas quantum ad hoc, quod est eandem relationem significare, non tamen quantum ad hoc, quod est significare eandam formam ralativam in recto.

Ad secundum, (quæ potest esse replica) resp. eodem modo, quòd cum potentia, & bonitas, & alia ejusmodi de eadem linea sint quid absolutum, non admittunt talem distinctionem, vel latitudinem penes rectum, & obliquum de utraq. linea, scil. absoluta, & relativa, sed debent esse, ut dictum est, quid depuratum ab omni relativo, cæterum generare, & generari cum sint de linea personalium, possunt eandem admittere, & importare in recto aliquid absolutum, & in obliquo relativum, in quo consistit discrimen assignatum à D. Th. inter potentiam ex una parte, per quam exprimitur aliquid absolutum, & generare, & generari ex alia, per quæ exprimitur aliquid personale.

Sed instas. Nam discrimen assignatum à D. Tho. non est inter potentiam præcisè, & generare, & generari, sed inter hæc duo, & potentiam generativam, sed hoc discrimen non subsisteret, si generatio solum importaret in obliquò, sive quantum ad id, quod addit suprà actum essentialem, nempè formam relativam, nam hanc etiam prout sic importat potentia generativa-

neretiea, cum importet absolutum ut modificatum relatione, ac proinde hanc solam importat, vel significat in obliquo, sivè quantum ad id, quod addit supra potentiam essentialem ergo sentit D. Th. quod licet potentia generativa consistat formaliter, & in recto in aliquo absoluto ut modificato per relationem, generatio tamen in sola relatione adæquatè consistat.

Resp.neg.ma. ut patet ex simili adjuncto à D. Tho. de bonitate, quod non esset ad rem, si discrimen esset tantum inter potentiam generativam, & generare, & generari, & non inter hæc duo, & potentiam præcisè, nam potentia generativa non est quid absolutum, sicut bonitas, sed magis quid personale, undè inconsequenter parificaret potentiam cum bonitate: §. Ex quibus etiam inferimus, quòd dum D. Tho. sæpè asserit actus notionales non distingui à relationibus nisi ex modo significandi, quatenus nempè relationes significatæ per modum actionis sunt actus notionales, intelligendus est quantum ad id, quod important in obliquo, vel de connotato, sivè quantum ad id, quod addunt suprà sui absolutum, sivè supra actus essentiales, quià tunc sunt formalissimè ipsæ relationes, prout significantur per modum actionis.

Ad tertiam, quæ videtur difficilior, quatenus cum non loquatur præcisè de actione Divina, sed etiam creata, & in ista remoto motu ab eadem adhuc restat aliquid de linea absoluta, scil. conceptus actionis, quæ non est aliquid purè relativum, aut relatio, sed absolutum, aut vera qualitas ut explicatum est, & patet discurrendo per omnes actiones immanentes intellectus, & voluntatis; non videtur subsistere, quod asserit, nempè nihil restare nisi relationem sublato motu, restat enim idem absolutum, vel qualitas, quæ seipsa est egressus per modum naturalis resultantiæ ut dictum est, ab agente constituto in actu primo completo, & aplicato ad agendum: §. Cæterum, ut diligenter advertit M. Parre, nihil habetur in littera, quod milicet contrà nos, aut contrà veritatem, quià non ait præcisè D. Tho., quòd remoto motu nihil restet nisi relatio, sed quòd nihil remaneat nisi relatio originis. Verba ejus sunt. *Remoto igitur motu, actio nihil aliud importat, quam ordinem originis, secundum quod à causa aliqua, vel principio procedit in id, quod est à principio.* Quibus verbis duo comprehendit, scil. originem, & habitudinem ab ipsa connotatam, unde præter hanc habitudinem oportet juxtà D. Th. intelligere aliam formalitatem, in qua actio consistat, & per quam principium actu principiat, quià non sumit ibi principium in actu primo principians, sed in actu secundo, si velimus potissimùm loqui de principio increato, quod perpetuò est in actu 2., seù conjunctum cum actuali origine activa, fieè actuali sui actione, imò idem cum illa ut dictum est. Sic ergo sumpta habitudo principii licet ex parte connotati importet pro formali aliquid purè relativum, seù relationem, ex parte tamen recti, vel fundamenti dicit aliquid absolutum. Quod etiam patet ex eo, quià si adæquatè importaret solam relationem, itàut hæc intransitivè, & adæquatè esset actio, semel adveniens principio etiam non operanti statim referret illud ut operans, non quasi supponens illud ut tale, sed ut constituens, quod est falsissimum, nam relatio conveniens alicui principio si non inveniat idem actu operans tantum refert illud ut potens operari.

Sed instas. Quià post verba relata ità prosequitur. *Unde cum in Divinis non sit motus, actio personalis producentis personam nihil aliud est, quàm habitudo principii ad personam, quæ est à principio, quæ quidem habitudines sunt ipsæ relationes, vel notiones.* Quibus videtur manifestè sentire, quòd hujusmodi actiones, vel processiones Divinæ adæquatè consistant in aliquo relativo, si semel nihil aliud sunt, quàm ipsæ relationes: §. Resp. eodem modo ex verbis ipsis relatis, non enim dicit, quòd actio personalis producentis personam nihil aliud sit, quàm relatio, sed quòd nihil aliud est, quàm habitudo principii; hæc autem ut dictum est, solum importat relationem ut connotatum, & tunc de eadem prout sic libenter fatemur cum D. Th. nihil aliud esse, quàm relationem, cæterum ex eo, quòd est habitudo originis, ulteriùs ex parte recti debet importare aliquid de linea absoluti.

Et quidem quòd hic ordo originis, seù habitudo principii expressa per actionem remoto motu non consistat adæquatè in pura relatione, seù prædicamentali, vel secundum esse, patet ulteriùs ex eo, quòd aliàs actio non esset distinctum prædicamentum à relatione, quod est alienum à communi consensu metaphysicorum. Tum quià actio ut dicebamus, sivè sit transiens, aut necessariò productiva termini, sivè immanens, vel productiva tantum permissivè, secundum sui formalē rationem habet quòd sit actualitas potentiæ, aut virtutis activæ, ut actualis ejus influxus, vel tendentia activa ad objectum ut ad terminum, circa quem versatur, constat autem non posse hanc actualitatem cum relatione confundi, quæ effectiva non est, nec constitutiva agentis in actu 2. operantis, sed purè relativa illius ad terminum, nisi velimus invertere naturas prædicamentorum.

2. Obiicies, & potest esse replica. Personæ Divinæ non constituuntur intellectione, & volitione etiam ut connotantibus relationes in obliquo, & tamen constituuntur originibus, vel relationibus, ergo origines sunt ipsissimæ relationes, licet significent illas per modum actionis. Prob. ma. Quià Personæ ut supponuntur apud omnes, constitui debent per aliquid importans relationes in recto, sed actus intelligendi, & volendi solum importaut illas in obliquo, ut nos etiam dicimus, ergo nequeunt constituere Personas: §. Expl. & urg. hoc. Origo activa, seù actio productiva Verbi, seù Personæ Filii est ratio distinguendi realiter Patrem ab illo, sed sola relatio paternitatis ità illum distinguit à Filio, ergo illa sola erit activa origo, vel productiva Filii: mi. constat, & ma. prob. quià producens ut poduceus debet realiter distingui à producto, nisi idem velimus posse realiter producere se ipsum, ergo: §. Expl. ulteriùs, nam illud est constitutivum, quod est distinctivum, sed solum relativum non absolutum est realiter distinctivum in Divinis, ergo illud tantum erit constitutivum, ac proinde si sola origo activa, vel productio est distinctiva, illa sola erit constitutiva. Ma. patet inductivè, & mi. etiam constat, quià absoluta sunt communia omnibus Personis.

Deniq. urg. totum hoc: Nam ut nos etiam fatemur, relatio paternitatis aliquomodo ingreditur constitutionem originis, seù processionis activæ, sivè productionis Filii, (nam aliàs adæquatum constitutivum illius esset aliquid absolutum, sieè intellectio essentialis, quod est impossibile, quià cum hæc sicut & omnis alia perfectio absoluta sit communis omnibus Personis, quælibet esset productiva Filii, quod est alienum) et nequit ingredi ut constitutivum partiale, ergo ut totale, conf. tenet, quià non est alius modus pertinendi ad illud: mi. verò prob. Nam adæquatum constitutivum

tivum illius debet esse summè simplex, ergo nequit coalescere ex absoluto, & relativo, ac proindè nequit istud esse constitutivum tantum partiale. Tum quià constitutivum debet esse ratio una per se, ergo nequit esse aggregatum ex absoluto, & relativo, sivè ex rebus diversorum prædicamentorum, sed vel erit adæquatè aliquid absolutum, quod admitti non potest, vel relativum, quod est admittendum.

Resp. ad arg. dato transeat ad ma. (de quà infrà) neg. mi. quòd constituantur, vel constitui possint originibus. Tum quià origo supponit personam, à qua est, constitutam. Tum quià ut vidimus, non significat formam præcisè relativam, sed magis absolutam, in recto connotando relationem, ut egregiè etiam docet D. Th. q. 2. de potentia ar. 5. in corp. in fine, ubi inquit. *Similiter ergo dicendum est de actione, & potentia, nam generatio significat actionem cum aliquo respectu, & potentiam cum respectu, unde ipsa generatio est Dei actio, sed prout est Patris tantum: & similiter ipsa potentia generandi est Dei Omnipotentia, ut est Patris tantum. Nec tamen sequitur, quòd aliquid possit Pater, quod non possit Filius, sed omnia quæcumq. potest Pater, potest Filius, quamvis generare non possit, nam generare ad aliquid dicitur.* Ità D. Thu. Quibus apertè hanc nostram & superiorem doctrinam declarat ac suam, utramq. simul comprehendens in hujusmodi processionibus, scil. absolutum connotans, & relativum connotatum, per quod fit, quòd non omnibus conveniant, sed tantum coi utrumq. conveniat. Quam etiam doctrinam repetit infrà q.42. ar.6. ad 3.

Ex his ad 1. confir. dist. ma. Est ratio distinguendi, inadæquatè sumpta, vel secundum alterum sui tantum prædicatum, neg., sumpta adæquatè, vel secundum utrumq. scil. secundum absolutum ut connotans relativum, sivè secundum quòd ad aliquid dicitur, ut ait D.Tho., conc., & neg.mi. vel dist., sola relatio per modum connotati,conc., ut integrum distinctivum, neg., istud enim est absolutum non absolutè sumptum, sed relativè, sivè ut connotans relativum, vel ut dicitur, ad aliquid, sic enim importat actionem cum respecto, ut inquit D. Tho. Undè ad prob. ma. dicimus, quòd licet producens debeat realiter distingui à producto, non tamen est necessarium, quòd ratio producendi distinguatur realiter ab illo secundum omne prædicatum, quod importat actualis productio, vel sub omni acceptione eius, sed tantum sub aliqua, undè intellectio in casu productiva Filii non tenetur distingui ab illo sumpta absolutè, sed tantum relativè, sivè ut reduplicativè connotat relationē paternitatis, qua ratione dicitur generatio; nec potest prout sic convenire Filio: vid. Cajet. infrà q.41. ar.5.

Ad 2. Dato iterum transeat ad ma.,nam licet omne constitutivum sit distinctivum, non tamen è contrà, ut explicatur infrà, & patet in proprietatibus specificis, quæ licet distinguant definitum ab aliis, non tamen constituunt illud: deindè neg mi. juxtà præcedentem solutionem. §.Ad 3. neg. mi. Ad 1. prob. dist. consequens,ex absoluto & relativo, realiter, vel virtualiter exclusivè distinctis, conc., penès implicitum tantum, & explicitum, neg., quià hæc posterior distinctio non obstat summæ Dei simplicitati, imò est necessaria, quià est summa simplicitas conjuncta cum summa illius eminentia, seu eminentiali continentia omnium perfectionum, ad quam est necessaria huiusmodi distinctio, ut constabit infrà. Undè licet abstractivè loquendo concipiatur simplicitas major, prout excludit hanc etiam distinctionem, concretivè tamen non potest concipi, vel admitti in Deo talis simplicitas, salva eminentia divinitatis sine eadem distinctione, ut dicemus contrà Aureolum, & alios Recentiores. §. Ad 2. similiter resp., vel dist. eodem modo consequens; vel neg suppositum illius, quòd aggregatum ex duobus sic tantum distinctis penès explicitum, & implicitum deroget rationi unius per se, aliàs personæ divinæ constitutæ ex natura, & relatione essent unum per accidens. Solutio est D. Thom. q. relata de pot. ar.2. ad 2. ubi ait. *Dicendum quòd in rebus creatis unum prædicamentum accidit alteri, propter quod non potest ex duobus fieri unum, nisi unum per accidens, sed in divinis relatio est realiter ipsa essentia, & ideò non est simile.* Scil. in creatis, ac in divinis.

Sed instas. Nam sequitur ex his, quòd adæquatum constitutivum per modum formæ, seu rationis formalis generationis Verbi sit aliquid absolutum, sivè intellectio, consequens videtur inconveniens, ergo. Mi. constat quià aliàs adæquata, vel formalis ratio distinguendi unam personam ab alia esset aliquid absolutum, quod repugnat, cum absoluta ut dictum est, sint communia. Ma. etiam patet, nam per nos relatio solum se tenet ex parte obliqui, ut purè connotatum, vel per modum conditionis juxtà diversitatem modi dicendi.

Resp. eodem modo juxta D.Th. proximè relatum, dist. ma. Quòd sit aliquid absolutum, absolutè sumptum, nego, relativè, sivè ut dicitur,ad aliquid conc. & tunc neg. mi. nam licet absolutum priori modo nequeat esse forma, vel formalis ratio constituendi,& distinguendi, benè tamen posteriori, nam prout sic intellectio absoluta induit rationem generationis, quæ soli Patri convenire potest. Quidquid deindè sit an connotatum relationis se habeat ut pura conditio, vel ut modus intrinsecus, juxtà diversitatē modi explicandi etiā inter Thomistas,quæ videtur esse qu.de solo nomine, nam utroq. modo ingredi debet constitutivum processionis, nisi velimus, quòd integrum constitutivum, & distinctivum in Divinis sit aliquid absolutum, quod repugnat, ut rectè inquit probatio ejusdem mi. §. Quòd verò absolutum sola facta reduplicatione alicujus modi, vel conditionis intrinsecæ, vel hac tantum superaddita possit sic habere per modum formæ, vel rationis formalis sic constituendi, & distinguendi, patet pluribus exemplis, & aliis omissis in objecto v.g. fidei, cujus formalis ratio adequatè constitutiva, & distinctiva est res Divina sola superaddita ratione non nisi ut modo, vel conditione intrinseca, cum aliàs non esset sufficiens ad illud constituendum, & distinguendum ab objecto aliarum virtutum Theologicarum, quod est etiam res Divina, at non com tali modo. Et ut etiam in alio simili dicimus, quòd sola facta reduplicatione supra eos, vel materiale peccati, scil. ut sub est malitiæ, eamq. respicit, & fundat, extrahitur ab ambitu Divinæ causalitatis, & prohibetur lege Divina, nec prædifinitur à Deo, cum tamen in præcisa ratione entis, & actus producatur ab illo, ut à primo efficiente, & ordinatur ad illum, ut ad finem ultimum ut in superioribus ostensum est.

§. ULTIMUS.

Alia corolaria ex dictis.

Ex his ulteriùs inferimus, quòd licet Filio, & Spiritu Sancto cōveniat intellectio absoluta, non tamen conveniat generatio, quià non convenit intelle-

ctio

ctio relativè sumpta, sivè cum tali respectu, sed absolutè sumpta, quæ non importat prout sic rationem generationis, ut ubi suprà explicat D. Th. Qua ratione ut sit ibidem licet conveniat illis omnipotentia, non tamen potentia generandi, quià hæc non præcisè dicit omnipotentiam, sed cum tali respectu, quæ est tantum Patris: unde nec pro formali, aut reduplicativè dici potest, quòd conveniat illis formalis ratio constitutiva generationis, quià hæc non consistit formaliter in intellectione absoluta utcunq., sive absolutè sumpta, sed cum tali respectu, sive ut dicitur, ad aliquid, quod est proprium connotatum illius ut est formalis ratio constitutiva generationis,

2. Inferimus non posse relationem se habere ut rationem formalem intrà lineam agendi, ac proinde nec ut constitutivam actionis, quià agens per sui actionem intendit communicare, & assimilare magis, quàm distinguere, licet quià non potest idem realiter producere se ipsum, teneatur ab illo realiter distingui; relatio autem ex propriis non est ad assimilandum, vel communicandum, sed potiùs ad opponendum, vel distinguendum, cum sit formalis oppositio relativa, unde formalis ratio constitutiva processionis Divinæ in ratione actionis est ratio ultimæ actualitatis operativæ, quæ nempe vel est intellectio, si sit processio Verbi, vel volitio, si sit processio amoris, non sumpta ut dictum est, absolutè, sed respectivè ad proprium connotatum.

Quòd si dicas, non minus esse extrà lineam relativã subsistere, quàm agere, & tamen dicimus relationẽ Divinam ob sui eminentiam exercere munus formæ hypostaticæ subsistentis, sub quo conceptu dicitur constituere personam, ergo poterit se ipsa exarcere munus actionis per modum formæ in ratione agendi: S. Resp. neg. ma. ut patet in mysterio incarnationis, ubi quod pertinuit ad lineam agendi, vel efficiendi commune fuit toti Trinitati, quod verò ad lineam subsistendi, soli Filio conveniens fuit, sive soli ejus subsistentiæ relativæ, unde nequit conceptus subsistendi ità esse extra lineam relativam, sicut conceptus agendi. Et ratio ulteriùs præter assignatam inter utramq. lineam scil. relativam, & activam est, quià munus subsistentiæ ex propriis ut explicatur ibidem, est terminare, quod est proprium lineæ relativæ non verò agere, quod est de linea absoluta nisi velimus invertere naturas rerum, vel prædicamentorum, & ideò rectè potest relatio gerere munus formæ hypostaticæ, seù subsistentiæ, vel personalitatis terminando, & personando naturam non verò actionis, vel productionis constituendo pro formali processionem, & præcipue Divini Verbi, quæ ut dictum est, debet esse formalis conceptio, vel expressio termini producti, seù rei conceptæ, quæ longè distant à formali conceptu relationis.

3. Inferimus non esse distinguendum ut putant aliqui, inter processiunem activam verbi, ut dictio est, & ut generatio, ità ut priori modo consistat adæquatè in intellectione ut modificata relatione, posteriori verò in sola relatione: quià ut dictum est, non solum debet eadem processiu esse expressio, & conceptio per modum generationis utcunq., sed etiam perfectissima, cum sit supremum analogatum in hac linea, unde debet esse intellectio perfectissimè expressiva, ac proindè actus secundus vitalis vitalitate perfectissima, quæ tantum convenit potentiæ intellectivæ.

4. Non posse omninò, vel adæquatè identificari originem, vel processionem activam Divinam Verbi cum origine ipsius passiva, seù cum relatione termini procedentis ad principium producens. Quià cum hujusmodi relatio, vel origo passiva identificetur realiter cum Verbo, seù termino procedente, & hic distinguatur realiter à Patre, seù principio, à quo procedit, si semel processio activa esset adæquatè identificata cum passiva, seù cum relatione termini procedentis deberet realiter distingui à principio producente, hoc autẽ in Divinis est impossibile, quia aliàs Pater, seù principium Verbi non esset summè perfectum, & actuale, nam principium realiter distinctum à sua actione comparatur ut perfectibile, & potentiale respectu illius, quià prout sic realiter distinctum caret ultima actualitate lineæ operativæ, ac proinde est deficiens in hac linea. Tum quià principium cum sit in linea actus primi comparatur ex terminis ut quoddam perfectibile, vel potentiale, & intendentia respectu actus 2. & ultimi, qualis est actio, ergo si semel realiter distinguitur ab illa non poterit prout sic esse in actu ultimo, & puro, sed magis potentiale respectu illius. Nam hac ratione nullum principium efficiens creatum potest sibi identificare suam actionem, sed tenetur omninò realiter ab illa distingui, quià aliàs esset actus purus, nec possat, (ut tenetur) comparari ad illam, ut quoddam potentiale, & deficiens in ratione actualitatis. Unde Illustriss. Godoii, & alii existimant non posse oppositum affirmari sine nota temeritatis, vel periculo errandi contrà fidem.

Quòd si dicas, in eisdem fieri effectus ut ab agente esse actionem, sicut motum ut in mobili esse passionem, ergo pariter in Divinis eadem origo passiva, seù relatio termini procedentis, vel filiationis prout à Patre poterit esse origo activa, seù productio, & prout se tenet ex parte Filii, vel termini geniti, origo passiva: S. Resp. quidquid sit de antecedente, de quo latè dictum ast in physicis, nego conseq. ob discrimen proximè assignatum, quià in Divinis principium producens ob summam sui actualitatem in ratione producentis nulla via potest admittere actionem sui esse realiter identificatam cum termino à se realiter distincto, nam ex hac parte deberet pariter esse realiter à se ipso distinctum, quod est impossibile in Deo, ut ostensum est. Non enim stat unum esse realiter distinctum ab alio, & quòd realiter identificatum cum illo non distinguatur realiter ab isto, aliàs esset, & non esset realiter identificatum cum eodem, ut patet ex terminis.

Si verò iterum dicas esse contrà conceptum actionis realis, identificari realiter cum principio, vel agente cujus est actio, cum de conceptu illius sit *Ab*, sive Abaleitas, seù realis egressio ab illo, non minùs, quàm de conceptu relationis sit *Ad*, sive Adaleitas, seù ordo ad terminum, sive ad sui correlativum, ergo sicut nequit relatio realis identificari realiter cum sui termino, nec pariter actio realis poterit identificari realiter cum sui principio: S. Resp. neg. ant. loquendo de actione reali abstrahendo à creata, & increata ob eandem rationem summæ actualitatis principii, cujus est actio increata ut dictum est; unde sicut in simili dicebamus in superioribus de ratione liberi, quòd licet de ratione liberi creati utpote potentialis, sit imperfectio, seù posse non esse, vel deficere passivè in se, non tamen de ratione liberi ut sic, vel abstrahentis à creato, & increato, sed tantum activè pro aliis, vel dominari super utrumq. extremum, aut eminenter solum, vel æquivalenter juxtà diversum modum explicandi; ità licet de conceptu actionis creatæ utpote reductivæ sui principii de reali potentia ad actum, sit realis e-

gressio, sivè ut quod, ac proinde distinctio realis ab illo, non tamen de ratione actionis ut sic, sivè abstrahentis à creata, & increata, sed tantum esse egressum *ut quo*, vel eminentialem, sive esse actualitatem ultimam ut actualem ejus influxum, & tendentiam ad terminum, circa quem versatur ut dictum est. Unde satis est, quòd sit actualitas ultima, qua mediante agens, (ut sub aliis terminis alii explicant) constituatur efficax in actu 2. ut ab eo procedat effectus, vel terminus, unde non est necessarium, quod realiter egrediatur, aut distinguatur à principio agente, sed solum quando principium est potentiale, & imperfectum, non verò quando est summè est actuale, sivè actus purissimus, quià agens ut dictum est, non est præcisè, vel exprimaria sui intentione ad distinguendum, sed ad assimilandum, & communicandum, unde si summè perfectum est, in eo in quo relativè non opponitur cum termino producto omnia illi communicat etiam cum reali identitate, ac proinde idem proprium esse sine reali distinctione, ut patet in eodem mysterio, ex quo ut jam ex D. Th. insinuavimus; inter producens, & productum ibidem inferimus plenam consubstantialitatem contra Arrianos sine ulla vel minima Inferioritate, vel minoritate: §. Et patet etiam in creatis in elemento Ignis, qui ità agit in omne combustibile, quòd per sui actionem nitatur trahere illud, & convertere in sui naturam, qua ratione vocabulo ejus aptissimè Deus sæpe nuncupari solet, quià ejus bonitatem, quantum fieri potest egregiè commendat, dum ipse etiam omnia ad se trahit, eamq. omnibus creaturis pro illarum capacitate communicat, necnon etiam rationales ità in consortium suæ naturæ per gratiam sibi unit ut Dei formes efficiat. Et per hæc etiam patet ad paritatem annexam de relatione, quæ sive in creatis, sive in Divinis utpotè formalis oppositio, tendit ex sui natura potiùs ad distinguendum, quàm ad identificandum.

5. Colligimus inter processionem Verbi activè, & passivè sumptam ex parte recti, præcipuè sumpti absolutè non esse distinctionem realem, bene verò ex parte connotati, quià priori modo idem sunt, quod intelligere, & intelligi, quæ in Divinis non distinguuntur realiter, ex parte verò connotati important utramq. relationem oppositam paternitatis, & filiationis, nam generare connotat illam Patris, generari verò illam Filii, quæ habent realiter distingui, qua ratione à D. Tho. cum Mag. sent. generare, & generari appellantur etiam nomine paternitatis, & filiationis.

QUAESTIO IV.

Cur processio Verbi sit generatio, non verò illa Spiritus Sancti.

IN uno omnes conveniunt, & est certum de fide, scil. processionem Verbi esse generationem, & terminum per illam productum vere esse genitum, & filium; non autem illam Spiritus Sancti, nec terminum ejus vocari filium, sed impulsum Divinum. Primum probat D. Tho. hic ar. 2. ex illo psal. 2. *Ego hodie genui te.* Ubi ut exponit idem 4. cont. Gent. cap. 11. idem est, ac in æternitate. Et quamvis Apost. act. 13. hoc eodem utatur ad ostendendam resurectionem Christi, unde existimet Vasquez de sola illa esse intelligendum ad literam, adhuc optimè extendit illud D. Tho. ad æternam Verbi generationem, cum certum sit apud Theologos eundem locum. script. sac. admittere duos sensus litterales, & ita etiam ad intentum explicat D. Aug. & utitur idem Apost. ad Hebræos 1. dicens. *Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodiè genui te?* Ubi iterum D. Th. ad æternam generationem refert; quam etiam sub eisdem verbis expressam sic subtiliter explicat. *Verum* (inquit) *quià illud, quod fit, quià non dum est, incompletum per consequens est, quod autem factum est, completum est, & ità perfectum; ideò non dicit genero te; sed* genui; *quià perfectus est. Sed tamen ne putetur generatio ejus tota in præteritione, & per consequens in defectione, addit*, hodie, *& coniungit præsenti præteritum, scil.* hodie, *&* genui, *ut sciàs ipsam generationem semper esse, & illum perfectum esse & sic in* hodie *permanentia, in* genui *verò perfectio designatur: ut sit sensus. Perfectus es Fili, & tamen generatio tua æterna est, & semper à me generaris, sicut lumen in aere semper procedit à sole Mich. 5. egressus ejus à principio, à diebus æternitatis.* Psal. 109. *Ex utero ante Luciferum genui te.* Ità D. Tho.

De illa Spiritus S. etiam constat ex illo Atthanas. *Non factus, nec genitus, sed procedens.* Et patet ex omnibus Conciliis, in quibus quoties fit mentio de Personis Divinis, una sola appellatur Filius, ut præcipue videre est in Later. sub Innocen. III. cap. 1. Ubi dicitur. *Pater, Filius, & Spiritus S. sed una essentia* juxtà illud Matth. ult. n. 19. *Docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.*

2. Suppono ex D. Th. in hoc iterum ar. 2. quòd nomine generationis dupliciter utimur. *Uno modo* (inquit) *communiter ad omnia generabilia, & corruptibilia: Et sic generatio nihil aliud est, quàm mutatio de non esse. Alio modo propriè in viventibus, & sic generatio significat originem alicuius viventis à principio vivente coniuncto: Et hac propriè dicitur nativitas. Non tamen* (subdit) *omne huiusmodi dicitur genitum: Sed propriè quod procedit secundum rationem similitudinis. Undè pilus, vel capillus non habet rationem geniti, & filii: Sed solum quod procedit secundum rationem similitudinis, non cuiuscunq.* (*nam vermes, qui generantur in animalibus, non habent rationem generationis, & filiationis, licet sit similitudo secundum genus,*) *sed requiritur ad rationem talis generationis, quòd procedat secundum rationem similitudinis in natura eiusdem speciei, sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo.* Ità D. Tho. Hæc autem posterior similitudo in natura specifica intelligitur per se loquendo, nam quandoq. præter intentionem naturæ particularis contingit non procedere, ut simile generanti in natura ejusdem speciei, sed solum in aliquo genere proximo Innominato, ut patet in mulo genito ex equa, & asino: hæc enim generatio magis dicitur monstruosa utpotè præter intentionem naturæ particularis. Hoc supposito certum est in Divinis non posse generationem accipi priori modo; quià cum Deus non procedat de potentia in actum, nulla potest in illo admitti mutatio de non esse ad esse, sed tantum posteriori secundum propriam, & perfectam rationem generationis viventium, quæ in cognoscentibus fundat rationem paternitatis, & filiationis; & exclusa omni imperfectione. Per quod illam distinguit D. Th. ab aliis generationibus viventium perfectorum in creatis. Quià inquit. *In viventibus, quæ de potentia in actum vita procedunt, sicut sunt homines, & animalia, generatio utramq. generationem includit. Si autem sit aliquod vivens, cujus vita non exeat de potentia in actum, processio* (*si qua in tali vivente invenitur,*) *excludit omninò primam rationem generationis, sed potest habere rationem generationis,*

tiunis, qua est propria viventium, (scil. sine omni imperfectione, vel mutatione) *sic igitur Verbi processio in Divinis* (concludit) *habet rationem generationis*.

His ergo præmissis gravissima difficultas est in assignanda ratione cur altera processio, scil. Verbi generatio sit & altera Spiritus S. non, adeò ut aliqui existimaverint id sola fide esse credendum, & veluti otiosum, ne dicam temerarium hujus discriminis rationem investigare ex eo quòd plures ex PP. Damasc., Athan., Basilius, & August. expresse fateantur id esse investigabile: nec esse tutum inquirere (subdunt) Anastasius Sinaita lib.3.contra Maximū cap.14. quod soli Trinitati cognitum est: §. Sed si ità est, opus esset omnem controversiam circa hujusmodi mysteria utpotè excedentia lumen naturale, sive rationem humanam, penitùs deserere, & ità hæreticis dare veniam, ut eadem pro libito ex omni latere aggrediantur, & impugnent. Aliud ergo est velle de illis investigare rationem demonstrativam, quod alienum est à bona Theologia, & à Doctis ejus sectatoribus, idq. solum intendant relati PP. ob eundem excessum supra omnem rationem, esset enim inviolabilem fidei veritatem, & dignitatem in discrimen, & contemptum infidelibus exponere, sic eam imbecillitati rationis subiicere, unde ait D. Th. 22. q.1. ar.5. ad 2. quòd *rationes, quæ inducuntur à Sanctis ad probandum ea, quæ sunt, non sunt demonstrativæ, sed persuasiones quædam manifestantes non esse impossibile, quod in fide proponitur*. Et ideò aliud est supposita fide rationem congruentem, & probabilem inquirere cur in subjecta materia (& idem est in aliis similibus) uni, & non alii ex his processionibus ratio generationis conveniat, quod Sancti non neglexerunt, & cæteri Theologi cum D. Thom. in præsenti art., ut nempè hæreticorum argumentis occurrere possint, quod valdè laudabile est: §. Unde etiam valdè decipiuntur alii recentiores, qui Theologiæ Scholasticæ vale dicentes, subtilitatibus ejus quasi inutilibus incessanter detrectant, non advertentes certamen esse cum hostibus, qui irsident, & audaciter aggrediuntur tanq. imperitos ad pugnandum his armis destitutos.

Placet obiter ad hanc rem totam pleniùs manifestandam contrà hujusmodi Theologicarum subtilitatum veluti contemptores referre, quod asserit D. Th. qu.10. de pot. ar.2. in princ. corp. ut manifestè appareat quanta earum necessitas sit ad refellendos hæreticorum errores, adhuc in præsenti materia. *Dicendum* (inquit) *quòd hæreticorum instantia coegit antiquos fidei Doctores de his, quæ sunt fidei disputare. Arrius enim æstimavit, quòd esse ab alio Divinæ repugnaret naturæ, unde posuit quòd Filius, & Spiritus S., qui in Scripturis Sanctis dicuntur esse ab alio, sint creaturæ. Ad cujus erroris destructionem necessarium fuit SS. PP. manifestare, quòd non est impossibile esse aliquid procedens à Deo Patre, quod sit ei coessentiale, in quantum accipit ab eo eandem naturam, quam Pater habet. Sed quià Filius ex eo, quòd accipit à Patre ejus naturam dicitur ab eo natus, vel genitus: Et cum dicitur esse à Deo, æstimavit Macedonius, quòd Spiritus S. non sit coessentialis Patri: sed sit ejus creatura. Non enim credebat, quòd aliquis possit ab alio naturam ejus accipere nisi ab eo nasceretur, & filius ejus esset. Unde æstimavit infallibiliter sequi, si Spiritus S. accipit à Patre naturam, & essentiam ejus, quod sit genitus, & Filius. Et ideo ad hujus erroris exclusionem necessarium fuit, quòd Doctores nostri manifestarent, quòd Divina natura potest communicari duplici processione. Quarum una est generatio, alia verò non*. Ità D.Th. Quis autem

non videat hanc manifestationem contrà prædictas erroneas subtilitates fieri non posse sola eruditionis pompa, (quam sine fine, & intemperanter inculcant præfati recentiores adversus Theologos Scholasticos) sed solidis oppositis subtilitatibus, quibus idem SS. PP., & ex illis D. Th. cum cæteris Theologis eos aggrediuntur, & de eorum impiis sophismatibus redarguunt? Sed ad resolutionem difficultatis sit.

§. I.

Refutantur, & impugnantur quidam modi dicendi.

Primus modus parum distans ab his, qui renuunt de his esse investigandam rationem, est aliquorum dicentium processiones istas utpotè differentes se ipsis, ex se ipsis habere, ut una generatio sit, & non alia: §. Sed contrà hunc modum non est immorandum, quià videtur similiter esse extrà controversiam, & petere principium; nam licet ità sit ut supponimus ex fide, quòd illa Verbi se ipsa generatio sit, & non illa Spiritus S., hujus tamen rationem inquirimus, qua fidei veritas manifestetur, ostendendo scil. quòd aliqua particula ex enumeratis in definitione generationis, alteri deficiat, & alteri non, aliàs relinquitur irresoluta difficultas, nec manifestatur, ut tenemur, præsens mysterium. De quo videri etiam potest D. Th. loco proximè relatus.

Secundus est, (& tribuitur Petro Allscensi, quem sequitur Turrianus), quòd ideò Verbum est genitum, ejusq. processio generatio, non verò illa Spiritus Sancti, ac proinde neq. hic est genitus, quia verbum ab uno tantum procedit, Spiritus S. verò à duobus. Quod quidem afferunt, quià sumpta similitudine in creatis, ex quibus ascendimus ad manifestanda Divina, non fiat quod unum hic procedat per viam generationis à duobus, nisi alterum ex his se habeat, ut pater, & alterum, ut mater, quod cum sit alienum à divinis, verificari nequit, quòd Spiritus S. à duobus procedat, & procedat per viam generationis.

Sed hic modus dicendi in primis est de subjecto non supponente, quòd Pater, & Filius in ratione producendi, sive spirandi Spiritum S. ponunt in numerum, sive in ratione principii, sive in ratione modi, sicut contingit in creatis altero concurrente activè per effusionem seminis, & virtutem ejus, scil. Patre; altero passivè per ministrationem materiæ, scil. matre, nam ut ostenditur infrà cum D. Th. q.36. ar.4. cum Pater, & Filius in omnibus unum sint, in quibus non distinguit inter eos relationis oppositio, & hoc nomen principium licet significet proprietatem, tamen significat eam per modum substantivi, quod numerum accipit à forma significata, sicut & alia substantiva, sicut Pater, & Filius sunt unus Deus propter unitatem formæ significatæ per hoc nomen Deus, ità sunt unum principium Spiritus S. propter unitatem proprietatis significatæ in hoc nomine, principium. Ità discurrit, & concludit S. Tho.

2. Ex his impug. Quià licet ex creatis similitudinem accipiamus ad explicanda Divina, non tamen univocam, sed valdè analogicam, & deficientem ob infinitum excessum Divinorum suprà omne creatum, & seclusa omni imperfectione, præcipuè in hoc mysterio, in quo summa unitas, & Trinitas superat omnia creata, & creabilia, ergo ex eo quòd increatis non detur filius procedens à duobus, altero non se habente ut patre, altero ut matre, non licet ità inferre in Divi-

nis respectu procedentis similiter ex duobus. Prob. conf. Nam si non obstante eodem infinito excessu liceret sic inferre in Divinis, liceret pariter inferre, quòd sicut in creatis, alterum principium concurrens se habet activè, & alterum passivè; & sicut iterum in creatis duplici relatione referuntur secundum eandem duplicem habitudinem utrinsq. principii ad filium procedentem ex illis, ità pariter esset inferendum in Divinis, sed hæc sunt aliena ab eodem mysterio, cum Pater, & Filius merè activè concurrant, nec tali duplici relatione referantur ad Spiritum S., ut supponimus ex communi consensu, ergo insubsistens est discrimen assignatum ex defectu maternitatis ad negandum conceptum generationis processioni Spiritus S.

3. Ex eadem iterum Doctrina D. Th. quam etiam insinuat 3. p. qu. 35. ar. 5. ad 3. ubi ait. *In hominibus ex parte parentum invenitur duplex relatio, una paternitatis, & alia maternitatis, quæ sunt specie differentes propter hoc, quòd alia ratione Pater, & alia ratione Mater est generationis principium. Si verò essent plures, eadem ratione principium unius actionis (puta cum multi simul trahunt navem) in omnibus esset una, & eadem relatio.* Ex quibus sic arguitur. Ideò in creatis genitum sic petit procedere à duobus, quià petit procedere ab illis per virtutem, vel influxum diversæ rationis, qua etiam ratione referuntur ad illud per duplicem relationem specie differentem, ut ait D. Tho., sed oppositum contingit in Divinis respectu Spiritus S. ut docet priori loco, & communiter fatemur omnes, cum petat procedere à Patre, & à Filio per virtutem ejusdem rationis, & perfectionis, imò per eandem numero, cum nulla sit in ratione spirandi oppositio relativa inter illos, & ideò nec multiplicatur relatio in illis, sicut in Patre, & Matre, ergo ex eadem paritate si semel subsisteret, non impediretur esse genitus ab illis ob defectũ maternitatis. Unde ratio unius, vel duorũ in principio nõ videtur obstare generationi, sed sicut origo viventis à vivente in similitudinem naturæ &c. ab uno est processio geniti ab uno generante, ità origo à duobus in similitudinem naturæ est processio geniti à duobus generantibus.

Nec obstat ut ajunt, hac ratione usum fuisse August. in quodam sermone ad populum, ut idem fatetur 15. de Trinitate cap. 26. Nam statim ibidem se explicat id magis concionatoriè dixisse, quàm assertivè, vel resolutivè juxtà capacitatem populi, undè ait. *Verum quià in illa coæterna, coæquali, & incorporali & ineffabiliter immutabili, atq. inseparabili Trinitate difficilimum est generationem à processione distinguere, sufficiat interim eis, qui extendi non valent in amplius, id, quod de hac re in sermone quodam proferendo ad aures populi Christiani diximus, dictumq. conscripsimus.* Et infrà iterum. *Hæc de illo sermone in hunc librum transtuli, sed fidelibus non infidelibus loquens.* De quibus statim sub dit. *Credunt potius, quod in Sacris litteris invenitur, quam poscunt liquidissimam reddi sibi rationem, quæ ab humana mente, tarda, infirmaq. non capitur.* Ità S. P. in quibus manifestè indicat, liquidissimam rationem, (quã aliàs cum ea, qua ex D. Tho. utuntur ejus discipuli assignat) non tradidisse populo ob ejus infirmitatem, & ruditatem, & solum per priorem utcunq. pro eorum capacitate explicasse mysterium ad eorum fidem sustinendam.

Tertius modus assignat discrimen in eo, quòd ad rationem generationis requiritur, quòd per illam communicetur natura sub conceptu naturæ, idest physicè sumpta, sive prout est principium radicale fæcundum ad producendum alterum suppositum, & non præcisè sub conceptu essentiæ, seu sumptæ Metaphysicè secundum præcisam habitudinem ad esse, & quià solum Verbum accipit à Patre priori modo naturam per sui processionem, scil. cum fæcunditate ad producendam aliam Personam in Divinis, non verò Spiritus S. ideò sola ejus processio est generatio, & solum Verbum est Filius, & genitus. Ità Alensis, Major sequuti Ricardum de S. Victore, & inter recentiores P. Zuniga.

Sed neq. hic modus videtur subsistere retorquendo iterum similitudinem acceptam ex creatis, ex quibus fit argumentum ad Divina. Et in primis si quis nasceretur eunuchus cum tali impotentia non posset ejus productio dici generatio, nec ipse genitus, quod videtur alienum. Deinde Filius in nobis non tantum per sui productionem accipit à Patre naturam fæcundam ad producendum alterum suppositum, sed ad generandum alium, & alios filios, ergo si quià videmus filium in creatis accipere naturam cum fæcunditate ad alterius suppositi productionem licet inferre id esse necessarium ad conceptum generationis, & termini geniti in Divinis, quià pariter videmus accipere illam cum fæcunditate ad generandum, non solum unum, sed plures filios, licebit id similiter inferre in Divinis, ac proindè nec processio Filii erit generatio, & non solum illa Spiritus S., cum accipiat illam cum sola fæcunditate ad producendum, non tamen ullo modo ad generandum alium, nec alios filios, ut supponitur ex fide: §. Tertiò quià necessitas accipiendi hanc fæcunditatem ex nulla particula definitionis generationis inferri potest, nec licet prolibito invertere, vel immutare definitiones rerum, ergo id non est necessarium. Prob. ant. Nam si ex aliqua colligi posset, maximè ex illa in similitudinem naturæ, quià nempè hæc in generante est fæcunda, sed ex hac non licet id inferre, ergo. Prob. mi. Tum quià minùs probaretur, cum non tantum sit fęcunda in nobis ad producendum, sed etiam ad generandum, nec solum unum, sed etiam plures Filios; & in Patre in Divinis est saltem fæcunda ad generandum, ut constat iterum ex fide: §. Tum quià similitudo in natura accepta à principio vivente conjunctò sufficientissimè salvatur contra positivè ad omnem aliam productionem cum sola similitudine in natura speciei, sive specifica præscindendo à præfata fæcunditate, ut patet discurrendo per singulas, præcipuè si accipiatur formaliter, scil. per viam assimilativam ex vi suæ processionis, ut explicabitur infrà, ergo non tenemur recurrere ad hanc fęcunditatem ut salvetur conceptus generationis: §. Tum deniq. quià generatio primò, & per se terminatur ad esse & non ad operari ipsius geniti, ergo ex sui ratione formali, vel conceptu definitivo non tendit ad communicandam naturam sub conceptu naturæ, seu radicis operandi, sed sub illo essentiæ, seu rationis formalis essendi; sicut enim hypostasis, vel persona in generatione est id, quod accipit esse, ità natura est id, quo aliquid est, unde sicut ad hoc nascitur aliquis ut sit, ità pariter generatur ut sit, vel è converso, ut inquit D. Tho. 3. p. q. 39. in corp., & ad 3.: §. Itaq. licet natura quandoq. accipiatur physicè pro radicali principio operativo, vel productivo juxtà illius definitionem physicam, scil. quòd sit primum principium motus, & quietis, sive quòd sit vis insita rebus ex similibus similia procreans, tamen in generatione viventium accipitur primò, & per se secundum habitudinem ad esse, ad quod communicandum tendit potissimum genera-

neratio, & non ad operari nisi consequenter, & secundum distributionem accommodam juxtà conditionem viventium, & ità genitum in creatis accipit naturam, vel esse non solum cum virtute producendi, sed etiam generandi non unum tantum sed plures filios; in Divinis verò juxtà exigentiam, & meritum Mysterii Trinitatis, cum sola fœcunditate, vel virtute producendi, vel generandi.

Quòd si in favorem hujus modi dicendi opponas Concil. Florent. sess. ultima: §. *Quoniam Græci suspicantur*, ubi sic habetur. *Credentes Spiritum S. ex Filio nequaquam procedere, necesse est ut intelligant Spiritum S. ex sola Patre procedere, & consequenter Verbum non esse Filium.* Ex quo sic arg. Ideò Concilium infert Græcos in hypothesi sui erroris, scil. quòd Spiritus S. non procederet à Filio, teneri ad simul asserendum, quòd Verbum non esset Filius, quià tunc Spiritus S. à solo Patre deberet procedere, quod idem est, ac dicere, quòd tunc Filius non acciperet à Patre naturam cum virtute producendi Spiritum S. ergo videtur Concilium manifestè sentire, quòd ex negatione accipiendi hanc virtutem rectè inferatur negatio geniti, vel Filii in termino producto, ac proinde quòd Spiritus S. nō est genitus, vel Filius, nec ejus productio, generatio, quià per illam non accipit esse, vel naturam cum fœcunditate, vel virtute producendi.

Resp. sequelam Concilii tenere veluti ad hominem, quòd si semel negant Spiritum S. procedere à Filio, & consequenter quòd Filius non accipiat virtutem producendi, vel spirandi illum tenentur etiam negare, quòd nec accipiat naturam, ac proinde quòd verbum non sit Filius, quià ut suprà dicebamus cum D. Tho., cum Pater, & Filius sint omninò idem in eo, in quo inter illos non dividit, vel non distinguit oppositio relativa, & in ratione spirandi non sic opponantur, eo ipso quòd non acciperet virtutem spirandi, (quam aliàs tenetur accipere, eamq. Pater illi communicare ob ejusdem oppositionis defectum) manifestè convincitur nec accipere naturam, cum qua omninò identificatur, & consequenter non esse Filium, imò nec ullo modo procedere à Patre, quià non stat semel procedere ab illo, & non accipere omnia, in quibus non opponitur. Non ergo ex præcisa negatione virtutis infertur præcipuè in Divinis terminum procedentem non esse Filium, vel ejus processionem non esse generationem, sed quià ex negatione ejus in termino capaci, imò exigente accipere, (ut est Filius) infertur negatio accipiendi naturam. Unde eadem consequentia solum est mediata, vel à posteriori, aut materialis, non à priori, vel immediata, aut formalis.

§ II.

Refertur, & impugnantur alter modus dicendi P. Vasquez, & aliorum &c.

4. Modus ad hoc est quòd sit necessariū ad rationem filii, & geniti, quòd procedat per modum imaginis, hoc est cum proprietate ad repræsentandum Patrem, à quo procedit, & quià sola secunda Persona in Divinis utpotè Verbum sic procedit, & non Spiritus S. sola secunda procedit ut genita, & Filius, ejusq. processio est generatio, non illa Spiritus S. Hunc tenent Cantariensis, & Torres, quos sequuntur Vasquez, Turrianus, & Alarcon. apud Illustriss. Godoii hic. §. 2. nec reprobat M. Bannez ar. 4. dub. 1.

Cæterum hic etiam Modus displicet cæteris Theologis tam intrà, quam extra scholam D. Tho., & meritò. Primò quidem, quià non stat semel admittere Spiritum S. ex vi suæ processionis procedere ut similem in natura, & non procedere ut imaginem, ergo ex defectu istius non est ei deneganda ratio geniti, ejusq. processioni ratio generationis si semel admittitur primum, ut admittit idem modus negans ob solum defectum imaginis. Prob. ant. recurrendo iterum ad creata, ex quibus ubi nihil aliud obstat, accipimus similitudinem ascendendi ad divina. Nam in creatis non datur origo viventis à vivente in similitudinem naturæ formaliter, cujus terminus non sit imago producentis, ergo nec in Divinis est admittenda est processio formaliter assimilativa in natura, cujus terminus non sit imago illius, à quo procedit.

Dices ex Vasquez esse discrimen, quòd in creatis, vel in nobis solam participationem formalem naturæ specificæ sufficere ad fundandum rationem imaginis in producto cum producente, quià ex hac sola, si adsit intellectus, cui repræsentare possit, nascitur ratio formalis imaginis, at in Divinis sola similitudo naturæ inter productum, & producentem non est sufficiens fundamentum relationis imaginis, quià hæc in Deo non resultat ex sola identitate naturæ, sed ex illa proprietate personali, quæ nata est repræsentare, hæc autem solum convenit Verbo per intellectum producto, quià istud solum ex propriis natum est repræsentare, ut fatemur omnes.

Sed contrà hoc est. Nam juxtà solutionem ad fundandam in humanis relationem imaginis sufficienter, ut quis dicatur in rigore Filius, & ejus processio, generatio, satis est accipere, similitudinem in natura specifica producentis, ergo id solum erit sufficiens fundamentum etiam in Deo, ut Persona procedens sufficienter habeat rationem imaginis ad verificandum esse in rigore Filium ejusq. processionem, strictè generationem: §. Expl., & org. hoc, quià videtur hæc solutio repugnantia asserere. Nam non stat Spiritum S. impediri ex proprietate personali ad accipiendam rationem imaginis, & quòd ex vi suæ processionis accipiat formalem similitudinem in natura, ergo si semel ex hac impeditur à ratione imaginis, nequit ex vi suæ processionis accipere hanc similitudinem. Prob. ant. quià in tantum sic impediri potest ex eadem proprietate, quià hæc se habet per modum impulsus, sed non stat procedere per modum impulsus, & quòd ex vi suæ processionis accipiat prædictam formalem similitudinem, ergo. Prob. ant., quià processio per modum impulsus non est per viam assimilativam, sed inclinativam, & effectivam, ut constabit infrà, ergo nequit per hanc processionem accipere formalem similitudinem, quidquid sit de identicè, & materiali ob identitatem ejusdem impulsus cum natura: §. Idq. totum poterat ex opposito urgeri, & declarari in secunda Persona, Nam ideò accipit similitudinem formaliter ex vi processionis suæ, quià ex proprietate personali, (utpotè procedens ut Verbum, non solum non impeditur, sed magis obtinet rationem imaginis, ac proindè ex eadem exigit procedere formaliter ut simile, seù per viam formaliter talem, seù assimilativam. Unde non videntur posse hæc duo componi, præcipuè in Divinis, quòd persona procedens ex vi suæ processionis accipiat formaliter eandem similitudinem, sivè quòd procedat ex vi illius (quod idem est) per viam assimilativam, & quòd ex proprietate personali opponat formali rationi repræsentativi, vel imaginis, cum hæc non opponatur similitudini, sed magis oriatur ex illa.

Ex

Ex his etiam manet impugnatum discrimen, quod adhuc conatur adducere, nempè quòd ideò Spiritus S. licet per suam processionem per se formaliter naturam accipiat, non tamen aliquomodo rationem imaginis obtineat, quià ad rationem imaginis in Deo requiritur, quòd repræsentet Patri, quod præstare nequit nisi Verbum, quod manet intrà ejus intellectum, Spiritus S. autem cum sit impulsus, manet extrà intellectum, cum sit terminus voluntatis.

Hinc enim magis colligere tenebatur non posse accipere formaliter naturam, seù formalem similitudinem in illa, ut probatum est, & latè constabit infrà, cum processio per modum impulsus non sit per hanc viam, scil. assimilativam. §. Deindè ut suprà. Nam de ratione imaginis per se sufficientis ad rationem Filii, & processionis ejus ut sit generatio, non est, quòd seipsa sit intrà intellectum illius, cui repræsentatio fieri debet, sed sufficit, quòd sit intrà illum per sui speciem; nam Petrus v.g. verè est imago Patris sui sufficienter ad salvandam rationem filiationis, & generationis in ejus processione, està se ipso non sit intrà intellectum eorum, quibus Patrem suum repræsentat, sed primò illi accipiunt speciem illius, & sic per ipsum tanquam per imaginè ejus Patrem agnoscunt; ergo pariter in Deo licet Spiritus S. utpotè impulsus, seù terminus per voluntatem procedens non sit intrà intellectum Patris ex vi suæ processionis, sed extrà, poterit, aliquomodo obtinere rationem imaginis, sufficienter ad rationem repræsentativi, & Filii, si semel ex vi illius accipit formalem similitudinem in natura, non enim stat, quòd aliquid sit formaliter alteri simile, & aliquomodo non sit imago, vel repræsentativum illius, quod tamen est alienum, aliàs teneremur dare in Deo duas imagines Patris, alteram, quæ se ipsa sit intrà intellectum illius, & hæc erit primus Filius, alteram, quæ sit intrà eundem media sui specie impressa, & hæc erit secundus Filius, quod nemo audet asserere.

Secundò impugnatur idem modus dicendi, & urgentur superiores replicæ. Nam juxtà illum processioni Spiritus S. convenit integrè definitio generationis, ergo est generatio, consf. tenet, nam cui convenit definitio convenit etiam ratio definiti, ut patet inductivè. Ant. verò prob. nam Vasquez hic disp. 113. c. 7. supponit Spiritum S. non minùs, atq. Verbum formaliter, & per intranea, seù ex intrinsecis suæ processionis evadere similem in natura, ergo cum aliàs processio ejus sit origo viventis à vivente principio conjuncto, integrè eidem convenit definitio generationis: conf. tenet, quià sola remanet ultima particula, scil. in similitudinem naturæ specificæ per intraneas differentias talis processionis, ergo si supponit hanc convenire nihil deest de eadem dinitione.

Dices per hanc ultimam particulam non designari quamcunq., vel præcisam similitudinem, aut identitatem in natura specifica inter producentem, & productum, sed formalem etiam rationem repræsentativi, itant ad hoc ut processio sit generatio, perse intendat facere repręsentativum ipsius naturæ producentis, cumque hoc non conveniat processioni Spiritus S. non erit dicenda generatio.

Sed hæc solutio est in primis contrà D. Tho. hic art. 2. ubi ut vidimus, explicans illam particulam inquit. *Sed requiritur ad rationem talis generationis, quòd procedat secundum rationem similitudinis in natura ejusdem speciei, sicut homo procedit ab homine, & equus ab equo*. Ex quo sic arguitur. Homo procedens ab homine, vel equus ab equo verè procedunt ut Filii, eorumq. processiones verè sunt generationes, sed non ex eo quòd generantes per eorum productiones per se intendant producere illos cum proprietatibus repræsentativis, sed potissimum ut conservent sui speciem; hoc enim per se intendit natura, ut communicent illis esse, eandemq. naturam, quæ est in genitoribus ad speciei conservationem, ut communiter fatentur Philosophi, ergo insubsistens est prædicta explicatio ad excludendam processionem Spiritus S. à ratione generationis, si aliàs per illam communicatur formaliter similitudo in natura.

Urg. hoc ex eodem D. Tho. in 4. cont. Gent. c. 78. ubi egregiè explicans hunc finem naturæ, & alios simul concurrentes in generatione humana prout à diversis dirigentibus dependet, sic ait. *Considerandum est, quòd quando aliquid ad diversos fines ordinatur, indiget habere diversa dirigentia in finem, quià finis est proportionatus agenti: generatio autem humana ad multa ordinatur, scil. ad perpetuitatem speciei, & ad perpetuitatem alicujus boni politici, puta populi in aliqua Civitate; ordinatur etiam ad perpetuitatem Ecclesiæ, quæ in fidelium collectione consistit; undè oportet, quòd hujusmodi generatio à diversis dirigatur. Inquantum igitur e dinatur ad bonum naturæ, quod est perpetuitas speciei, dirigitur in finem à natura inclinante in hunc finem; & sic dicitur naturæ officium: In quantū verò ordinatur ad bonum politicum subjacet ordinationi civilis legis. In quantum autem ordinatur ab bonum Ecclesiæ, oportet, quòd subjaceat regimini ecclesiastico.* Ità D. Tho. Ex quibus manifestè constat, quàm disparata sit præfata explicatio à fine per se primò intento à natura in conceptu, vel opere generationis, & ab omnibus aliis, ad quos per se ordinatur ab aliis dirigentibus, à quibus sola perpetuitas intrà suos limites per se primò intenditur, ad quam parum refert, vel disparatè se habet ratio repræsentativi. Quidquid sit de intentione secundaria naturę. Deindè mirum videtur, quòd velit impugnare Thomistarum doctrinam, qui ut ostendant non posse processioni Spiritus S. convenire rationem generationis adducunt particulam, *ex vi processionis*; & quòd velit ipse pro libito ad illam in similitudinem naturæ, alteram addere, scil. per modū imaginis, vel repræsentativi, ex cujus defectu eandem excludat à conceptu generationis, undè vel indebitè illos impugnat, vel insufficientem reddit rationem, ut benè redarguit Illustriss. Godoii, & meritò, utpotè non solum contrà D. Tho. superaddit illam, sed etiam contrà cæteros omnes Theologos.

§. III.

Refertur, & impugnatur alter modus Scoti.

ALter modus dicendi est, qui tribuitur Scoto ab ejus discipulis, quòd ideò processio Verbi est generatio, & non illa Spiritus S., quià prior est naturalis, & hæc libera; sivè quià Verbum per propriam procedit naturaliter; Spiritus S. verò liberè, quatenus Verbum procedit per intellectum, qui est potentia naturalis, Spiritus S. autem per voluntatem quæ est potentia libera. Undè quià generatio est opus naturalissimum viventium rectè productioni naturali nempè Verbi tribuitur ratio generationis, non verò liberæ Spiritus S. Hac enim ratione in definitione generationis dicitur, quòd sit origo viventis in similitudinem naturæ, ut detur intelligi, quòd per illam accipitur natu-

natura per modum naturæ idest modo naturali, non libero.

Hic tamen modus displicet communiter aliis extra ejus scholam, & meritò, quià videtur omninò de subjecto nõ supponente, sumpto conceptu liberi prout opponitur naturali juxtà frequentiorem, & ferè communem ejus acceptionem, ut nempè dicit indifferentiam ad oppositum, nam tunc ut certissimum est, non solum processio Verbi, sed neq. illa Spiritus S. est libera, cum neutra personæ ità procedat, quòd potuerit non procedere ut rectè docet D. Tho. q. 10. de potentia ar. 2. ad 4., & infrà q. 41. ar. 2. ad 3. ubi ait. *Dicendum quòd etiam voluntas in quantũ est natura quadam aliquid naturaliter vult. Sicut voluntas hominis naturaliter tendit ad beatitudinem. Et similiter Deus naturaliter vult, & amat seipsum. Sed circa alia à se voluntas Dei se habet ad utrumq. quodammodò. Spiritus autem S. procedit ut amor in quantum Deus amat seipsum. Undè naturaliter procedit, quamvis per modum voluntatis procedat.* Ità D. Tho. quibus modum hunc dicendi evertit in assignando præfatum discrimen ut omninò diminutum, quòd nempè liberè procedat Spiritus S., quià per voluntatem procedit. Non enim unus tantũ est modus procedendi voluntatis, ut solum liberè velit, quòd semel vult, sed potest etiam naturaliter se habere in volendo, vel amando, undè non minùs naturaliter se habet in productione illius, quàm intellectus in productione Verbi.

Deinde q. 22. de veritate ar. 6. versus finem corp. inquit. *Cum autem voluntas dicatur libera, in quantum necessitatem non habet, libertas voluntatis in tribus consideratur, scil. quantum ad actum, in quantum potest velle, & non velle &c.* Sed iterum est certissimum non esse liberum voluntati divinæ amorem, ex quo procedit Spiritus S., sicut possit Deus velle, & non velle respectu hujus amoris, ergo naturaliter, seù modo naturali procedit sic volendo, & amando se ipsum in productione illius. Hujus etiam rationem insinuat q. 23. ibidem ar. 4. in corp. paulò post initium, ubi docet voluntatem respectu principalis voliti necessitatem habere, quià in illud tendit per modum naturæ, sed certissimum quoq. est voluntatem Divinam in productione Spiritus S. versari circa principale volitum, nempè bonitatem Divinam, ergo non procedit in illa per modum libertatis, sed naturaliter.

Si verò dicatur libera prout libertas opponitur coactioni. Non est ad rem, nam etiam processio Verbi est hoc modo plenè libera, cum sit immunis, ipsa etiam ab omni coactione: §. Si tandem dicatur, talis, prout liberum sumitur, ac voluntarium formaliter, quatenus omne id, quod procedit ab appetitu elicito, seù à principio volitivo ex prævia cognitione, sicut dicitur voluntarium, ità dicatur liberum. Tunc petit principium, quià de hoc inquirimus, cur id, quod procedit ab hoc principio non sit genitũ, neq. ejus processio, generatio, sicut processio procedentis per intellectum. Præter quamquod neq. id est sufficiens ad veram, & propriam rationẽ liberi, nisi idem voluntarium sit cum indifferentia ad oppositum, ut proximè docet D. Tho., & constat ex superioribus, & ex damnata propositione ab Innoc. X., quæ asserebat sufficere ad meritum, & demeritum libertatem à coactione, & non requiri libertatem à necessitate, sivè cum indifferentia ad oppositum, ex quo deindè inferebant liberum esse amorem beatificum, & similiter liberam Spiritus S. processionem, existimantes essentiam libertatis consistere in prædicta ratione voluntarii; & ad solam perfectionem accidentalem illius pertinere indifferentiam ad oppositum, quod tamen est contrà communem consensum Theologorum. Undè in nullo alio sensu actus omninò necessarii, (ut sunt uterq. amor, scil. beatificus, & productivus Spiritus S.) possunt dici liberi, quàm quià immunes sunt à coactione, & insuper perfectè voluntarii.

Ratio hujus etiam manifesta est, quià loquendo ad rem nostram nullus alius sensus superesse potest, quàm sumendo liberum pro principio operante cum indifferentia ad oppositum, quod tamen in præsenti ut dictum est, verificari nequit, cum amor ille in beatis, & præcipuè in Deo, similiterq. productio Spiritus S. sint à voluntate non ut operante cum tali indifferentia ad oppositum amoris, aut productionis, sed ut operante cum essentiali, & necessaria determinatione taliter ad amorem, & productionem, ut oppositum esse, aut possibile esse, contradictionem implicet; nisi etiam velimus possibile esse sinè contradictione oppositum Mysterii Trinitatis. Quod est omninò alienum.

Hinc sanè intelligendus venit S. Tho. qu. 10. relata de pot. ar. 2. ad 5. dum ait. Quòd *Deus sua voluntate liberè amat se ipsum, licet de necessitate amet se ipsum.* Sensus enim est, quòd liberè amat se ipsum, quatenus ejus amor est omninò immunis ab omni coactione, & perfectè voluntarius, aliàs juxtà communem conceptionem Theologorum ut dictum est, esset veluti manifesta implicantia in terminis dicere, quòd liberè amat se ipsum, & de necessitate amet se ipsum, seù tantum necessariò, quantum bonus est, ut subdit ibidem. Quod etiam patet ex his, quæ præmittit dicens. *Non est autem violentia, vel coactio in hoc, quòd aliquid secundum ordinem suæ naturæ movetur, sed magis in hoc, quòd naturalis motus impeditur: sicut cum impeditur grave, ne descendat deorsum: unde voluntas liberè appetit fælicitatem, licet necessariò appetat illam:* Ex quo statim infert propositiones citatas, scil. *Sic autem Deus sua voluntate liberè amat se ipsum &c.* Quibus clarè patet solum velle excludere omnem coactionem in Deo ab amore sui ipsius, sicut excludit à voluntate respectu amoris fælicitatis, quatenus utrobiq. est secundum ordinem, & inclinationem suæ naturæ, & non contrà illam, quod opponitur violentiæ, vel coactioni, non necessitati: undè optimè stant hæc duo juxtà D. Tho., nempè quòd Deus quamvis summa necessitate amet se ipsum, non tamen coactè, sed adhuc liberè, seù voluntariè amat, quià in hunc amorem movetur voluntariè, & complacenter omninò secundum ordinem suæ naturæ, & non contrà illam. Sic communiter explicant ejus discipuli, de libertate scil. opposita coactioni non naturalitati, ut intendunt Scotistæ. Quod clarissimè etiam patet in præcedenti solutione ad 4. Ubi contradictoriè ad modum dicendi Scoti inquit. *Sicut ergo Filius naturaliter procedit à Patre ut Verbum, ità naturaliter Spiritus S. procedit ab eo ut amor.* Et quamvis immediatè subdat. *Nec tamen Spiritus S. procedit per modum naturæ.* Non est hoc accipiendum contra positivè ad modum procedendi naturaliter, (aliàs immediatè sibi contradiceret,) sed ut opponitur modo procedendi à voluntate, seù prout natura distinguitur ab eadem tanquam principium emanationis à principio productionis, quià hujusmodi proprietates personales ut dicebamus, licet exigantur à natura Divina, non tamen dimanant, sicut cæteræ attributa absoluta. Quod patet ex verbis immediatè sequentibus. *Hoc enim procedere dicitur in Divinis per modum naturæ, sicut eà, quæ in creatu-*

ris

ris à natura producuntur , & non à voluntate. Undè id magis militat contrà sententiam Durandi, (de qua suprà) quà m contrà communem, quòd processionis Divinæ sint per intellectum , & voluntatem.

Dices tamen his omnibus , quòd ad verificandum Spiritum S. naturaliter procedere , & non liberè non sufficit procedere à voluntate determinata ad unum , sed requiritur , quòd procedat ab illa ut determinata non à se , sed aliundè ; nam hoc est necessarium ad actionem non liberam , & non sufficit illi quæcunq. determinatio ed unum , sed requiritur determinatio aliundè habita , & non à se. Voluntes autem Divina est à se determinata ad productionem illius , & non aliundè determinatur ad illam , & ideò non naturaliter , sed liberè comparatur ad illam.

Sed in primis hæc solutio, vel explicatio libertatis videtur evertere proprium conceptum illius contrà communem ejus conceptionem , ut satis insinuat D. Tho. ubi supra , nec non præfata damnatio propositionis Jansenianæ : nam illud propriè dicitur naturale , ut opponitur libero strictè dicto , & coacto , quod est secundum ordinem , vel inclinationem naturæ , & nõ contrà illam , & sinè indifferentia ad utrumq. ut rectè explicat D.Tho. , & ad hanc explicationem videtur apertè conducere eadem damnatio ut patet ex dictis; sed hoc totum convenit processioni Spiritus S., ergo naturali modo procedit , & non liberè.

Secundò impugnatur , & urg. præcedens. Nam voluntas Divina ità movetur secundum ordinem , vel inclinationem naturæ ad eandem processionem , ut ad illam non se determinet, sed sit determinata secundũ ordinem illum,ergo naturaliter procedit , & non liberà : conseq. tenet iuxta solutionem datam : ant. verò prob. quià pro nullo priori potest concipi ut indifferens ad illam , vel ad illius oppositum , scil. ad producere, & non producere , ergo nec concipi potest ut se determinans ad illam , aut per illam : conf. iterum tenet, quià determinere supponit indifferentiam ut patet ex terminis. Ant. etiam constat , quià oppositum hujus , quod est producere Spiritum S. est omninò impossibile , utpotè destructivum mysterii Trinitatis , ut dictum est. §. Id totum subtiliter insinuavit D.Tho. in relata solut. ed 5. art.2. de potent. Dum post verba relata subdit. *Et necessarium est , quòd tantum amet seipsum* (scil. Deus) *quantum bonus est. Sicut tantum intelligit seipsum , quantum est. Liberè ergo Spiritus S. procedit à Patre , non tamen possibiliter , sed ex necessitate*. Quibus verbis omnia superiora concludit; scil. quòd necessariò, non coactè; deindè liberè , seu voluntariè ; & demum sinè omni indifferentia, vel determinabilitate , dum ait tantum amare seipsum , quantum bonus est ; sicut intelligere seipsum , quantum est ; scil. verus , & quòd non procedit possibiliter. Quæ planè pro nullo signo possunt Deo indifferenter,aut determinabiliter convenire nisi velimus pro aliquo signo concipi posse cum indifferentia ad esse bonum, vel verum , aut ad possibiliter procedere , & non procedere , quæ sunt ab illo omninò aliena.

Urg. totum hoc ulteriùs ex ultimis verbis ejusdem solutionis , quibus concludit æqualitatem utriusque Personæ procedentis cum Patre, à quo procedunt. Unde sic eam concludit. *Nec possibile fuit ipsum procedere minorem Patre , sed necessarium fuit ipsum Patri esse æqualem , sicut & Filium , qui est Verbum Patris*: Ex quibus sic arg. Non minùs fuit necessarium , nec minùs naturale Spiritum S. procedere à Patre, quàm procedere ab illo ut æqualem , vel non minorem, sed ità necessariò , & naturaliter ab illo procedit ut æqualis , ut sinè ulla omninò indifferentia , aut determinabilitate ad hoc prædicatum æqualitatis pro omni signo procedat ab eodem, ergo pro omni pariter sine ulla ad prædicatum processionis procedet ab illo.

Hoc ipsum etiam confirmari poterat paritate, quã insinuat de intelligere Divino. Non minùs Deus est determinatus ad diligendum se, quàm ad intelligendum se , sed ità est determinatus ad intelligendum se , ut nulle in intellectu ejus concipi possit pro quolibet signo indifferentia , aut determinabilites respectu sue intellectionis , ergò ita erit determinatus ad amandum se , ut pro nullo signo in voluntate ejus concipi possit aliqua indifferentia , aut determinabilitas respectu sue volitionis, vel amoris sui ipsius : ma. patet quià non minùs est essentialiter bonus , quàm verus , nec minùs necessariò respicit se ut bonum , quàm verum.

Dices esse discrimen inter intellectum , & voluntetem , quòd cum hæc contrapositivè ad illum sit potentia formaliter libera nequit exire limites libertatis in operando, exiret autem si operaretur, aut ageret per modum naturæ , quià agere per modum naturæ, & agere liberè sunt membra dividentia principium activum. Cum verò intellectus non gaudeat hac libertate rectè poterit intellectus divinus sic esse determinatus , ut in nullo signo concipi possit determinabilis per suam intellectionem , sicut voluntas per suam volitionem.

Sed contra hanc solutionem, in qua consistit præcipuum fundamentum Scoti militant superiora de voluntatis Divinæ libertate. Nam sicut voluntas est potentia formaliter libera , ità intellectus est talis radicaliter , imò ità est radix libertatis ex vi sui judicii indifferentis , ut sine isto libertas exerceri non valeat , cum voluntas utpotè potẽtia cæca,vel non cognoscitiva prosequatur objectũ prout sibi proponitur ab intellectu ut latà ibidem , & in 3. de anima explicatum est , ergò ubi nulla omninò est, nec concipi potest indifferentia judicii ex parte intellectus,ac proinde nulla determinabilitas respectu suæ intellectionis ad objectum , amandum , vel non amandum, ut contingit in Deo respectu suæ bonitetis , nulla poterit concipi ex parte voluntatis respectu suæ volitionis ad eandem bonitatem; ec proinde operari circa illam per modum naturæ non quidem per modum principii emanationis respectu termini producti ut dictum est , sed sine omni determinabilitate per modum principii productiei , quod negat Scotus.

Secundò; Ut subtiliter raponit Illustriss. Godoii. Non minùs opponuntur agere liberè libertate contingente, & agere liberà libertate necessariaj quàm agere liberè, & agere per modum naturæ , sed duo priora componuntur in eadem potentia , seu voluntate Divina , respectu Divinæ bonitatis , & bonitatis creaturarum, nam priorem liberè necessariò amat, posteriorem verò liberè contingenter,cum potuerit illas non diligere, ut tenet Scotus , ergo poterunt etiam in ille componi duo posteriora respectu ejusdem bonitatis Divinæ. Quod etiam patet aliis instantiis , in voluntate nostra, quæ Deum clerè visum liberè necessariò amat , & objecta creata liberè contingenter. Similiter in motibus primò primis exercet libertatem necessariam , & in deliberatis contingentem , ergo rectà etiam poterit liberè simul , & per modum naturæ agere. Quamvis ità sit, quòd istud liberà agere prout conjungitur cum summa necessitate ut in casu, vel in amore beatifico , sumendum sit ut explicatum est ad mentem D. Tho.

D. Tho., pro voluntario perfectè, ut opponitur coactioni, non in alio sensu libertatis, vel ut opponitur modo naturali operandi, ut volunt contrarii.

Hinc etiam contrà eosdem inferimus nullo modo esse admittendum, quod afferunt de eadem processione Spiritus S. esse summè necessariam, & liberam simul libertate essentiali, existimantes libertatem essentialem non opponi necessitati, sed solum libertatem contingentiæ, quæ non est de essentia libertatis: §. Nam præterquam quòd ut patet ex dictis, videtur hac distinctione aperiri via ad damnatam propositionem, cum in hoc potissimùm sisteret Autor illius, quòd licet deficeret libertas contingentiæ, sivè immunitas à necessitate, adhuc tamen subsisteret libertas essentialis per immunitatem à coactione, quam sufficientem afferebat ad rationem meriti, & demeriti, undè libenter deinde ejus asseclæ prosequebantur hanc distinctionem libertatis essentialis sinè contingentia, & cum summa necessitate; & accidentalis cum indifferentia ad oppositum, vel contingentia, quod tamen est contrà communem cæterorum Theologorum consensum, & meritò utpotè contra conceptum definitivum libertatis, ut latè ubi suprà explicatum est §. Deindè ut verificetur principium activum esse liberum libertate essentiali, & consequenter Spiritum S. procedere modo libero, & non naturali requiritur juxtà Adversarios, quòd pro priori ad sui actionem, sivè in actu primo non sit absolutè determinatum, & necessitatum ad agendum, sed indifferens, & determinabile per illam, sed ut probatum est Divina voluntas in nullo signo, vel pro priori ad amorem Divinæ bonitatis concipi potest cum tali indifferentia, vel determinabilitate, sed est absolutè determinata, & necessitata ad illum, argo nequit concipi ut libera libertate etiam essentiali.

Ex his etiam reiicitur ratio ibidem assignata à Scoto præfati discriminis inter utramq. processionem, quòd nempè altera, scil. Filii sit modo naturali, altera verò sivè Spiritus S. modo libero, ac proindè quòd prior sit generatio, hæc verò non, quià se ipsis sic differunt, vel ex sua natura, nec oportere aliam rationem unius ab alia distinctivā inquirere, nisi quià hoc est hoc, & illud est illud, ad quod sæpè idem io aliis materiis recurrit: §. Nam ut jam insinuavimus, & constabit infrà, assignabilis est hujusmodi discriminis ratio congruentissima, licet nō demonstrativa, unde videtur satis diminutus, vel deficiens hic modus respondendi, vel solvendi difficultatem. Etenim sicut respectu essentiæ definiti licet rationem à priori assignare non possimus, possumus tamen probare hoc esse definitum, quià illi convenit definitio, & neganti, quòd conveniat, possumus probare ostensivè adaptando, & proportionando partes definitionis cum ipso definito. Similiter affirmantem hoc esse definitum, si reverà non sit, possumus convincere ex eo, quòd illi non convenit definitio, assignando aliquam particulam definitionis, quæ illi repugnet. Et hic processus est rationalis, & frequens in Scholis, & præcipuè inter Dialecticos.

Quòd si iterum dicas ut suprà, non assignari à Scoto hanc causalem, quasi materialiter sumptam, & valuti gratis sinè fundamento, quasi præcisè velit hanc esse naturam otriusq. sistendo ibi, sed hanc fundat in eo, quòd agere per modum naturæ, & agere liberè sunt membra dividentia principium activum, seù differentiæ adæquatè divisivæ illius, ut docet Philos. in 2. Phys. tex. 49. & 9. Metaph. tex. 10. §. Contrà hoc est. Quià ad hunc insufficienter assignatur ratio ejusdem discriminis, & iterum petitur principium. Nam in primis ut docet Cajet. infrà q. 41. ar. 2. licet naturale, & liberum sint membra dividentia, vel differentiæ divisivæ principii activi quoad modum agendi, quatenus non est idem modus agendi naturalis, & liber, ut ibidem intendit Phil. non tamen quoad rem, seù substantiam, & entitatem illius, ut patet in exemplis adductis, ubi eadem entitatè potentia potest utroq. modo procedere, sicut idem intellectus cum discursu, & sinè illo: §. Ex quo sic impug. solutio. Quamvis natura utriusq. modi procedendi sit, quòd principium activum ut liberè procedens non possit reduplicativè prout sic procedere naturaliter, vel modo naturali, benè tamen si nulla pro aliquo signo, vel pro priori ad sui actionem præcedat in illo indifferantia, vel determinabilitas ad illam, vel per illam, sed ità contingit in processione Spiritus S. ut probatum est, argo insufficienter recurrit ad naturam illius, imò cum petitione principii; nam hoc est, quod inquirimus, cur non possit voluntas sic naturaliter, procedere, & induere modum naturæ, si semel datur objectum, ad quod ità comparatur determinata, ut nulla omninò indifferentia, aut determinabilitas concipi possit in illa etiam in actu primo respectu suæ volitionis, vel amoris in ordine ad illud. Tunc enim necesse est, ut modo naturali moveatur ad illud, unde etiam est de subjecto non supponente talis solutio, vel responsio, præcipuè in casu; nempè quià hoc est hoc, est natura illius, quasi principium semel liberum nunquam possit naturali modo procedere, quod est falsum, ut ostensum est.

Quibus addo, quòd non solum principium, vel potentia possit utramq. habitudinem exercere circa suum objectum, sed etiam idem actus secundum diversas considerationes, vel formalitates, ut satis probabiliter explicant pluras gravissimi DD. de actu charitatis in Christo 3. p. q. 19. ad ar. 3. quem ut terminatum ad Deum in se, ut cognitum per visionem beatam dicunt fuisse necessarium quoad exercitium, seù modo naturali tendere ad illum, & consequenter prout sic non potuisse esse meritorium, prout verò terminatum ad eundem, ut cognitum per scientiam infusam, & ut rationem amandi proximum, seù volendi redemptionem generis humani sua morte exequendam; liberum fuisse, & meritorium. De quo videri potest Mag. Jo. à S. Tho. ibidem disp. 17. §. *Quintus ergo modus &c.* Et §. *Iuxta quintum modum &c.* Ubi id etiam exemplificat superioribus exemplis de eodem actu amoris beatifici, qui (inquit) ut respicit Deum est necessarius, ut verò respicit creaturas est liber, & similiter actus infinitus ipsius Dei (subdit) est necessarius, sivè modo naturali respicit Divinam bonitatem ut terminatur ad Deum in se ipso, & liber, quatenus terminatur ad illum, ut est causa creaturarum. Et pro eodem modo dicendi refert M. Medinam ibidem dub. 1. ad 3. M. Vincentium de gratia Christi pag. 420., & M. Bannez. 2. 2. q. 24. ad ar. 3. propè finem.

Ex his à fortiori cessat instantia cujusdam recentioris Scotistæ, nempè unius potentiæ debere esse unius rationis actionem, & modum agendi, ac proindè non posse eandem potentiam agere modo naturali, & libero, si semel naturale, & liberum diversificant speciè modum agendi: §. Nam si semel eidem actui secundum diversas considerationes, vel formalitates convenire possunt, à fortiori convenire poterunt eidem potentiæ, quæ longè universalior est, quàm actus. Et ratio

ratio est etiam quià ut in superioribus explicatū est, diversitas hujusmodi agendi potest specificè inadquatà sa habere respectu utriusq., prout nempe respiciunt objectum sic diversimodè consideretum, sofficienter ad fundandam prædictam diversam habitudinem tendendi ad illud sic davarsimodè acceptum, sive ut stat sub diversa formali attingibilitate. Da quo etiam vid. idem laudatus Mag. à S. Tho. num. 19. & seqq.

§. IV.

Assignatur, & simul defenditur ratio D. Tho. ab interpretatione aliena.

PRocessionem Verbi esse generationem probat D. Tho. ut jam insinuavimus, in præsenti ar. 2. ubi sic concludit. *Sic igitur processio Verbi in Divinis habet rationem generationis. Procedit enim per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vitæ, & à principio conjuncto, ut suprà jam dictum est, & secundum rationem similitudinis, quià conceptio intellectus est similitudo rei conceptæ, & in eadem natura existens. Quia in Deo idem est intelligere, & esse, ut suprà ostensum est.* (ex quo infert suam conclusionem) *Unde processio Verbi in Divinis dicitur generatio, & ipsum Verbum procedens dicitur Filius.*

Alteram verò Spiritus S. non esse generationem probat art. 4. ex discrimine inter intellectum, & voluntatem. Unde sic ait. *Dicendum, quòd processio amoris in Divinis non debet dici generatio* (ad quod probandum præmittit dicens) *Ad cujus evidentiam sciendum est, quòd hæc est differentia inter intellectum, & voluntatem, quòd intellectus fit in actu per hoc, quòd res intellecta est in intellectu per suam similitudinem. Voluntas autem fit in actu non per hoc quòd aliqua similitudo voliti sit in voluntate, sed per hoc, quòd voluntas habet quandam inclinationem in rem volitam: Processio igitur, quæ attenditur secundum rationem intellectus est secundum rationem similitudinis, & in tantum potest habere rationem generationis, quià omne generans generat sibi simile. Processio autem, quæ attenditur secundum rationem voluntatis non consideratur secundum rationem similitudinis, sed magis secundum rationem impellentis, & moventis in aliquid. Et ideò quod procedit in Divinis per modum amoris non procedit ut genitum, vel ut Filius, sed magis procedit ut Spiritus. Quo nomine quædam vitalis motio, & impulsio designatur, prout aliquis ex amore dicitur moveri, vel impelli ad aliquid faciendum.* Ità D. Tho.

Priorem rationem aliqui ex nostris interpretantur ad hunc sensum, quòd velit D. Tho., ideò Verbi processionem esse generationem, & Verbum, Filium, seu genitum, quià procedit per intelligere, & ipsum intelligere est esse differentiale Dei, quo fit ut evadat simile in natura speciei: cæterū Spiritus S. cum procedat per velle, eiq. communicetur velle Divinum, quod non est esse differentiale, sed tantum attributale Dei, ideò nec ejus processio dici potest generatio, neq. ipse Filius, vel genitus: Et fundatur in eo, quod ait in fine D. Tho. *Et in eadem natura existens, quià intelligere Dei est esse Dei.*

Verum hæc interpretatio non solum aliena videtur à mente illius, sed valde etiam debilitare eandem rationem. Hoc quidem posterius, quià nititur supposito valde in certo apud eundem D. Tho., ejusque Discipulos, nempe quòd intelligere Dei sit esse differentiale illius, quod plures gravissimi Thomistæ negant ut vidimus, nam alii constituunt illud in intelligere radicali, alii verò in ipso esse, ut latè explicatum est, unde ratio hæc, quæ aliàs ut constabit infrà, est maximi ponderis communiter apud Thomistas, non est reducenda ad speculationem, vel fundamentum tam dubium, & incertum, adeò ut nisi quis teneat, idem intelligere esse formaliter esse Dei non possit assignare discrimen inter utranq. processionem, cur una sit generatio, & altera non, quod videtur plùs nimiò coarctare illam, quòd solum militet, aut habeat vim in eadem sententia, quod non videtur rationabile, & potiùs derogere efficaciæ ejus, quàm explicare.

Primum verò, quòd neque sit ad mentem ejus, colligitur ex eo, quòd illis verbis non intendit probasse, vel concludere, quòd similitudo Verbi, (de qua immediatè antea loquitur) sit in esse specifico, aut differentiali Dei, sed in esse naturali, & substantiali ejus, ut rectè concludat ad integrum sui intentum, quòd Verbum non tantum est genitum, & Filius, ejusq. processio, generatio, sed quòd sit tale, vel Filius naturalis, sivè in esse naturali, & non præcisè in intentionali, vel repræsentativo, quale est productum ab Angelo, ut suprà insinuavimus.

Expl., & urg. hoc. Nam intentū D. Th. duo respicit, alterū veluti formale, quod nempè procedit per intelligere, seù per viam assimilativā, in quo potissimū distinguitur à Spiritu S ut constabit infrà, alterum verò veluti materiale, scil. quòd sic procedat secundum similitudinē in esse naturali, & substantiali, & non purè intentionali, vel repræsentativo, aut intelligibili; & hæc intrà suam lineam habet etiam Spiritus S., cum non procedat secundū purum esse affectivum, ut procedit impulsus à voluntate create, sed secundū esse reale, & naturale. Hoc posterius habet utraq. Persone, ut in superioribus explicatum est, quià sunt supremum analogatum in propria linea, seù quià sunt terminus naturæ intellectualis perfectæ in perfecto statu, & ità producuntur non præcisè secundum viam assimilativam, vel inclinativam in puro esse intentionali, vel affectivo, sed etiam reali, vel naturali, ac proinde utraq. est verus Deus, & consubstantialis producenti. Hac enim ratione ut dicebamus, nequit Angelus generare sibi similem, sicut generat Deus, quià non participat perfectè gradum intellectualem, & generare sibi simile est opus perfectæ naturæ in statu perfecto. Undè hoc posterius probat D. Tho. ex eo, quòd intelligere est esse Dei, non quasi differentialiter conveniens, ut putant Autores hujus interpretationis, (nam etiam velle Dei est esse Dei, & tamen differentialiter non convenit illi, & sub lite sit, an ità conveniat, ut differentiale constitutivum, sed quià est intelligere supremi analogati in hac linea (in quo esse intentionale est esse naturale), & consequenter potens producere Verbum secundum similitudinem etiam in esse naturali, ac proinde per modum generationis veri Filii.

Cæterum primum, nempè quòd similitudo Verbi Dei, (de qua immediatè anteà loquitur) sit in esse specifico, & differentiali Dei, jam probaverat ex eo, quòd procedit ut conceptio rei intellectæ, de cujus conceptu est assimulari rei, à qua procedit, cumq. procedat ab essentia Divina exercente munus speciei impressæ secundum rationem sibi essentialem ethomam fit indè, quòd talis conceptio sit in similitudinem speciei. En legitima mens D. Thom. quæ maximè conducit tum ad dandum verum discrimen inter utramq. processionem, ut constabit infrà, tum ad efficaciter impugnandum errorem Arrii, & aliorum hæreticorum, qui non negant Verbum esse Filium, sed talem, sivè verum Deum secundum esse consubstantiale,

tiala,ad quod potissimum tendit præsens q.27. (Et idē proportionabiliter de Spiritu S.)Et parum confert præfata interpretatio,ut facilè consideranti constare potest.

Hoc ipsum egregiè explicat, & confirmat D. Th. 4. cont. Gent. versus medium his verbis. *Unde oportet, quòd in homine intelligente se ipsum, verbum interiùs conceptum non sit homo verus,naturale hominis esse habens, sed sit homo intellectus tantum quasi quadam similitudo hominis veri ab intellectu aprehensi. Ipsum verò Verbum Dei ex hoc ipso, quòd est Deus intellectus, est verus Deus, habens naturaliter esse Divinum; eò quod non est aliud naturale esse Dei, & aliud eius intelligere.* En iterum,quòd recurrit ad hanc identitatem, non ut præcisè probet ejus similitudinem in esse specifico, & differentiali Dei, sed quòd sit in esse naturali, ut deindè inferat esse verum Deum, & non tantum intellectum. Nam ex eo quòd in Deo non distinguatur esse naturale ab esse intelligibili rectè concludit, quòd similitudo naturæ Divinæ, quam importat Verbum non secundum esse intentionale tantum, sed secundum esse naturale. Undè hoc etiam est (si velimus cohærenter loqui)quod intendit in hoc art. prædictis verbis. *Et in eadem natura existens, quià intelligere Dei est esse Dei.* Per quod validè etiam rejicitur prædictus error.

Longè etiam inferiùs in eodem cap. sic prosequitur. *Verbum igitur Dei se ipsum intelligentis naturaliter ab ipso procedit; & cum Verbum Dei sit ejusdem naturæ cum Deo dicente, & sit similitudo ipsius, sequitur, quòd hic naturalis processus sit in similitudinem, à quo est processus cum identitate naturæ. Hac est autem veræ generationis ratio in rebus viventibus, quòd id, quod generatur à generante procedat, ut similitudo ipsius, & ejusdem naturæ cum ipso. Est ergo Verbum Dei genitum verè à Deo dicente, & eius processus generatio, vel Nativitas dici potest.* Quibus ut patet, duo ad rationem geniti, & generationis requirit, nempè identitatem, & similitudinem in natura, idest, quod generatur sit ejusdem naturæ cum generante, & quòd procedat in similitudinem naturæ speciei generantis. Unde cum inter Verbum, & Spiritum S. sit convenientia in uno, ut dicebamus, scil. in hoc, quòd est habere naturam, vel habere esse naturale, à quo procedunt; & discrimen in eo, quòd Verbum procedit ut simile generanti, vel producenti,non verò Spiritus S.fit inde,quòd Verbum procedat ut genitum,non verò Spiritus S. Ex quo clarè patet D. Thom concludere Verbū esse genitum,quià communicatur illi intelligere, quod est esse specificum, & differentiale ipsius Dei. Spiritum autem S. non esse talem, quià communicatur illi velle,quod est tantum Dei attributum, ut intendunt oppositi Authores, sed quià Verbo communicatur per intelligere prædicta similitudo in natura, non autem Spiritui S. per velle. Certum est autem, quòd hujusmodi similitudo non communicatur per intelligere, ex quo est specificum, & differentiale Dei, (cum esse tale ut dictum est, sit valde dubium, & incertum; communicare autem similitudinem habeat intellectus ex propriis suæ lineæ contrà positive ad voluntatem, in quocunq. intrà illam idem constitutivum consistat;) sed ex conceptu lineæ intelligendi.

Deniq. hoc ipsum repetit c.23. seq. Ubi ut probet Spiritum S.esse substantialiter Deum, sic habet in fine. *Quòd autem in sola natura Divina pluribus modis natura communicetur rationabile est, quià in solo Deo operatio est suum esse. Undè cum in eo, sicut, & in qualibet intellectuali natura sit intelligere, & velle, id quod procedit in eo per modum intellectus, ut Verbum; aut amoris, & voluntatis ut amor, oportet, quòd habeat esse Divinum, & sit Deus, & sic tam Filius, quàm Spiritus S. est verus Deus.* En iterum manifestè patet non recurrere ad hanc identitatem inter operari Divinum, & esse Dei, quasi inferre velit ex conceptu differentiali, vel constitutivo alterius operationis scil. intelligere, quòd Verbum sit genitum, & Filius; sed quòd ax eadem identitata rectè inferatur, quòd utraq. Persona sit verus Deus. Ad quod non refert ut dictum est, quòd altera operatio sit constitutiva, vel non. Aliàs non esset ad rem talis identitas pro inferenda vera divinitate respectu Spiritus S., si intentum D. Tho. esset ad inferendum ex conceptu constitutivi,cum velle Dei non pertineat ad hunc conceptum, ut suppono ex communi consensu Thomistarum.

§. V.

Assignatur verum discrimen, & ratio ex D.Th. cur altera processio sit generatio, & altera non.

EX locis hactenus relatis ex D.Th. rectè inferimus processionem Verbi esse generationem,non verò Spiritus S., quià illa est per intellectum,qui ex propria ratione suę lineæ est potentia assimilativa,sive de cujus essentiali ratione est assimilare suum in eo, conceptum quod est illi ratio producendi illum; altera verò Spiritus S., est per voluntatem, quæ assimilativa non est, sed inclinativa in objectum volitum ex propriis suæ lineæ. Itaq. cum essentia Divina sit intellectui per modum speciei impressæ ratio producendi suum conceptum, seù verbum, fit inde quòd istius pocessio sit per se, & ex propriis assimilativa in natura speciei illius, à quo procedit, ac per consequens generatio. Altera verò Spiritus S. cum sit per voluntatem, & voluntas non sit assimilativa impulsus, quem producit, in natura rei volitæ, sed tantum impulsio, & propensio in rem volitam, fit evidens, quòd generatio non sit; ità expressè D. Tho. præcipuè hic ut vidimus, ar. 2., & 4.

Prob., & simul explicatur prima pars de processione Verbi ex conceptu definitivo generationis. Nam de essentiali ratione generationis est, quòd terminus ejus procedat in similitudinem naturæ ex modo, & vi suæ processionis, sed procedens per intellectum ità procedit, ergo ejus processio est generatio. Ma. constat ex tradita definitione generationis viventium, nec particula illa ex vi, & modo processionis est redundans, aut gratis addita, quià cum verba in definitione juxta bonam Dialecticam accipienda sint in sensu formali, ly in similitudinem naturæ intelligi debet ex vi processionis, itaut de ratione geniti sit, quòd ax vi, & modo suæ processionis procedat formaliter ut simile in natura producentis; quod idem est, ac dicere quòd terminus formaliter primò, & per se intentus à generante, & ad quem ex propriis tendit generatio, seù ex propria ratione suæ lineæ, & modo suo agendi formaliter sit similitudo in natura suæ speciei, quam communicat ipsi genito. Tum quià ut suprà dicebamus ex D. Tho., id, quod potissimùm, sive per se intendit generans per sui generationem est perpetuitas naturæ suæ speciei, ergo per se intendit ex vi illius formalem similitudinem in illa,& propterea dicitur generatio opus naturalissimum viventium.

Mi. verò prob. Nam essentiale est intellectui contrapositivè ad voluntatem, assimilare suum conceptum in eo, quod est illi ratio producendi, quatenus

ex ratione propriæ lineæ tendit ad producendum verbum, quud est formeliter simile principiu intelligenri in forma intelligibili, qua intellectus in actu, vel objectivè determinatur ad intelligendum, & producendum verbum, unde procedit istud ut formaliter similitudo objecti cogniti, & primò & per se ut similitudu objecti primariò repræsentati per speciem intelligibilem, qua fæcundatur intellectus ad intelligendom. vel dicendom, ut in superioribus explicatum est, ergo asceodendo ad intellectum Divinum utpotè procedeotem intrà hanc lineam, erit ex propria ratione suæ lineæ perfectissimè assimilativum, seù productivom Verbi perfectissimè similis principio producenti, seù intelligenti in forma intelligibili, seù in natura Divina, quæ est illi ratio producendi, vel intelligendi per modum speciei impressæ, ac proindè Verbum Divinum procedit, ut formaliter simile lu natura producentis ex vi processionis, ejusque processu generatio.

Prob. deinde 2. pars de processione Spiritus S. ex opposito. Nam volontas, per qoam procedit ex propriis suæ lineæ non est assimilativa, sed impulsiva, & inclinativa in rem volitam, quià non petit producere terminum ad intrà, qui sir similitudo objecti voliti, sed inclinatio, & impulsus iu rem volitam, ergo quamvis crescat in perfectione suæ lioeæ, vel perfectissima sit, ut est Divina, uunquam perveniet ad producendum terminum formeliter similem (nisi velimos exirolimites illius, seù modi procedendi volitivè), sed tantom perfectissimum intrà illam, sivè impulsum perfectissimum, qualis est Spiritus S. §. Hinc constare potest, quàm fundatissimè præ cæteris modis dicendi procedat D. Tho. in assignaodo præfatum discrimen inter utramq. processionē. Procedit enim ex propriis principiis, seù rationibus utriusq., oempe secundum id, quod habent ex propria ratione formali suæ lineæ, quià altera nempe ex vi illius est per viam assimilativam, ut per se requiritur ad rationem essentialem generationis, & altera non, sed per impulsivam, & inclinativam, quæ extranea est à conceptu illius. Quod ulteriùs adhuc constabit in solutionibus.

§. VI.

Solvuntur argumenta contrà præcedens discrimen, & rationem D. Tho.

PRimò arg. Non solum intellectus, sed etiem volnntas est assimilativa termini producti in eo, quod est sibi ratiu producendi, ergo insubsisteus est discrimen, & ratio adducta ex D. Tho. Prob. ant. 1. ex communi illo principio, quòd umne agens intendit essimilare sibi terminum, quem producit in eo, quod est sibi ratio agendi, vel producendi: §. 2. Quià voluntas ut dicebamus, producit ex propriis impulsum, & propensionem iu rem volitam per modum actus 2., sed ipsa agit, ut appetitus, & propensio per modum actus 1. io rem volibilem, ergo producit terminum similem sibi in eo, quod est ratio producendi.

Ad hoc, quod tangit præcipuum punctū difficultatis, neg. ant. Ad prob. resp. 1. dist., & simul explico idem principium, intendit essimilare, similitudine generali, vel cummuni cuilibet agenti intrà suam lineam, conc., speciali, & requisita ad conceptum essentialem, & proprium generationis, neg., nam huic uon sufficit quæcunq. similitudu, aliàs productio cujuslibet agentis quantum ad meritum similitudinis esset generatio, quod nullus concedit: Unde etiam prima hominis productio ex hac parte esset talis, & non creatio, cum de illa dicatur. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Quæ verò similitudo requiratur ad veram, & propriam generationem, satis explicat D. Tho. ubi suprà, & statim ulteriùs constabit. Secundò resp. iterum dist. ant., & simul expl., & neg. præcedens solutio. Omne agens intendit assimilare sibi terminum productum, utcunq., neg., juxtà meritum suæ lineæ, conc. linea autem volitiva non habet hoc meritum assimilandi terminum in eo, quod est ratio agendi motivè, sivè objectu volito, sed tantum effectivè, sivè virtuti agendi, cum non moveatur voluntas ex objecto volito, quod habeat intra se, sed tantum ut sibi propositu veluti extrinsece ab intellectu, trahitur enim ab illo, & non trahit illud intrà se ipsam, sicut intellectus, undè nequit dare similitudinem termino producto in natura illius, sicut facit intellectus, sed præcisè impulsum, & propensionem ad illud, ut dictum est: §. Ex quibus etiam patet ad 2. Undè dist. consequens, similem in eo, quod est ratio producendi, effectivè, conc. motivè, neg. Itaq. ex parte voluntatis (quod est valdè notandum) duo concurrunt ad amorem alicujus objecti; alterum motivè, scil. objectum amabile ab intellectu propositum voluntati, ut ametur, alterum effectivè, sivè ipsa vis voluntatis. Quando ergo dicitur, quòd voluntas non est assimilativa termini producti, non fit exclusio cujuscunq. similitudinis, nam cum ipsa sit appetitus objecti per modum actus primi habet per se producere appetitum illius, & consequenter terminum similem sibi, quod regulare est juxtà idem principium respectu cujuscunq. agentis, præcipuè univoci intrà suam lineam; sed fit exclusio similitudinis respectu objecti volibilis, quod præsupponitur amabile per voluntatem, in quo distinguitur ab intellectu, quià cum iste, ut dictum est, fiat in actu ad intelligendum per ipsummet objectum, quod intra se possidet, terminus per se productus per intellectionem est per se similitudo objecti, à quo procedit: §. Est ergo convenientia, & disconvenientia in ratione assimilandi inter utramq. potentiam. Primum quidem, quòd sicut impulsus, seù inclinatio, & propensio per modum actus 2. assimilatur voluntati, quæ est inclinatio, & propensio per modum actus primi, ità conceptio per modum actus 2. idest verbum in esse rei, quià est iotrinsecè intellectum per modum actus 2. assimilatur intellectui, qui est conceptio, seù vis intellectiva per modum actus; sed differunt deinde in eo, quòd idem impulsus, sive amor productus non est similitudo objecti voliti, sicut conceptus est per se similitudu objecti Intellecti. Cujus rationem ut vidimus, assignat D. Tho. quià voluntas non fit in actu ad amandum per objectum amabile, sicut intellectus per intelligibile, & ideò terminus productus per illam nequit evadere similis objecto amabili, sicut productus per intellectiunem objecto intelligibili.

Sed instes. Nam juxtà solutionem licet impulsus non evadat similis objecto amabili, evadit tamen similis in omni eo, quod est sibi ratio agendi, vel producendi, ergo quoad hoc non rectè assignatur discrimen inter illam, & intellectum, ac proinde nec rectè excluditur quoad hoc processio ejus à ratione generationis, si semel id sufficit ad illam intellectus. Cons. videtur bona ex dictis, & ex eadem solutione. Ant. verò prob. Nam juxta illam objectum amabile, non est ratio producendi amorem, sicut objectum intelligi se

se producendi conceptum, sed tantum est ipsa voluntas, ergo ut verificatur esse similem omnino in eo, quod est ratio producendi, satis est, quòd evadet similis voluntati.

Huic instantiæ patet ex proximè dictis; unde dist. iterum ant. in omni eo, quod est ratio producendi per modum efficientiæ, seù elicientis actum, conc. moventis ad illum, neg., & hæc similitudo est necessarie, ut explicatum est, ad rationem generationis, scil. in objecto, vel natura ejus, quæ quidem habetur, si objectum sit intrà per se ipsum, vel per sui speciem, tanq. per rationem agendi; ut contingit ex parte intellectus, non si extrà, & solum motivè se habeat ad actum, ut contingit ex parte voluntatis, tunc enim terminus productus, cum non procedet ab illo effectivè, sed à sola voluntate, non tenetur eidem assimilari, sed soli voluntati efficienti illum, sivè elicienti actum productivum illius modo explicato. Itaq. actus iste ex duobus principiis procedit, ex uno effectivè, sivè elicitivè, scil. ex voluntate; ex altero verò motivè, scil. ex objecto cognito, quod concurrit, non quià est, sed quià cognoscitur, & aprehenditur à voluntate movendo illam ad principiandum sui amorem, Ex parte verò intellectus utrumq. principium, à quo actus procedit, scil. tam objectum, quàm intellectus effectivè concurrit ad conceptum, itant etiam objectum repræsentantum per sui speciem impressam sit ratio agendi, & per consequens terminus productus evadit similis illi, & non soli intellectui.

Sed instes. Quià ut constat ex dictis in physicis, & alibi in 3. de anime, valde probabile est speciem impressam non concorrere effectivè ad actum intelligendi, sivè productivum verbi, ergo nec effectivè concorret ad istud, ac proindè verbum, vel conceptus non tenebitur assimilari speciei, vel objecto in ipsa existenti, si semel hac ratione impulsus non assimilatur eidem, sivè ex defectu concursus effectivi illius ad actum, ergo si nihilominùs adhuc salvatur in processione verbi ratio generationis; poterit similiter salvari in processione amoris non obstante eodem defectu.

Urg. hoc nam etiam probabile est, quòd objectum amabile effectivè concurret ad actum voluntatis, ergo impulsus, vel amor productus non tantum assimilabitur voluntati, sed etiem objecto amato, si iterum hac ratione verbū assimilatur objecto cognito. §. Urg. ulteriùs. Nam quidquid sit in creatis; in Deo tamen verbum Divinum concurrit effectivè ad processionem Spiritus S., ergo Spiritus S. non solum evadet similis voluntati, sed etiam ipsi Verbo. Cons. tenet, nam ideò ut nos dicimus, evadit similis voluntati, quià effectivè, vel activè procedit ab illa, ergo si ità etiam procedit à Verbo, evadet similis illi.

Ad 1. Resp. admisso prædicto modo dicendi (qui tamen videtur ferè ab omnibus deseri) nego secundam consequentiam, quià ibidem, & suprà insinuavimus, licet dicamus speciem, vel objectum in illa contentum, & repræsentatum non concurrere ad actum intelligendi, saltem tamen in communi sententia concurrit formaliter determinando, & fæcundendo intellectum ad hoc, ut producat conceptum ejusdem objecti repræsentativum, unde suo modo est illi ratio agendi, ut in superioribus explicatum est ad ar. 2. q. 12., nam cum sit intrà intellectum, & non præcisè extrà, ut se habet respectu voluntatis, fit per illud intellectus suo modo in actu ad intelligendum, ac proindè oportet, quòd conceptus evadat similis non tantum intellectui, à quo elicitur actus, sed etiem objecto in specie existenti.

Ad 1. conf. claritatis gratia dist. ant., effectivè elicitivè, sivè aliquo modo intrinsecè per modum rationis agendi, neg., effectivè motivè, vel extrinsecè per modum impellentis ad eliciendum amorem, transeat, vel conc. Etenim ut dictum est, objectum apræhensum ut amabile à voluntate non præcisè concurrit, quià tale bonum, aut talis res est, sed quià cognoscitur, & aprehenditur, ut tale, quandoq. enim voluntas fertur ad impossibile, quod solum movere potest ut aprehensum in ratione boni. Cognitio autem objecti solum fundet, vel originat inclinationem, & propensionem in illud, non similitudinem.

Ad 2. patet ex dictis, quòd Verbum concurrit ad amorem sui ut principium *quod*, quià verbum est, & deinde *ut quo*, media virtute spirativa, quæ est voluntas prout connotat relationem Patris, & Filii, ut vidimus, & ideò impulsum, quem simul cum Patre per modum unius principii producit, assimilat voluntati, non in natura sui.

Secundò ad argumentum principale sub aliis verbis respondere potest, quòd amor procedit ut similis, similitudine cujusdam proportionis, quòd sicut voluntas, ut dictum est, est appetitus per modum actus primi, ità amor est appetitus illius per modum actus 2., & hoc convincit secunda probatio; non tamen similitudine formali, quæ attenditur penès formam, quæ est ratio agendi, sive concurret activè, sive tantum formaliter ad actum, ut explicatum est, per modum fæcundentis potentiam ad pariendum, vel producendum partum intellectualem, scil. conceptum, vel Verbum, quod nequit convenire voluntati intrà suam lineam, ut dictum est, cum objectum respectu sui nec effectivè, nec formaliter sit ei ratio agendi, sed tantum trahat ut apræhensum ad amorem sui: §. Per quod similiter fit satis ad probat.: desumptam ex prædicto principio, quoad similitudinem effectus quantum ad proportionem virtutis agentis, sic quòd nequeat excedere virtutem suæ causæ, quod est aliquo modo assimilari illi, non tamen similitudine formali, nam de hac loquendo non potest universaliter verificari de omni agente includendo etiam principium, vel rationem agendi. Plures enim pront sic patitur instantias; primò quidem, ut jam insinuavimus, in causis æquivocis; 2. in intellectu agente respectu speciei intelligibilis; 3. in potentiæ motiva producente motum localem, & sic de aliis. Aliam solutionem tradit Cajet. in præsenti.

Secundò arg. ad idem, & potest esse replica. Processio amoris per se, & formaliter communicat naturam Divinam, ergo est generatio. Cons. tenet ex dictis. Prob. ant. Quià Spiritus S. per se, & formaliter ex vi suæ processionis evadit Deus, ergo per se, & formaliter ex vi illius communicatur natura Divina. Patet cons. Quià Deus dicitur à natura Divina: §. Urg. 1. Processio amoris non minùs per se, & formaliter Divina est, quàm processio Verbi, sed hæc per se primò, & formaliter communicat naturam Divinam Verbo, non quià præcisè intellectio, ut patet ex dictis, sed quià Divina, sive in supremo analogato, seù gradu Divinitatis, ergo eadem ratione, altera amoris per se, & formaliter communicabit naturam Divinam Spiritui S. §. Urg. 2. Non minùs processio amoris primò, & per se producit Personam, quàm processio Verbi, ergo non minùs primò, & per se communicat naturam Divinam, quàm illa Verbi. Ant. est certum, nam terminus per se primò intentus à producente est secunda & tertia Persona, nisi velimus quòd primò, & per se non spectent ad idem Mysterium, quod est alienum

Cons.

Conf. verò prob. quià ad conceptum definitivum personæ pertinet natura, est enim rationalis naturæ individua substantia, ergo si per se primò producit personam, per se primò cummunicat naturam. Tum quià subsistentia est terminus immediatus naturæ, & mediatus attributorum ejus, ergo actio per se primò productiva personæ, per se primò communicabit naturam constitutam in ratione personæ per subsistentiam.

Ad hoc, (quod hac in re tangit graves, & subtiles difficultates, ob quas variant gravissimi Thomistæ in solutione illius cum suis confirmationibus.) Resp. neg. ant. Ad prob. dist. ant., evadit Deus, accipiendo attributum, quod est identicè Deus, conc., accipiendo ex vi illius rationem formalem Deitatis, neg., nam terminus per se, & formalis, seù per se primò inspectus ex vi processionis amoris est impulsus, qui deinde cum sit verè, & realiter Deus, verè & realiter Spiritus S. ex vi suæ processionis evadit Deus, non tamen essentialiter, vel naturaliter, quià impulsus Divinus non est formaliter natura Divina, sed attributum ejus, undè formaliter loquendo non potest eadem natura esse terminus per se primò inspectus à processione amoris, ac proinde hæc primò per se, & formaliter non facit Deum essentialiter, vel naturaliter, hoc est habens essentiam, vel naturam Divinam formaliter ex vi, seù conceptu differentiali processionis volitivę, sed tantum attributaliter, hoc est habens Divinum attributum.

Sed contrà hanc solut. militat in primis secunda confirmatio, nam si primò per se formaliter per illam producitur persona, pariter primò per se formaliter communicatur natura, ut probatur ibidem: §. Secundò, quià repegnat, quòd in productione rei priùs communicetur proprietas, vel attributum, quàm ejus essentia, vel radix, aut natura, cum jure naturæ hanc supponant, ergo intelligi nequit quòd Spiritui S. priùs communicetur impulsus, quàm natura Divina: §. Tertiò. Quidquid habet Spiritus S. habet ex vi suę processionis à Patre, & Filio nisi velimus, quòd sit productus à se ipso, sed habet esse Deum formaliter, & non materialiter, nisi iterum velimus tres personas Divinas non convenire formaliter in ratione Deitatis, quod videtur alienum, & sanas aures offendere ergo.

Ad 1. de persona variè respondent nostri Thomistæ, nam alii concedunt ant., & negant conf., & ad prob. dicunt, quòd de ratione personæ non est, quòd per se primò terminet naturam rationalem, sed cum distributione accommoda, scil. vel per se primò, ut contingit in Persona Filii, vel per se secundò, ut in illa Spiritus S., ut videtur exigere meritum ejusdem Mysterii ad salvandum discrimen inter utramq. processionem, & personam: §. Alii verò negant ant. sumpto fundamento in D. Tho. in 1. ad Hannibal. dist. 13. art. 3. ad 1. ubi inquit, *quòd processio Spiritus S, non habet, quòd sit ad substantiam in quantum est processio amoris, sed in quantum est processio amoris Divini*. Quod videtur idem ac dicere, quòd processio amoris, in quantum est Divina, Divinitate scil. sumpta non transcendentaliter, seu ut transcendit omnia Divina, sed ut est differentia amoris, sive ut contracta ad hanc lineam, tantum habet producere Divinum impulsum, qui ut insinuavimus, ex eo quòd Divinus est, habet identitatem, & cum natura Divina, & cum Divina persona illam terminante, & sic est persona in re, & non in esse termini processionis.

Sed contrà primam solut. obstat. Quià non videtur aliud materiale assignabile, quod primò terminetur à personalitate, seù cui primò tribuatur personalitatis effectus nisi natura, ergo non stat, quòd volitio Divina ut productio est, per se, primò, & formaliter terminetur ad personam, & non terminetur ut communicatio est, ad naturam: §. Contrà secundam etiam obstat. Quòd processio per voluntatem, non tantum quià Divina est, sed etiam quià volitio est, habet producere terminum realiter distinctum à producente, ergo Divina volitio habebit producere terminum perfectissimè distinctum, ac proinde erit ad terminum incommunicabiliter subsistentem, in quo ratio personę formalissimè consistit: §. Expl., & urg. hoc ex dictis. Nam quià intellectio ex quo intellectio est, habet producere terminum similem objecto, à quo procedit, ascendendo ad Deum, sive ad perfectissimum analogatum hujus lineæ habet producere illum similem in natura, quia scil. in supremo analogato ipsa natura Dei est objectum, à quo procedit, ergo quià volitio ex propriis volitionis habet producere terminū distinctū à producente, habebit producere illum perfectissimè realiter distinctū ab eodē. Hic autē nihil aliud est, nisi incommunicabiliter subsistens, & sic ex vi processionis per voluntatem volitio Divina erit ad hunc terminum incommunicabiliter subsistentem, ac per consequens ad personam.

His ergo in sua probabilitate relictis solutionibus, aliter disputationis gratia responderi potest primò ad eandem instantiam simul, & ad confirm. 2. juxtà doctrinam, quam semel tradebat M. Ferre in publicis Thesibus hìc Romæ ad ampliorem solutionem illius; concesso ant. nego conseq. Ad cujus prob. explico ant. quòd ideò in definitione personæ ponitur natura rationalis quasi materiale terminandum per personalitatem, quià ad constituendam personam tenemur recurrere ad prædicatum nobilissimum in individuo rationali, ut colligitur ex D. Tho. infrà q. 29. art. 3. in corp. (*nam persona significat id* (inquit ibi) *quod est perfectissimum in tota natura, scil. subsistens in rationali natura.*) cum verò ascendendo iterum ad Deum, habeamus prædicatum æquivalens naturæ, (utpotè quodlibet summè infinitè perfectum) scil. impulsum divinum nō tenemur necessariò, & per se primò recurrere ad naturam tanquam terminum per se primò formaliter inspectum ab utraq. processione ad salvandum conceptū personæ, sed tantum ab illa Filii, quæ per se formaliter importat similitudinem in natura, Unde poterat distingui ant. Est rationalis naturæ individua substantia, in creatis, conc., in divinis sub dist. Necessariò nego, loquendo de secunda persona, conc. Undè licet dicatur processionē amoris esse per se primò productivā personæ, non indè infertur per se primò terminari ad naturam, sed satis esse, quòd sit ad impulsum.

Sed placet juxtà communiorem viam negare primum ant., quià videtur expressa mens D. Tho. loco relato. Ad prob. 6. verò annexas, sicut ad replicam contrà posteriorem solutionem, concedo esse ad terminum incommunicabiliter subsistentem, sed hinc nego terminari ad personam. Pro quo adverto, quòd in personalitate Divina duo distinguuntur tanq. formales effectus illius; primum est reddere incommunicabiliter subsistentem, terminum, cui immediatè communicatur, alterum verò constituere personam. Ad præstandum ergo primum effectum, non est necesse, quòd illi correspondeat pro materiali immediato natura, sed satis est, quòd sit aliqua perfectio capax primò terminandi aliquam actionem, quià fieri tantum est subsistentium; cum autem divinus impulsus sit

ſit capax primò terminandi proceſſionem per voluntetem, licet non primò ſubſiſtendi, ut perſone, optimè poterit per ſe primò ſubſiſtere incommunicabiliter, & itè per ſe primò terminari per ſubſiſtentiam reletivam non ut modificantam naturem, quo pecto cunſtituit, perſonam ſed ut modificantem emorem, qua ratione conſtituit terminum pręciſò ſubſiſtentem incommunicabiliter: Undè Spiritus S. procedet ut ſubſiſtens in natura, quidem materialiter, & identicè, in emore verò formaliter, nam amor divinus ex eo quòd perfectiſſimus ſit, habet ex propriis, quòd ſit in ſue linea ſubſiſtens. Hanc ſolutionem amplectuntur grauiſſimi Thomiſtæ, quæ planè ſubtilis eſt, & ingenioſa.

Sed nihilominus contrà illam inſtas. Nam in ſententie Thomiſtarum ſicut perſonalitas habet pro materiali immedieto naturam rationelem, ità ſubſiſtentie neturam, ſivè retionalie ſit, ſivè non, ergo non eſt àdmittendum in doctrina eorum aliquod materiele immediatum ſubſiſtens, quod neture non ſit; unde ſicut non detur ſubſiſtentia, quæ in ſubjecto non rationeli non faciat per ſe primò, & immediatè ſupoſitum, nec debitur perſonalitas, quæ in rationali non faciet per ſe primò, & immediatè perſonam. Prob. aut. nem ſicut communiter negāt ſubſiſtentias partiales, ità negant exiſtentias, ergo ſicut nequit deri exiſtentie, quæ primariò non communicetur naturæ, & ſecunderiò proprietatibus, nec debilis erit ſubſiſtentia, quæ eodem ordine non terminet illas. Quod etiem patet in ordine abſoluto, in quo per ſubſiſtentiem, & exiſtentiam ebſolutem, primò axiſtit, & ſubſiſtit natura diuina, & ſecudariò deindè ejus attribute.

Reſp. neg. aut. ad prob. dicimus doctrinam D. Tho., & Thomiſtarum in hoc conſiſtera, quòd tam ſubſtantia, quàm omnes illins partes, quæ intrà eandam lineem collocantur, unica gaudeant indiviſibili ſubſiſtentie, qua totum, & partes ſubſiſtant. Cæterum proprietetes, quæ ſunt accidentia, nnn teneutur, nec poſſunt eadem ſubſiſtentia, vel exiſtantia ſubſtentiæ ſubſiſtere, vel axiſtere, & ſic pro illis requiruntur diſtinctæ ſubſiſtentiæ, vel exiſtentiæ. Cum ergo impulſus divinus ad lineam ſubſtantiæ formaliter prout netura aſt, non ſpectat, ſed ſit ejus etributum, & eliàs intrà propriem etiem ſit ſummà infinitè perfectus nulli admixtus imperfectioni, non ſolum non repugnabit, quòd illi primò communicetur ſubſiſtentia, ſed hanc etiem exiget ex propriis, cum ſubſiſtentie ſit perfectio ſimplicitar; & quidem, quòd conceptus incommunicebilitet ſubſiſtendi non ſit ſemper per ſe primò convertibilis cum conceptu perſonæ, patet aliqualiter in nature divina terminata per ſubſiſtentiā abſolutam, & communem, quæ licet non conſtituat ēllam incommunicabilitar ſubſiſtentem ad intrà, benè tamen ad extrà, ſivè reddit illem incommunicabilam ſuppoſito extraneo realitet diſtincto, & tamen nullo modo conſtituit perſonam. §. Ex his etiam patat ad id quod primò ſubditur de ſubſiſtentia, quòd in ſubjecto irrationeli ſemper per ſe primò ſaciet ſuppoſitū; nam quidquid de hoc ſit, conſtat ibi non eſſe prędicatum ità perfectum, & axcellens, aut per ſe primò terminans actionem, ut mereatur, aut exiget eic immediatè affici per ſubsiſtentiam, ſicut contingit in caſu. De aliis etiem proprietatibus divinis non perſonalibus, vel non relativis, quæ non per ſe primò terminant ectionam, ſiva non tantum exiguntur, ſed etiā dimanant; patet eſſe diſcrimen ab hujuſmodi perſonalibus, quæ per ſe primò terminant illam, ac proindè ſunt capaces ut dictum eſt, immediatè incommunicebiliter ſubsiſtendi, unde si eliqua iſtarum intrà propriam lineem ex vi ſuæ productionis non habeat, nt terminetur immediatè per illam ut per ſe primò modificantem neturem, ut contingit in impulſu divino, conſtituetur quidem per ſe primò incommunicabiliter ſubsiſteus (cum illius sit, ut dictum eſt, per ſe primò ſubsiſtere, cujus eſt per ſe primò fieri) non tamen per ſe primò formeliter parſona, ſed tantum identicè.

Ad ſecundem replicem, quæ etiam tangit gravem metaphpyſicam difficultetem, quomodo nempè poſſit per ſe primò communiceri proprietas non ſuppoſita priùs communicate radice, vel netura) Illuſtriſs. Godoii hìc §. Ultimo ed 2. (quem ſequitur Gonet. diſp.2. §. ult.) reſpondet non poſſe priùs communicari attributum, antequam communicatur neture, prioritate executionis, bene verò prioritete intentionis. Undà volitio divina primò, & per ſe intendit communicare impulſum, & ſic Spiritui S. ordine intentionie primò communicetur impulſus, & ratione impulſus divjne natura, licet ordine executionis priùs exequatur neturam, deindè impulſum. Quam doctrinam declarant in actione augmentetiva iuxtà probabilem ſententiem aſſerentem per illam tanquam per unicam actionem produci pertialem ſubſtantiem, & partialem quantitetam. Nam licet hujuſmodi actio primò, & per ſe ſit productiva mejoris quantitatis, quià taman nequit hæc heberi ſinè mejori portione, (ut ſic dicamus) ſubſtantiæ, utpotè proprietes illius, ſit indè, quòd via exequutionis major portio ſubſtantiæ præſupponatur ad majorem portionem quantitatie, quamvis via intentionis præcedat.

Cæterum licet hæc etiam ſolutio ingenioſa ſit, diſficultate tamen non caret, quià ut ſubtiliter ponderat M. Ferre, natura non tentum eſt redix ſuorum attributorum, ſed etiam finis, cum proprietates non producantur niſi in ornatum, aut veluti in obſequium ut in nobis, vel famnlatū ſuæ naturæ, ut nempà eidem deſerviant, vel obſequentur, argo ſi quià eadem eſt radix præcedit ordine executionis, quià paritar eſt finie præcedet ordine intentionis, ac proindè in caſu impulſus divinus in neutro præcedare poterit neturā. Suſtinendo nihilominùs probebiliter eandem ſolutionem, reſponderi poteſt ad ejus replicam, neg. ant. in ſubjecta meteria rigoroſè loquendo, quòd natura habeat rationam finis reſpectu impulſus, vel aliorum diuinorum attributorum, nem rigoroſè loquendo ratio finis importat quandam ſubordinationem, vel ſpecificationem reſpectu eorum, quæ ſunt ad ſe ipſum, que ratione ut in ſuperioribus dicebamus, nequit divina ſcientie primeriò, vel immediatè raſpicere ut objectum, aliquod intelligibile, ſivè verum creetum, quià cum objectum ſe hebret ut finis reſpectu ſcientiæ, deberet eb eodem ſpecificari, vel dependere. Hæc verò imperfectio ſubordinetionis per dapendantiam non importetur in præciſo conceptu radicis, & radicati, præcipuà ſi tantum virtualis ſit, vel per eminentiam, ut contingit in divinis reſpectu attributorum abſolutorum, ſinè reeli emanatione, vel productione, ſicut naq. importetur in conceptu producentis, & producti reſpectu reletivorum, vel perſonalium; quià nempè utrobiq. aſt idem eſſe, ſivè ſit per emanationē, vel egreſſum virtualem ut in abſolutis, ſivè per realem productionem, ut in relativis cum omnimoda æqualitate ut inſinuatum eſt.

Sed pręterea reſp. 2. ed eandem principalem replicem

cam dist. ant. iterū in subjecta materia: repugnat priùs communicari attributum, quàm natura, vel eadem non supposita in productione rei, non supposita priùs, nec simul communicata, conc., non priùs præcisè neg. Nā ad verificandum, quòd natura, utpotè radix, sit de numero præcedentium, satis est, (loquendo præcipuè de attributo, vel proprietate relativa, aut personali, quæ non simul exigitur, & dimanat, sed tantum exigitur, & deindè producitur,) quòd simul communicetur, dum istud per se formaliter producitur. Utor ad hanc rem distinctione, vel phrasi, qua utebatur D. August. sermone 59. de verbis Domini tom. 10. c. 4. ædit. antiq. ad explicandum, quomodo verificari potest de novissimè vocatis in parabola vineæ Matt. 20., scilicet de omnibus justis novi testamenti, quòd primi acceperint, sivè priùs quàm vocati primis horis, scil. justi veteris testamenti, ubi inquit. *Si interroges de duobus v. g. quis prior acceperit, qui post unam horam accepit, an qui post duodecimam: omnis homo respondet, quià prior accepit, qui post unam horam accepit, quàm qui post duodecim*. Et si scil. cum isto simul acceperit, ut paulò inferiùs magis explicat dicens. *Si ergo illi primi, qui post multum tempus, nos post modicum tempus, quamvis simul accipiamus, priores videmur accipere, quià merces nostra non tardabit*: Quibus S. P. salua prioritate vocationis antiquorum justorum præfert nihilominùs novissimè vocatos in retributione mercedis, sivè quòd isti priùs eam accipiant ex eo quòd isti propinquiùs ad illam vocati fuerint, & citiùs accipiant, ità ut hæc duo rectè componi possint, scil. quòd aliquid veluti ex natura rei, aut communi jure præcedat alterum, & nihilominùs istud secundum aliquam circunstantiam, vel particulara (ut sic dicamus) jus præferatur sinè præjudicio illius, dum modo simul conveniant in accipiendo. Sic ergo proportionabiliter dicimus contingere in proposito, quòd licet natura ex conceptu radicis aliàs præcedat proprietates sui, vel attributa, potest nihilominùs aliquod ex istis, quod non habetur per puram emanationem, sed per productionem juxtà maritum, vel conditionem istius præcedere illam in ratione termini producti sinè præjudicio prioritatis ejus ut sic, dummodo simul communicetur cum eodem attributo, ut de facto contingit in processione amoris respectu Spiritus S. Nam cū hæc ex propriis per se, & formaliter, ac proindè propinquiùs sit ad impulsum, & aliàs sit productiva personæ teneatur simul communicare naturam, sed hanc tantum identicè, impulsum verò per se formaliter, & consequenter prout sic priùs terminatur ad attributum, sivè ad eundem impulsum, licet simul etiam ad naturam.

Denique responderi poterat juxtà solutionem, quapropter superiorem replicam utitur M. Ferre; unde dist. ant. Inintelligibile est priùs communicari attributum, quàm naturam, si istud communicetur sub munere attributi, conc., si sub munere perfectionis præcisivè se habentis à tali munere, neg. ant., & conseq. Ad prob. dist. radicantur sub munere attributi, conc., sub alio munere Divinæ perfectionis, ut in casu, neg: Itaq. proprietates alicius naturæ (inquit) communicari possunt, vel sub munere proprietatis, & tunc communicantur tantum secundariò per actionem, quę primò terminatur ad naturam, & deindè secundariò ad attributa; vel possunt communicari ad modum cujusdam perfectionis præsciodendo à munere naturæ, & à munere proprietatis, & tunc communicantur per actionem per se primò terminatam ad ipsa attributa. Id ipse etiam exemplificat in quantitate, quæ prout est proprietas substantiæ corporeæ producitur secundariò per actionem per se primò productivam substantiæ corporeæ; quià tamen in augmento ipsius quantitatis, non producitur hæc ut proprietas, producitur per actionem, & motum primò terminatum ad majorem quantitatem: §. Ad tam ergo deveniendo distinguit similiter de impulsu Divino, & secundum quòd proprietas est Divinæ naturæ, & tunc tantum communicari potest secundariò supponendo primariam communicationem naturæ, quià tunc communicatur, ut radicatum in natura, & ut quid communicatum propter ipsam naturam. Potest deindè considerari sub munere cujusdam perfectionis præsciodendo ab utroq. munere naturæ, & proprietatis, & sic consideratus, cum non intelligatur ut radicatus in Divivina natura, potest intelligi primò communicari Spiritui S., quàm natura: sic discurrit laudatus meus Magister.

Quod verò idem impulsus possit sic diversimodè considerari, & terminari actionem productivam explicari potest alio simili, ut suprà de visione, quod pari subtilitate expendit ibidem ut vidimus, Mag. Catalam ad art. 6. dub. 4. ad 1. Nam intellectus hominis, vel Angeli duobus similibus modis possunt considerari; primò absolutè in ratione potentiæ, sive secundum commensurationem, & coaptationem essentialem ad objectum intelligibile, & actus intelligendi: secundò in ratione proprietatis, sive ut habent modum quendam operandi magis, vel minùs perfectè connaturali rationi potentiæ, non abolutè, & secundum se consideratæ, sed quatenus est in tali subjecto, v. g. in homine. Si ergo priori modo consideretur, non consequitur ad essentiam hominis, sed quodammodo eam prævenit, ac proinde non concipitur prout sic fieri per actionem primò factivam ejusdem essentiæ, sed consequitur gradum substantiæ intellectualis univocè communem utriq., unde etiam dicuntur prout sic esse ejusdem speciei. Si verò posteriori modo, tunc utpotè proprietas ab illa emanans, tenetor eam supponere, & fieri per se primò per actionē productivā illius, & prout sic etiam distingui ab intellectu Angeli, qui sub alio modo operandi ab essentia emanat ut proprietas. Quod etiam confirmat exemplo caloris, eodemq. clarè ostendit non esse novum, qualitatem aliquam, vel attributum posse sic diversimodè accipi per comparationem ad ejus essentiam, itaut secundum unam rationem non sit, vel non consideretur ut proprietas illius, nec ad eam consequatur, & secundum aliam consequatur ad illam; nam calor, absolutè secundum suā essentiam non consequitur ad naturam ignis, nec concipitur ut proprietas illius; in summo tamen gradu consequitur, & est proprietas ejus. Placuit hujusmodi solutionibus paulò prolixiùs occurrere eidem difficili instantiæ, quià valde conducunt ad pleniorem notitiam tam sublimis processionis, ad quam explicandam in solutione ejusdem replicæ adeò subtiliter procedunt laudatissimi Authores.

Ad tertiam principalem replicam respond. ex hactenus dictis dist. ma. Quidquid habet Spiritus S. habet ex vi processionis, sive primariò, sive ratione alterios, conc., determinatè ut terminum primarium, nego: itaq. non negamus Spiritum S. esse Deum formaliter, & quòd omnia, quæ habet, ex vi processionis habeat, sed dicimus non omnia habere ex vi illius ut terminum primarium, sed solum impulsum, cætera verò ratione illius; unde etiam dicimus, quòd licet volitio Divina dicatur facere Deum formaliter, si ly formaliter

tet appellet suprà Deum communicatum, non tamen si suprà processionem communicantem. Itaq; impulsus identificatur cum Deo, qui non est Deus materialiter, sed Deus est formaliter, & sic actio, quæ habet pro termino impulsum Divinum, ratione impulsus communicat deitatē formaliter, ly formaliter cadente suprà Deitatem; non suprà processionem, undè ex eo, quòd hæc processio amoris faciat Deum formaliter, aut faciat totum id, quod habet Spiritus S. formaliter, non tamen id facit formaliter, idest ex propria differentia processionis per voluntatem, ac proindè, non per se primò terminatur ad Deum naturaliter, sivè ad naturam Dei, sed tantum identicè, ut dictum est. Ex quo tamen non sequitur quòd sit identicè generatio, quià cum verbe in definitionibus accipiantur in sensu formali, deficiente hoc sensu totaliter ruit definitio.

§. VII.

Soluuntur alia argumenta:

3. Arg. & est replica. Processio Spiritus S. debet esse secundum rationem univocam, ergo cum sit à Deo formaliter, debet pro termino primario habere Deum formaliter; ant. est certum, non enim dici potest æquivoca, cum terminus per istam productus sit imperfectior producente, & aliàs sicut natura Divina per modum objecti intelligibilis concurrit cum intellectu ut ratio, & principium formale producendi Verbum, ità similiter per modum diligibilis concurrit ut ratio, seù principium formale producendi Spiritum S. §. Urg. hoc: quià omnis productio univoca communicat primò, & per se, temino producto id, quod se habet iu producente ut ratio, seu principium formale agendi, vel producendi, ergo si hæc processio amoris est univoca, & natura per modum objecti diligibilis est ratio, seù principium formale producendi, primarius terminus illius erit natura.

Ad hoc dist. ant., debet esse secundum rationem univocam juxtà meritum, seù conditionem suæ lineæ, conc., alterius, neg. cut., & conf., quià ut patet ex dictis linea volitiva cum sit impulsiva, non assimilativa, non petit esse univoca comparativè ad quodcunq. principium agendi intrà se ipsam, sed tantum ad proximum, quod est amor Patris, & Filii, non ad radicale, quod est natura. Unde ad prob. annexam nego suppositum, quòd natura sit intrà illam ratio, aut formale principium, à quo proximè procedat Spiritus S., sicut est intra lineam intelligibilem respectu Verbi, nam objectum diligibile tantum movet, & impellit ad productionem illius, scilicet in ratione cogniti ut explicatum est: §. Per quòd etiam patet ad confirmat. unde D. Tho. hìc ar. 4. ad 2. inquit, *quòd similitudo* (ac proinde etiam univocatio) *aliter pertinet ad Verbum, & aliter ad amorem. Nam ad verbum pertinet in quantum ipsum est quædam similitudo rei intellectæ, sicut genitum est similitudo generantis* (quod est esse similitudinem in natura juxtà definitionem generationis) *sed ad amorem pertinet, non quòd ipse amor sit similitudo, sed in quantum similitudo est principium amandi.* Idest movens, & impellens ad amandum & non quasi sit formalis ratio assimilandi, vel agendi ut dictum est, & contingit intrà lineā intelligibilem. *Unde* (concludit) *non sequitur quòd amor sit genitus, sed quòd genitum sit principium amoris*: §. Univocatio ergo, vel similitudo hujus processionis in eo consistit, quòd amor productus assimiletur amori Patris, & Filii, à quo procedit, quod verissimum est, non verò in eo, quòd ex vi processionis terminus productus assimiletur Divinæ naturæ, quæ habet radicare amorem utriusq. Non enim omnis actio assimilat terminum productum in principio radicali cum producente, ut patet in nobis, in quibus per actionem potentiæ augmentativæ, visivæ, loco motivæ, & hujusmodi non producitur terminus formaliter similis in nature, seù principio radicali.

Sed instas. Quia nec etiam in processione Filii intervenit talis univocatio, quòd primarius ejus terminus assimiletur principio radicali, sed tantum proximo, ergo si nihilominùs est generatio, poterit & illa Spiritus S. esse generatio non obstante defectu similitudinis in principio radicali. Prob. ant. Nam Verbum, quod est primarius terminus intellectionis tantum evadit simile objecto prout continetur in specie impressa, sed prout sic contentum est tantum principium proximum intellectionis, ergo etiam processio per intellectum est solum univoca per similitudinem termini primarii ad principium proximum illius.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. mi., vel etiam dist., in nobis transeat, vel conc., in Deo, nego, quià ipsissima Divine essentia, vel natura absque distinctione virtuali præcipuè iu ratione objecti nō distinguitur à se ipsa ut habet rationem principii radicalis, sivè radicantis intellectum, & ut habet esse objectum illius proximè concurrens ed illam, qua etiam ratione ut in superioribus explicatum est, repugnat omninò semel quiditativè cognosci, aut videri non visis aliis Divinis, quià in ratione objecti visibilis non ponit in numerum etiam virtualiter cum illis. Undè D. Th. suprà quæst. 14. ar. 4. in fine corp. inquit. Undè cum ipsa sua essentia sit etiam species intelligibilis, ex necessitate sequitur, quòd ipsum ejus intelligere sit ejus essentia, & ejus esse. Et sic patet ex omnibus præmissis, quòd in Deo intellectus intalligens, & id quod intelligitur, & species intelligibilis sunt omninò unum & idem. Ex quo ut vidimus, gravissimi Thomistæ sumunt fundamentum ad constituendam metaphysicè naturam Divinam per intelligere actuale. De quo tamen latè in superiori tomo: §. Ex his patet, quòd si semel processio Verbi est univoca per ordinem ad principium proximum, pariter sit necessariò talis per ordinem ad radicale, seù naturam; quod non contingit in processione amoris; siquidem natura, quæ amatur non est principium proximum amandi, quià ut proximè, & suprà dictum est, non concurrit ad amorem in esse rei, seù quià est, sed quià cognoscitur; quod quidem satis est, ut sit motivum ad amendum se, non temen ad assimilandum sibi amorem.

Sed instas. Quià natura Divina, ut radicale principium intellectionis obtinet retionem essentiæ, ut verò est species impresse, secundum quam rationem est proximum principium intellectionis est attributum, ergo nequit ut principium radicale intellectionis non distingui à se ipsa virtualiter, ut est proximum principium illius: conf. tanet, quià essentia Divina distinguitur virtualiter à suis attributis.

Resp. primò neg. ant. pro 2. parte, quià ut proximè colligitur ex D. Tho. ipsissima essentie intransitivè ad rationem attributi, & habet munus radicis intellectionis, & munus speciei repræsentantis se ipsam. & sua prædicata quiditativa, ec proindè Verbum pro-

cedans, ex primario sui conceptu habet esse simllitudo prædicatorum ex quibus essentia, vel quiditas Divina constituitur: §.2. Resp. aodem admisso etiam pro 2. parte, dist. consequens, meterialiter, vel in esse entit trenseat; in esse intelligibili, vel objectivo, neg. Naquè hinc inferendum est Verbum Divinum evadere simlle in esse intentionali, vel repræsentativo, quià ut dictum ast, ex quo est supremum eaelogetum in linea intellective, vel essimilativa, non stat quòd evadat simile ax vi suæ processionis in asse repræsentetivo, vel intentioneli, & non evadat tale in essa natorali, ut magis adhuc constabit infrà.

Tertiò resp. iterom edmissa 2. par. neg. cons. ad illius prob. dist. ant. debet distingui à suis attributis, loquendo de illis, quæ superaddunt perfectionem ettributalem ad illam, ut sunt justitia, misericordia &c. conc., quæ non superaddunt perfectionem, sed præcisam rationem muneris, ut est v. g. sanctitas respectu ejusdem essentiæ, nego, Nam alie sunt attributa in Divinis, quæ dicuntur per superadditionem perfectionis ettributelis ad essentiã, ut sunt duo priora, & similia, & hęc hebent distingui virtualiter eb illa. Alia verò dicuntur per solem additionem muneris consequenter se habentis ad munos essentiæ, ut contingit in posteriori Sanctitatie. Hæc enim dicitur attributum Divinæ naturæ, non quià ad illem addat perfectionem; (siquidem ratio sanctificandi formaliter consistit in radice operom supernatoraliom, quod natura Divine per se ipsam exercet, unde per gratiam, quæ est formalis ejus participatio nos etiam juxtà Triden. dicimur formaliter sentificari) sed quià priùs intelligitur à nobis essentia Divina sub munere essendi, quàm sub illo santificandi, ideò solam superaddit rationem muneris. Similiter ergo ratio speciei in Deo dicitur attributum, non quià ad essentiam eddat perfectionem virtualiter distinctem ab ille, sed quia addit munos consecutũ ad munus essentiæ, & ideò ex quo præcisè attributum est, non tenetur distingui distinctione virtuali, sed sola diversitate muneris.

Sed edhuc instas. Nam Verbum ax vi processionis solum evadit simile natoræ, prout subest muneri speciei impressæ, sed prout sic solam obtinet rationam attributi, ergo ex vi illius solum evadit simile attributo, ac proindè juxtà superiorem doctrinam non erit generatio: §.Resp.dist.me. ut subest muneri speciei, ly *ut* reduplicante munus speciei, neg. redoplicante naturam contentam sub specie, vel gerantem monos illius, conc., unde ex vi processionis non evadit simile muneri speciei, sed netoræ exarcanti tale munus, vel contentæ sub specie, vel reprę sentatæ per illam, & ideò nec tenetur repræsentare tele munos; imò nec fieri simile naturæ reduplicativè ut sic exercenti idem munus, nam prout sic netura pertinet ad lineam actus primi, sivè ad gradum intelligibilis; verbum eutam ed lineam actus secondi, seù ad gradum intellecti, cum sit essentieliter intellectum in actu 2.; sicut similiter dicimus de amore Divino producto, quòd licet assimiletur amori Patris, & Filii in eo, quòd emor est, non tamen in eo, quòd amor est per modum actus primi; sicut nec actus 2. in universum essimiletur primo, in hac ratione primi, aliàs simul esset secundus, & primus, & consequenter productivus sui, quod implicat.

4. Arg. & adhuc potest esse replica. Spiritus S. ex vi suæ processionis procedit ut unum in netura cum Patre, & Filio, ergo netura & non solum impulsus est terminus primarius illius, ac proindè formeliter ut similis ex vi ejusdem habet procedere. Prob. ant., quià Spiritus S. non minùs quam Verbum est formaliter unum in natura Divine, nisi velimus inter personas Divinas dare disparitatem, vel inæqualitatem in eodem prædicato unitetis in natura, quod est elienum; sed quidquid habet Spiritus S., habet ex vi suæ processionis, nisi velimus habere à se ipso, & non à Petre, & Filio, quod non est minùs inconveniens, ergo ex vi illius est unum in natura.

Ad hoc patet ex dictis; unde neg. ant. Ad prob. dist. mi. ut suprà, habet ex vi suæ processionis, juxtà meritum suæ lineæ, seù cum distributione accommoda juxtà exigentiam illius, conc. indifferenter, & non juxtà ejus conditionem, nego. Omnia ergo habet ex vi illius, sed non eodem modo; seù ut clariùs, & magie propriè loquamur; omnia habet per processionem, sed non ex vi processionis; sicut suprà in simili dicebamus, Beatos formare verbum in visione, sed non ex vi visionis, aut per illem; unde licet Spiritus S. sit formaliter unum in nature, sicut est formeliter Deus, non tamen id hebet ex vi processionis, seù ut terminus formelis, vel per se primò illius, sed tantum ut materialis, vel identicè, quià nempè impulsus, (qui est per se primò, & terminus formalis illius ut ostensum est) est formaliter Deus, vel unum in natura, & ideò etiem ratione illius verificatur de Spiritus S., quòd sit formeliter Deus, & unum in nature.

Sed instas. Nam voluntas ex propriis, vel juxtà meritum suæ lineæ est formaliter unitiva, scil. amantis cum emeto, imò transformative illius in istum, ergo voluntas Divina, seù perfectissima faciet ex propriis, & formaliter perfectissimem unionam, scil. in netura, ac proindè Spiritus S. procedens ex hac perfectissima volontate, evedat ex vi suæ processiunis, sivè formaliter unum in nature, & non tantum meterialiter, vel identicè: utraq. cons. tenet, & ent. est etiem certum.

Resp. dist. ant. claritatis gratia eodẽ modo, est formaliter unitiva uniona de proprie linee, scil. affective, cõc. effactiva, vel naturali; nego, ad hanc enim solum pervenire potest in Divinis identicè, ex eo quòd voluntas Divina parfectissime est, non per se primò, & formaliter ut explicetum est, in quo etiam sensu intelligendũ est, quod ad hanc rem ut suprà insinuavimus, illam convenire cum intellectu Divino, scil. salvo aliàs discrimine inter lineam utrinsquè.

Sed contrà hanc solutionem videtur satis urgere haec eadem parites. Nam sicut intellectus ax propriis est tentum essimilativus in esse objectivo, vel intentionali, ità voluntas est tantum unitive in asse effectivo, sed nihilominus ascendando ad supremum analogatum intellectus Divinus est essimilativus etiã in esse naturali, ergo pariter escendendo ad supremum enalogatum voluntatis Divinę erit unitiua etiam in esse naturali: §. Expl., & urg. hoc, nàm ideò, (ut uidimus ex D. Th.) supremum analogetum intellectus Divini est asimilatiuum formaliter etiam in esse natureli, quià in Deo est idem intelligere, & esse, sed etiam uelle Divinum est idam cum asse naturali, ergo periter voluntas Divine erit unitive in hoc esse formaliter: §. Urg. ulteriùs. Ideò intellectus Divinus est formeliter essimiletivos in utroq. esse, quià in hoc sui gradu, vel linee est perfectissimus, sed non minùs est perfectissime in sue, voluntas Divina, ergu erit ipsa etiam formaliter unitiva in utroq.

Huic instantiæ, quæ valdè difficilis est, Resp. neg. ma., nam licet de intellectu creato verificetur esse asimilativum tantum in esse intentionali, & insufficienter ad generare sibi simile simpliciter, ex eo quòd sic

generere

generare sibi simile ut dicebamus, sit opus naturæ perfectæ in statu perfecto non tamen est de ratione intellectus ut sic, abstrahendo à creato, & increato, ut supponimus etiam ex fide generationis Verbi in Divinis. Cæterum esse unitivam tantum secundum unitatem affectivam primò, & per se, vel formaliter, non solum est de ratione voluntatis creatæ, sed etiam abstrahentis à creata, & increata, ut statim constabit, unde major est distantia inter utramq. unionem, vel in utroq. esse, quàm inter utramq. rationem assimilandi. Ratio verò discriminis sumitur ex propria utriusq. lineæ. Quià esse naturale Divinæ essentiæ, quatenus summè Immateriale, vel primò, & per se immediatè fundat esse formaliter intellectivum, & intelligibile, vel sunt duo conceptus, vel rationes inadæquatè constituentes formaliter eundem gradum intellectivum, ut in superioribus explicatum est, sic quòd unum modò, vel convertibiliter, aut veluti à priori probetur per aliud, aut inferatur ex illo: cæterum linea volitiva cum sit quid consecutum, unde nec spectat ad vitam primariò, sed consecutivè, & derivativè nequit ex propriis, vel formaliter, aut per se primò etiam in supremo analogato facere unum secundum unitatem naturalem, sed tantum identicè, quià nempè in re est idem velle Divinum cum esse naturali. Per quod patet ad 1. confirmationem.

Ex his, & superioribus aliud etiam discrimen inter utramq. lineam infertur, nempè, quòd cum similitudo intentionalis, & naturalis non differant secundum formam, secundum quam attenditur similitudo, sed tantum in modo essendi ejusdem formæ, cum utrobiq. sit eadem natura repræsentata, optimè potest intellectus, qui ex propriis assimilativus est, si sit in supremo analogato, sivè in subjecto habente naturam, vel gradum intellectivum perfectè in statu perfecto pervenire sinè ulla repugnantia suæ lineæ ad assimilandum in esse naturali: cæterum impulsus, sivè amor unicus amatum cum amato affectivè, differt secundum formam ab unitate in natura, quià amor ut dictum est, solum est inclinatio ex propriis in bonum aprehensum, ut conveniens naturæ, undè nec istud movet quià est, sed quià cognoscitur, vel est cognitum, & purè extrinsecè propositum, & trahens ad amorem sui, & ideò nec potest iste esse formalis similitudo ejusdem boni, vel rei amatæ, nec consequenter continere sub alio modo essendi intrinsecè eandem formam, seù naturam rei volitæ. Constat autem magis differre, quæ differunt in forma, quàm quæ solum differunt in modo essendi ejusdem formæ.

Hinc etiã infertur tertium discrimen, vel magis explicatur utriq. præcedens, (quæ ferè in idem redeunt) nam cum natura Divina utpotè summè fæcunda, & summè bona sit per se ad intrà juxtà mysterii exigentiam communicabilis, & quidem per se primò in esse naturali, tenemur in Deo assignare potentiam, per quam per se primò formaliter communicetur tanq. terminus formalis suæ actionis, hæc autem ut ostensum est, potiori jure est intellectiva, quàm volitiva, cum in natura, vel gradu intellectuali ratio intellectivi sit prima, utpote per se primò, & immediatè fundata ab esse summè immateriali; vel convertibiliter ex æquo, una mutuò immediatè illativa alterius ut dictum est; ratio autem volitivi quid consecutum est, & à priori illata ex illa intellectivi, ut in superioribus probatum, & explicatum est, ac proinde sola intellectiva erit primò, & per se formaliter communicativa illius etiam in supremo analogato, non autem volitiva.

Sed instas, Natura Divina juxtà meritum, & exigentiam ejusdem Mysterii non admittentis inæqualitatem, vel diversitatem in esse naturali per se petit communicari tribus personis ordine quodam, ergo si quià intellectus Divinus est prima potentia perfectissima, sivè in supremo analogato, est per se primò communicativus formaliter ejusdem naturæ Verbo in esse naturali, pariter voluntas Divina, quià perfectissima est, (utpotè in eodem supremo analogato,) non tantum in esse affectivo, sed etiam naturali erit per se communicativa illius formaliter Spiritui S., licet non per se primò, saltem per se secundò, sivè secunda processione. Conf. videtur tenere à paritate perfectionis in utroq. esse.

Resp. dist. ut suprà ant., per se petit juxtà meritum, & conditionem utriusq. lineæ, in qua est processio, vel communicatio illius, conc. non attenta eadem conditione, nego, nam cum linea volitiva in qua est processio Spiritus S., sit purè impulsiva nec ullo modo assimilativa similitudine de linea generationis, ut ostensum est; non potest ex propriis habere pro termino formali naturam, sed tantum impulsum, & solum identicè communicare illam, ex quo perfectissima est, vel Divina, nisi velimus confundere meritum utriusq. lineæ, nec distinguere inter lineam assimilativam, & purè inclinativam, undè quià intellectus ex propriis ut dictum est, pertinet ad priorem lineam, nullo verò modo voluntas, sed tantum ad posteriorem, & solum intrà priorem fieri possit formalis communicatio, ut pariter probatum est, non intrà posteriorem, poterit quidem voluntas in supremo analogato communicare illam identicè in esse naturali, non formaliter, sed soli intellectui id tantum conveniet, si in eodem supremo analogato sit, quià sic illam communicando, cum jam assimilativus sit ex sui natura, non transit de linea ad lineam, sicut transiret voluntas, cum adæquatè pertineat ad inclinativam. 5. Tum quià ut rectè etiam ponderat Illustriss. Godoii eo ipso, quòd processio Spiritus S. sit secunda supponit jam naturam communicatam in esse naturali per actionem intellectus, unde nequit ampliùs exigere per se primò communicare illam in eodem esse, sed solum identicè, & tantum habere impulsum pro termino formali, sivè inclinationem in bonum conveniens naturæ. Ex quibus etiã fit satis ad id de inæqualitate, vel diversitate repugnante eidem Mysterio, quià non derogat huic habere illam, hoc vel illo modo, sed non habere eandem, vel cum eadem perfectione, quod non infertur ex diversitate modi habendi, sicut nec habere illam ab alio, ut jam contrà Arrium, & alios hæreticos ex D. Tho. insinuatum est.

Sed contrà hanc posteriorem solutionem, vel discrimen adhuc instas. Quàvis divina natura per actionem intellectus supponatur jam communicata Verbo, non tamen supponitur per illam communicata Spiritui S., ergo huic per se primò communicabitur per propriam processionem. Patet conf. quià sicut Deus per se primò, & æqualiter est Deus in tribus personis, ità natura divina per se primò, & æqualiter petit esse in illis, ergò si Spiritus S. non habet illam per actionem intellectus, habebit per se primò illam per propriam processionem.

Dices ex eodem negando conf., quià ut Spiritui S. per se primò non communicetur natura, sufficit, quòd licet suppositaliter distinguatur à Verbo, non tamen ab illo individualiter, cum tres personæ divinæ sint unum individuum Deitatis; unde nec ulla hinc potest inferri

inferri inæqualitas in ratione Deitatis, vel naturæ, quià sola diversitas ut dictum est, in modo habendi non diminuit in aliqua earum plenitudinem totius Deitatis, vel perfectionis naturæ habitæ.

Sed contrà hoc est primò. Quià hinc sequeretur nec Verbum habere illam per se primò ex vi suæ processionis, quià pariter supponit eandem in Patre, & licet suppositaliter distinguatur ab illo, est tamen idem individuũ Deitatis cum illo, ergo si hoc sufficit ut nõ dicatur per se primò communicari Spiritui S. ex vi suæ processionis, pariter sufficiet respectu Verbi, quod tamen est alienum. §. 2. quià ubi in aliquo individuo naturæ non supponitur communicata natura, licet supponatur in alio individuo, actio productiva illius primò, & per se intendit communicare naturam in illo, ergo ubi communicatio naturæ, licet supponatur in eodem individuo, si tamen non supponitur in eodem supposito, actio productiva talis suppositi poterit primò, & per se intendere communicationem naturæ in illo, ac proindè licet ex eo, quòd tres personæ sint idem indiuidum Deitatis actio productiva Spiritus S. supponat jam naturam in illo communicatam ex vi processionis Verbi, si tamen non supponit illam in supposito Spiritus S. poterit processio istius primò, & per se intendere communicationem naturæ in hoc supposito.

Resp. sustinendo eandem posteriorem solut., vel nego priori replicæ sequelam, vel dist. claritatis gratia ad tollendam æquivocationem verborum; sequeretur nec Verbum per se primò habere illam ex vi suæ processionis, à toto genere modi habendi, sivè habere ut cunq. conc., habere ut communicatam, neg nam licet supponat eam in Patre, non tamen supponit eam, ut communicatam in illo, sed habitã à se, cum Pater à nullo procedat, Verbum autẽ procedat à Patre, undè optimè potest ejus processio utpotè prima ut dictum est, juxtà exigentiam fœcunditatis naturæ per se communicabilis ad intrà, habere illam pro termino primario, seù formali, aut per se primò communicandam Verbo.

Ad 2. neg. conseq. Tum quià ad extrà natura, quæ communicatur distinctis suppositis non est eadẽ numero, sicut in Deo, undè adhuc restat locus, ut per distinctam productionem possit ut sic numero distincta per se primò communicari, nam prout sic distincta non supponitur communicata in alio. Tum quià utraq. productio utpotè ejusdem rationis, non petit distinctum terminum formalem ut in casu, quià ut dictum est, processio Verbi, & Spiritus S. spectant ad distinctam lineam, ac proindè nequeunt per se primò conuenire in eodem termino formali; undè si semel illa Spiritus S. supponit naturam divinam per se primò communicatam Verbo, nequit per se primò esse communicativa illius.

Quòd si dicas diversitatem utriusq. lineæ non esse penès terminum, sed penès diversum modum tendendi utriusq. potentiæ, quarenus intellectus trahit, & voluntas trahitur. §. Resp. nego ant., imò etiam suppositum illius, quòd talia diversitas in modo tendendi salvari possit sivè diversitate formali ex parte termini, tum quià ut insinuavimus, alter pertinet, scil. intellectus ad lineam primariam in natura intellectuali; alter verò ad lineam consecuti, undè volitivum ut dictum est, à priori probatur per intellectiuũ, tanquam quid consecutum, vel derivatum ad illud. Tum quià objectum intellectus est ens, ut ens; voluntatis verò est bonum, qua bonum, quod est attributum entis. Tum quià (ut hinc etiam infertur) major est distantia objectiva inter ens, & bonum, quàm inter bonũ, & bonum sub diversa ratiõ consideratione, cum utrumq. sit intrà lineã boni, vel attributalem; & tamen inter hujusmodi utomq. bonum potest esse diversitas formalis objectiva, ut patet in eodem bono divino respectu spei, & charitatis, quod est objectum spei prout consequibile, & charitatis prout consideratur secundum se.

Adde etiam ex dictis, quòd cum ut sæpè dictum est, intellectus ex propriis suæ lineæ habeat communicare verbo formam, & naturam rei intellectæ, si semel est in summo, & perfectissimo analogato, in quo admittere nequit diversitatem, aut differentiã quoad rem, seù quoad substantiam, sed tantum quoad modum essendi, (cum perfectio alterius lineæ sic constituta in summâ sui perfectione nequeat aliter intrà illam differre nisi quoad aliquam modum essendi) petit communicare illam non tantum sub modo essendi intentionali, vel imperfecto, ut contingit in intellectu creato, sed etiam naturali, & consequenter non habere alium terminũ formalem quoad rem, sed quoad modum. Cæterum voluntas ut dictum est, ex sui ratione essentiali, seù propriæ lineæ non habet communicare formam, & naturam impulsui interno, cum amor non sit similitudo rei amatæ, sed tantum inclinatio ad illam, ac proindè quantumcunq. ascendat ad supremum analogatum nequit pervenire ad illã communicandam sinè transitu ad aliam lineam, vel nisi exeat limites propriæ, & transeat ad alienos, ac proindè nisi habeat alium terminum quoad substantiam, & non solum quoad modum essendi.

Ex quo iterum patet, quàm longè distantior sit etiam in supremo analogato linea affectiva à naturali, vel effectiua, quàm linea, vel similitudo intentionalis à naturali; prior namq. est quoad substantiam, posterior verò tantum quoad modum. Quod totum etiã insinuat D. Tho. q. 10. relata de pot. ar. 2. ad 22. ubi ait. *Dicendum, quòd processio Spiritus S. est processio amoris; per processionem autem amoris non producitur aliquid, ut recipiens formam eius, à qua procedit, sivè naturam, & ideò processio amoris non habet rationem generationis, vel natiuitatis. Sed quòd Spiritus S. naturam, & formam Dei Patris recipiat sua processione. hoc habet in quantum est amor Dei, in quo non est aliquid, quod non sit de natura ipsius. Et deindè immediatè respondens ad primum, quo ostendebatur in divinis esse plures processiones, quàm duas, inquit; quòd in divinis una, & eadem est processio, quæ est per modum intellectus, & quæ est per modũ naturæ.* Quibus non leviter utrumq; indicat, nempè differentiam inter utramq. processionem, quòd altera est communicativa naturæ ex propriis, & altera non; & deindè consequenter, quòd intellectus communicando illam etiam in esse naturali, ut supponitur in divinis, sistit intrà proprios limites, non verò voluntas, sed solum materialiter, vel identicè, in quantum non est aliquid in Deo, quod non sit de natura ipsius.

5. Atq. & iterum est replica. Nam processionem intellectus esse per modum naturæ, itaut Verbum sic per illam procedens evadat simile in esse naturali ex vi suæ processionis, vel id habetur per intellectum ex quo intellectus, vel ex quo Divinus est, sed ex neutro capite, ergo adhuc non assignatur verum discrimen inter utramq. processionem, quòd nempè altera sit per intellectum, & altera per voluntatem. Ma. patet, quià non videtur assignabile aliud caput. Mi.

quoad

quoad utramq. p. etiam constat, quoad 1. quidem, quià aliàs omnis intellectio esset vera generatio, quoad 2. etiam, quià non minùs Divina est processio Spiritus S. ergo.

Urg. 1. Nam Verbum sic productum, vel habet ex quo Verbum est, vel quià Divinum, sed ex neutro iterum capite ergo: ma. constat, quià non videtur aliud assignabile. Mi. etiam, quià si primum, erit etiã in nobis simile in esse naturali, si secundum, etiam Spiritus S. est amor Divinus, & ut docet D.Th. infrà q.35. ar. 2. quià amor ex quo divinus est, est similis in natura, ergo vel utraq. erit talis, vel est insufficiens præfatum discrimen: §. Urg. 2. nam intellectus Divinus ex eo potissimùm est assimilativus in esse naturali, quià est perfectissimus, actus purus, & infinitus, sed hoc etiam convenit voluntati Divinæ, aliàs Divina non esset ergo.

Ad hoc respond. id haberi ratione utriusq. simul, sicut in simili dicebamus de anima rationali in primo Phys. quòd creatur, & non educitur de potentia materiæ, non ex quo præcisè forma substantialis est, aliàs quælibet alia substantialis crearetur, neq. ex quo præcisè spiritualis est, spiritualitate abstrahente à substantiali, & accidentali, aliàs etiam gratia crearetur, quod tamen reiicitur p. 2. q. 1 12. sed ex quo forma est simul substantialis, & spiritualis, spiritualitate scil. tali, sivè determinata, & veluti contracta ad esse substantiale, quo pacto est per se subsistens, & per consequens terminus solius creationis; ità similiter dicimus in casu, quòd præfata assimilatio in esse naturali convenit intellectui Divino, non ex quo præcisè intellectus est, neq. ex quo Divinus utcunq., sivè Divinitate transcendente omnia Divina, sed determinata, & veluti contracta ad esse intellectivum, nam cum istud ex propriis habeat esse assimilativum, si contingat esse in supremo analogato, sivè Divino trahit quodammodo istud ad sui rationem veluti specificam, unde ex quo intellectus simul, & Divinus est assimilat conceptum, seù Verbum productum in esse naturali, & ideò optimè ex propriis habet, quòd processio sui sit generatio. Cæterum voluntas ut dictum est, cum ex ratione suæ lineæ non sit assimilative, quantumvis reperiatur in supremo analogato linea volitive, sivè Divina sit, nunq. potest pervenire ad hoc, quod est facere ex propriis similitudinem in esse naturali, cum sit de subiecto non supponente intrà propriam lineam, vel ex vi illius: unde ex nullo capite potest ei convenire ex propriis, quòd generet.

Ex his patet ad utramq. confirmat. Ad primam quidem dicimus similiter id habere ratione utriusq., quià cum ex propriis sit per viam assimilativam, si aliàs Divinum est, divinitate sic determinata ad hanc lineam evadit simile etiam in esse naturali: §. Ad 2. pariter dicimus id habere intellectum, ex quo perfectissimus actus purus, & infinitus est scil. in sua linea, quod nequit habere voluntas in sua, estò æquè perfectissima sit, quià supposita fide ejusdem discriminis inter utramq. processionem, non sunt attendenda hujusmodi prædicata in sui veluti transcendentia, sed ut determinata, & veluti contracta ad utramq. lineam, & secundum meritum utriusq. lineæ; in quo etiam sensu intelligendi sunt aliqui ex nostris, qui probant præfatum discrimen, seù quod processio per intellectũ est generatio, & non per voluntatem, quià perfectissimus est &c. & non præcisè, quià Divinus; sumunt enim divinitatem veluti transcendentaliter ad omnia Divina, & rationem perfectissimi de linea determinata, sivè intellectiva, quo pacto non militat pro linea volitiva: Undè solum identicè ut dictum est, importat similitudinem in natura, in quo etiam sensu loquitur ibi D. Th., ut manifestè patet ex præmissis ibidem.

Hinc facilè reiicitur, quòd obiiciendo multiplicant ex hoc capite summę perfectionis tum ex parte processionis, quòd sit supremum analogatum, tum ex eo quòd divina est, in linea amoris, ac proinde, quòd sit communicative per se primò summi boni, sivè naturæ & aliorum attributorum. Tum ex eo etiam quod est actio immanens & perfectissima, unde debet in hac ratione, sivè ad intrà, habere terminum summè intimum, sivè unum, & consequenter non solũ in esse affectivo. Tum deinde ex parte termini producti, si pariter velimus, quòd sit perfectissimus, quòd non tantum sit talis ex propriis, in linea attributali, sive impulsus, sed per se primò etiam in naturali, sicut per se primò, & formaliter est verus Deus, & æqualis Patri, & Filio, nam Divinitas est, quæ debet primò convenire cuilibet Personæ, tanquàm radix omnium in Deo.

Facilè inquam reiiciuntur hæc omnia, concedendo quidem, quòd debent convenire, sed non aliter ex propriis, nisi juxtà meritum, vel conditionem suæ lineæ, quæ ut dictum est, cum non sit assimilative, sed inclinativa, per se primò, & formaliter solum haberi possunt, quæ per se primò, & formaliter spectant ad hanc lineam; quæ sunt autẽ prout sic solum pertinere impulsũ, qui cum deindè sit Deus formaliter, & summè æqualis cum cæteris Divinis, summè infinitus, perfectissimus, & actus purus, ratione illius verificatur, tum ex parte processionis, tum ex parte termini producti, quòd adsint omnia Divina formaliter in processione Spiritus S., aut habeantur per illam, sed non ex vi illius formaliter ut explicatum est, sed solum identicè.

§. ULTIMUS.

Corolaria ex dictis.

Colligimus primò ex superioribus, & ex proximè dictis, quòd si semel Spiritus S. per se primò, & ex vi suæ processionis communicaretur natura Divina, non videtur posse tunc negari quòd ejus processio sit generatio: §. Scio non deesse (quos insuper nomine refert Illustriss. Godoii, & sequitur Contenson) qui adhuc oppositum sustineant existimantes adhuc differre ab illa Verbi, quòd nunquam perveniret ad hoc, quòd esset actio per se assimilativa, quod est omninò necessarium ad rationem generationis.

Sed licet de facto ità sit, quòd ex propriis suæ lineæ non sit voluntas per sui actionem formaliter assimilativa, in quo sensu suprà insinuavimus hoc discrimen; in suppositione tamen, quòd esset per se primò communicativa naturæ Spiritui S., non videtur posse ampliùs denegari rationem assimilativi sufficientes ad salvandum conceptum generationis in tali processione, quidquid sit, quòd adhuc differre posset ab intellectu in modo assimilandi, sicut perpetuò dicitur differre in illo procedendi. Nam in tali suppositione terminus formalis, & primarius illius est natura, ergo ejus actio esset per se assimilativa, prob. conſ. quià actio per se specificatur à suo termino formali, vel primario, ergo non stat habere pro termino formali naturam, & non esse per se assimilativam. Conſ. tenet, quià natura est, quæ productum, vel genitum constituitur

tuitur formaliter simile producenti, vel generanti: §. Tum quià ex eo in creatis genitum dicitur procedere, à generante per actionem per se assimilativam, quià procedit per actionem primò, & per se formaliter ordinatam ad communicendum illi naturam, per quam constituitur simile generanti, ergo nequeunt hæc duo componi, quòd processio Spiritus S. communicet per se primò eidem naturam Divinam, & non sit assimilative primò, & per se ac proinde formaliter.

Sed opponit prædictus noster Contenson autoritatem D. Tho. 4. cont. Gent. c. 23. ubi videtur expressè docere, quòd etiam si Spiritus S. acciperet naturam sui principii, non tamen adhuc possit dici natus, & filius, quià adhuc non verificeretur procedere modo assimilativo, vel actione formaliter assimilativa. Verba D. Tho. propè finem cap. sunt. *Quamvis autem Spiritus S. verus sit Deus, & veram naturam Divinam habeat à Patre, & Filio, non tamen oportet, quòd filius sit. Filius enim dicitur aliquis ex eo, quòd genitus est. Unde si res aliqua naturam alterius ab eo acciperet non per generationem, sed per alium quemcumq. modum ratione filiationis careret ut puta si aliquis homo virtute sibi divinitus ad hoc concessa hominem faceret ex aliqua sui corporis parte, vel etiam exteriori modo, sicut facit artificiata, productus homo producentis filius non diceretur, quià non procederet ab eo, ut natus. Processio autem Spiritus S. rationem nativitatis non habet, ut suprà ostensum est.* Scil. cap. 19. ubi dixit Spiritum S. non esse natum, quià non procedit per intellectum, sed per voluntatem. *Unde* (subdit) *Spiritus S. licet à Patre, & Filio Divinam naturam habeat, non tamen eorum Filius dici potest.* Ità D. Th. in quibus videtur manifestè docere, utrumq. optimè stare, quòd aliquis accipiat naturam ab alio, & non esse natum, vel genitum, quià nempè non accipit modo assimilativo, vel actione per se assimilativa, ac per consequens posse optimè componi, quòd quis illam accipiat ab alio, & non accipiat modo, vel actione assimilativa, sivè per se destinata à natura ad imprimendum similitudinem termino producto.

Id confirmat idem Autor exemplo Abel, & Evæ, nam hac ratione ille dicitur filius Adam, non Eva ex costa ejus formata, quià licet utriq. fuerit communicata natura humana, non tamen eodem modo, Abeli quidem actione generativa, & assimilativa, secus verò Evæ: tunc verò subsumit. Atqui actio intellectus est propria characteristica, & differentiali ratione est assimilativa, secus verò actio voluntatis ergo.

Resp. D. Tho. non loqui de acceptione naturæ per se primò, & formaliter, & ex vi productionis ut in casu suppositionis, præcipuè in subjecta materia, sed ut contingit de facto eam accipere Spiritum S. à Patre, & Filio, quem ut vidimus ex eodem, non accipit de facto, nisi identicè, & non ut terminum formalem suæ processionis, ut patet ex seria totius capitis: tunc verò est certum, & fatemur omnes, utrumq. optimè simul stare, quòd Spiritus S. accipiat naturam, & non accipiat modo, vel actione generativa, aut assimilativa. § Itaq. ad hoc tendit eisdem exemplis D. Tho. quòd ut ostendat Spiritum S. quamvis accipiat naturã divinam, non tamen esse filium, & genitum, vel natum, quià nempè potest stare, quòd quis accipiat illam, & non accipiat per viam generationis, quod non negemus, sed supponimus, ut dictum est, de fide, quidquid deindè sit, quòd si contigeret accipere eam per viam productionis viventis à vivente principio conjuncto tanq. terminum formalem illius, esto hujusmodi productio non esset aliàs ex propriis, vel ex vi suæ lineæ assimilativa, tunc deberet esse talis, quod affirmatur in Corolario ratione dicta à priori, & exemplo adducto in creatis à posteriori. §. Per quòd cessat exemplum de homine alia via, vel actione producto ab alio per virtutem illi divinitùs concessam, quià ut advertit M. Serra hic in expositione art. 4., homo ille productus non haberet naturam hominis formaliter, sed ut terminum formalem suæ productionis, sed quasi materialiter, & secundariò, ideſt non sub ratione, ent; conceptu naturæ, sed magis sub ratione entis, sub quo quasi materialiter, & secundariò venit natura eo modo, quo si produceretur per creationem tunc primariò solum haberet rationem entis, & materialiter solum naturam, vel secundariò. Et idem est de aliis similibus exemplis, in quibus vel non habetur tanq. terminus, vel modo vitali, sive per modum viventis à vivente principio conjuncto, sed magis modo creativo, licet supposito aliquo subjecto ut dicitur de Eva, quod non contingeret in casu suppositionis, in quo ut dictum est, verificarentur omnia, quæ desiderari possunt ad rationem generationis, si semel per processionem Spiritus S. primò, & per se formaliter haberet natura.

Secundò ex his iterum inferimus nõ esse sufficiens prædictum illud discrimen recurrens ad rationẽ imaginis, quià nempè Filius, & non Spiritus S. procedit per modũ imaginis: quià nempè ut dicunt, cum imago addat suprà similitudinem hoc, quod est esse institutam ad repræsentandam rem, cujus est imago, & hoc modo solum procedet Verbum, non Spiritus S., ideò solum Verbum, non Spiritus S. procedit, ut genitum, & ejus processio est generatio, non verò Spiritus S., nec ejus processio, esto dicatur procedere ut similis in natura ex vi suæ processionis, quià non procedit ex vi illius, ut imago ordinata ad repræsentandum, sicut Verbum ex vi suæ.

Nam præter superiora licet detur gratis esse de ratione geniti sic procedere ut imaginem, si tamen Spiritus S. semel accipit naturam ex vi suæ processionis, itaut ex vi illius evadat similis in natura, non est vis ut proximè probatum est, ad negandum illi rationem genit, & consequenter imaginis. §. Tum quià, ut docet D. Tho. infrà q. 35. relata ar. 1. & q. 93. art. 2. duo requiruntur ad rationem imaginis, scil. similitudo in specie rei, vel natura, vel saltem in aliquo signo speciei, & deinde origo, cujus defectu, ut dicit D. Aug. lib. 83. qq. q. 73. & 74. unum ovum non est imago alterius, quià non est de illo, vel ab illo expressum; ex opposito verò ignis dici potest imago ignis producentis, quià est similis in natura, & originatur, vel procedit ab illo, ergo si semel Spiritus S. ex vi processionis evadit similis in natura non potest juxtà D. Aug., & D. Tho. negari ei ratio imaginis, qua ratione verè dicimus in nobis filium procedentem à Patre esse imaginem illius.

Nec refert si primò dicatur ut suprà, quòd ulteriùs requiritur ad rationem imaginis, quòd sit expressa ex intentione ut repræsentet, qua ratione negat Vasquez de eodem igne, & cum aliis Autoribus prædicti modi, de Spiritu S.: §. Nam in primis nisi velimus utrumq. SS. Doctorem fuisse diminutos ad explicandam veram rationem imaginis, & consequenter ad integrè declarandum, cur de solo Filio dicatur in scripturis Colos. 1. & ad Hebr. 1. Non tenemur ad hanc intentionem recurrere, sed ad solam expressionem, vel originem ab alio, §. Deindè quidquid sit

de

de imagine artificiali, vel purè intentionali, non tamen id verificari potest de naturali, vel substantiali. Tum quià in naturalibus nihil refert intentio operantis ad ipsam naturam rei productæ. Tum quià absq. tali intentione, sivè absq. eo quòd Pater in humanis id intendat, filius verè est imago Patris quià est similitudo deducta, & originata ab illo. Tum quià ad imaginem naturalem satis est, ut secundariò tantum repræsentet, nam ut vidimus in 2. phys., substantia contrapositivè ad speciem purè intentionalem, non est instituta à natura, ut repræsentet, sed ut sit. Tum quià aliàs nec Verbum in diuinis esset imago Patris, cum Pater non producat illum voluntate, aut aliqua particulari intentione, sed naturali determinatione, ut dictum est, ergo si semel Spiritus S. ex vi suæ processionis habet esse similitudinem deductam, & originatam à Patre, & Filio, non est ei deneganda vera ratio imaginis ex prædicto defectu intentionis ad repræsentandum.

Nec refert secundò si cum aliis dicatur non sufficere quamcunque similitudinem, vel in sola natura, sed requiri etiam ut sit in ratione principii, quod solum convenit Verbo non Spiritui S., cum Spiritus S. in nulla hujusmodi notione conveniat cum Patre, nec cum Filio utpotè nihil ad intrà producens. §. Quià ut rectè arguit D.Tho. ar.2. ajusdem q.35. ex D.Aug. lib.6. de Trinit. c.4. in fine, & lib.5.c.6. circa mediũ, in divinis non attenditur æqualitas, vel inæqualitas secundum relationes, ergo nec similitudo requisita ad rationem imaginis. Præterquam quòd, minùs planè fundamentum est ad superaddendam hanc similitudinem in notione principii, quàm in natura, cum hanc posteriorem jam omnes admittant, & ex vi communicationis naturæ ut termini formalis habetur, non tamen prior in eadem notione, imù ferà nullus mentionem facit, & tamen non desunt ex contrariis ut vidimus, qui additionem similitudinis in natura impugnant, ergo à fortiori impugnanda est in notione principii.

Nec refert tertiò quod alii dicunt non posse Spiritum S. esse imaginem, nec Filii, nec Patris, nec utriusq. simul; non quidem Filii, quià imaginis non est imago; nec etiam Patris, quià imago refertur immediatè ad id, cujus est imago; Spiritus autem S. refertur ad Patrem per Filium; nec demum utriusq. simul, quià sic esset imago duorum, quod est impossibile. §. Sed hoc nihil est, inquit ibidem D. Tho. quià Pater, & Filius sunt unum principium Spiritus S., ut ostendit infrà q.36. art.4., ergo nihil prohibet sic Patris, & Filii, (inquantum sunt unum,) esse unam imaginem. Cum etiam homo totius Trinitatis sit una imago, ac proindè quidquid sit, quòd non sit imago Filii, vel Patris seorsim, non tamen excludendus esset à vera ratione imaginis si semel ex vi suæ processionis evaderet similis in natura.

Deniq. nec refert, quod subdit ad hæc omnia Mastrius hìc §. *Posset quoq. hoc discrimen alio modo defendi* dicendo Verbum esse imaginem Patris, non autem Spiritum S., & consequenter illum generari, & esse Filium, non autem istum, quià Verbum assimilatur Patri, quodammodò in totum, hoc est tam ex parte naturæ, quàm ex parte personalitatis; licet enim similitudo, in qua fundatur ratio filiationis, & imaginis naturalis, potiùs penès essentialia attendi debeat, quàm penès notionalia, tamen negari nequit, quin & in notionalibus etiam reperitur aliqualis conveniẽtia inter *Patrem*, & Filium, qualis non reperitur inter utrumq., & Spiritum S.; non possit, ac debeat Verbum majori ratione dici imago Patris, & consequenter ejus Filius, quàm Spiritus S.

Quòd autem aliquo pacto Verbum nedum in natura, sed etiam in persona assimiletur Patri, quo non ei assimilatur Spiritus S. declarat sic. Nam Pater constituitur in esse Patris per actionem intellectivam, quę dicitur dictio, aut secundum Thomistas (inquit) intellectio notionalis. Verbum etiam constituitur in suo esse personali per passionem ut sic dicamus, correspondentem, quæ dictio passiva potest appellari, ità quòd Pater per intellectum producit Verbum, & Verbũ producitur ab intellectu. At hæc convenientia non reperitur inter actionẽ constitutivam Patris, & Filii ex una parte, & constitutivum personale Spiritus S. ex alia. Nam hic quidem constituitur in esse personali per spirationem passivam, dum producitur per voluntatem fœcundam Patris, & Filii; verum Pater, & Filius non constituuntur in esse personali per spirationem activam, ergo quantũ ad personalitates (concludit,) & modum, quo Pater, & Filius constituuntur in esse personali, magis assimilantur inter se prima, & secunda persona, quàm tertia cum illis, ac proindè potiori jure Verbum dicitur imago Patris, cum assimiletur ei quodammodo in totum, scil. tam ex parte naturæ, quàm personalitatis, quàm Spiritus S., qui eisdem assimilatur tantum in natura. Et ne videatur ex his quodammodo confundere utramq. personalitatem Patris, & Filii subdit hanc solum statuere similitudinem in esse personali utriusq. quatenùs ambo constituuntur in esse personali, modo intellectuali, alioquin fatetur simpliciter, & absolutè loquendo diversam esse personalitatem Patris ab illa Filii, quià licet ambę modo intellectuali exerceantur, una tamen est activa, quæ est ratio fundandi paternitatem, vel potiùs est ipsa Paternitas, & alia est passiva, quæ est ratio fundandi filiationem, vel potiùs est ipsa filiatio. Sic discurrit recentior istic Scotista.

Sed neq. hic modus explicandi, & saluandi præfatum discrimen inter Filium, & Spiritum S. in ratione imaginis subsistit: nam in multis videtur deficere. Primò quià ut explicatur infrà, non rectè assignat constitutivum personale Patris, & Filii, nam adæquatum utriusq. personæ constitutivum, non est sola paternitas, & filiatio; vel sola intellectio notionalis activa, & passiva, ut sic dicamus, sed etiam spiratio activa, ac proindè in utriusq. etiam esse personali habet convenientiam, & similitudinem Spirtus S. ab utroq. spiratus, unde si semel habet illam ex vi suę processionis in natura, penès quam per se, & principaliter attendenda est similitudo importata per filiationem, & aliquomodo attendenda etiam esset in divinis penès relativa, & non tantum penès absoluta, penès quam unicè aliàs attendi debet, sicut æqualitas, & inæqualitas, ut docet uterq. S. Doctor: nihil ei deesset, ut verè esset Filius, ejusq. processio, generatio; nam adhuc verificari posset ejus similitudo cum utroq. in totum, scil. tam penès esse absolutum naturæ, quàm personale utriusq. in sua linea, scil. volitiva pertinens ad istud, quod sufficere debet, cum nec modo Verbũ, seù Filius in ratione producti id habeat in utraq. linea, sed tantum in sua, scil. intellectiva, nisi velimus, quòd producatur etiam per voluntatem.

Deindè quià falsum est requiri ad rationem Filii prædictam similitudinem in totum, sinè similitudinem etiam in persona. Nam de ratione illius non est assimilari patri in conditionibus indiuidualibus, ut

per se est notam, sed relatio personalis censetur conditio individualis, ergo non requiritur ad rationem filii S. Tum quià assimilatio requisita ad filiationem debet esse specifica, & non purè generica, sivè in natura specifica communicata filio, ut iterum patet, sed assimilatio prout ab eodem exponitur, scil. in ratione activi, & passivi modo intellectuali, generica est non specifica, nam in suis relationibus personalibus, aut proprietatibus veluti specificis, scil. paternitate, & filiatione, magis differunt, quàm conveniant, vel assimilantur, ergo si semel iterum Spiritui S. convenit similitudo ex vi suæ processionis in natura, nihil deest, quod per se desideretur ad rationem filii.

. . Ex quibus manifestum fit solam rationem D. Th. modo exposito esse primordialem, vel fundamentalem ad sustinandum idem discrimen, cur nempè Verbum sit genitum, non verò Spiritus S., quià nempè procedit per intellectum, adeoq. ut simile ex vi suæ processionis in natura, non verò Spiritus S. Ex quo etiam fit, quòd sola secunda persona propriè loquendo est imago Patris, non verò Spiritus S. Patris, & Filii. sicut enim ad rationem filii, ità & ad rationem imaginis requiritur procedere ut similis suo principio non solum in primo, sed etiam in quarto modo dicendi per se, seù ex vi processionis, ut rectè ostendit D. Tho. ar. illo 2. q. 35., Unde post impugnatos superiores modos dicendi sic concludit. *Et ideò aliter dicendum est, quòd sicut Spiritus S quamvis sua processione accipiat naturam Patris, sicut & Filius, non tamen dicitur natus, ità licet accipiat speciem similem Patris, non dicitur imago: quià Filius procedit, ut Verbum de cujus ratione est similitudo speciei ad id, à quo procedit, non autem de ratione amoris, quamvis hoc conveniat amori, qui est Spiritus S. in quantum est amor Divinus.*

Dices primo, quòd in solut. ad 1. respondens autoritati Damasceni affirmantis hanc rationem imaginis de Spiritu S. respectu Filii, quòd nempè sit imago illius: inquit. *Dicendum, quòd Damascenus, & alii Doctores Græcorum communiter utuntur nomine imaginis pro perfecta similitudine* Ubi videtur manifestè concedere, quod Spiritus S. sit imago Filii, (ut ait Damascen.) secundum perfectam rationem similitudinis, ac proindè secundum perfectam rationem imaginis, quià ubi est perfecta similitudo, ibi est perfecta ratio imaginis; convertibiliter enim dicuntur hæc duo, ut patet.

Secundò. Nam in art. 1. ut vidimus, ad rationem imaginis asserit sufficere similitudinē in signo speciei, qua ratione statua Cæsaris dicitur imago illius, quià assimilatur illi in figura, quæ est signum speciei in rebus corporalibus ut docet ibidem, sed Spiritus S. procedit ut similis Patri, & Filio in signo speciei, seù naturæ Divinæ, ex vi suæ processionis, siquidem procedit ut similis in attributo naturæ, sivè in voluntate, & volitione, quæ est principium suæ processionis, attributum autem est signum naturæ, cujus est attributum ut patet, sicut enim ratio discursivi est signum naturæ rationalis, ità ratio volitivi est signum naturæ intellectualis, quià nempè manifestant naturam, cujus sunt proprietates, præcipuè loquendo de specificis, ergo vel est propriè imago; vel non videtur cohærenter discurrere ad illum excludendum à propria ratione illius.

Ad 1. respond. Quòd nisi velimus immediatè sibi ipsi contradicere, tenemur asserere, quòd dum explicat de perfecta similitudine respectu Spiritus S. intelligendus sit in sensu identico, non formaliter, & ex vi processionis. Nam imago propriè loquendo, importat similitudinem ad id, à quo procedit, non quamcunq., sed ex vi processionis habitam. Hoc enim significat D. Tho. illius verbis in fine corp. *De cujus ratione est* (scil. Verbi) *similitudo speciei ad id, à quo procedit*; quod soli eidem convenit non amori, sed huic tantum quià Divinus est. ut concludit ibidem, idest quatenus perfectissimus est, & in supremo analogato amoris, ubi identificatur cum natura. Et hunc etiam sensum formalem insinuat in art. 1. dum alterum, quod desideratur propriè, & formaliter ad rationem imaginis, asserit esse originem, in hoc enim sensu loquitur ibidem, cum intendat explicare veram, & propriam rationem imaginis; sicut ergo requiritur propriè loquendo ratio originis ad illam, ità etiam, quòd ex vi illius habeatur similitudo.

Ad 2. quæ potest esse replica, responderi potest primò juxta duplicem illam acceptionem impulsus, nempè per modum attributi, & per modum perfectionis præscindentis à munere radicis, & à munere attributi, quòd prout sic procedat Spiritus S. formaliter ex vi suæ processionis, quo pacto non est præcisè signum naturæ formaliter loquendo, sed tantum implicitè, vel identicè illam significat, vel manifestat, nam formaliter prout sic tantum exprimit excellentissimam perfectionem in sua linea, sivè in supremo analogato amoris, unde licet ex vi suæ processionis habeatur impulsus, non tamen similitudo pro formali ex vi illius; undè in forma neg. mi., ad prob. annexam dicimus ità esse de impulsu sub munere attributi, (& sic de aliis proprietatibus sub eodem munere) non sub illo perfectionis abstrahentis, ut dictum est.

Secundò respond. D. Tho. loqui ibi cum distributione accomoda, quòd sufficiat nempè similitudo in signo speciei, si sit imago imperfecta, quæ tamen admitti nequit in Divinis, cum nihil ponatur ibi, quod est imperfectum in sua linea. Unde etiam si dicamus Spiritum S. procedere ut similem in attributo naturæ, nempè in voluntate, quæ est principium in esse rei suç processionis, non tamen id sufficit ad rationem imaginis in Divinis, cum sit ibi de subjecto non supponente ratio imaginis imperfectæ, ad quam solum sufficit talis similitudo.

Tertiò etiam responderi potest, & fortè meliùs negando iterum suppositum, quòd attributa in Divinis propriè, & rigorosè habeant rationem signi respectu naturæ. Nam sicut ut suprà insinuavimus, nequeunt ad illam comparari rigorosè tanq. ad finem, ex eo quòd in rigore habitudo ad illum, ut explicatum est, importat quandam imperfectionem, vel dependentiam ab illo, ità pariter habitudo signi ad signatum, in rigore importat realem distinctionem unius ab alio, cum nequeat idem realiter esse signum sui ipsius, unde dicunt Dialectici esse id, quod aliquid aliud à se repræsentat potentiæ cognoscitivæ.

Ultimò tandem colligi potest inter rationem Verbi, & Filii in secunda Persona non intercedere distinctionem virtualem, sed tantum connotativam, seù penès diversa connotata, & diversis nominibus expressam ut etiam innuit D. Tho. infrà q. 34. ar. 2. ex D. Aug. lib. de hæres. c. 11. tom. 6. dicens. *In nomine Verbi eadem proprietas importatur, quæ in nomine Filii: Unde dicit Aug. eò dicitur Verbum, quò Filius. Ipsa enim Nativitas Filii, quæ est proprietas personalis ejus diversis nominibus significatur, quæ Filio attribuuntur ad exprimendum diversimodè perfectionem ejus, nam ut ostendatur connaturalis Patri, dicitur Filius, ut osten-*

datur

datur coæternus, dicitur splendor; ut ostendatur omninò similis, dicitur imago; ut ostendatur immaterialiter genitus dicitur verbum. Non autem potuit unum nomen inveniri, per quod omnia ista designarentur. Eo quòd sola diversitate secundum explicitum comparativè ad Patrem utramq. rationem distinguit.

Quòd verò sola diversitate connotationis gaudeant tam ad intrà, quàm ad extrà patet ex eo, quòd in ratione Verbi dicit repræsentationē creaturarum, quam non importat in ratione Filii, qui solum dicit ordinem ad generantem. Similiter in priori ratione, seu ut manifestativum dicit ordinem ad totam Trinitatem, quem non dicit in ratione Filii, sed tantum ad Patrem: & secundariò etiam respicit creaturas respectu rationis, eas manifestando, ut in superioribus explicatum est, & iterum constabit infrà; undè ut vidimus, dicuntur omnes videri in Verbo, quatenus cum Verbum per intellectum procedat ut imago Patris, per appropriationem tribuitur ei id, quod ad cognitionem, & cognoscibilitatem pertinet, licet aliàs ut dictum est, dicantur etiam videri in Patre, & Spiritu S., cum æquè primò ratione essentiæ conveniat tribus personis continere creaturas in ipsis, & posse videri.

Pro quo tamen adverto ex D. Thom. ibidem ar. 3. ad 4. & alibi de veritate q. 4. ar. 5. in corp. hanc connotationem in Verbo non importari magis principaliter, & in recto, sed minùs principaliter, & in obliquo, nam priori modo dicit relationem realem ad Patrem dicentem; posteriori verò ad creaturas: unde priori loco ait. Ad 4. *dicendum, quòd nomen idea principaliter est impositum ad significandum respectum ad creaturam: Et ideò pluraliter dicitur in Divinis, neq. est personale. Sed nomen Verbi principaliter impositum est ad significandam relationem ad dicentem, & ex consequenti ad creaturas, in quantum Deus intelligendo se, intelligit omnem creaturam, & propterea in Divinis est unicum tantum Verbum, & personaliter dictum.* Idem repetit posteriori loco dicens. *Quià Pater principaliter dicit se generando Verbum suum, & ex consequenti creaturas, ideò principaliter, & quasi per se Verbum refertur ad Patrem, & quasi per accidens refertur ad creaturas: accidit enim Verbo, ut per ipsum creatura dicatur.* Unde quando ibidem ait hoc nomen Verbum imponi ad significandum aliquid absolutum cum aliquo respectu sensus est, quòd Verbum Divinum in ratione Verbi non importat solum relationem ad dicentem, sed etiam Divinam naturam ut repræsentantem. Unde in Verbo adæquatè sumpto duo dicuntur includi, ratio repræsentationis actualissimæ objecti, & ratio expressi, realiterq. producti à dicente. Ex quo infertur, quòd licet in linea absoluta, & in Verbo præintellecto Personis non reperiatur, aut non concipiatur ratio illius propriè, & adæquatè defectu relationis realis ad dicentem, adhuc tamen dicitur convenire illi inadæquatè, quatenus in Divina essentia invenitur ratio intellecti in ultima actualitate, & repræsentationis actualissimæ naturæ, attributorum, & creaturarum.

Hinc etiam duplex discrimen inferri potest inter intellectum Divinum, & creatum dicentem, sicut & inter Verbum increatum, & nostrum, ut docet D. Tho. eodem ar. 3. infrà, quòd cum verbum in mente conceptum sit repræsentativum omnis ejus, quod in mente concipitur, in intellectu creato utpotè limitato; & intelligente pluribus actibus, sunt diversa verba secundum diversa, quæ intelligit: quià verò Deus ex opposito, uno, & simplicissimo actu, & se, & omnia intelligit, unicum tantum est in illo expressivum non solum Patris, sed etiam creaturarum. Insuper sicut Dei scientia, Dei quidem est cognoscitiva tantum, creaturarum autem cognoscitiva, & factiva: ità Verbum Divinum ejus, quod in Deo Patre est, est expressivum tantum, creaturarum verò est expressivum, & operativum. Et propter hoc subdit D. Tho. dicitur in psal. 32. dixit, & facta sunt, quià importatur in Verbo ratio factiva eorum, quæ Deus facit, in quo longissimè, vel in infinitum distat nostrum à Divino.

Ex his, & superioribus inferri etiam potest non esse inter utramq. rationem admittendam majorem distinctionem, quàm virtualem. Tum quià secundum diversas præfatas connotationes salvari possunt diversa ejus munera, sivè proprietates, aut quæ ei appropiantur, ut dictum est: Tum quià si Verbum Divinum non esset virtualiter idem cum se Ipso ut Filio, ejus processio, sivè dictio Divina expressiva, seù productiva sui, in ratione, seù sub conceptu Verbi, non esset prout sic formalissimè generatio, sed distincta virtualiter, vel ex æquo à se ipsa, ut productiva illius in ratione Filii, cum sub duplici isto conceptu haberet terminos formales distinctos. Quod tamen est alienum. Ex quo ulteriùs sequitur, quòd tenemur etiam in illo multiplicare relationes utriq. conceptui correspondentes, sicut multiplicamus hac ratione relationem spiratoris distinctam à relatione Patris, & Filii. Consequens iterum est contrà communem consensum Theologorum ergo.

QUAESTIO V.

An voluntas per sui volitionem producat terminum, qui dicitur impulsus.

Difficultas specialiter militat de voluntate nostra, ut hinc etiam magis appareat veritas processionis amoris in Divinis, nam ex eo quòd in natura intellectuali creata præter processionem verbi; per intellectum detur alia processio per voluntatem, rectè ascendimus ad probandum dari etiam in Deo processionem tertiæ Personæ per illam; sicut quià in creatis via intellectiva est productiva verbi, rectè probetur, quòd etiàm sit productiva illius in Deo. aliàs vix formari posset ratio theologica ad declarandam utramq. processionem in Divinis, si semel admitteretur non essent in nobis ut sic productivæ termini à se ipsis distincti intrà proprium lineam, scil. volitivam, & intellectivam.

Nihilominùs Durandus in 1. dist. 6. q. 2. existimat non esse necessarium per actum voluntatis produci aliquem terminum, vel impulsum, undè licet non neget veritatem fidei, quòd detur processio Spiritus S., negat tamen hunc esse distinctum ab actu amoris, sed potius esse hunc ipsum actu: §. Alii verò, ut Valentia hic disp. 2. q. 2. puncto 3. §. Alterum; admittit quidem in voluntate Divina, neget tamen de nostra, & refertur etiam M. Cano: §. Alii verò, & communiter Thomistæ affirmant de utraq.

§. I.

Statuitur conclusio.

NON solum in Divinis, sed etiam in nobis verè per actum voluntatis producitur terminus, qui dicitur impulsus, Quòd producatur in Deo videtur indu-

indubitatum, tum ex illo Athanasii. Nec genitus, sed procedens. Nam cum id, quod per processionem ab alio procedit, distinguatur realiter ab eo, à quo procedit, (supposita fide Trinitatis, & nulla processio ut actio distinguatur in Deo realiter à principio, à quo est, sed solum secundum rationem, ut dictum est, & patet cum nulla sit inter illam, & principium oppositio, penès quam solum attenditur distinctio realis in Divinis, ut constabit infrà,) tenemur asserere id, quod procedit, realiter distingui à sui processione, sicut & ab eo, à quo procedit. Tum quià in Concil-Constantin: definitur Spiritum S. à Patre procedentem, asse etiam Personam Trinitatis cum Patre, & Filio simul adorandum. Tum quià iterum in Florentino definitur Spiritum S. procedere à Patre, & Filio, & ut supponitur de fide, realiter distinctum ab illis. Esse autem Personam sic realiter procedentē, & distinctā, patet non posse verificari de processione, ut actio est, sed solum de termino producto per illam.

Secunda ergo pars de voluntate creata prob. 1. ex D.Th. hic ar.3. ubi inquit. *Secundum autem operationem voluntatis invenitur in nobis quadā alia processio, scil. processio amoris, secundum quam amatum est in amante, sicut per conceptionem verbi res dicta est in intelligente.* Scil. juxtà meritum utriusq. lineæ ut dictum est, & adhuc poterit constare infrà. A posteriori etiam probari potest ut suprà. Quòd sicut prout sic vix possit haberi ratio theologica ad id probandum de Verbo in Divinis, si vis intellectiva in creatis non produceret illud, nec haberi posset ad probandum de Spiritu S., si vis volitiva in nobis non esset productiva alicujus termini, vel impulsus.

Cæterum à priori ut sic dicamus, difficile est assignare rationem, quæ convincat, ut etiam fatetur M. Ferre, & meritò. Nam ut monet D.Tho. infrà q.37. ar.1. ex hoc quòd processio per intellectum est magis nobis nota, quàm processio per voluntatem, ad illam significandam, & singula, quæ in eadem reperiuntur, adinventa sunt vocabula, & nomina magis propria, quæ adinventa non sunt ad significandam posteriorem, & singula, quæ in ipsa reperiuntur, unde solum exprimitur communi nomine processionis, & terminus ejus, nomine procedentis juxtà superius illud Athanasii, nec genitus, sed procedens.

Nec D. Tho. (subdit laudatus Mag.) qui rerum naturas perfectissimè calluit, rationem hujus veritatis nobis expressam reliquit, sed tantum veritatem dictavit, ut patet ex ar.3. hic, & proximè ar.1. qo.37. Ubi hæc tantum habet ante medium corp. *Sicut enim ex hoc, quòd aliquis rem aliquam intelligit, provenit quædam intellectualis conceptio rei intellectæ in intelligente, quæ dicitur Verbum: ita ex hoc quòd aliquis rem aliquam amat, proveniat quædam impressio (ut ità loquar) rei amatæ in affectu amantis, secundum quam amatum dicitur esse in amante, sicut & intellectum in intelligente. Ita quòd cum aliquis se ipsum intelligit, & amat est in se ipso, non solum per identitatem rei, sed etiam ut intellectum in intelligente, & amatum in amante.* Quibus verbis statuit quidem conclusionem nostram, sed expressè non probat.

Nihilominùs ex his, & ex doctrina ejus 4. cōt. Gent. cap. 14. (per quam præsens magis perspicietur;) aliqualis ratio formari potest, Nam ibi ante medium cap. sic habet. *Ex hoc enim quòd aliquid amamus, desideramus illud si absit, gaudemus autem cum adest, & tristamur, cum ab eo impedimur, & odimus, quæ nos ab amato impediunt, & irascimur contra ea.* (Hinc infert) *Quod amamus non solū est in intellectu amantis, sed etiam in voluntate ipsius, aliter tamen, & aliter. In intellectu enim est secundum similitudinem suæ speciei, in voluntate autem amantis est sicut terminus motus in principio motivo proportionato per convenientiam, & proportionem, quam habet ad ipsam, sicut in igne quodammodo est locus sursum ratione levitatis, secundum quam habet proportionem, & convenientiam ad talem locum. Ignis verò generatus est in igne generante per similitudinem suæ formæ.*

Ex quibus prob. sic. Amatum per appetitum elicitum est in voluntate amantis, sicut amatum (ut sic dicamus) per appetitum innatum est in tali appetente, sed non est in voluntate ratione ejusdem voluntatis, aut volitionis, ergo est in illa ratione alicujus inclinationis, aut impressionis productæ, quæ dicitur impulsus. Conseq. tenet, nam ex eo negatur produci hujusmodi affectionem, vel impulsum, quià existimant sufficienter esse in voluntate, vel ratione sui, vel ratione suæ volitionis. Præmissæ etiam constant, ma. quidem, quià ut ait D. Tho., & manifestè experimento patet, ex hoc quòd aliquid actualiter amamus, desideramus illud si absit, gaudemus, si adest, & tristamur si ab eo impedimur, ergo debet esse in voluntate amantis, aliàs impellere non posset ad tot diversos motus, gaudii tristitiæ, & iræ &c. sivè ut per se patet, non quietaret dum adest, nec turbaret, aut provocaret ad tristitiam, iram, & odium, dum abest, & impediretur ab habendo illud. Hinc autem constat mi., quia voluntas, & ejus volitio statim elicita est præsens amāti completè, non tamen potest sic esse objectū amantī, sed solum in fieri, ergo non est præcisè in voluntate ratione sui, aut suæ volitionis, sed ratione alicujus superadditi, & producti, vi cujus fiat præsens quasi possessivè, & per modum quietis.

Explic. & urg. hoc. Et quidem quòd non habeat ut ratione solius voluntatis patet, quià inclinatio, & propensio ratione cujus existit in voluntate non est innata, sed elicita. Quòd verò nec ratione solius volitionis videtur etiam manifestum. Quià licet per actualem volitionem, vel amorem sit aliquomodo in voluntate scil. incompletè, & in fieri, non tamen completè, & in facto esse, nam hoc modo dicitur amatum esse in amante, quià in ejus affectu impressum est, ut explicat D. Tho. p. 2. q. 28. ar.2. ante medium corp. *Sed quantum ad vim appetitivam amatum dicitur esse in amante prout est per quandam complacentiam in eius affectu, ut vel delectetur in eo, aut in bonis ejus apud præsentiam; vel in absentia per desiderium tendat in ipsum amatum per amorem concupiscentiæ, vel in bona, quæ vult amato ejus per amorem amicitiæ.... propter complacentiam amati interiùs radicatam.* Unde non potest hujusmodi impressio non esse aliquid superadditum, & productum per modum termini motus amoris, ut inquit ubi suprà loco relato ex cont. Gent. & colligitur etiam ex q.37. infrà cit. ar.1. vi cujus ut dictum est, habet voluntas sic diversimodè tendere in amatum, & per sui complacentiam radicari in illo.

Dices voluntatem sufficienter moveri ad prædictos motus per solam propositionem rei amatæ secundum quòd illi conveniens est, & ità nō requiri aliquid superditum per modum impulsus, ratione cujus voluntas impellatur ad principiandum, vel eliciendum illos: 5. Nec præterea requiri, ut amatum sit perfectè in amante, cum non possideatur intrà se à voluntate res amata, sicut res intellecta ab intellectu, sed magis possideatur ab illa juxtà illud, Anima magis est ubi amat, quàm ubi animat. Sed

Sed contrà primum est. Tum quià hujusmodi motus, (præcipuè loquendo in subjecta materie amoris amicitiæ, vel perfectissimi) non oriuntur ex quacunq. attingentia objecti voliti, sed per amorem impressum, vel per complacentiam radicatum, ut ait D. Tho., ergo ad illos eliciendos non sufficit sola existentia ejus in intellectu per solam apprehensionem, & propositionem factam ab illo voluntati, sed requiritur existentia rei amatæ in voluntate, ratione cujus moveatur voluntas ab intrinseco, & efficaciter ad illos circa illam: §. Tum quià prædicti motus oriuntur ex amore, & inclinatione voluntatis ad rem amatam, ergo non sufficit hanc haberi per solam objecti propositionem, prob. cons., quià per solam propositionem illius tantum habetur motivum ad amorem, & inclinationem illius, ergo habere rem amatam per solam objecti propositionem non sufficit ad prædictos motus eliciendos.

Ex his etiam contrà secundum insto sic. Nam quamvis amatum non sit in voluntate ut tractum, sicut est in intellectu res intellecta, est tamen in illa ut quoddam impressum, sed nequit ut dictum est, sic esse impressum per solum amorem ut præcisè dicit actum, ergo erit impressum per illum, ut dicit terminum sui, sivè impulsum: §. Urg. hoc, & iterum prob. præcedens mi., quià amor ut actus, tantum est inclinatio per modum viæ, ergo non facit impressionem rei amatæ in facto esse, vel completè, sed per modum puræ tentionis, vel attingentiæ, aut productionis impulsus impressi. Prob. ant. Tum quià prout sic est simplex exercitium, seù tendentia ad rem amatam, ergo nequit esse inclinatio, & effectio voluntatis in facto esse, & perfectè, sed tantum per modum viæ. Tum quià sicut actus voluntatis est inclinatio ad objectum volitum, ità intellectio est similitudo objecti intellecti, sed hæc non est similitudo formalis in facto esse, sive per modum formæ repræsentantis illud formaliter, sed magis activa, seù productive illius, ut suprà, & in 3. de anima ostensum est, ergo nec amor ut actus, erit inclinatio in facto esse, seù per modum formæ impressæ ut sic dicamus, in voluntate respectu rei amatæ, sed magis activa, vel factiva illius, ac proinde est tantum via, & tendentia ad perfectam inclinationem, qua efficaciter impellitur, ad eosdem motus.

Dices hinc magis sequi oppositum, nam cum via volitiva sit inclinatio, & propensio ad objectum, & inclinatio ex propriis terminis sit quædam via, & tendentia ad idem, juxtà illud, Illuc feror, quocunq. feror, scil. per amorem, meliùs explicatur impulsus per actum voluntatis quàm per terminum productum per illum, nam via, & tendentia exprimitur per actum, non per terminum illius, ergo non per impulsum existit objectum in voluntate, sed magis per actum, si semel existit in illa intrà lineam inclinativam §. Sed contrà hoc est. Nam licet impulsus explicetur per modum viæ, & tendentiæ, quià nempè significatur, ut in aliud tendens, in re tamen verè est inclinatio, quam sibi intus voluntas facit per hoc, quòd objectum amat, undè dicitur talis, non quià sit actus, sed quià perfectè inclinat ad amatum, & impellit diversimodè voluntatem ad illud secundum quòd adest, vel abest, aut impeditur ab habendo illud, aut retardatur ad consecutionem illius, juxtà illud aliud, cor nostrum inquietum est, donec requiescat in te. Nam etiam Spiritus S., quibus movemur ad aliquid faciendum supra dictamen rationis, & virtutum, dicuntur impulsus, & veluti impetus illius, non quià præcisè sint actus, sed quià impellunt, & rapiunt ad tendendum in id, quod ratio, vel virtus dictare nequit, ergo ex eo quòd impulsus explicetur per modum viæ, & tendentiæ, aut sit intrà lineam inclinativam, vel pertineat ad illam, non tenemur inferre, quòd sit actus, vel volitio, sed quòd sit inclinatio perfecta, aut veluti consumata voluntatis ad objectum, scil. per modum termini actualis inclinationis, sivè in facto esse, sicut verbum est perfecta similitudo objecti, scil. per modum termini producti per intellectionem, sivè in gradu intellecti, nō in intelligibili, vel intellectionis, quæ solum est talis causaliter ut dictum est, non per modum formæ, vel imaginis repræsentantis illud.

Expl. ulteriùs. Nam impulsus, vel amor productus non ideò dicitur via, & tendentia, quià reverà terminus non sit, sed quià ut optimè advertit Cajetan. modum viæ habet, & tendentiæ, quatenus non perficitur amor completè, donec voluntas perfectè trahatur ab objecto, sic autem trahi nequit, nisi per pondus objecti, quod intrà se format, cum tale pondus, innatum non habeat: Sicut quià intellectus innatam non habet similitudinem objecti, perfectè illud intrà se trahere non potest, nisi illam intrà se ipsum efformet per modum formalis, & veluti consumatæ expressionis illius, ut perfectè in illo quiescat per cognitionem, vel contemplationem naturæ ejus claram, & expressam. Undè sicut præter causalem similitudinem, & activam, quæ est intellectio, necessaria est similitudo formalis, & expressa, ut dicatur objectum perfectè tractum, ità per inclinationem activam, vel causalem, quæ actualis amor est, necessarium erit pondus, vel inclinatio formalis, ut sit objectum perfectè trahens, vel impressum, & sic impulsus erit via per modum formæ, vel in facto esse, actualis verò amor per modum causalitatis.

Ex his omnibus, & præcipuè ex doctrina illa D. Tho. p. 1., & 4. cont. Gent. c. 19. formari potest ratio veluti à priori conclusionis. Nam per amorem non solum amans est in amato, sed etiam amatum in amante juxtà illud 1. Jo. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo, sed id per quod amatum est in amante debet esse aliquid superadditum ad amorem per modum impulsus, ergo tenemur istum admittere ut ab illo distinctum, & ab eodem productum. Prob. mi. Quià amatum dicitur esse in amante, quià sicut iste trahitur ab illo ad sui consecutionem in esse reali, ità ad hoc ipsum, amatū trahit, & impellit amantem, sed hoc fieri nequit nisi per aliquam sui impressionem, quæ dicitur impulsus, ut efficaciter ostendit D. Tho. & latè constat ex dictis ergo.

Quòd verò hæc impressio, vel impulsus distinguatur ab actu amoris sufficienter ostensum est. Et pro majori hujus luce adverto ex eodem D. Tho. cap. illo 19. quòd ut jam insinuavimus, rem aliquam esse in alio tripliciter contingere potest, primò per suam essentiam, secundò ratione suæ similitudinis, tertiò per proportionem, & inclinationem, sicut terminus motus dicitur esse in principio motivo proportionato, ut tendat per motum ad illud quærendum. Et hoc modo dicitur amatum esse in amante. Voluntas enim in rebus intellectualibus sic se habet, sicut naturalis inclinatio in rebus naturalibus, unde sicut locus sursum est in igne ratione suæ levitatis, secundum quam habet proportionem, & convenientiam ad illum, & propterea dicitur esse in illo sicut terminus motus in principio motivo proportionato per eandem propor-

tionem, & convenientiam, quam habet ad ipsum, ità similiter amatum est in amante non secundum similitudinem suæ speciei, quo pacto dicitur esse in intellectu, vel ignis generatus in igne generante per similitudinem suæ formæ; nec ut aliquid ejus essentiæ superveniens, sicut dicitur forma esse in materia sed sicut terminus motus (inquit D. Tho.) in principio motivo proportionato per convenientiam, & proportionem, quam habet ad ipsum, ex quo fit, ut dicebamus ex eodem, quòd ut absens, præsens, vel impeditum provocat ad enumeratos motus desiderii, gaudii &c., ut egregiè explicat in utroq. loco.

Ex quibus poterat sic iterum formari ratio ad probandam distinctionem ejusdem impressionis, & impulsus ab actu amoris. Nam amatum est in amante, quatenus, ut tradit D. Tho. ibidem, impellit, ut moveatur ad præfatos motus, ut patet frequenti experimento, sed hoc haberi nequit in facto esse, & completè formaliter per solum actum amoris, ergo requiritur aliquid superadditum, & impressum in illo, quod vocamus impulsum. Prob. mi., quià cessante actu amoris formaliter, adhuc voluntas sic perseverat affecta ad amatum, ut non cesset sic diversimodè tendere ad illud per tales actus, sicut non cessat lapis tendere sursum cessante motu projicientis, ergo sicut hac ratione dicitur manere aliquid impressum in lapide, in cujus vi prosequitur suum motū, quod dicitur impulsus, pariter erit necessariū manere aliquid impressum in voluntate amanti, in cujus vi sic diversimodè tendat ad amatum cessante actu amoris, quod dicitur impulsus.

Urgeri etiam potest, & explicari à simili ex eodem D. Th. art. 4. q. 27. ex 1. 2. ubi docet ex D. Aug. 14. de Civitate Dei c. 7., & 9. tom. 5. Quòd omnes affectiones animæ ex amore causantur, sicut dicimus causari omnes actus, qui exercentur propter finem ex intentione finis. Ex quo fit argumentum. Sicut intentio finis est principium omnium actuum, qui versantur circa finem, ità amor est principium omnium affectionum animæ, sed cessante actu intentionis aliquid dicitur relinqui impressum in voluntate, vi cujus adhuc per plures actus ordinatè tendit in finem etiam non cogitando de illo, qua ratione dicimus adhuc mereri, vel implere præcepta, quià nempè manet vis primæ intentionis, seù prima intentio illius, scil. virtualiter, ergo similiter cessante actu amoris manebit aliquid impressum in illa, vi cujus sic diversimodè feratur ad amatum, unde amor magis se habet ut fieri, vel via ad impulsum, quàm factum esse illius, sivè impulsus in facto esse; sicut dicimus de motu ut sic, quòd præcisè ut motus est formaliter, non est factum esse effectus, sed tantum via ad illum, vel ipsum fieri illius. §. Aliam rationem à posteriori insinuat D. Th. hìc ar. 3. in corp., quià nempe aliàs ut insinuavimus, non haberemus in creatis, unde rectè explicari posset processio Spiritus S. si semel talis processio non inveniretur in nobis; sicut nec haberemus ad explicandam illam Verbi, si neq. ista daretur in intellectu creato.

§. II.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. ex autoritate D. Tho. q. 4. de veritate ar. 2. ad 7. ubi videtur expressè docere, quòd in voluntate nihil procedit nisi per modum operationis. Verba D. Tho. post med. solut. sunt. *Hæc autem est differentia inter intellectum, & voluntatem, quòd operatio voluntatis terminatur ad res, in quibus est bonum, & malum, sed operatio intellectus terminatur in mente, in qua est verum, & falsum, ut dicitur in 6. Metaph., & ideò voluntas non habet aliquid progrediens à se ipsa, quod in ea sit nisi per modum operationis, sed intellectus habet in se ipso aliquid progrediens ab eo non solum per modum operationis sed etiam per modum rei operatæ: Et ideo verbum significatur ut res procedens, sed amor ut operatio procedens; undè amor non ità se habet ad hoc, ut dicatur personaliter sicut Verbum.* Ita D. Tho. In quibus videtur manifestè negare, quòd aliquid procedat à voluntate per modum termini, vel impulsus, aliàs non salvaret discrimen, quod statuit inter illam, & intellectum.

Urg. ex eodem ubi suprà art. 2. q. 28. ex 1. 2. ubi ante med. corp. ait. *Sed quantum ad vim appetitivam amatum dicitur esse in amante prout est per quandam complacentiam in eius affectu.* Quod repetit ad 1. illis verbis. *Dicendum quod amatum continetur in amante inquantum est impressum in affectu eius per quandam complacentiam.* Sed complacentia est ipse actus amoris, ergo per actum, & non per aliquid superadditum juxtà D. Tho. est in illo, ac proindè admittendum non erit aliquid distinctum per modum termini ab ipsa operatione.

Dices priori autoritati ex Cajet. hìc ar. 3. §. ad evidantiam: D. Th. non velle, quòd voluntas per suum actum aliquid non producat, & solus intellectus producat per suum, sed solum velle, quòd terminus, quem producit, nec modum habeat termini, nec nomen, quià nempè & est, & significatur ut in aliud tendens: constat autem, quòd in aliud tendere, conditio termini non sit, sed viæ. In quo maximè differt terminus productus per intellectum, scil. Verbum, & conceptus, nam non solum sunt, sed etiam habent modum, & nomen termini.

Sed contra hoc videtur ipse textus illis verbis. *Et ideò Verbum significatur ut res procedens, sed amor ut operatio procedens, unde amor non ità se habet ad hoc, ut dicatur personaliter, sicut Verbum.* Ex quibus sic argumentum. Si amor esset res producta sicut Verbum, non minùs diceretur personaliter, quàm ipsum Verbum, ut patet, cum de Persona Spiritus S. tantum verificari posset, sicut de solo Filio verificatur ratio Verbi personaliter dicti, ergo si juxtà D. Tho non ità se habet amor ad hoc ut dicatur personaliter sicut verbum non tantum non habebit modum, & nomen termini, sed reverà non erit terminus productus per voluntatem, sicut est verbum, terminus productus per intellectum.

Resp. benè ibi dictum esse. Ad replicam faciliù respond. ex his, quæ habet D. Tho. infrà q. 37. ar. 1. ubi hanc rem totam egregiè explicat, & rectam tradit intelligentiam prædicti textus, & similium, quomodo scil. utrobiq. producatur terminus, & personaliter dicatur licet non eodem modo, vel sub eadem expressione, itaut de amore, qui est terminus, non dicatur, ut exprimitur nomine amoris, sicut dicitur de Verbo sub hac expressione Verbi, licet reverà amor, qui est terminus, dicatur etiam personaliter. Verba D. Tho. sunt in fine corp. *Sic igitur in quantum in amore, vel dilectione non importatur, nisi habiendo amantis ad rem amatam, amor, & diligere essentialiter dicuntur, sicut intelligentia, & intelligere. In quantum verò his vocabulis utimur ad exprimendam habitudinem ejus rei, quæ procedit per modum amoris ad suum principium, & è converso, ità quòd per amorem intelligatur amor procedens, & per*

& per diligere intelligatur spirare amorem procedentem, sic amor est nomen personæ, & diligere, vel amare est verbum notionale, sicut dicere, vel generare. Ità D. Thu. quibus clarissimè constat quid intendat verbis subjunctis in replica, quòd nempè amor, quià sub hac præcisa expressiune amoris tantum importat habitudinem amantis ad tem amatam per modum actus, nun dicatur persunaliter, quià prout sic tantum exprimitur, ut aliquid procedens per modum operationis, qua ratione nec etiam intelligere prout sic, persunaliter dicitur; in quo potissimum differt amor à verbo sub hac expressiune verbi, quod determinatè exprimit tam procedentem, & non actum. Cæterum non negat, quòd idem amor, ut exprimitur sub numine *amoris procedentis, vel spirantis amorem procedentem persunaliter, vel notionaliter dicatur, imò expressè hoc ipsum affirmat de utroq., hoc posteriori loco, sicut pariter affirmat de verbo, & intelligere productivo illius, prout scil. exprimitur nomine, dicere, vel generare.*

Ex his in forma ad arg. factum dist. ant. Amor procedens cunc., præcisè amor, vel sub hac nuda expressione amoris, neg., quià prout sic tantum exprimit actum, sivè præcisam habitudinem amantis ad amatum, quæ dicitur essentialiter, non amurem procedentem, vel amorem spirantem, quæ dicuntur persunaliter, vel notionaliter: verbum autem determinatè impositum est ad significandum rem, quæ procedit per actionem intellectus, & ideò in Divinis tantum persunaliter significat. Ratiu autem cur eodem nomine amoris utrumq. significetur, scil. & ipsum amare, vel diligere per modum actus & ipsa res, quæ per amurem, vel dilectiunem producitur, duplex assignatur, altera, quam ut vidimus, tangit Cajet. ibidem, quià nempè ipse etiam amor productus, licet terminus sit, habet tamen modum viæ, & tendentiæ, & ideò nun repugnat illi significari per idem numen, per quod significatur directè actus amoris, vel dilectionis; sicut similiter dicimus de actibus, vel operibus externis, quòd frequenter nomine habitus, à quo procedunt, & cum quo conveniunt in ratione tendentiæ ad objectum, significari solent, Ecclesiast. 10. *Verba oris sapientis gratia*, idest gratiosa. Et Jacob. 1. *Hæc est religio visitare infirmos*; ideft hæc sunt opera Religionis: §. Secunda, quam insinnavimus ex D. Tho., est penuria vocabulorum, caremus enim vocabulis ad significandum terminum per actum amoris, vel dilectionis, & sic significatur nomine amoris, quo etiam significatur dilectio. Vid. D. Tho. eodem art. 1. infrà qu. 27.

Ad 2. resp. ex his, & ex dictis suprà, quòd si sumatur complacentia pro actu amandi, tunc amatum dicitur esse in amante, tantum in fieri, sivè inchoativè; si verò pro terminu ejus, sivè pro impressiune relicta ex actu (utroq. enim modo sumi potest, ut proximè dictum est,) tunc est in illu perfectè, seu completè, & in factu esse. Hanc verò complacentiam, ut distinctam ab actu, nun leviter insinuat ibidem D. Tho. verbis relatis, dum ait, ità esse per illam in affectu amantis, *ut vel delectetur in eo, aut in bonis ejus apud præsentiam, vel in absentia per desiderium tendat in ipsum bonum amatum per amorem concupiscentiæ, vel in bona, quæ vult amate ejus per amorem amicitiæ propter complacentiam amati interiùs radicatam.* Quæ verificari non possunt ut ustensum est, sinè aliquo interiùs impresso, & radicatu, quod vocamus impulsum, & quo impellimur cessante actu amoris ad prædictos actus, unde est veluti quædam ussiu relicta, & impressa ab igne per sui actiunem, vel actionem activam, qua cessante per subtractiunem ignis, adhuc perseverat, & impellit patientem ad varius motus, vel querelæ, si fuerit violenter aplicatus, vel ipse invitus, vel similes voces duloris expressivas: Imò potest taliter esse impressa, & radicata; ut frequenter etiam pervertat amantis judicium, ut multiplici experimento facilè constare potest.

2. Arg. alia difficili auctoritate D. Th. in 3. dist. 8. q. 1. ar. 1. ad 8. ubi inquit. *Dicendum quòd quamvis Spiritus S. procedat vivens ex vivente, non tamen hoc convenit ei secundum rationem suæ processionis; procedit enim ut amor. Amor autem consideratus in genere, in quantum amor, non habet, quòd sit res viva, sed operatio, vel passio rei viventis. Habet tamen quòd sit res viva, & subsistens, in quantum est amor divinus, & ideò non dicitur nasci.* Ex quibus sic arguitur. Juxtà D. Tho. Amor in genere in quantum amor nun habet, quòd sit res viva, sed quòd sit operatiu, vel passiu rei viventis, at si per actionem voluntaris aliquid produceretur, istud esset res viva, sicut res viva est, quæ producitur per intellectum, utpotè utrobique productum per actionem vitalem; ergo juxtà D. Thu. nihil producitur per illam.

Quòd si dicas D. Tho. luqui de amore in genere, prout abstrahit, vel prout illo significabilis est uterq. amor, scil. per modum actiunis, vel per modum termini producti, ex quo conceptu non habetur, quòd per illum significetur terminus vitalis vitaliter productus, sicut similiter dictum est de complacentia; nam amor inter quatuor nomina ad idem pertinentia, scil. amorem, dilectiunem, charitatem & amicitiam, quid communius est inter ea inquit idem 1. 2. q. 25. art. 3., unde sicut etiam se extendere potest ad habitū, licet sub nomine amoris, vel dilactionis magis significetur per modum actus, vel passiunis, prout explicat ibidem, ità etiam se extendit ad terminum productum, ut pariter explicat in præsenti ut vidimus ex eodem, sed tamen prout sic in communi, vel sub hoc expresso numine amoris, cum magis significetur per modum actus, vel passionis, ut ait ibi, non habet prout sic, quòd sit res viva, ut dicit in 3., sed magis operatio, vel passiu rei viventis, non tamen excludit rem vivam, seu terminum vitaliter productum, quem exprimit sub numine impulsus, sicut non excludit habitum, quem dicit sub nomine amicitiæ, ut docet ibidem 1. 2., ex Phil. 8. Æthic. c. 5.

Contrà huc est. Quià D. Tho. ex tali conceptu communi infert, quòd sit operatiu, vel passio, ergo intendit, quòd pusitivè ex genere amoris tantum habet esse operationem, vel passiunem, non verò rem vivam, seu per modum termini vitaliter producti, & consequenter non est in nobis admittendus hic amor per dilectiunem procedens. §. Resp. benè ibi dictum esse, ut patet ex eadem ejus ductrina 1. 2., quòd sicut ex genere amoris licèt non exprimat habitum, nun tamen excludit, cum expressè subdat, quòd omnis dilectio, & charitas est amor, & quòd amicitia significat habitum, & quòd quatuor prædicta numina ad idem significandum quodammudu pertineant, licet sub hoc nomine significetur per mudum actus, vel passionis, sicut & dilectio, ità pariter licet ex genere amoris, vel sub hac expressione, non habeat quòd sit res viva, vel significetur per modum rei viventis, sed quòd sit operatiu, vel passio, vel significetur per modum operatiunis, vel passiunis, non tamen excludit rem vivam, sivè terminum vitaliter productum per dilectiunem; imò

imò satis expressè etiam admittit, dum ait quòd est operatio, vel passio rei viventis; quibus utrumque comprehendit; actum scil. nomine operationis, terminum verò productum, nomine passionis.

Quarè autē hunc non appellaverit rem vivam per se exui processionis, suprà insinnavimus, & subtiliter etiam explicat M. Ferre, quià nempè appetitum (ad cujus lineam pertinet amor,) ex hoc quòd appetitivum est, sivè ex genere appetitivi, cum non constituat specialem gradum vitæ, sed tantum sit vita derivativè, vel consecutivè, non habet ex propria linea rem vivam producere, sed tantum quid consecutum ad rem vivam, quod non militat de intellectivo, quod cum ex propriis gradum vitæ constituat, & sit vita primariò habet ex propriis termino à se producto gradum vitæ communicare. Quòd autem appetitionem gradum vitæ non constituat, sicut intellectivum docet infrà D. Th. q. 78. ar. 1. in fine corp. ubi inquit. *Quadam verò viventia sunt, in quibus cum his est intellectivum, scil. in hominibus, Appetitivum autem non constituit aliquem gradum viventium. Quià in quibuscumque est sensus, est etiam appetitus, ut dicitur in 2. de Anima*, scil. tex. 27.

Ex his ad argum. factum ibidem Resp. in forma, neg. mi., quià res viva per se solum habet procedere per actionem, cujus radicale principium est specialis gradus vitæ, vel est vita primariò; cujusmodi est intellectivum non appetitivum, & ideò nequit per se primò radicare processionem, per quam procedat res viva, sed tantum aliquid consecutum ad rem vivam, ut est impulsus, & amor: & ideò rectè ait D. Tho., quòd amor ex genere amoris non habet, quòd sit res viva, sed operatio, vel passio rei viventis. Per quod patet etiam ad replicam contrà solutionem datam: Hinc iterum constat, quod suprà innuimus, nempè ex hoc etiam capite deficere processionem Spiritus S. à ratione generationis, quià juxtà proximam doctrinam D.Tho. non est ex propriis processio viventis à vivente, ut plures etiam Recentiores sentiunt.

3. Ratione sic arg. quià nec est necessitas, ut voluntas nostra aliquid producat; nec assignabile quid per illam producetur, ergo: Prob ant. 1. quoad 1. p., nam si aliqua esset maximè, ut amatum esset in amante, sed hæc supponit falsum; Tum quià magis amans est in amato, quàm è contrà juxtà illud Matt. 5. *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum*; undè ut suprà, vulgò dicitur, quòd anima magis est ubi amat, quàm ubi animat. Tum quià per amorem beatificum nullus producitur impulsus, sicut per visionem nullum verbum, nam impulsus procedit ex verbo, ergo nulla est necessitas. 2. prob. quoad 2. p., quià nec producitur aliquid, in quo res ametur, nam voluntas per actum amoris fertur in rem amatam, unde se habet per modum inclinationis, & tendentiæ; in quo differt ut vidimus ab intellectu, qui ex eo producit verbum, ut per illud trahat intrà se objectum, & contempletur illud: Et hinc prob. 2. pars. Quià nec producit aliquid ut objectum, quià objectum voluntatis est res extrà voluntatem, in quo iterum distinguitur ab eodem intellectu, cujus objectū est res ad intrà, ergo.

Urg. totum hoc. Nam si aliquid produceret per modum impulsus ad verificandum, quòd amatum esset veluti passivè impressum in amante ut suprà dicebamus, sequeretur contrà discrimen assignatum utriusq. potentiæ, quòd voluntas per actum amoris traheret objectum intrà se ipsam, sicut trahit suum intellectus intrà se ipsum: In tantum enim intellectus, ut dictum est, sic trahit illud, quià producit verbum intrà se ipsum, quo mediante objectum intellectum est in intelligente veluti in facto esse, sivè in actu 2., ergo si similiter voluntas producit impulsum, trahet intra se objectum sicut intellectus.

Ad hoc neg. ant. quoad 2. p. Ad prob. quoad 1. neg. mi., ad 1. prob. annexam dist. & explico ant., magis est in amato per modum tracti, conc., per modum impressi, neg., nam hoc modo amatum est in amante ut explicatum est. Itaq. utrumq. est verum, & mutuò dicuntur esse in alio, sed diversimodè, nam amans dicitur esse in amato per modum tracti, in quantum sequitur aliquomodo illud, quod est intimum amati, sivè ut ait D. Tho. ar. illo 2. q. 28. 1. 2., *in quantum amans non est contentus superficiali aprehensione amati, sed nititur singula, quæ ad amatum pertinent, intrinsecùs disquirere: & sic ad interiora ejus ingreditur: sicut de Spiritu S., qui est amor Dei dicitur 1. ad Corint. 2. quòd scrutatur etiam profunda Dei. Sed amatum dicitur esse in amante* (ut prosequitur ibi D. Tho.) *prout est per quandam complacentiam in ejus affectu*. Unde est in illo per modum impressi, sivè per sui complacentiam interiùs radicatam, ut subdit paulò infrà. De quo etiam videri potest M. Bannez hic ad 3.

Ad 2. prob. annexam ex paritate visionis resp. 1. ex hac doctrina D. Tho. esse discrimen, quòd impulsus non habet debitum repræsentandi sicut verbum, sed quòd sit tantum per modum cujusdam impressionis in affectu amantis, ut autem latè in superioribus ostensum est, repugnat omninò Deum quiditativè repræsentari per formam creatam, non verò sic esse per quandam complacentiam in affectu amantis, nam si quæ est imperfectio, vel limitatio, se tenet ex parte amantis, non objecti amati, cum non teneatur sic contineri in impulsu, vel affectu illius, in ratione amati, sicut in specie repræsentante, sivè impressa, sivè expressa, vel verbo in ratione cogniti, sed tantum terminare amorem illius, ut explicatum est, & adhuc constabit ulteriùs ex dicendis. Undè non ità neganda est productio impulsus in Patria, sicut productio verbi. Quòd verò dicitur impulsum procedere ex verbo, distinguendum est, scil. ex verbo, vel ex gerente vicem verbi. In visione autem ut dictum est, essentia Divina gerit vicem, sivè unitur per modum Verbi.

2. poterat etiam responderi disputationis gratia, admittendo utrobiq. Deum ibidem uniri se ipso immediatè per modum verbi respectu intellectus, & per modū impulsus respectu voluntatis. Tunc verò eodem modo distinguendū est: Quòd scil. est necessarius impulsus, ubi objectum supplere nequit vicem illius vel non supplet ejus vicem, secus verò ubi supplere potest,

Sed contrà hanc solutionem instas. Quià terminus voluntatis utpotè voluntarius, & consequenter vitalis, debet ab intrinseco procedere, sed hæc habitudo à principio intrinseco, seù vitaliter procedentis nequit à Deo suppleri, aliàs vitaliter procedens non esset, qua ratione suppleri nequeunt ab eodem actus supernaturalem, ità ut omninò repugnet me v.g. intelligere per intellectionem à Deo solo productam, vel per increatam, ut in superioribus ostensum est, ergò nequit Deus uniri voluntati creatæ per modum impulsus, sicut intellectui Beatorum unitur per modum verbi, quia istud ut vidimus, non petit sic vitaliter procedere, sicut impulsus, sed tantum objectivè determinare, cum non sit virtus potentiæ, sed objecti, ut explicatum est supra de visione.

Expl. & arg. hoc. Nam inter Verbum, & impulsum

pulsum hoc est discrimen, quòd Verbum duo habet, scil. esse terminum vitalem, & esse imaginem, iu que continetur objectum, & per quam repræsentatur. Ratione primi est insopplebile, sed quià hoc convenit illi veluti per accidens, aut materialiter, quià nempè creatum est, & non quià sit de ratione Verbi, aut speciei intelligibilis ut sic, ut vidimus ibidem, potest adhuc suppleri ratione secundi, quoad munus scil. imaginis, vel repræsentetivi, in quo nulla est repugnantie. Cæterum in impulsu hæc duplex consideratio non datur, sed tautum hebet vitaliter trahere per modum vitalis ponderis impelleutis voluntatem ad extra, undè fit non posse Deum exercete munus impulsus.

Quòd si dicas, per impulsum rem amatam intrà amautem constitui, sed ex eo quòd per verbum res intellecte intrà intellectum ponitur, potest Deus se ipso exercere munus verbi, ergò etiam munus impulsus. §. Contra hoc est, quià licet per impulsum res amata dicatur aliquomodo constitui intrà amautem, nou tamen ratione similitudinis cum obiecto, ut dictum est, sicut coustituitur res intellecta per verbum intrà intellectum; sed ratione ponderis inclinentie viteliter extrà, ergò licet exercere possit munus verbi, non tamen munus impulsus, quià nempè quando objectum se ipso est præsens objectinè intellectui, ut contingit in Patria, non est necessarium verbum.

Urg. hæc omnia. Nam impulsus juxtà superiora, nihil aliud est, nisi quædam impressio objecti imperfectè illud præcontinens, quam voluntas intrà se ipsam vitaliter producit, sed nequit se ipso uniri, & ut imperfectè se ipsum præcontinens, ergo etiam si non obstaret præcedens obex vitalitatis, sivè procedentis ab intriuseco, & inclinantis vitaliter ad extrà, adhuc impeditetur uuiri ut impulsue ratione imperfectæ præcontineutiæ sui ipsius.

Propter hujusmodi instantias existimo standum magis esse priori solutioni; eadem tamen disputationis gratia admittendo posteriorem; pro earum solutione adverto cum M. Ferre, quòd sicut verbum in divinis dupliciter accipitur, scil. cõmmuniter prout tantum dicit perfectissimã repræsentationẽ, & expressionem in actu 2. Deitatis; & deindè personaliter prout ultrà hoc dicit rationẽ producti; ità similiter impulsus accipitur primò pro ipsa inclinatione perfectissima per modum actus 2., deindè propriè, & personaliter pro ipso impulsu notionaliter producto. Et sicut verbũ mentibus beatorum non unitur per modũ producti, sed tantum sub ratione perfectissimę repręsentationis Dei, ità & impulsus eorum voluntati nou unitur sub ratione producti, sed tantum ut dicit inclinationem perfectissimam, que Deus per se ipsum perfectissimè amat.

Hoc soppofito ad priorem iostantiam immediatè contre solutionem dist. mi. Non potest à Deo suppleri sub ratione sic procedeutis ex parta illius, & sub ratione producti ex parte impulsus Divini, conc., sub ratione præcisa inclinationis ex parta utriusq. neg., sicut enim supplet vicem verbi sub ratione repræsentationis, & sub eadem uuitur, licet nou sub ratione producti, ità supplere poterit vicem impulsus sub ratione inclinationis, & sob eadem unjri, licet non sub alia producti: Ex quo etiam resp. ad ea, quę subduntur ibidẽ, nam specialiter militant de impulsu sub ratione producti, non sub altera inclinationis, nam hæc juxtà hunc modum dic:udi similiter in illo se habet, sicut retio imaginis, vel repræsentationis in verbo.

Ex his etiam fit satis ad illius confirmationem, & pariter ad replicam contrà posteriorem solutionem, quià etiem iu impulsu duo similiter considerantur, sicut in verbo ut dictum est; & licet in illo non sit contiuentia objecti ratioue similitudinis sicut in verbo, est tamen ratione iucliuatiouis. qeam Deus, sivè impulsus Divinus supplere potest, sicut esseutia Divina iu ratioue speciei supplet muuus speciei. §. Ad illius verò confirmatiouem, quæ potest esse replica, quatenus contineutia impulsus videtur deficieus, vel imperfecte, utpotè per modum simplicis impressionis à voluutate intrà se ipsam vitaliter productæ: Resp. esse tantum imperfectã dialecticè, & secundum explicari, quod Deo non repugnat ut patet ex dictis de distinctione attributorum, & adhuc constabit ex dicendis de distinctione essentiæ à relationibus; non tamen in re, sivè physicè, vel metaphysicè per exclusionem: Unde hoc est discrimen inter utriusq. continentiam, sivè in linea repræseutatiouis, vel iucliuatiouis, quòd cum Deus munus repræsentandi se ipsum exerceat ratione suæ essentiæ; & hæc perfectissimè explicet Deitatem, dum uuitur menti Beatorum in ratioue verbi, sivè ratione suæ essentiæ in ratione speciei expressæ se ipsũ perfectissimè explicat, ac proindè se ipsum perfectè continet etiam explicativè, sivè secundum conceptum explicitum Deitatis; cum verò hanc nou explicet in ratione impulsus, sivè inclioationis, qua se ipsũ amat, dum sic unitur eorum voluntati sub munere impulsus, nou habet prout sic eam explicare, ac proindè nec perfectè explicativè continere, quod non derogat summæ ejus perfectioni, quià ut dicebamus suprà ex D. Tho. de constitutivo Divinæ naturæ, licet omne perfectissimum sit Deo tribuendum, non tamen est necessarium, quòd omne id, quod Deo tribuitur, perfectissimum Divinitatis explicet. §. Undè in forma dist. ma. nihil aliud est, quàm quædam impressio objecti imperfectè illud præcontinens, tam in re, sivè tam physicè, eut metaphysicè, vel exclusivè, quàm dialecticè, vel secundum explicari, neg., priori modo, ut iu uobis, vel posteriori, ut in Deo, conc., & dist. mi., priori modo, conc., posteriori, neg. Hæc tamen ut semel, & iterum monuimus, disputationis gratia dicta sint, & standum priori solutioni, quià reverà conceptus ab intrinseco, seù vitaliter procedentis videtur esse de ratione impulsus, & consequenter insupplebilis, quod tamen uon militat de verbo, ut dictum est.

Ad confirmationem autem principalis argumenti fundatam in prædicto discrimine utriusq. potentiæ, scil. quòd intellectus trahit, voluutas verò trahitur, resp. neg. sequelam. Ad prob. annexam dicimus primò, quòd non ideò intellectus trahit præcisè, quià producit aliquid, quo mediante objectum est in intelligente, quià id, quod prodocit, ut proximà, & suprà explicatum est, est formalis similitudo, & imago intentioualis objecti, imò ipsummet objectum in esse repræsentativo, quod non militat de impulsu, qui potius est per modũ prosecutionis ad tendendum extrà ad amatum. §. Secundò quià verbum ad hoc est ut vidimus, ut res intellecta sit perfectè intrà intellectum, & perfectè ab eodem possessa, nam ultima ejus perfectio in hoc cousistit, ut perfectè iu verbo contempletur uaturã objecti, & attributa ejus, & ad perfectè assequendam, & contemplandam veritatem, quæ est ejus objectum, undè res intellecta est in intelligente per modum termini actualis intellectioui, sitentio in intellectu, prout scil. repræsentativè coi-cidit

cidit cum verbo, vel identificatur cum illo. Cæterum impulsus non ad hoc præcisè requiritor, ut amatum sistat intrà amantem tanquam terminus actus amoris, sed potiùs ut principium, quo amans impellatur, & moueatur in amatum ad assequendum illud, ut dicabamus, in esse tali, si non habet, vel ut de eo delectetur si habet: undè ut rectè aduertit Cajet., potiùs opposita consequentia inferenda est ex hoc, dum dicimus amatum est in amante per impulsum, scil. quòd potiùs amatum trahat amantem, quàm è contrà; nam si ità est, quòd est in isto per impulsum inclinatiuum amantis in amatum, ergo est in amante ut trahens, & impellens ad se ipsum, non verò ut tractum ab illo, ut patet in exemplo adducto à D. Tho. de graui respectu centri, quod quià est in illo sicut in principio sui motus non graue trahit centrum, sed potiùs trahitur ab illo.

§. III.

Soluitur aliud argumentum additis corolariis.

4. ARg. Voluntas se ipsa immediatè sine alio intrinseco superaddito tendit ad objectum per modum actus primi, ergo sola superaddita volitione tendet ad illud per modum actus 2., ac proindè non erit necessarius impulsus ut distinctus ab actu volitionis; hæc posterior cons. tenet, & prima etiam constat, quià quod conuenit voluntati per modum actus primi, conuenit eidem, vel volitioni per modum actus 2., ergo si non indiget aliquo superaddito in actu 1., nec indigebit in 2. Ant. etiam videtur certum, quià in actu primo tantum indiget complemento boni aprehensi, idest ut vidimus in physicis, quòd bonum, quod est ejus objectum aprehendatur, & sic dicitur compleri à bono aprehenso, licet quià non est actus purus indigeat volitione sibi realiter superaddita, sicut in uniuersum indiget quodlibet agens creatum actione superaddita. Tum quià cum sit essentialiter inclinatio in idem bonum sola indiget aprehensione, per quam sibi proponatur ab intellectu, sicut in simili dicabamus ibidem cum frequentiori sententia Thomistarum de materia prima, & forma substantiali, quòd quià illa est essentialiter potentia, & forma, essentialiter actus, nullo intrinseco superaddito, sed extrinseca tantum actione agentis se ipsis immediatè uniuntur, ergo cum bonum aprehensum non sit intrà voluntatem, sed magis extrà, & intrà intellectum, non indigebit in actu 1. compleri per aliud sibi intrinsecum superadditum, ac proindè ut in actu velit, & inclinetur in illud, sufficiet ejus volitio, & hæc ut compleatur ab eodem bono aprehenso per modum termini voliti in actu 2.

Expl., & urg. hoc. Ideò intellectus tam in actu primo, quàm 2. indiget aliquo intrinseco superaddito, scil. specie impressa in 1., & expressa in 2., quià ut dictum est, tenetur intrà se ipsum trahere utroq. modo objectum, & cum in se ipso, ut vidimus in 3. de anima, sit tanq. tabula rasa indiget utraq. specie, per quas fiat intrà non solum in gradu intellecti, siuè in actu 2., sed etiam in gradu intelligibili, siue in actu 1.; sed hæc ratio non militat de voluntate ut patet ex dictis, cum non trahat sui objectum intrà, sed magis trahatur, & tendat ad illud extrà, qua ratione dicimus juxtà D. Tho. infrà q. 82. ar. 3., & 1. 2. q. 27. ar. 2., & q. 66. ar. 6. ad 1., quòd potest res plus amari, quàm cognosci, & quòd in ordine ad ea, quæ sunt superiora ad animam, voluntas sit altior potentia, quàm intellectus & consequenter, quòd perfectiùs modo diligat Deum, quàm cognoscat, quià nempè ut ait priori loco *actis intellectus consistit in hoc, quòd ratio rei intellectæ est in intelligente, actus verò voluntatis perficitur ex eo, quòd voluntas inclinatur ad ipsam rem prout est in se.* Et quià superiora ad animam perfectiùs sunt in se, quàm in mente, utrumq. concludit, scil. & quòd voluntas in comparatione ad illa sit altior intellectu, & quòd amor eorum sit melior, quàm cognitio, ergo non indiget, sicut intellectus aliquo superaddito intrinseco, ut inclinetur, & attingat sui objectum præter volitionem, tanq. termino producto per illam, & impellente ad illius amorem. Idem ferè in terminis docet aliis duobus locis.

Urg. ulteriùs. Nam plures de facto dantur actus voluntatis, nullius termini, vel impulsus productivi, ergo per nullum sui actum, aliquem producit; cons: tenet, quià si semel teneretur producere, per omnem actum produceret illum, sicut quià intellectus modo in via per suum actum producit verbum, per omnem producit illud. Ant. verò prob. Nam actus odii, tristitiæ, & similes nullum de facto producunt impulsum, cum non sint inclinationes, sed potius fuga suorum objectorum, ergo.

Ad hoc patet ex superiori doctrina D. Tho. 1. 2. qu. 28. ar. 2.; quòd impulsus est necessarius ad hoc, ut amatum sit in amante tanquam quoddam impressum in affectu ejus per quandam complacentiam, undè se habet ut quædam affectio, seù impressio ejusdem amati relicta ex actu amoris, itaut isto etiam cessante in se formaliter, adhuc voluntas amantis ut dicebamus, maneat sic affecta ad amatum, ut per desiderium tendat ad illud, si sit absens, & delectetur in eo, si est præsens, vel tristetur si impeditur, aut irascatur contrà impedientes, vel illos odio habeat; undè non eò solùm hìc impulsus, seù terminus amoris specialiter dicti (qui nempè est primus amor, quo amans afficitur, & coaptatur erga amatum) concurrit effectivè ad idem desiderium, vel gaudium, quatenus requiritur ad ipsum amorem, quem terminat, qui ad eosdem concurrit, ut inquit Illustris. Godoii hic disp. 73. §. 2., sed quià est necessaria hujusmodi impressio tanquam habitualis inclinatio relicta ex amore ad inclinandum amantem in amatum, eo modo, (ut explicat D. Tho. loco relato ex cont. Gent.) quo grauitas inclinat corpus graue ad locum deorsum, ut ex eodem explicat etiam Capreol. in 1. dist. 10. q. 1. Sicut ergo grauitas requiritur tanq. principium motus in centrum non habitum, & quietis in habito, ità eadem impressio amoris specialiter dicti est necessaria tanq. principium desiderii in amatum, & gaudii, uel quietis in amato.

In forma ergo transeat ant. loquendo de actu 1. ad amorem, qui est principium desiderii, gaudii, & aliarum affectionum, de quo tamen adhuc infrà, nam licet ad illum, vel ad primum sui actum dicatur non indigere aliquo intrinseco prævio per modum impulsus, qui potius est terminus illius, & quo mediante deindè procedit ad prædictos alios actus, saltem tamen indiget aliquo intrinseco per modum motionis, sicut indigent omnes causæ 2. ad omnem sui actum, ut in superioribus explicatum est; & deinde neg. conseq. loquendo de illa in ordine ad posteriores volitiones, quià ad istarum elicientiam impellitur per prædictam impressionem, & trahitur per amatum ut in affectu ejus impressum, & consequenter, per impulsum ut distin-

ctum

ctum ab actu amoris ut dictum est. Per quod patet ad ea, quæ subduntur in probatione tam consequentiæ, quàm antec. §. Ad id verò de materia prima dicimus primò, quòd etiam probaret non indigere actu, vel volitione superaddita, sed eam sibi identificaret, sicut dicitur de de illa, quòd identificet sibi suū exercitium, quod omninò repugnat causę extrinsecæ, vel efficienti, aliàs esset actus purus ut ibidem explicatum est. Hinc dicimus 2. esse latū discrimen, quià causa intrinseca, & præcipuè potentialis, utpotè imperfectissima, cum non causet per alquod superadditum, sicut extrinseca, sed per puram exhibitionem sui non indigit sic intrinsecè determinari ad suum exercitium, sicut hæc, vel efficiens.

Ad 1. confirmat. patet ex dictis intellectum indigere utraq. specie, ut trahat intus, non utcunq. sed ratione, vel per viam similitudinis, & per identitstem in esse intentionali, quod nequit fieri nisi per speciem superadditam, quæ est formalis similitudo, & ejusdem naturæ cum objecto. Voluntas autem & si non habeat sic trahere intus, sed magis trahatur, quià tamen nequit sic trahi nisi per impressionem amati in affectu ejus ut dictum est, petit omninò hanc sibi superaddi, per modum impulsus ut probatum est. Per quod etiam rectè intelligitur, & illæsum manet discrimen inter utramq. potentiam locis relatis à D. Tho., nam optimà stat, quòd adhuc indigeat impulsu etiam si tendat contrapositivè ad intellectum, ad res ut sunt in se ut ostensum est.

Ad 2. neg. ant. Ad illius probat. nego ant., ad prob. annexam, dist. & explico illam, non sunt inclinationes, sed fuga, per modū alicujus purè privativi, neg. per modum recessus importantis displicentiā, & detestationē, conc. Prædicti ergo actus non dicuntur fugæ, quasi in pura privatione consistant, sed sunt verè actus positivi, seù prosequutio suorum objectorum, at quià non prosequuntur per modum complacentiæ, sed displicentiæ, & detestationis, dicuntur se habere per modum fugæ. Patet hoc in actu pœnitentiæ in viatore respectu peccati proprii, nam cum istud per se ingrediatur objectum formale pœnitentiæ (contrà positivè, ut alibi vidimus ad passiones inordinatas respectu virtutum moralium, quæ magis se habent, ut terminus à quo recedunt, quàm terminus ad quem specificans illas) tenetur positivè respicere, & non purè privativà, vel negativè se habere ad illud, sed quià non respicitur per modum approbationis, vel complacentiè, sed potiùs per modum displicentiæ, & detestationis, vel odii dicitur se habere per modum fugæ, revera tamen quid positivum est tendens ad illud destruendum per modum satisfactionis detestativę illius. Nam idem actus in viatoribus, aut est positiva satisfactio ut dictum est, pro peccato proprio, aut benè affici ad satisfaciendum pro illo. Unde sicut objecti complacentia, quæ est per modum actus, format intrà voluntatem, complacentiam per modum impulsus ad complacendum, vel amandum, ità displicentia per modum actus formare debet displicentiam per modum impulsus, qua voluntas in facto esse detestetur, eiq. displiceat objectum, quod odit: §. Videri potest hac de re M. Gonzales hic sect. 1. ubi sustinet per omnem ejus actum formari impulsum, itaut in actu amoris formatur impulsus, qui sit amor in facto esse; in illo tristitiæ, qui sit fuga in facto esse; sicut enim actus amoris, tantum est affectio, inclinatio, & amor in fieri, ità actus tristitiæ, & odii, tantum est fuga objecti sui in fieri. Quod placet etiam M. Ferre hic in solut. ad 4. in manuscriptis.

Sed instas. Nam juxtà solutionem datam licet actus tristitiæ, vel odii, aut similes per modum fugæ sint quid positivum, ad hoc tamen tendunt ad objectum, ut excludant, vel destruant illud, ergo nequit per illos formari impulsus. Prob. cons. ideò per complacentiam, vel actum amoris idem formatur, ut amatum sit in amante ut aliquid impressum in affectu voluntatis, ut dictum est ex superiori doctrina D.Th., ergo si per actum displicentiæ, vel odii potiùs excluditur ab affectu ejus, nequit per istos formari: §. Urg. hoc. Nam res ad extrà tantum potest esse in voluntate ratione alicujus, quod ipsam præcontineat, & in illa imprimatur; impulsus enim ut dictum est, nihil aliud est, quàm rei quædam impressio; sed res non præ continetur à sui displicentia, nec ratione illius imprimitur, sed potiùs excluditur, ut patet ex terminis, ergo ratione illius nequit produci: §. Urg. ulteriùs. Nam D. Tho. ubi suprà ex cont. Gent. Ex hoc quòd rem amamus, gaudemus de ejus præsentia, & tristamur de illius absentia, & odio habemus impedimenta, solum intulit, quòd res amata debeat esse in voluntate amantis, non autem intulit, quòd oporteat rem odio habitam esse in voluntate odientis, ergo signum est non agnouisse hunc impulsum in actu tristitiæ, vel odii, sicut in actu amoris, vel gaudii.

Resp. ad instantiam dist., & explico ant., ut excludant in re, conc., omninò etiam à voluntate, neg. imò expedit aliquando habere illud impressum in illa, ut perpetuò detestetur, ut patet respectu peccati. Itaquà in re ad extrà respectivè ad voluntatem duo considerari possunt, scil. proportio, vel convenientia, & improportio, vel disconvenientia cum illa, sicut autem ratione proportionis, vel convenientiæ movet, & impellit ad sui amorem, vel desiderium, & gaudium, ità ratione improportionis, vel disconvenientiæ ad sui displicentiam, vel odium, aut fugam, unde sicut ad hoc ut ametur, debet esse impressum in amante per complacentiam, pariter ut detestetur, debet imprimi in illo per displicentiam, & sicut priori modo impressum excitat ad desiderium, gaudium, & quietem, ità posteriori ad iram, odium, & fugam: §. Ad 2. respond. D. Tho. ibi alterum tantum inferre, quià illud solum facit ad rem, vel intentum suum, scil. ad manifestandam processionem Spiritus S., nam cum prædicti affectus oriantur ex amore, rectè intulit debere amatum esse in amante, sivè præsentiam ejus in illo per quandam impressionem sui, vel impulsum productum, ut indè probarat, quòd amor etiam Divinus notionalis impulsum Divinum producat, & ità eandem processionem concluderet. Patet autem ad hoc non conferre absentiam rei amatæ in voluntate amantis, ac proindè non erat necessarium hanc inferre, sicut illius præsentiam, sivè morari ad explicandum, an sicut ex eo quòd aliquid amamus, debet istud esse in amante, pariter ex hoc quòd odio habemus, debet similis præsentia esse in voluntate odientis, cum de solo amāte esset quæstio. Quidquid sit quòd ex doctrina ejus verè utrumquè inferatur ut dictum est, nempè quòd ut res ametur, oportet quòd sit in voluntate ut proportionata cum volente, & ut pariter odio habeatur, oportet ut sit in illa ut disconveniens volenti. Unde sicut primum habet ratione inclinationis, & proportionis, quam voluntas intrà se ipsam vitaliter efformat, ità habet secundum ratione fugæ, & displicentiæ, & sic utroq. modo est in illa tam ratione complacentiæ, quàm displicentiæ.

Ex dictis colligimus primò contrà Scotum, Durandum, & alios, non esse confundendum Spiritum S. cum actu amoris Divini, sed verè esse terminum productum per illum tanq. impulsum, quo Deus est in se ipso ut amatus in amante, qua ratione Spiritui S. attribuuntur in Sac. Scriptura, ea, quæ sunt propria impulsus, ut Rom. 8. *Quicunq. Spiritu Dei aguntur, hi sunt filii Dei*, & 2. Corint. 5. *Charitas Christi urget nos*. Unde priori loco subdit D. Tho. *Illa enim agi dicuntur, quæ quodam superiori instinctu moventur*. Quem instinctum, & impulsum magis exprimit paulò infrà, & confirmat ex illo Esai. 59. *Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Dei cogit*. Quod totum explicat de Spiritu S., & ideò asserit Apostolum uti illis vocibus. *Quicunq. aguntur. Quià homo Spiritualis non tantum instruitur à Spiritu S. quid agere debeat, sed etiam cor eius movetur à Spiritu S., ideò plus intelligendum est in hoc, quod dicitur. Quicunq. aguntur, idest agitantur*, ut iterum explicat posteriori loco, ubi etiam exponens illam vocem, *urget* inquit, *urgere idem est quòd stimulare*, quod est proprium impulsus. Pro quo tamen adverto, quòd ut suprà in similibus dictum est, hujusmodi voces, seù prædicata per illas significata, esse Deo, vel Spiritui S. tribuenda seclusis imperfectionibus, quas important in nobis, undè idem impulsus Divinus non tribuitur illi secundum conceptum qualitatis, sed eminentissimæ perfectionis, & supremi analogati intrà suam lineam summæ identificati cum natura Divina ut dictum est; nec similiter producitur ex indigentia, ut in nobis, sed ex summa fæcunditate, & abundantia Divinæ dilectionis, ut similiter dictum est de Verbo Divino. Quòd si SS. Patres (in quo fundantur prædicti Authores) aliquando appellent Spiritum S. Amorem, sivè quòd procedat, ut amor, hoc ideò est ut vidimus ex D. Th. propter penuriam vocabulorum, undè eodem vocabulo nominamus actum, & terminum illius, ut explicatum est.

Hinc à fortiori reiicitur distinctio illa de duplici amore in Deo, scil. altero per modum simplicis complacentiæ & altero ut efficaci, seù zelativo, vel incentivo, quorum prior sit principium Spiritus S., posterior verò sit ipse Spiritus S. per modum actus, vel amoris notionalis: nam cum amor essentialis in Divinis, (quem vocat simplicis complacentiæ,) sit primum, vel supremum analogatum in linea amandi, & consequenter perfectissimus in hac linea, idem indivisibiliter efficax est, & zelativus, ac proindè solo superaddito modo fæcunditatis, (sicut similiter dictum est de intellectione essentiali) est productivus Spiritus S. non per modum actus notionalis, sed termini producti per illum quem vocamus impulsum distinctum ab actu, sicut distinguimus Verbum ab intellectione notionali, sivè dictione, quæ pariter ut ostensum est, eadem est indivisibilis actio cũ intellectione essentiali, superaddito tantum fæcunditatis modo. Tum quià cum Spiritus S. super absoluta non addat nisi relationem, & hæc ut etiã ostendimus, confundi nequeat cum actione, nequit consistere in actu, vel amore notionali sumpto per modum actus, de quo videri potest Capreol. ubi suprà.

Colligimus secundò multiplex discrimen inter impulsum comparativè ad actum amoris, & verbum comparativè ad intellectionem. Nam differunt primò, quòd verbum primò, & per se requiritur ad faciendum objectum intentionaliter præsens intrà intellectum in ratione termini actualiter terminantis intellectionem, impulsus verò non præcisè ut terminet amorem, sed ut faciat amatum esse in amante tanq. principium, quo amans impellatur in amatum per modum desiderii, vel gaudii, aut quietis, ut explicatum est: §. Secundò (& infertur ex priori, quòd dum impulsus requiritur ut principium ad alios posteriores actus eliciendos, & non præcisè ut terminet amorem, dicitur consequenter perseverare ad impellendam voluntatem ad illos tanq. pondus, & impressio objecti amati, ut illud desideret, si abest, & in illo quiescat si adest; cæterum verbum, quià solum exigitur ut objectum sit terminus actualis intellectionis, hac cessante dicitur cessare, quià nempè cessat munus ejus). Hac enim ratione ut insinuavimus, contrarium sentit de impulsu Illustriss. Godoii, quià solum requiritur ad amorem, quem terminat, sivè ut terminet illum: §. Tertiò. Quòd quià verbum ad hoc producitur, ut intellectus in illo contempletur objectum, intellectio sub munere contemplationis præsupponit illud, at verò impulsus, cum non requiratur, ut voluntas præcisè eliciat actum amoris, sivè ut in eo, vel eo mediante amet bonum, vel sui objectum, sed sit aliquid relictum tanq. impressio quædam ex affectu amantis, ut nempè amatum sit impressum in affectu ejus, non præsupponitur ad actum amoris, sed potiùs præsupponit illum, sicut impulsus sagittæ supponit actionem sagittarii; & gravitas impellens grave in centrum, supponit actionem generantis, & in universum quilibet effectus, vel terminus actionis præsupponit actionem sui productivam.

Colligimus 3. ex his prædictum impulsum, cum sit quid distinctum ab actu, & se habeat per modum principii, seù virtutis suo modo activæ, vel productivæ, esse essentialiter qualitatem, non per modum habitus, sed magis per modum dispositionis, aut passionis. Primum constat ex eo, quòd virtus prout virtus nominat principium productivum effectus, essentialiter est qualitas, quia certum est ut suprà insinuavimus, virtutem proximè productivam, vel influxivam per modũ principii ad aliquem effectum, qualitatẽ esse activam. Nec minus certum est ut dicebamus, actum vel motum formaliter, ut actus, vel motus est, non esse principium effectus, sed viam ad illum, aut ipsum fieri illius. Unde hac ratione alibi probatur virtutem instrumentalem, qua elevatur creatura ad producendam aliquem supernaturalem effectum esse formaliter distinctam à motu, quià se habet per modum virtutis, seù principii productivi respectu illius, & consequenter esse qualitatem activam, ut sæpè docet D. Tho. de virtute instrumentali, quæ inest Sacramentis, similis in modo essendi speciei intentionali impressæ aeri ab exteriori visibili, quam certum est esse qualitatem.

Secundum etiàm, quòd non sit qualitas per modum habitus, seù formæ perfectæ, vel completæ, sed magis dispositionis etiam constat ex eo. Quià habitus primò, & per se ordinatur ad producendos actus similes actibus, ex quibus fuit genitus, nec per unum, sed ex frequentatis actibus generatur, quod non convenit impulsui, seù affectioni, vel impressioni relictæ ex affectu amantis, quià ad hoc est ut vidimus, ut amatum sit impressum in voluntate amantis excitans, & impellens ad alios posteriores actus, desiderii &c. & per unum actum amoris producitur, nam sufficienter per istum manet voluntas determinata, & affecta erga amatum, ut tendat in ipsum modo explicato, & eò ferventiùs, & tenaciùs, quò ferventior, & diuturnior fuit amor. Tum quià non constituit agens in actu primo tantum, ut facit habitus, qui est præci-

aè actus 1. sed actualiter movet, & impellit ut dictum est, Unde magis se habet per modum dispositionis, vel passionis, quæ est una ex speciebus qualitatis similis iterum eidem virtuti instrumentali, per quam simul elevatur creatura, ut possit agere, & aplicatur, & elevatur actualiter ad agendum; & proptereà D. Tho. in 3. ubi suprà appellavit nomine operationis, vel passionis, in quo videtur utramq. partem hujus corolarii insinuare, nam dum ait esse operationem, innuit esse quid activum, dum verò subdit, vel passionem, quòd sit quid productum, & distinctum ab actu, & consequenter passio, quam dicimus esse impressionem relictam per modum dispositionis ad alios actus, ut explicatum est.

QUAESTIO ULTIMA.

Utrum in Deo sit aliqua alia processio præter duas assignatas.

EX dictis facilè resolvitur præsens difficultas, de quo ex professo etiam agit D. Tho. art. 5. & negativè concludit ex artt. antecedentibus.

§. I.

Statuitur conclusio.

NUlla alia processio potest esse in Deo nisi Verbi, & Amoris, Ità expressis verbis D. Tho. in fine corp. Quod etiam probat sic. Nam processiones in Divinis accipi non possunt nisi secundum actiones, quæ manent in agente, sed hujusmodi actiones in natura intellectuali, & divina non sunt nisi duæ, scil. intelligere, & velle, ergo. Mi. probat. quià sentire, quod etiam videtur esse operatio in sentiente, est extrà naturam intellectualem: neq. totaliter est remotum à genere actionum, quæ sunt ad extrà. Nam sentire perficitur per actionem sensibilis ad sensum, ergo non est alia assignabilis actio in Deo nisi intelligere, & velle, relinquit igitur, quòd nulla alia processio possit esse in illo nisi Verbi, & Amoris. Ità D. Tho.

Pro intelligentia tamen Conclusionis, & rationis illius, & veritatis Catholicæ, quòd duæ tantum sint processiones reales in divinis, scil. secundæ, & tertiæ Personę, adverto primò D. Tho. non definire hìc numerum processionum ut cunq., sed solum secundum speciem non secundum numerum; nam ex eo præcisè, quòd accipi non possint, nec reperiri in Divinis, nisi secundum intelligere, & velle, tantum concluditur dualitas illarum specifica, non numerica; quià posset quis Imaginari dari duos actus intellectus, & similiter duos voluntatis, & secundum illos procedere duas personas numericè tantum distinctas intrà eandem lineam specificam intellectivã, vel volitivam, undè infrà q. 28. ar. 6. inquirit de pluribus numericis, an scil. actus notionalis ad plures personas terminari possit, & iterum negativè respondet, non posse nempè dari duos Filios, nec duos Spiritus SS., quià deberent solo numero distingui, quod est impossibile in natura purè intellectuali, cum distinctio tantum numerica non nisi in habentibus materiam inveniri possit, ex quo etiam principio intulit Philos. non posset dari plures Deos, quià nempè deberent solo numero distingui, quod iudicavit impossibile ex eo, quòd Deus sit actus purus carens omni materia. Qua etiam ratione prob. infrà non posse intrà eandem speciem dari plures Angelos solo numero distinctos.

Secundò. Adverto in hac conclusione loquendo de processu reali cõvenire omnes, cum de fide sit non dari nisi tres Personas unam realiter improductam, & duas realiter productas, utpotè de tribus tantum fiat mentio in scriptura, & de duabus tantum processionibus realibus, & nullibi oppositum exprimatur, imò nec insinuetur. De processione verò secundum rationem dubitant aliqui, ut Molina hìc ar. 3. disp. 4. §. cautè, & P. Aversa q. 33. sect. 1. existimantes Patrem æternum per rationem cum fundamento in re quasi procedere ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum. Quod fundamentum explicans Molina sic habet: Quòd quià essentia virtute continet in se personas Divinas, proprietasuè, ac relationes, quibus personæ constituuntur, & ab invicem distinguuntur, ex fæcunditateq. per intellectum, & voluntatem, ac infinita, & illimitata illius perfectione proveniat, quòd in Deo sit gloriosissima Trinitas personarum, indè est quòd nostro intelligendi modo cum fundamento in re ab essentia ad se ipsam respiciente, sequè ipsam intelligente, quasi resultare intelligatur paternitas in ipsamet essentia, una cum essentia constituens suppositum Patris. Ità Molina: In quibus, ut patet, pro fundamento hujusmodi processionis secundũ rationem tria assignat; scil. virtutẽ essentiæ Divinæ, qua virtualiter continet Divinas proprietates, & relationes. Deinde id, quo constituuntur, & distinguuntur secundum ipsam fæcunditatem per intellectum, & voluntatem ejus. Tertium deniq. infinitam illius, ac illimitatam perfectionem.

Prob. ergo secundò quòd non sit alia processio etiam per rationem ut pariter intendit D. Tho. hìc, & q. 28. ar. 4., & q. 33. ar. 4. ad 2. ubi explicans notionem ingeniti, ut intelligatur convenire soli, debere intelligi inquit, *in nomine ingeniti, quòd omninò non sit ab alio*. Et confirmat q. 39. ar. 5. ad 6. Ubi exponens illud August. 4. de Trinit. cap. 20. versus finem tom. 3. nempè *Pater est principium totius Deitatis*. inquit. Vel potest dici, quòd est principium totius Deitatis, non quia eam generet, & spiret, sed quià eam generando, & spirando communicat. Constat autem, quòd nec per rationem concipi potest, quòd essentia Divina communicet Deitatem Patri generando, vel spirando, nisi velimus posse concipi Patrem cum fundamento in re esse genitum, vel spiratum, cum non sit alius modus procedendi in Divinis, ut suppono ex fide, nisi per generationem, & spirationem.

Ex quibus prob. sic. Si Pater semel procederet ex perfectissima intellectione, & comprehensione, qua Deus se ipsum intelligit, & comprehendit deberet necessariò cũ fundamento in re concipi ut genitum, & Verbum illius, à quo procederet, consequens est impossibile, ergo. Præmissæ constant: mi. quidem, quià illa emanatio, utpotè per intellectionem, esset dictio, & per viam assimilativam juxtà conceptum quiditativum, vel definitum generationis, ergo terminus illius esset necessariò genitus, & verbum; nam hac ratione modo de facto Filius est utrumq.: Mi. verò, quià ut ait D. Tho. ar. 4. q. 33., ad hoc ut iterum ratio ingeniti soli Patri conveniat, debet importare negationem in genere personaliter dicti, ac proindè negationem geniti, non minùs, quàm spirati, sicut importatur in ratione geniti in Filio negatio ingeniti; & in ratione spirati, utraq. negatio spirati, vel generantis, ergo sicut hac ratione impossibile est concipere

cum fundamento in re Filium, vel spiritum S. cum notione opposita notioni propriæ personali, pariter erit impossibile concipere Patrem, cum notione opposita geniti, & Verbi.

Urg. hoc. Nam Pater nequit intelligi sic procedens cum fundamento in re ex tali intellectione, nisi pariter hæc cum fundamento in re, ut fœcunda, & non ut pura contemplatio est, quià intellectio adhuc divina, ut pura contemplatio est non est fœcunda, aliàs in Filio, & Spiritu S. posset concipi similiter cum fundamento in re ut fœcunda ad aliquid producendum, quod est alienum: & nisi concipiatur, ut fœcunda, nequit concipi, ut communicans, ac proindè nec aliquid ut ex ipsa procedens, ergo debet concipi, ut dictio, & generatio, ac proindè Pater procedens ex illa, ut genitus, & Verbum. Quod iterum est alienum, utpotè contradictoriè oppositum propriæ notioni. Videntur hæc omnia, nota ex terminis.

Urg. ulteriùs. Nam si ità concipi posset ut procedens ab hoc Deo ut perfectissimè intelligente se ipsum, verè cum eodem fundamento concipi posset emanans, vel procedens ut Filius, consequens perpetuò est alienum, ergo. *Prob. ma.*, quià ut dictum est, nihil deest tali processioni, ut sit generatio, seù primò, & per se communicativa naturæ, & non alicujus attributi, aliàs eadem facilitate posset dici modo in re de illa Filii, quòd primò, & per se communicet attributum, & non naturam, quod nullus audebit asserere, ergo cum fundamento in re conciperetur emanare ut Filius, undè sicut prima Persona modo in re ex ipsa natura immediatè, & paternitate constituitur Pater, ex eadem cum fundamento in re, accepta ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum, & ipsa filiatione ab eodem producta constitueretur Filius, ac proindè dari possent cum fundamento in re duo Filii in Deo, quod à nullo Catholicorum admitti potest.

Dices nullam ex his sequelis inferri posse, quià ad hoc erat necessaria vera actio intermedia inter rem, quæ procedit, & id, à quo procedit. Prædicta autem emanatio non esset vera actio, sed tantum impropriè diceretur talis, sicut & dimanationes, quibus secundum rationem cum fundamento in re dimanant ab essentia Divina, vera actio non sunt, sed tantum impropriè dicuntur tales, & sic non sequeretur Patrem esse genitum, vel Verbum, aut Filium &c. Sed contrà hoc est. Nam intellectio ex qua dicitur Pater procedere est vera intellectio, aliàs fingitur, & non statuitur cum fundamento in re processio illius ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum, sed vera intellectio est vera actio, aliàs iterum Filius modo de facto, vel in re non procederet per veram, & propriam actionem à Patre, sed tantum impropriè talem, unde sicut hac ratione Pater, ut dicit solutio, verè non procedit ut Filius; nec verbum de facto verè procederet ut Filius, quod est hæreticum, ergo sicut ex opposito catholicè dicimus Verbum modo de facto verè procedere ut Filium, ità supposita eadem processione cum fundamento in re, tenemur asserere, quòd verè cum eodem fundamento procederet ut Filius, ac proinde etiam, ut genitus, & verbum.

Expl., & Urg. hoc. Nam juxtà Molinam Pater verè cum fundamento in re procedit ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum, ità ut verè cum eodem fundamento sit terminus intellectionis, sed intellectio est vera actio, licet in Deo sit realiter ab intellectu indistincta, ergo si per illam procedit Pater, procedit ut terminus veræ actionis, & non simplici emanatione, ut dicitur de attributis absolutis: §. Expl. ulteriùs. Quià ut in superioribus dicebamus, proprietates relativæ, vel personales, quæ sunt terminus alicujus actionis, non sunt de numero earum, quæ simul exiguntur, & dimanant, sed quæ tantum exiguntur, sed non dimanant, sed verè producuntur, seù procedunt ut terminus veræ actionis productivæ, qua ratione ut vidimus, non posse divinas processiones esse immediatè à natura, sed ab intellectu, & voluntate per utriusq. veram actionem, quià earum termini petunt esse termini actionis, ut explicatum est, ergo si semel Pater procederet per intellectionem ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum, non procederet per simplicem emanationem, ut terminus veræ actionis.

Quòd si dicas intellectionem in sententia ejusdem Autoris cum sit constitutiva naturæ Divinæ, non posse habere veram rationem actionis: §. Contrà hoc est, quià in eadem sententia duplex munus distinguitur in eadem intellectione, scil. naturæ, & actionis prout actio distinguitur à simplici emanatione aliorum attributorum, aliàs vix salvaretur, aut salvari non posset vera ratio processionis modo de facto contrapositivè ad simplicem emanationem respectu Filii, ergo adhuc in eadem sententia si semel ponitur Patrem cum fundamento in re verè procedere per intellectionem ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum, tenetur asserere, quòd procedat eo modo, quo terminus actionis sequitur ad ipsam actionem, & non quo attributa dimanant à natura sub munere naturæ.

Ultimò tandem prob. concl. contrà hunc modum dicendi. Nam hic Deus, ut præintelligitur Personæ Patris, sivè ut subsistens subsistentia absoluta, & prævenit subsistentias relativas, solum concipi potest cum fundamento in re, quòd intelligat intellectione essentiali, non notionali, sicut in simili dicimus 3. p. quòd si prout sic per se primò, vel immediatè terminasset naturam humanam, terminasset illam terminatione essentiali, vel communi ratione ejusdem subsistentiæ absolutæ communis tribus Personis, sed actio omninò essentialis, vel communis nequit prout talis esse communicativa naturæ alicui Personæ, quià aliàs etiam ipsa Persona, cui fieret communicatio, eam sibi communicaret, & consequenter produceret se ipsam, imò & omnes concurrerent ad productionem illius, sicut eadem ratione in eodem simili dicimus, quòd tunc omnes personæ simul terminarent eandem naturam, & essent incarnatæ, quià terminarent illam terminatione communi, & ità Pater procederet à se ipso, imò & ab omnibus Personis. Quod est omninò alienum.

§. II.

Solvitur primum argumentum contrà rationem D. Tho.

PRimò arg. impugnando eandē rationem. Ex eo quòd in Deo utpotè naturæ purè intellectualis, non sit alia operatio præter intelligere, & velle non infertur quòd non sit alia processio, ergo. Prob. ant., quià intelligere, & velle, ut plures tenent distinguuntur virtualiter à natura, ergo sicut datur processio Verbi secundū intellectum; & amoris, vel impulsus secundum voluntatem, poterit dari alia secundum naturam. Cons. videtur tenere, quià non apparet major ratio, quòd multiplicetur processio secundum potentias, & multiplicari non possit secundum naturam, nisi velimus quòd sit minus fœcunda, & præcipuè in Deo, quàm suæ poten-

potentiæ: §. Urg. hoc. Quià etiamsi detur tantum multiplicari secundum operationem, sicut in Deo datur multiplicitas operationum penès intelligere, & velle, datur etiam penès intelligere, dantur enim in illo plures intellectiones virtualiter distinctæ, prout scil. intelligit se, & alia à se, ergo sicut per intelligere, & velle producitur Verbum, & amor, vel impulsus: pariter producentur plura verba per multiplex intelligere, quorum uno dicatur, vel exprimatur essentia Divina, seù intelligibile increatum, altero verò creatum.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. transeat ant. (de quo in superioribus (neg. conf. quià cum natura ut dictum est, non sit proximum principium, sed primum, & radicale, quod non habet alium influxum in operationem, nisi quem præstat medio proximo, & istud in natura purè intellectuali sit tantum duplex scil. intellectus, & voluntas, ac proindè duplex tantum sit ejus operatio, scil. intelligere, & velle, in Deo duplex erit tantum processio illis correspondens secundum intellectum, & voluntatem non secundum naturam, esto dicamus hanc ab utraq. operatione, & potentia virtualiter distingui, quià processio non multiplicatur nisi secundum operationem, (cum non sit simplex emanatio ut dictum est) & operatio nisi secundum principium proximum, cum aliam ab isto non habeat radicale. Nam hac ratione suprà de visione ostendimus, nullum esse necessarium principium supernaturale constituendum ex parte animæ pro actibus supernaturalibus informibus, ut sint tales, seù supernaturales, præter illud, quod recipitur in potentiis, ut virtus, & ratio agendi, quià nempè alium influxum non habet præter illum, quem præstat mediis potentiis, undè sicut influxus procedens ab illa, media potentia, & virtute naturali naturalis est, ità procedens medie potentie ut elevera per supernaturalem rationem agendi est supernaturalis, imò repugnat ob eandem rationem, quòd non sit supernaturalis, cum nempè sit idem indivisibilis influxus emanans à principio radicali, & à proximo ut elevato, ut ostensum est.

Ex his, & ex superioribus ad confirm. resp. claritatis gratia dist. ant. Datur penès intelligere, ejusdem rationis specificæ, transeat, diversæ neg. ant. & conseq., nem etiamsi daretur, quòd alia, & alia intelligeret se, & alia à se, non tamen per plura verba, tum quià cum esset idem indivisibile objectum specificativum, vel primarium, scil. intelligibile increatum, respectu illarum solum possent secundum illas multiplicari processiones, & termini earum solo numero, quod est impossibile, ut dictum est, & modo supponimus, (ut ostenditur infrà) in natura purè intellectuali. Tum quià aliàs Verbum Divinum non esset infinitum in ratione repræsentandi, sivè comprehensivum, & adæquatum respectu omnium intelligibilium à Deo, si unum, & idem indivisibile non sufficeret pro omnibus illis, sicut nec esset infinita, & comprehensiva ejus intellectio respectu illorum, si una non sufficaret, præcipuè loquendo de multiplicitate reali, de que potissime modo est quæstio. Quidquid sit de virtuali, de qua jam dictum est contrà Molinam, & adhuc constabit infrà.

Sed instas. Quamvis intelligere, & velle in Deo non distinguantur realiter, sed solum virtualiter, ad hoc tamen secundum illas dantur processiones distinctæ, per quas producuntur termini realiter distincti, ergo semel etiam admissis pluribus intellectionibus virtualiter tantum distinctis poterunt secundum illes dari plures processiones, per quas plure verbe realiter distincta procedent: §. Urg. hoc. Ex eo, quòd in his intellectionibus salvari nequeat infinitas sinc reali earum mutue identitate, non sequitur, quòd non possit eedem salvari in terminis, seù verbie per illas productis, argo adhuc esset verbum infinitum, & comprehensivum, etiamsi esset multiplex, & non unum tantum. Prob. ant. Si intellectio Divina non esset realiter identificata cum volitione, non esset entitetivè infinita, & tamen Verbum est entitetivè infinitum absq. reali identitate cum Spiritu S., ergo etiamsi stare non possit infinitas ex parte intellectionis, vel actionis sinè reali identitate cum omni alia intellectione, vel actione in Divinis, poterit tamen stare sinè illa ex parte termini.

Resp. iterum primò ad instantiam, quòd cum intellectio, & volitio sint diversæ rationis, non repugnat secundum illas multiplicari processiones in natura purè intellectuali, quià hæc est capax diversitatis specificæ, non solius numero; sicut essent penès tantum plures intellectiones, ut dictum est: §. 2. respond. esse iterum discrimen, quòd inter utrumq. terminum processionis modo de facto, scil. Verbi, & Amoris, sivè impulsus est oppositio relative, quæ ex une parte petit distinctionem realem, & ex alia non præjudicat infinitati, unde absq. hujus læsione optimè salvatur eorum pluralitas. Hæc autem oppositio non esset inter Verbum ut repræsentans intelligibile creatum, & increatum etiā si virtualiter distingueretur à se ipso sub hac duplici repræsentatione, & ideò infinitum non esset nisi utramq. exerceret absq. reali multiplicitate: §. Per quod etiam patet ad confirm. Nam inter actus intelligendi, & volendi non est oppositio, sicut in eorum terminis, undè stare nequit inter illos negatio identitatis cum infinitate, quin hoc inferatur in terminis; at cum inter terminos per distinctas virtualiter intellectiones Divinas talis oppositio relativa non asset; (cujus negatio est adæquata ratio, cur intellectio vel infinita non sit, vel debeat identificere sibi omnem virtualitetem intellectionis) manifestè infertur aut verbum infinitum non esse, aut identificare sibi omnem virtualitetem repræsentationis.

Sed instas. Nam ex eo colligimus esse oppositionem relativam inter utrumq. terminum amoris, & Verbi, quia virtualiter præsupponitur intellectio ad volitionem juxtà illud nihil volitum, quin præcognitum, ex quo ulteriùs infertur inter utrumq. notionaliter talem debere peritar esse realem ordinem originis; sed semel admisse distinctione virtuali intellectionis in Deo, in terminatione illius ad essentiam, & ad creaturas, cognitio prout terminata ad essentiam est prior se ipsa ut terminata ad creaturas, cum priori modo pertineat ad objectum primarium, & ad lumen principiorum, posteriori verò ad secundarium, & ad lumen scientificum, ergo Verbum ut repræsentans creaturas erit posterius se ipso, seù Verbo repræsentante essentiam posterioritate originis, & consequenter ab illo realiter distinctum.

Huic instantiæ (de qua latè infrà ad quæst. 36.) brevitar pro nunc dist. claritatis gratia ma., quià præsupponitur, utcunq., neg., & quià juxtà maritum suæ lineæ, & fecunditatis naturæ, ad subsistentiam Mysterii Trinitatis exigunt, & fundant talem oppositionem, & ordinem in suis terminis prout explicatur ibidem, conc., & dist. mi. est prior cum eadem oppositione, & ordine ex parte terminorum, neg., sinè illa, & sola priori-

prioritate ex parte objecti primarii,& secundarii,conc., sed e his jam suprà dictum est, & ulteriùs constabit infrà ne eadem repetamus.

§. III.

Solvuntur alia argumenta contrà posteriorem difficultatem.

SEcundò arg. omnis relatio realis saltem nostro modo intelligendi debet resultare ex aliquo fundamento, ergo debet hoc ipsum convenire relationi paternitatis, cum hæc etiam realis sit; at non est aliud assignabile fundamentum, nisi intellectio, qua hic Deus se ipsum perfectissimè comprehendit, ergo resultat ex hac intellectione: § Respond. dist. ant., omnis relatio, in creatis transeat, vel conc. in Divinis, neg., quià cum in creatis sit accidens, & exerceat purum munus referendi debet supponere sui fundamentum, ac proinde actionem, supra quam dicitur fundari; cæterum in divinis cum non sit purus ordo, vel exercitium relationis, sed simul forma subsistens, quæ secum affert suum suppositum, non tenetur supponere fundamentum sui, sicut neq. suppositum, cui conveniat; undè optimè potest relatio paternitatis Divinæ intelligi, quòd conjungatur Divinæ essentiæ, non præintellecta aliqua actione, supra quam fundetur, & consequenter nec quòd resultet ex actione, qua Deus se ipsum comprehendit.

Sed instas. Relatio paternitatis in Deo verè oritur ab essentia Divina, (sicut & omnes aliæ proprietates,) non solum sub munere relationis, sed etiam sub munere formæ subsistentis,at nequit intelligi sic oriri non præintellecta eadem intellectione Dei comprehendentis se ipsum, suprà quam nostro modo intelligendi dicatur fundari,ergo. Prob. mi. quià relatio realis nequit resultare, nisi media aliqua actione, sed non est alia assignabilis, nisi eadem intellectio, cum ante illam nequeat alia prior concipi, ergo etiam sub posteriori munere subsistentis fundari debet.

Resp. neg. mi. ad prob. dist. ut suprà ma. loquendo de Divina,nequit resultare sub munere exercitii relationis, conc., sub illo subsistentis, neg. Quià relatio Patris licet realis sit, quià tamen est prima, & conveniens supposito omninò improducibili, sivè cum negatione producibilitatis, (hanc enim negationem importat ejus notio ingeniti, ut vidimus ex D. Tho.) concipi nequit cum fundamento in re, quòd oriatur sub munere subsistentis media actione, nisi velimus quòd possit aliquid sic concipi cum prædicato, cujus importat negationem, ut homo cum irrationalitate; undè sub hoc munere dimanat à natura Divina, sicut cæteræ proprietates absolutæ, quæ non tantum exiguntur, sed etiam dimanant, naturali veluti sequela, & non per viam productionis, aut media actione. Quæ dimanatio non est formalis, sed tantum virtualis, sicut ea, qua justitia, & misericordia, vel alia hujusmodi attributa Divina dicuntur ab eadem natura dimanare.

3. Arg.& potest esse replica. Natura Divina communicatur Patri,at non per communicationem omninò essentialem, cum hæc sit communis omnibus Personis, ergo per notionalem, & consequenter per aliquam actionem, ergo cum non sit alia assiguabilis, ut dictum est, nisi intellectio,qua se ipsum hic Deus perfectissimè intelligit, per hanc ab hoc Deo procedit Persona Patris: §. Urg. hoc. Nam Paternitas unitur essentiæ pro aliquo signo à priori ad alias relationes, cum istæ procedant à Patre, at non ex alio capite,nisi quià eadem essentia priùs quàm determinetur per alias relationes personales comprehendit se, ergo ex hac comprehensione nostro modo intelligendi resultat paternitas. Prob. mi. quià ad verificandum sic priùs conjungi essentiæ, tenemur asserere aliquid pro eodem priori convenire Deo, sed non est assiguabile nisi comprehensio suæ essentiæ, qua pro tunc primò intelligitur se ipsum perfectissimè cognoscere, ergo pariter tenemur asserere, quòd ex hac perfectissima cognitione resultet paternitas.

Resp. dist. ma. communicatur Patri, per puram naturalem, & immediatam connexionem cum illo, conc., per viam productionis, aut media actione, neg., quià eo ipso, quòd Pater intrà lineam productionis sit principium non de principio, sivè cum negatione principii ut dictum est, impossibile est concipere essentiam cum fundamento in re communicari illi per viam productionis, aut media actione etiam nostro modo intelligendi, undè per puram tantum connexionem se ipsa immediatè conjungitur ante omnem communicationem activam tam essentialem, quàm notionalem, sicut conjungitur natura cum sui subsistentia, & sic non oportet recurrere ad aliquam veram actionem,per quam communicetur illi, quià est de subjecto non supponente, quòd communicetur illi intrà lineam productionis, sed solum unitur intrà illam connexionis.

Ad confirm. neg. mi. Ad prob. neg. iterum mi., nam satis est intelligere, quòd in linea relativa Paternitas est prima relatio, vel subsistentia, sicut ut intelligatur eadem natura priùs conjungi cum intellectu, quàm cum voluntate, satis est concipere, quòd ille in natura intellectuali est prima passio; eò ipso enim, quòd paternitas est prima relatio,vel subsistentia, qua natura primò incommunicabiliter subsistit, nullo alio superaddito, sufficienter concipitur connexio, vel conjunctio immediata inter naturam,& paternitatem. Tum quià eo ipso, quòd est prima relatio, ex proprio sui conceptu quidditativo importat ut dictum est, & explicatur infrà,notionem ingeniti in Patre, & consequenter negationem prædicati oppositi, scil. producibilis, vel communicabilis per intellectionem, nisi velimus confundere,& avertere proprium conceptum Divinarum notionum.

4. Arg., & iterum est replica. Nam benè stat Paternitatem esse relationem primam, & realiter indistinctam à Natura,vel essentia Divina,& adhuc illi convenire media actione intellectiva tanquam fundamento, ergo ità asserere tenemur sine omni repugnantia. Prob. ant., quià sub munere relationis exercitæ est etiam prima, & realiter indistincta ab illo,ut suppono in via D. Tho. , & tamen sub hac ratione convenit Patri media actione ejus, ergo etiamsi sub alio munere subsistentis sit prima, & realiter indistincta adhuc poterit esse media intellectione tanq. fundamento. Conf. tenet à paritate.

Ad hoc dist., & explico ant. Benè stat. Si consideretur secundum primum veluti sui munus, quo constituit Patrem, sivè suppositum illius in ratione subsistentis, neg., secundum alterum, vel posterius, secundum quod supponit sic constitutum, conc. Ad prob. dist. ma. est etiam prima, & realiter indistincta, & aliàs supponit se ipsam sub alio munere subsistendi ut explicatur infrà, conc., & non supponit, neg. & concessa mi., neg. cons., quià difficultas de Patre

est

est de illo sub ea ratione, secundum quam coocipi potest primò ut procedens, aut producibilis ab hoc Deo perfectissimè intelligente se ipsum; hæc autem non est exercitiom, cum istud supponat id, cujos est exercitium, sed magis ratio subsistendi, quæ cum in Patre ut dictum est, importet rationem iogeniti, ac proindè uegationem geniti, impossibile est, qobd proot sio concipi possit cum fuodamento io ra ut procedens ab alio per iotellectionem, unde est distinguenda duplex veloti primitas in eadem relatione secundum duplex idem munus, & tunc optima est causalis, qubd quià est prima relatio, primitate scil. muneris, secundum qubd dubitari poterat an procedat saltem per rationem cum fundamento, id esse omnino impossibile.

Ex alio autem capite scil. indistinctionis transeat, qobd non repogoet ex eodem sic concipi si aliud non obstaret; sed obstat primò eadem ratio ingeniti, sivè negatio geniti. Tum deindè qoià teneremur tunc admittere vel Patrem esse genitum contrà sui propriam notionem, vel qobd hic Deus, ut prævenit relationem Patris generaret aliquam aliam personam Trinitatis, sicut ex hoc qobd paternitas sub exercitio relationis sit à Patre media actiooe generativa ponimos geuerare Filium per illam actiooem, quæ est fundamentom relationis paternitatis sub eodem munere relationis exercitæ. Quod est contrà fidem. Nam licet concedatur hæc propositio Deus generat, non tamen quod hic Deus aote omnem personalitatem generet, qoià licet in sigoificando ly Deus tantum significet Deum, in supponendo tameo importat Deum determinatum personalitate Patris, ut docet fides. Cæterum hic Deus ut prævenit omnem personalitem uon stat determinatè pro aliqua ex tribus Personis, sed pro concreto Deitatis communi omnibus: onde etiam sequeretur ut infinoavimus, qobd deberet omnes generare, & cum fundameoto etiam posse concipi generare vel ipsum Patrem, vel aliquam aliam personam in Deo, sicut tres simul essent incarnatæ, ut dictom est, si hic Deus, ut prævenit easdem personalitates Divinas per se primò terminasset natoram humanam.

Tum quià sequitur aliud maximom inconveniens, qubd relatio Patris uon resultet ad generationem, qoa Pater Filiom prodocit, si semel hæc resultat ad intellectionem communem, qua hic Deus intelligit se ipsum, & sic erit ponenda alia relatio resultans ad eandem generationem productivam Filii, & consequeoter duæ etiam reales paternitatis relatiooes, quæ sint omninò alieoa. Sequela constat, quià juxtà Molinam relatio paternitatis constitutiva resultat ex intellectione essentiali tanquam ex adæquato fundamento, ergo tenemur alteram ponere resultantem ex generatione notionali, qua Pater producit Filium, quià nequit eadem resoltare ex duplici adæquato fundamento, ergo si semel ad positionem intellectionis essentialis resultat relatio paternitatis, ad positionem notionalis, sivè generativæ Filii resultabit alia relatio; nam cum hæc resultat ad positionem fundamenti, & termini, oova resultabit ad positionem novi fundamenti, & termini.

Quòd si dicas ut suprà, relationem patetnitatis sub exercitio, vel munere relationis resoltare ex generatione, qua Pater producit Filium, non sob illo subsistendi, sivè ut est constitutiva Filii, & sic poterit sub isto resultare ex intellectione essentiali, unde non est necesse multiplicare relationem, sed tantum munera ejus: §. In contrà hoc est. Tum qoià ut dictum est, sub hoc muoere implicat resoltare ex alio, cum Pater in ratione subsistendi importet negationem geniti. Tum quià relatio Pateroitatis sub hoc eodem munere obtinet rationem formæ hypostaticæ se ipsa subsistentis afferens secum suppositum, vel quæ se ipsa suppositom est, ac proindè non indigens, vel non præsupponens fundamentum, quod taotum reqoiritur ad illam sub exercitio relatioois, sob quo tantum non intelligitur ad se, sed ad aliud: Vid. de his Mag. Ferre.

DISPUTATIO SECUNDA.

De relationibus Divinis ad quæst. 28.

Quatuor principaliter se offerunt in hac disput. Primum circa aliqoa, qoæ traduntur in art. 1. Secundum de illarum distinctione ab essentia. Tertium an sit talis identitas, ut sint mutuò de conceptu alterius. Quartum an relationes ut dicunt *Ad* importet perfectionem de propria linea, & quot sint.

QUÆSTIO PRIMA.

De veritate eorum, quæ traduntur in art. 1.

Plura docet D. Tho. in art. 1. hujus q. 28., quæ difficultatem iogeront. Primom est, qood asserit in princ. corp. scil. *Solum in his, quæ dicuntur ad aliquid inveniuntur aliqua secundum rationem tantum, & non secundum rem, quod non est in aliis generibus.* Cujus rationem subdit. *Quià alia genera, (ut quantitas, & qualitas) secundum propriam rationem significant aliquid alicui inhærens. Ea verò, quæ dicuntur ad aliquid significant secundum propriam rationem solum respectum ad aliud:* §. Secundum est, quod immediatè prosequitur. *Qui quidem respectus aliquande est in ipsa natura rerum, utpotè quando aliqua res secundum suam naturam ad invicem ordinata sunt, & invicem inclinationem habent; & huiusmodi relationes oportet esse reales. Sicut in corpore gravi est inclinatio, & ordo ad locum medium, unde respectus quidam est in ipso gravi, respectu loci medii, & similiter est de aliis huiusmodi. Aliquando verò respectus significatus per ea, quæ dicuntur ad aliquid est tantum in ipsa apprehensione rationis conferentis unum alteri, & tunc est relatio rationis tantum. Sicut cum comparat ratio hominem animali, ut speciem ad genus.* Hinc subdit. *Cum aliquid procedit à principio*

pio ejusdem naturæ necessè est quòd ambo, scil. procedens, & id à quo procedit, in eodem ordine conveniant, & sic oportet, quòd habeant reales respectus ad invicem: §. Ex quibus sic concludit corp. art. *Cum igitur processiones in Divinis sint in identitate naturæ, ut ostensum est* (qu. antec. ar. 2., & 4.) *necessè est, quòd relationes, quæ secundum processiones Divinas accipiuntur, sint relationes reales.* Hæc D. Tho., quæ placet ponderare, ut eorum veritas magis appareat.

Circa primum oritur difficultas ex eo, quòd vel intendit D. Tho., quòd in genere, vel prædicamento relationis inveniantur aliqua secundum rationem tantum: Et hoc nequit omninò admitti; tum quià cum ratio generis relativi, seù prædicamenti relationis sit pars subjectiva entis realis, (dividitur enim istud in decem genera, ut ostendimus in logicis) oportet, quòd omnes ejus species, & differentiæ sint aliquid reale; tum quià idem genus est aliquid univocum ad omnê sui speciem, ergo nullam potest admittere, quæ realis non sit, aliàs enti reali, & rationis daretur aliquod commune univocum, quod est alienum in doctrina ejus.

Vel loquitur de genere non determinatè pro prædicamentali, seù pro prædicamento relationis, sed pro quadam ratione communi analoga; & tunc licet verum sit, quòd in his, quæ dicuntur ad aliquid dentur aliqua secundum rationem tantum, & alia secundum rem, hoc autem non est speciale in genere relativo sic sumpto, sed contingit etiam in aliis generibus sumptis similiter pro ratione communi analoga. Tum quià ens rationis non se habet adæquatè cum ente rationis relativo, ut patet ex ejus divisione, qua dividitur in privationem, negationem, & relationem, ac proinde vagatur per alia rationis genera, unde sicut datur relatio rationis, datur etiam quantitas, & qualitas rationis, & sic de aliis: §. Tum quià cum in relationibus rationis, aliæ sint puri respectus, ut rectè etiam ponderat M. Ferre, aliæ sint transcendentales, ut relatio, qua signum ad placitum refertur ad suum signatum in sententia asserente signum non constitui per relationem prædicamentalem, sed transcendentalem, oportet, quòd sit transcendentalis. Similiter etiam relatio, quà ens rationis refertur ad intellectum, vel ad suam causam efficientem oportet, quòd sit relatio rationis transcendentalis. Hujusmodi autem relationes, ut vidimus ibidem, in hoc differunt à prædicamentalibus, quòd istæ sunt puri respectus nihil admittentes de absoluto, illæ verò sunt aliquid absolutum dependens ab alio, undè congruè explicari non possunt nisi in ordine ad aliud. Dantur ergo entia rationis absoluta spectantia ad aliquod genus entis, quod relatio non sit; sicut non spectant ad genus relationis prædicamentalis relationes reales transcendentales, sed vagantur per omnia genera entium absolutorum: & quidem non videtur posse negari, quòd rosa v. g. ut intellecta, substantia sit, at non realis, cum esse intellectum non sit esse reale naturale rosæ, ergo est substantia rationis. Similiter triangulus ut abstractus, in esse talis, quantitas est, at non realis, ergo est quantitas rationis.

§. I.

Expeditur prima difficultas.

Circa hanc primam difficultatem variè sentiunt etiam Thomistæ inter se, nam Cajet., Torres, Zumel, Nazarius, & alii existimant D. Tho. loqui de *Ad aliquid* prædicamentali, quod quidem duobus modis apud eosdem sumitur; primò illimitatè, vel absolutè, aut in generali, & tunc dicunt, quòd ad aliud se habere, nihil significat, nisi *Ad* in quantum *Ad*; quod est propria ratio prædicamenti relationis, eo modo, quo uni alicui soli convenit inter alia plura, dici potest propria ratio illius. Alio modo contractè, & limitatè ad talem essendi modum, scil. realem; & ex his duabus consurgit propria ratio velut integra, & côpleta definitio relationis prædicamentalis comprehendens id, quod est commune omnibus relationibus etiam non prædicamentalibus, scil. *Ad*, & deindè etiam, quod speciale est prædicamenti relationis, scil. esse reale, & inclinationem, seù ordinem realem. Sic ex Cajet. explicat Nazarius: §. Alii verò sentiunt oppositum, quòd non loquitur determinatè de Adaliquid prædicamentali, sed magis de abstrahente, vel superiori analogo, ut M. Ferre, Sarra, Salmaticenses, & Bannez, cui præcedens explicatio visa est prænimia sui subtilitate obscura, & captu plùs nimiò difficilis. De quo videri potest hic: §. *Hac tamen sententia.*

Dicendum ergo est propositionem D. Tho. nempè in his quæ dicuntur ad aliquid &c. verissimam esse, sed intelligendam esse de Adaliquid non contracto ad genus prædicamenti relationis, sed communi, & analogo. Quoad priorem part. suppono conclusionem ut certam, nam difficultas est in quo sensu eadem propositio vera sit. Quoad 2. p. sumitur ex D. Tho. q. 7. de pot. ar. 9. in corp. ubi paulò infrà initium inquit. *In nullo prædicamento ponitur aliquid, nisi res extrà animam existens. Nam ens rationis dividitur contra ens divisum per decem genera, ut patet 5. Metaph.* ergo nequit juxta ejus doctrinam accipi pro Adaliquid prædicamentali, si semel istud est contra divisum abente rationis: §. Idem docet in 1. dist. 26. q. 1. ar. 1. in corp. paulò ante medium, ubi improbans modum dicendi aliquorum Philosophorum, quòd nempè relatio non sit aliquod unum genus entium, nec aliquid in rerum natura, sed tantum quidam respectus resparsus in omnibus entibus, & quòd relationes sint de secundis intentionibus, quæ non habent esse nisi in anima. (Cui etiam Porretanorum opinio consentire videtur,) inquit. *Sed hoc falsum est, quià nihil, quod est tantum ens in anima in genere determinato collocatur*, ergo iterum nequit ad mentem ejus explicari de Adaliquid reali, vel prædicamentali, sivè prout constituit speciale genus, vel prædicamentum relationis.

Ratione deindè prob. jam insinuata. Nam in doctrina D. Tho. enti reali, & rationis nequit dari aliquid commune univocum, atsi prædictum Adaliquid sumeret pro reali, vel prædicamentali, sivè quod idem est, si in prædicamento relationis collocarentur relationes rationis, teneremur utriq. admittere ut patet, aliqua ratio communis univoca, cum hujusmodi prædicamentum, sit quid univocum, aliàs ratio generica nô esset, ergo nequit accipi pro prædicamentali. Ma. est certa ex communi consensu ejus discipulorum, quamvis videatur dissentire Cajet., in quo tamen ut ait M. Ferre, ab omnibus metaphysicis derelinquitur. Eamq. etiam admittunt contrarii præcipuè M. Herrera hic in solut. ad 1., ubi loquendo etiam de illo *Ad*, (in quo apud eosdem ut vidimus, consistit primariò ratio relationis prædicamentalis) asserit tantum analogicè reperiri in relatione rationis.

Dices relationibus rationis tantum convenire rationem illam illimitatam relationis prædicamentalis, &

& hanc quidem enelogicè, non tamen adæquatam, & completivam illins, nem hæc est propria, & convenieus solum realibus: §. Sed contrà hoc est nam ratio ille illimitate, vel sumitur pro eodem, quòd ebstracta à linea relative prædicamentali, vel pro adhuc pertineute ad illem. Primnm coincidit cum nostro modo dicendi, ptout sic enim est quædā ratio communis, & enaloga; si vero secundum, redit argumentum, quià nulla ratio prædicameutalis potest esse analoga, vel anelogicè tantum convenire enti retionis; nam hoc est, quod judicamus impossibile, & quòd sit ratio generica, vel prædicamentalis, & quòd univoca non sit, sed analogicè conveniet. Nam ex qua parte prædicamentalis est, univoca est, sicut & cætere prædicameuta; ex que verò sub se comprehendit relationes reales, & rationis tenetus esse enaloge, ne enti reali, & rationis detur eliquod commune univocnm.

2. Impugnatur ex Doctrina M. Baunez. Nem universalior est conceptus entis divisi in supremа decem genera, quàm conceptus determinati generis, sivè relativi, sed prior conceptus entis significare nequit eliquid commune enti reali, & rationis, ergo minùs significare poterit posterior. Ma. est per se nota; mi. est D. Tho. proximè relati dum eit, ens rationis est contradivisum ab ente, quod partitur in decem genera, & petet, quià divisum in tali divisione est ens reale physicum, & intrinsecè tale, que ratione ostendimu a in logicis denominationem extrinsecam visi, & elies hujusmodi non posse sub illo comprehendi, esto quidreale sint, ergo nequit conceptus proprius prædicamenti *Adaliquid* extendi ed aliquid rationis abstrehendo abente reali.

Prob. deindè concl. aperiendo mentem D. Tho. Nam intentum illius est assignare discrimen inter ea, quæ dicuntur *Adaliquid*, & quæ dicuntur absolutè, quòd in illis datur ratio quædam communis analoga, in qua secundum propriam retionem præcontinentur relatio realis, & relatio retionis, non verò in istis, quià deri nequit ratio communis anelogа, analogia secundum propriam rationem, quæ ambiat ebsoluta realie, & absoluta rationis, sed tantum impropriè, & secundum puram metephorem, non enim quentitas, & quelitas secundum propriam rationem dici valent de quantitate & qualitete rationis, sed de sola reali, cujus ratio est, quam expendit M. Ferre, & insinuat D. Tho. ubi suprà, quià in hoc differt genus absolutum à relativo, quòd istud secundū proprisam sui differentielem rationem, cum non explicet entitatem, non explicet id, cui verum esse debetor, & ità cum esse ficto stere potest vera retio relationis, at verò absolutum ex proprie sui ratione differentiali explicat esse, & consequenter explicat id, cui verum esse debetur. unde nequit componi cum ente ficto vera, & proprie ratio generis absoluti, ergo ad intentum D. Tho. potissimùm conducit præfata nostra interpraetetio de ratione communi analoge, non de Adaliquid prædicementali. Conf. tenet, quià eliter explicando megis confundi videtur mens ejus, & difficultatibus implicari, quàm explanari.

Explic. hoc. Quià substantie, quelitas, & alia hujusmodi absoluta, tam secundum rationem substentiæ, quàm eccidentis non solum importaut esse, sed etiam explicant illud, at verò ens rationis non solum non importat, sed neque etiam explicat verum entitatem, ac proindè in substeatia, quantitate, & qualitete rationis vera ratio substantiæ, quantitatis, & qualitatis nequit reperiri; cæterum relatio licet secundum peculiarem sui rationem dicatur importare esse, non tamen explicat illud, sed purum respectum ad terminum, penès quem non habet esse, sed tantum in ordine ad subjectum, & sic optimè stet, quòd relatio sit ficta, & nihilominùs sit vere relatio, sivè retineat verum conceptum relationis, quià dum in conceptu differentieli non explicatur ratio entis non oportet, quòd explicetur ratio ficti ab intellectu. Ex quo teudem fit, quòd quantitas retionis, (& sic de eliis generis absoluti) tenetur explicare hoc esse dimiuutum, & confictum, quià ex meritis sui generis tenetur explicare esse, non autem relatio, rationis, & ideò quantitas retionis pugnat cum vera ratione quantitatis (& sic de aliis) non verò reletio rationis cum vere ratione relationis.

Dices hanc doctrinam manifestè coincidere cum ille, Cajet., qui S. ad hes dubitationes, sic ait. Et quoniam quælibet (scil. tam realis, quàm retionis) habet suum *Ad*, consequens est, quòd *Ad* in quentum *Ad*, neque ens reale, neq. ens rationis necessariò sit, sed utrumq. permissivè, quod est idem, ec dicere, quòd secundum sui rationem differentialem salvari possit tam in reali, quàm rationis: §. Sed cont à hoc est. Nam *Ad*, quod in opposita interpretatione statuitur commune reali, & rationis, non est *Ad* in communi, vel abstractum à reali, & retionis ut nos dicimus, sed contractum ad prædicementale, ut petet ex dictis, sed istud nequit etiam permissivè esse aliquid rationis, nisi velimus quòd aliquid reale physicum, & intrinsecè tale possit permissivè esse aliquid rationis, sicut in simili dicebamus supra, quòd licet substantia ut sic possit utramq. admittere, scil. corpoream, & incorpoream, semel tamen contracta ad intellectualem, vel engelicam nec etiam permissivè potest esse corporea, vel meterialis; & ratio utriusq. est, quem supra etiam insinuavimus, quià nempe ut sic contrectè dicit negationem elterius extremi, ergo nullatenus coincidit explicatio nostre cum illa Cajet.

Explic., & urg. hoc. Quamvis *Ad* etiam prædicamentale non explicet prout sic entitatem, imbibit tamen illem, seu est essentialiter contraheus verum esse reale, cum sit constitutivum generis realis, unde est *Ad* reele includens *In* propter ejus trascendentiam, ec proinde relatio prædicamentalis, ut vidimus in logicis, secundum adæquatum sui conceptum dicit esse, *Inalind, sivè Inadaliitatem*; cui non obstat, quòd sit *Adalind*, quià integra ejus ratio ex utroq. eodem conceptu coelescit, si velimus, (ut tenemur) quòd non tantum respeciat termiuum, sed etiam subjectum, non sistendo ibi, sicut alia accidentia generis absoluti, sed referendo illud ad sui correllativū, in quo distinguitur ab illis, undè duplex etiam distinguitur *In* alterū velnti absolutum, & conveniens illi, prout accidens est, & inhæret eidem subjecto, in quo convenit cum aliis, & relativum prout refert illud ad aliud, ut ad purum terminum, quod est propriissimum illius munus, in quo etiam distinguitur à relationibus trauscendentalibus, quæ respiciunt aliud, ut causam, vel effectum, aut objectum, sivè non purè relativè.

Ex his patet letum discrimen inter utramq. explicationem, sivè utrumq. *Ad* scil. in communi, de quo interpretamur propositionem D. Tho. & dicimus esse quid analogum ed reele, & rationis. Et *Ad* prædicamentele, de quo explicant elii, & dicimus esse quid univocum, nam propria ratio constitutiva illius, sivè relationis in communi, non est determinetè aliquid reale, vel rationis, sed permissivè utrumq., ratio verò

propria constitutiva alterius est determinatè aliquid reale, undè nequit etiam permissivè esse aliquid rationis, cui non obstat, quòd secundum sui explicitum, vel ex modo significandi non exprimat aliquid reale, quià ut dictum est, cum includat *In*, imbibit illud, nec potest secundū adæquatum sui conceptū præscindere ab illo, imò relatio determinatè prædicamētalis adequatè sumpta etiā aliquomodo videtur exprimere illud, cum per sui conceptum adæquatum exprimat *Inadalitatem*. Ex quo etiam D. Tho. q. 8. de potent. ar. 2. in corp. reiicit opinionem illorum, qui ut supra, constituebant propriam rationem relationis in ente rationis: undè in fine inquit. *Dicendum est, quòd nihil prohibet aliquid esse inhærens, quod tamen non significatur ut inhærens, sicut etiam actio non significatur, ut in agente, sed ut ab agente, & tamen constat actionem esse in agente. Et similiter licet* Adaliquid, *non significetur ut inhærens, tamen oportet ut sit inhærens. Et hoc quando relatio est res aliqua. Quandò vero est secundum rationem tantum tunc non est inhærens*. Ità D Tho. Autores autem, qui propriam rationem relationis constituebant in ente rationis decepti sunt in hoc, quòd solum attendebant modum significandi relationis.

§. II.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. de illo *Adaliquid* loquitur D. Tho., quod contraponitur aliis prædicamentis, sed illud non est abstrahens, sed prædicamentale, ergo de isto intelligendus est: mi. patet, & ma. prob. ex verbis illis, quod non est in aliis generibus, ergo loquitur contrapositivè ad alia genera, & consequenter de *Adaliquid* prædicamentali: §. Resp. neg. ma. Ad prob. neg. suppositum, quòd nomine aliorum generum intelligat restrictivè pro rationibus univocis prædicamentalibus, seu constitutivis aliorum prædicamentorum, sed latè etiam accipit pro rationibus communibus, in quibus multa analogicè conveniunt, sicut dum dicimus, genus entis, quod nominat rationem communem analogam ad inferiora illius. Et ratio est, quià ut vidimus, & patet ex verbis immediatè sequentibus, quibus statuit hoc discrimen inter absoluta, & relativa tam realia, quàm rationis, quòd relativa gaudent communi ratione secundum propriam analogiam, illa vero non, ex eo ut dictum est, quòd relativa non explicant esse, absoluta verò secundum propriam sui rationem explicant illud, & ideò componi nequeunt cum ente ficto, illa verò non.

Sed instas 1. Quià juxtà hanc solutionem adhuc non videtur salvari discrimen inter genus respectivum, & alia absoluta, ergo est insufficiens ad intentum D. Tho. Prob. ant. quià etiam actio secundum formalissimum sui *Ab* non explicat esse, sivè inhærentiam, ergo sicut hac ratione datur relatio rationis secundum proprietatem, dabitur etiam in genere absoluto, vel in actione. Ant. constat, quià secundum proprium sui conceptum, tantum dicit egressum ab agente, ut videtur etiam insinuare D. Tho. proximè relatus de Potent. ubi ad explicandam hanc proprietatem generis relativi, sivè relationis utitur exemplo actionis, dicens post verba superiùs relata. Sicut etiam actio non significatur ut in agente, sed ut ab agente.

Secundò, quià ens rationis non adæquatur cum ente rationis relativo, ergo sumendo genus pro ratione analoga falsum erit solum in his, quæ dicuntur *Adaliquid* dari aliqua secundum rationem tantum; ant. constat, quià ens rationis adæquatè dividitur in relationem, privationem, & negationem. Cons. verò prob. quià alia duo membra, si velimus subsistere ejus divisionem, pertinere nequeunt ad genus relativum, sed magis ad absolutum ergo: §. Tertiò, & urgentiùs: nam in relativis rationis dantur aliqua secundum esse, alia verò transcendentalia, sed hæc pertinent ad genus absolutum, ergo. Mi. patet ex dictis, & in relativis transcendentibus secundum rem, quæ pertinent ad genus qualitatis, ut in habitu &c. Et ratio est ut suprà, quià in hoc distinguuntur relationes transcendantales ab illis secundum esse, vel prædicamentalibus, quòd istæ important purū respectum ad aliud, ut terminum nihil admittentes de absoluto, illæ verò principaliter dicunt aliquid absolutum, licet dependens ab alio, undè ejus essentia explicari nequit nisi in ordine ad aliud. Ma. verò prob. Et quidem de illis secundum esse, constat in genere, differentia &c. De aliis autem etiam constat ut suprà in relatione signi ad signatum ad placitum, quæ in prædicta opinione nolente eam constitui per relationem secundum esse, transcendentalis est. Et similiter in relatione, qua ipsummet ens rationis refertur ad intellectum, ut ad sui causam, quæ pariter transcendentalis est cum non sit ad illum, ut ad purum terminum, ergo dantur entia rationis spectantia ad genus entis, quod relatio non est.

Ad 1. neg. ant. ad probat. dist. ant. non explicat esse, neq. exigit illud, vel permissivè tantum se habet ad illud, neg., non explicat præcisè, transeat; nam ex quo conceptus *Ab* est conceptus entis absoluti præscindere nequit, vel permissivè se habere ad illud, sicut *Ad* ut ostensum est. Unde ad prob. similiter dist. illam, dicit egressum ab agente cum exigentia inhærentiæ, conc., sine illa, neg. & ad D. Tho. dicimus, hoc ipsum potiùs insinuare, dum post verba relata, subdit, *& tamen constat*, (scil. actionem) *esse in agente*. Itaq. D. Tho. parificat actionem quoad sui conceptum *Ab*, cum relatione quantum ad ejus conceptum *Ad*, non sumpta in communi, ut abstrahit à reali, & rationis, sed determinatè reali, quod patet ex verbis immediatè sequentibus. *Et similiter* (prosequitur) *licet Adaliquid non significetur, ut inhærens, tamen oportet, ut sit inhærens, & hoc, quando relatio est res aliqua. Quando verò est secundum rationem tantum, tunc non est inhærens*. Per quod magis confirmantur superiora, quòd nequeat relatio rationis admitti intra forum entis realis, vel prædicamentalis, ac proindè quòd *Adaliquid* in ejus propositione sumi non possit pro *Adaliquid* prædicamentali, nam istud secundum conceptum *Ad* juxtà D. Th. similiter se habet sicut actio secundum suum *Ab*, quòd licet hæc secundum istum non significetur ut inhærens, sivè ut in agente, sed ut ab agente, oportet tamen esse in illo, ac proindè, quòd exigat inhærentiam, ità similiter se habet relatio realis, vel prædicamentalis secundum suum *Ad*, quià nempè tam *Ad*, quàm *Ab* prout sic contrahere tenentur, ut dictum est, *In* reale, cum quo tamen adhuc stat discrimen inter utrumq. in communi acceptum, quòd cum *Ab* sit generis absoluti, licet dicatur non exprimere, tenetur tamen exigere, & non tantum permissivè se habere ad entitatē, vel inhærentiam, non tamen *Ad*, & ideò sola relatio, & non actio, nec ulla alia ratio ejusdem generis absoluti componi potest secundum proprietatem cum ente ficto, ut dictum est.

Juxtà hanc doctrinam salvari potest, quod asserit noster

nuster Lerma in logicis cap. de relatione, ubi in simili quæst. concedit actionem secundum proprium conceptum Ab non explicare inhærentiam, sed emanationē ab agente, tamen quià non solum secundū inhærentiā, sed etiam secundum talem egressū ratio actionis non dicitur propriè de actionibus rationis, ideò adhuc subsistit præfatum discrimen inter actionem, & relationem, quia nempè secundum proprium conceptum *Ab* exigit illam, quod non habet relatio ut dictum est, secundum suum *Ad*: §. Hinc cessat replica, quæ posset contra ipsum formari, nempè quòd in tantum relatio dicitur propriè, & non secundum metaphoram de relationibus rationis, quià secundum proprium conceptum *Ad*, non explicat realitatem, & inhærentiā ergo si nequè actio explicat illam secundum proprium *Ab*, verè ratio actionis dici pariter poterit de actione rationis: §. Cessat inquam, quià conceptus *Ab* cum sit de genere absoluto saltem exigit illam, & ideò secundum proprietatem nequit convenire enti ficto, & diminuto, vel rationis, sicut conceptus *Ad*, qui dicit purum respectu ad terminum in ratione puri termini.

Ad 2. neg. cons. Ad prob. dist., sed magis ad absolutum, secundum proprietatem, neg., secundum metaphoram, conc., imo nequè ipsa ratio negationis, & privationis propriè invenitur in illis entibus, quæ privatio, & negatio dicuntur, nam ratio ipsa negationis, & privationis consistit in carentia formæ positivæ, ens autem rationis, quod privatio, & negatio dicitur, carentia formæ positivæ non est, cum sit ens positivum licet diminutum. Unde ex hujusmodi instantia solum inferri poterat, quòd non omne ens rationis in relativo consistat (de quo latè dictum est in logicis,) non tamen quòd ratio prædicamenti, vel rationis absoluti verè & propriè possit salvari in ente generis, vel dici de illo.

Ad 3. Alii negant hujusmodi relationes transcendentales rationis, & consequenter signum ad placitum constitui per talem relationem. Unde dicunt, quòd quæ sunt in entibus realibus transcendentales, sunt puri respectus, & relationes secundum esse in entibus rationis: §. Alii verò admittunt illas, quià ens rationis, quod est negatio, vel privatio quid relativum est per ordinem ad subjectum, non prædicamentale, aut secundum esse, cum non respiciat illud ut purum terminum, ac proindè transcendentale. Et idem videtur manifestè convinci de aliis enumeratis, cum nec signum ad placitum respiciat signatum in ratione puri termini, sed ut mensuram sui esse, & similiter ens rationis intellectum, ut sui causam.

Juxtà ergo hunc modum dicendi dist. mi. ut suprà, pertinent ad absolutum, secundum proprietatem neg., secundum metaphoram, conc., nam relationes transcendentales, quæ admittuntur in entibus rationis non ità se habent, quòd propria ratio relationis transcendentalis eis conveniat, sicut convenit propria ratio relationis, quæ purus respectus est, sed tantum secundum similitudinem, & metaphoram. Et ratio est, quam insinuavimus, quià cum relatio transcendentalis sit tantum dependentia rei in esse tenetur secundum sui rationem differentialem explicare modum essendi, ac proinde illa, quæ est transcendentalis rationis habet explicare modum essendi fictum, & diminutum, unde nequit vera ratio relationis transcendentalis entibus rationis convenire. Per quod magis patet præcedens solutio ad primam.

Radicem verò omnium hujusmodi solutionum, & præcipuè ad eandem primam replicam, in qua assignatur potissimum discrimen inter utrumq. genus absolutum, & relativum, aperuit D. Tho. ubi suprà in 1. dist. 26. q. 2. ar. 1. in corp., paulò post initium, ubi ait. *Sciendum est, quòd in relatione sicut in omnibus accidentibus est duo considerare, scil. esse suum secundum quod in subjecto fundatur, secundum quod ponit aliquid in ipso prout est accidens; & rationem suam, secundum quam ad aliud refertur, ex qua in determinato genere collocatur, & ex hac ratione non habet, quòd ponat aliquid in eo, de quo dicitur, sicut omnes aliæ formæ absolutæ ex ipsa sua ratione habent, quòd aliquid in eo, de quo dicuntur, ponant, & ideò inveniuntur quadam relationes nihil ponentes in eo, de quo dicuntur.* Ità D. Tho. quibus manifestè docet, in hoc maximè differre genus absolutum à relativo, quòd illud tam secundum rationem communem accidentis, quàm secundum peculiarem sui modum essendi importat, & explicat hunc suum modum essendi, vel saltem tenetur exigere hoc esse, ut componamus hanc cum superiori ejus doctrina de Potentia respectu actionis secundum conceptum *Ab*. Posterius verò relativum non habet sic importare, & explicare, neq. exigere, quià non habet, ut ait hìc, ex sua ratione aliquid ponere in eo, de quo dicitur, sicut absolutum: Ex quo fit, quòd cum ens rationis veram entitatem, neq. importet, neq. explicet, & consequenter neq. exigere possit; vera ratio substantiæ, qualitatis, & quantitatis inveniri non possit in substantia rationis, qualitate, & quantitate rationis, sicut in relatione rationis, vera ratio relationis.

Tertiò arg. (& est replica contrà hanc doctrinam, & per quod etiam impugnari possunt superiores solutiones) Relatio non tantum secundum rationem accidentis entitatem explicat, sed etiam secundum suam differentialem, ergo si hac ratione in absolutis admitti nequit vera, & propria ratio eorum, si entia rationis sunt, nec pariter admitti poterit in relativis, sivè in his, quæ dicuntur Adaliquid, si hæc sint aliquid rationis. Prob. ant. quià relatio actuat, & informat subjectum non tantum secundum rationem accidentis, sed etiam secundum rationem differentialem relationis; constituit enim illud in genere causæ formalis relatum, ergo secundum peculiarem sui rationem explicat modum essendi; cons. tenet, quià hæc iterum ratione absoluta explicant illum, quià secundum proprias sui rationes actuant subjectum, à quo accipiunt esse, & tale esse, ergo.

Explic., & urg. hoc Nam relatio non tantum accipit esse à fundamento vel à subjecto, in quo reperitur ratio fundandi, sed etiam ab extremo, ad quod est, & ad quod dicitur, ergo etiam in ordine ad terminum explicat modum essendi; cons. constat, quià in tantum secundum conceptum *Ad*, (secundum quem dicitur ad terminum) non explicat entitatem, quià non habet hanc à termino, ad quam dicitur, sed à subjecto, in quo est, ergo si in ordine ad utrumq. habet esse, in ordine ad utrumq. explicabit illud. Ant. verò prob. Tum quià relatio resultat ex positione fundamenti, & termini: tum ex Doctrina D. Tho. ibidem in primo, ubi paulò infrà medium corp. explicans, quot modis contingat relationem esse rationis inquit. *Tertio modo quando designatur relatio aliqua entis ad non ens, ut cum dicitur, quòd nos sumus priores his, qui sunt futuri: Ista enim prioritas non est aliqua relatio secundum rem, sed solum secundum rationem, quià relatio realis exigit utrumq. extremorum in actu.* Quibus manifestè docet ad entitatem, vel realitatem rationis utrumq. extre-

 mum

mum concurrere, scil. subjectum, & terminum, ergo ab utroq. accipit esse.

Secundò, quià si in ordine ad terminum non explicat esse, seu modum essendi sequitur relationem de reali, & rationis dici univocè, & non analogicè, consequens est contrà præcipuum fundamentum conclusionis, ergo. Prob. ant. quià eo ipso, quòd secundum *Ad* non explicat esse, *Ad* rationis non explicabit esse fictum, ergo idem conceptus *Ad* erit quid univocum ad *Ad* reale, & rationis. Prob. conseq. quià eo ipso quòd *Ad* rationis non explicat esse fictum, non explicat dependentiam unius analogati ab altero analogato, quod est relatio realis, ergo ratio relationis univocè dicetur de utraq.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. aliqui negant iterum ant., existimantes non dari *In* relativum, secundum quod relatio habeat informare, & actuare subjectum, sed tantum, quòd respiciat illud ex quo accidens est, & non ex quo relatio est. Cœterum ut patet ex dictis negari non potest, quòd ex propriis non faciat illud formaliter relatum, ac proinde quòd secundum sui rationem differentialem informet, & actuet illud. Undè licet ratio inhærentiæ conveniat illi, ex quo accidens est, actuare tamen, & constituere subjectum sub genere relativo, sivè relatum, verè illi convenit, ex quo talis est formaliter de eodem genere, sivè ex quo relatio est: sicut qualitas, (& sic de aliis) constituit subjectum quale, ex quo formaliter talis est, contra positivè ad alia genera. Duplex ergo *In* admittendum est, scil. accidentis, & aliud relativum, sivè de genere peculiari relationis, quod adeò verum est, ut advertit M. Ferre, quòd in divinis, ubi non habetur *In* accidentis habetur *In* relativum, secundum quòd unaquæq. relatio personam peculiarem constituit. Unde ut suprà dicebamus, conceptus adæquatus relationis non est præcisè *Adaleitas*, sed *Inadaleitas* comprehendens *Ad*, & *In*, non tantum accidentis, sed etiam *In relativum*. Imò priori *In* spoliari potest, ut patet ibidem in Divinis, & solum retinere posterius, adeò ut illud non sit de ratione relationis ut sic, sivè ut abstrahit à creata, & increata, sed solum creatæ, quià accidens est, sicut in simili dicimus de specie intelligibili, quòd de ratione illius ut sic, non sit idem *In* accidentis, sivè inhærentiæ, sed solum creatæ, quià similiter accidens est. Unde sicut de ratione istius, ut sic, solum est actuare intellectum objectivè illum determinando ut in superioribus explicatum est, ità de ratione relationis sic in communi est tantum actuare subjectum, relatè illud constituendo, sivè referendo ad terminum,

Ad eandem ergo prob. dist. ant. Actuat secundum propriam differentiam, si sumatur per modum quiditatis, aut relationis conceptæ, ut inquit Cajet., conc., si per modum relationis, sivè relationis exercitæ, neg. nam prout sic non intelligitur actuare subjectum, aut explicare modum essendi, sed præcisè exprimit respectum ad aliud. Itaq. *Ad* dupliciter considerari potest, vel per modum quiditatis, quod Cajet. nominat relationem ut conceptam, vel ad modum relationis, quod idem nominat relationem ut exercitam, priori modo intelligitur actuare subjectum, posteriori verò solum dicit respectum ad aliud, ut ad purum terminum, ac proinde nequit prout sic exprimere modum essendi, quià iste ut statim dicemus, non est sine dependentia, quæ non habetur in ordine ad purum terminum.

Ad 1. Confirm. neg. ant. Ad utramq. illius prob. dico (& simul explico D. Tho.) extremum reale non concurrere ad realitatem relationis ut causam, sed ut puram conditionem, ut explicatum est in logicis, quià non respicit illud ut extremum, à quo dependeat, sed ut purum terminum, in quo non exercetur causalitas sed purus respectus, & oppositio relativa, quæ est sine tali dependentia, ut iterum patet in Divinis, & in quo iterum relatio formaliter distinguitur à transcendentali: concursus ergo extremi tanquam conditionis ad illius positionem non facit dependentiam in *esse*, ac proindè nec obligat illam sub hoc munere, vel conceptu *Ad* ad exprimendum modum essendi. Ex quo etiam inferimus, quòd ut relatio realis dicatur resultare ad positionem fundamenti, & termini, non est necessarium, quòd terminus, vel extremum secundum rationem terminandi sit quid reale, ut ibidem ostendimus, sed satis est esse aliquid rationis, ut patet in relatione, qua creaturæ referuntur ad Deum, cujus ratio terminandi non est quid reale, sed quid rationis, cum ex parte Dei non correspondeat alia relatio realis, sed tantum rationis, ut suppono in probabiliori sententia Thomistarum, cum Deus sit incapax relationis realis ad creaturam, ut ex superioribus constat.

Ad 2. neg. ma., seu sequelam, quia licet relatio rationis secundum conceptum *Ad*, non explicet *esse*, & consequanter nec esse fictum, illud tamen implicat, & exigit, cum ens rationis sit purum esse objectivum, sivè diminutum cum repugnantia ad essendum in re, quod satis est ad impediendam univocationem relationis respectu realis, & rationis: §. Sed instas. Ut relatio rationis dicatur verè, & propriè relatio, non obstat, quòd implicet, vel exigat esse fictum, ergo pariter ut dicatur univocè cum reali non obstabit, quòd implicet dependentiam in ordine ad illam: §. Respond. neg. conseq., quià plus requiritur ad univocationem, quàm ad proprietatem; sivè ad hoc ut unum univocetur cum alio in aliqua ratione, quàm ad hoc ut illam propriè participet cum aliis, nam ad hoc posterius sufficit, quòd non explicet, ad primum verò, quòd neque implicet. Etenim accidens propriè participat cum substantia rationem entis, non tamen univocè. Cujus ratio est, quam alibi adduximus ex Illustriss. Godoii, quià cum conceptus univocus sit perfectè præscindens non potest ratio univoca relinqui actu inclusa in termino à quo præcisionis, sicut enim repugnat unum separari realiter ab alio, in quo maneat realiter inclusum, ità pariter quòd per intellectum unum separetur ab alio, in quo adhuc maneat intellectualiter, aliàs esset, & non esset separatum ab illo, quià cum separatio sit quidam motus per modum recessus, implicat unum intelligi perfectè recedens, aut separatum ab alio, vel constitutum in termino ad quem, manens adhuc in illo, ut in termino ad quo, ut patet ex terminis. Unde univocatio in aliqua ratione excludit dependentiam tam explicitam, quàm implicitam unius extremi ab alio. Cæterum ad proprietatem satis est, quòd ratio superior secundum proprietatem inveniatur in uno extremo, esto illud in participatione ejusdem rationis ab altero dependeat. Ex hactenus dictis patet ad ea, quæ obiiciuntur in principio quæstionis circa hoc primum punctum.

§. III.

§. III.

Expeditur altera difficultas circa literam D. Tho.

Secunda difficultas circa posteriora dicta D. Tho. ab initio relata consistit in eo, quòd dentur relationes reales à suis fundamentis, & terminis realiter distinctæ per modum formæ mediæ, seu realitatis respectivæ inter utrumq. extremum, ut hinc concludat dari relationes reales in Divinis, non quidem realiter à prædicatis absolutis, ut in nobis, distinctas, sed secundum rationem, ut explicabitur infrà, ità ut non consistant in præcisa coexistentia extremorum, sed verè importent realitatem de suo genere, ut contradistincto ab absoluto, ac proinde dicant illam etiam secundum formalem sui conceptum *Ad*, ut jam suprà insinuavimus. Nam plures ex Societate existimant relationem non esse quid distinctum à fundamento & termino, sed esse utrumq. ut inter se connexum, vel secundum similitudinem, vel secundum rationem causæ, & effectus, vel mensuræ, & mensurati. Alii verò admittentes dari relationes distinctas realiter à suis fundamentis, dicunt tamen solum habere realitatem secundum conceptum *In*, quæ desumitur à fundamento, non verò secundùm conceptum *Ad*, qui attenditur ex parte termini. Ità Canariensis hìc art. 2. disp. 3. & videtur esse mens Cajet. Circa tamen hanc difficultatem, de qua latè egimus in logicis, & ex professo pertinet ad metaphysicos, non licet diù immorari.

Dicimus ergo consequenter ad superiora, & ad ea, quæ tradidimus in eisdem logicis admittendas esse relationes reales à fundamento, & termino distinctas, & habentes realitatem non tantum secundum conceptū *In*, sed etiam *Ad*. Sumitur hæc concl. ex Phil. 5. Metaph. text. 14, ubi docet ens extrà animam dividi in decem genera, sed juxta eundem relatio est unum ex illis, ergo est ens extra animam, & consequenter reale. §. Id probat D. Tho. q. 7. de pot. ar. 9. in corp. propè med. quià *perfectio, & bonum, quæ sunt in rebus extrà animam non solum attenditur secundum aliquid absoluti inhærens rebus, sed etiam secundum ordinem unius rei ad aliam, sicut etiam in ordine partium exercitus bonum exercitus consistit. Huic enim ordini comparat Philos. ordinem universi* 11. *Metaph.* (quem etiam ordinem ibidem in fine corp., & 1. 2. q. 111. ar. 5. ad 1. dicit esse bonum commune conjunctum, & ordinatum ad bonum commune separatum, quod est bonum Ducis, sicut bonum commune Ecclesiæ, quod est ordo Ecclesiasticus, ordinatur ad bonū commune separatū, quod est ipse Deus) *Oportet ergo in ipsis rebus ordinem quendā esse. Hic autem ordo, relatio quædam est. Unde oportet in rebus ipsis relationes quasdam esse secundum quas unum ad alterum ordinatur.*

Dices 1. hac ratione tantū probari, quòd detur ordo realis, non tamen, qui sit purus respectus: §. Secundò. Quòd prædictus ordo exercitus non est quid reale, quià partes exercitus non sunt tales, sivè partes ex natura rei, cum ex natura rei homines non constituant exercitum, sed hic formetur à Duce sic vel sic disponante illos secundum regulas artis militaris. Hæc autem dispositio tantum potest ponere denominationem extrinsecam ordinati, non verò ordinem realem intrinsecum in illis.

Sed contra primam solutionem est, quià ut subjungit ibi D. Tho. *Una res ordinatur ad aliam, vel secundum quantitatem &c.* Sed hic ordo pro formali est purus respectus, cum non importet prout sic dependantiam unius ab alia, ut patet in ordine inter duo æqualia, ergo datur relatio realis per modum puri respectus. Conf. tenet, quià ordo per modum puri respectus est ordo depuratus ab absoluto esse, vel dependentiæ in illo, ergo si talis est ordo secundum quantitatem (& sic de aliis similibus) erit inter res solus ordo, vel sic depuratus, & per modum puri respectus. Qualis etiam est ordo inter partes exercitus sub uno Duce, cum inter milites sic inter se ordinatos non sit dependentia in esse.

Contrà 2. verò insto, quià ut ait D. Tho. proximè relatus, sicut ordo partium universi, qui est bonum commune conjunctum, per se ordinatur ad Deum, qui est bonum commune separatum, ità ordo partium exercitus, qui est pariter bonum commune conjunctum, per se ordinatur ad Ducem, qui est bonum commune separatum, sed nullus dicet priorem ordinem esse puram denominationem extrinsecam, & non intrinsecum respectum realem ad Deum, ergo nec posterior erit pura denominatio extrinseca, sed potiùs realis intrinsecus respectus ad Ducem. Et ratio utriusq. est, quià sicut partes universi per se, vel ex natura rei ordinantur ad Deum, ità partes exercitus ordinantur per se ad Ducem illius, ergo sicut hac ratione prior ordo est realis intrinsecus respectus ad Deum, ità erit posterior ad Ducem. §. Nec refert, quòd hic posterior dependeat ab arte, nam innumera sunt, quæ sic dependent, vel fiunt ab illa, quæ tamen realia sunt, nisi velimus omnia artificialia esse aliquid rationis, vel simplex denominatio extrinseca, quod est alienum. Aliud ergo est, quòd aliquid sic pendeat, vel instituatur ab arte, aliud verò, quòd sic institutum non possit deindè ex natura rei, vel ab intrinseco ordinari realiter ad aliud; hoc enim posterius non impedit institutio, sed magis ad hoc instituuntur, ut in ratione talium per se deindè habeant ex propriis talem ordinem, vel aliud prædicatum sibi ab intrinseco conveniens tam in foro reali, quàm intentionali, ut patet in ente rationis, quod licet omninò dependeat ab intellectu, nihilominus eb intrinseco illi convenit, sivè ex propriis, quòd sit directivum operationum illius, ut dictum est in logicis. Sacramenta similiter (aliis innumeris omissis) pendent ex institutione Christi, & tamen supposite sui institutione per se, & ab intrinseco, sivè ex propria ratione differentiali, aut valetI specifica, alia ordinantur ad dandem primam gratiam, & alia ad secundam, sivè ad augmentum illius, ergo non obstat, quòd juxta artem militarem sic ordinentur, vel disponantur partes exercitus, & supposita hac dispositione, vel ordinatione dicant deindè ex propriis, vel ex natura rei prædictum ordinem realem intrinsecum inter se, & ad suum Ducem.

Deindè prob. secunda pars argumento, quod ibidem insinuavimus in logicis. Quià nullum concretum unius generis in universum potest constitui per formam alterius, ut patet inductivè in quolibet genere, & manifestè etiam ratione, quià cum genera prædicamentalia sint determinatæ mensuræ entis, & consequens finita, impossibile est, quòd unum constitutivè egrediatur limites proprios, & ingrediatur limites alterius: repugnat enim, quòd quale constituatur per quantitatem; aut quantum per qualitatem, & sic de aliis, ergo impossibile est quòd hoc concretum scil. relatum constituatur per formam absolutam, ergo sicut hac ratione multiplicantur realiter genera absoluta, tenemur pariter multiplicare, sivè superaddere relativum realiter distinctum eb absolutis, & nullatenus constituere in solo fundamento, & termino.

Prob.

Prob. 2. ex in convenientibus. Nam si in eisdem solis consisteret, vel in sola coexistentia utriusq. sequitur primò posse Deo sine omni inconvenienti advenire in tempore relationes reales ad creaturas noviter productas, consequens non solum est contrà D. Tho., sed contrà etiam communem consensum Theologorum, & meritò quià Deus ob summam sui eminentiam, & independentiam ab omni ente creatu est ens omninò absolutum, ac proinde non nisi repugnantes referibilis realiter ad illud, ergo nequit relatio realis in utroq. tantum consistere. Ma. etiam constat, quià tunc advenirent sinè omni mutatione ex parte Dei, sed per solum positionem creaturæ per modum termini, & Dei per modum fundamenti, ergo nulla argueretur imperfectio in Deo ex adventu novæ relationis realis in illo respectu creaturæ.

Sequitur 2. quòd paternitas in Deo nihil aliud sit, quàm generans, & genitum, & similiter filiatio quàm genitum, & generans, consequens est iterum omninò alienum, ergo. Prob. sequela. Quià in opposita sententia ità est in creatis, quòd nihil aliud sit utraq. relatio, & tenemur hoc ipsum asserere si semel relatio realis nihil aliud est, quàm fundamentum, & terminus, ergo si hac ratione affirmatur de utraq. in nobis, tenemur pariter de utraq. affirmare in Divinis.

Deniq. prob. à priori. Quià ut suppono apud omnes metaphysicos, & nisi velimus evertere naturas, & definitiones rerum, relatio secundum conceptum suum definitivum est, cujus totum suum esse est ad aliud se habere, sed totum esse fundamenti, & termini, utpotè de genere absoluto, est ad se, & non ad aliud, ergo ejus essentia nequit in utroq. consistere: §. Expl. & urg. hoc. Nam dum dicitur relationem esse, cujus totum esse est ad aliud se habere, nisi velimus hanc definitionem reddere sensum identicum, & nugatorium, tenemur per ly *Aliud* intelligere aliquid ab illa distinctum, ergo illud aliud, ad quod refertur, non est id, in quo essentia relationis consistit, ergo cum ly *Aliud* sit terminus illius, nequit consistere in recto in fundamento, & termino.

Tertia pars, quòd etiam secundum conceptum *Ad* importet realitatem prob. Nam relatio secundum istud *Ad* prædicamentale verè contrahit, & determinat communem rationem entis, & accidentis realis, vel prædicamentalis trahendo ad speciale genus entis, vel accidentis realis, ergo nequit non importare secundum istum conceptum realitatem: ant. suppomitur, aliàs subtrahendum erit à decem prædicamentis genus istud respectivum, & reducenda difficultas ad quæstionem de subjecto non supponente. Conf. etiam tenet, nisi velimus ens reale contrahi ad speciale genus entis realis per aliquid rationis, quod est alienum, & inintelligibile, cum ratio superior contrahatur per inferiorem, vel differentialem, ut patet in rationalitate contrahente superiorem rationem animalis, & in aliis inductivè, ergo si verè relatio contrahit secundum Ad prædicamentale rationem entis, & accidentis realis, verè secundum istud erit aliquid reale: §. Urg. hoc, quià ens reale transcendit ultimam differentiam istius generis, sicut & cujuslibet alteriùs prædicamentalis, nisi iterum velimus aliquid de linea prædicamentali, vel reali extrahi à linea entis realis, quod est veluti implicatorium in terminis, ergo *Ad* ut *Ad*, quod est modus entis realis, utpotè ad genus reale pertinens, verè per transcendentiam importat realitatem.

Dices ut suprà relationem dupliciter accipi posse secundum eundem conceptum *Ad*, scil. per modum quidditatis, & per modum exercitii, sivè relationis exercitæ; priori modo importare realitatem, quià pront sic actuat, & constituit subjectum relatum, non tamen posteriori, quo præcisè dicit respectum ad aliud, ut ad purum terminum, respectu cujus non attenditur, nec sumitur realitas.

Sed hæc solutio jam præoccupata est, & impugnata. Nam licet pront sic non explicet, verè tamen implicat, & tenetur realitatem implicare, si *Ad* prædicamentale sit, nam duo isti conceptus inadequati *In*, & *Ad* in relatione se ad invicem transcendunt, & includunt, sicut suprà in simili dictum est, de duplici illo inadæquato immaterialitatis in natura purè intellectuali, ergo non stat relationem esse quid reale secundum priorem conceptum, & non esse secundum posteriorem, sicut non stat Deum esse cognoscitivum secundum alterum conceptum ex illis duobus, & non secundum alium, ut explicatum est, sicut enim uterq. pertinet ad integrum constitutivum Divinæ naturæ, ità uterq. pertinet in casu ad integrum constitutivum relationis prædicamentalis; vel sicut uterq. prior quid Divinum est in Deo, ità uterq. posterior quid reale erit in relatione prædicamentali.

§. IV.

Solvuntur argumenta contra Resolutionem.

Primò arg. contrà 1. par., quòd nempè relatio prædicamentalis non sit aliquid distinctum à fundamento, & termino ex his, quæ traduntur infrà de relationibus Divinis. Quià ut satis probabiliter defenditur infrà, si relatio esset quid distinctum ab utroq., itaut bonitas, & perfectio rei non solum attendenda sit secundum esse absolutum, sed etiam secundum respectivum, sequitur relationes Divinas ex propriis, sivè intra propriam lineam importare bonitatem, vel perfectionem de eadem linea, consequens non videtur admittendum, ut constabit infrà, ergo relatio creata, vel prædicamentalis non importat bonitatem, vel perfectionem, ac proinde nec realitatem contradistinctam ab absoluta. Ma. constat à fortiori, quià longè, & infinitè perfectior est relatio increata, quàm creata.

Ad hoc dico in primis non deesse etiam ex nostris, ut dicemus infrà, qui admittant perfectionem relativam, seu de hac linea in Divinis: §. Sed præterea neg. sequelam. Ad prob. neg. suppositum, quòd id proveniat in relationibus Divinis ex defectu perfectionis, sed ex defectu existentiæ, quià nempè non habent existentiam de propria linea, à qua sumitur perfectio simpliciter, sicut habent creatæ, utpotè accidentia verè inhærentia, sicut & cætera, propriis subjectis, quæ denominant relata, & ideò non est incoveniens admittere in istis bonitatem, vel perfectionem de propria linea, non verò in Divinis, de quibus constabit infrà non gaudere propria existentia præter absolutam, à qua transcenduntur. Est enim Mysterium Trinitatis, quòd tres Personæ sicut sunt unius essentiæ, ità sunt unius existentiæ. Quod tamen non arguit defectum perfectionis in illis, quià similiter transcenduntur à bonitate, & perfectione absoluta, quæ infinitè superat omnem perfectionem creatam.

Secundò arg. cont. 2. p. ad prob., quòd non sint aliquid realiter distinctum. Nam juxtà Doctrinam D. Th. cum aliquis fit mihi æqualis per sui mutationem acquisita quantitate æquali meæ, ego pariter fio ipsi forma-

formaliter æqualis absq. mutatione mei, ergo relatio æqualitatis, qua denominor æqualis eidem non est aliquid distinctum à quantitate utriusq. Conf. tenet, quià nequit entitas aliqua, vel realitas noviter advenire, vel inhærere subjecto absq. ejusmutatione, qua ratione negamus posse Deo aliquid reale in tempore superaddi, vel advenire, quià deberet mutari, & ideò etiam salvamus posse in tempore uniri naturæ creatæ, quià cum nihil reale illi ex hac unione superaddatur, nullam arguit in illo mutationem: aut. verò tradi videtur à D. Tho. 5. Phys. lect. 3. ubi ad illa verba, in quibus asserit ad relationem non dari per se motum, nempè. *Nec est in adaliquid supple motus, non est in adaliquid, cujus rationem assignat: Contingit enim (inquit) altero mutato verum esse alterum non mutari super qua* D. Tho.: *In illis igitur relationibus, quæ non ponunt rem aliquam nisi in una extremarum non videtur difficile, quòd mutata illo extremo, in quò relatio realiter existit, de novo dicatur aliquid relativè de altero absq. sui mutatione, cum nihil ei realiter adveniat, sed in illis, in quibus relatio invenitur realiter in utroq. extrema, quòd aliquid relativè dicatur de una per mutationem alteriùs absq. mutatione sui, cum nihil de nova adveniat alicui absq. mutatione ejus, cui advenit. Unde dicendum, quod cum aliquis per sui mutationem fiat mihi æqualis me non mutata, ista æqualitas primò erat in me quodammodo sicut in sua radice, ex qua habet esse reale. Ex hoc enim quod habeo talem quantitatem competit mihi, quòd sim æqualis omnibus illis, qui eandem quantitatem habent: Cum ergo de novo aliquis accipit eam quantitatem, ista communis radix æqualitatis determinatur ad istum, & ideò nihil advenit mihi de nova per hoc quòd incipio alteri esse æqualis per sui mutationem*, ergo juxtà D. Tho. possum fieri alteri æqualis sine mei mutatione per solam mutationem illius, ac proinde relatio æqualitatis, per quam denominor actu relatus ad alterum mihi æqualem non importat aliquid realiter distinctum à fundamento quantitatis, aliàs deberet etiam imputare mutationem mei, quam tamen negat D. Tho.

Urg. hoc ponderando verba illa. *Cum ergo aliquis accipit eam quantitatem, ista communis radix quantitatis determinatur ad istum, & ideò nihil advenit mihi de novo per hoc quod incipio esse alteri æqualis per sui mutationem*. Ex quibus fit argumentum. Adveniente tali quantitate alteri extremo, ego fio illi æqualis sinè aliquo mihi realiter superaddito, sive quantitati meæ, sed fio æqualis per relationem, ergo hæc non est aliquid superadditum ad utriusq. quantitatem, sive ad fundamentum, & terminum: 5. Idem docet opusc. 48. tract. 5. cap. 2. De secunda definitione relativorum post medium. *Cum autem dica (inquit) quòd similitudo fortis habet albedinem ejus, ut fundamentum, non est intelligendum, quòd similitudo fortis sit aliqua res in forte, alia ab ipsa albedine, sed solum est ipsa albedo, ut se habet ad similitudinem Platonis ut ad terminum. Si enim similitudo adderet supra albedinem fortis aliquam rem, nullo modo posset aliquis alicui fieri similis sinè sui mutatione. Fit autem homo similis alicui sine sui mutatione, ut patet: nam si quis in India fieret modò albus fieret similis mihi, & ego sibi, nulla in me facta mutatione. Similitudo enim in me nullam rem addit supra albedinem, quæ realiter sit in me, ut patet*. Ità D. Tho. Quibus manifestè videtur docere relationem non esse aliquid realiter distinctum à fundamento, & termino, sed utromq. simul ut invicem se habent.

Deindè c. 7. seq. statim ab initio opponens huic doctrinæ inquit. *Sed hic oritur dubium. Cum enim decem prædicamenta sint decē genera rerum inter se realiter differentia, si relatio nullā rem addit suprà fundamentum, ergo non erit alia res à fundamento, & sic nō erit in alio genere similitudo, quàm albedo, quod omninò falsum est.* Cui objecto sic respondet. *Dicendū, quòd divisio entis in decem prædicamento est divisio in decem diversa secundū rem, vel quantum ad hoc, quòd dicat diversas res intrinsecè, & realiter, sicut substantia, quantitas, & qualitas, quæ comparata ad invicem sunt diversæ res; vel in quantum dicunt diversas res extrinsecè, quià unum importat aliquam rem diversam, quam non importat reliquum, & sic relatio differt à suo fundamento, quià importat terminum oppositum relativè*. Hinc verò concludit. *Ex his patet secunda definitio relativorum. Si enim verum esse relativorum in hoc consistit, scil. quòd importat aliquid ut fundamentum, & aliquid ultrà, scil. terminum, esse erga eorum est ad aliud se habere*. Quibus iterum videtur in terminis tradere oppositam sententiam.

Ad hoc, de quo etiam latè egimus in logicis tract. 4. de prædicamentis q. 4. & præcipuè ad ult., resp. ex dictis ibidem mentem D. Tho. non esse ad excludendum omnem motum in resultantia relationis, quò noviter fio alteri æqualis, & referor ad illum, idest tam formalem, qui in præsenti contingat, quam virtualem, & præsuppositum in positione quantitatis, quam ab initio acquisivi, & modo virtualiter manentem, ac proindè nec omnē mutationem tam physicā, quàm metaphysicā, qua res aliter se habet nunc quàm priùs, sed tantum motum formalem, vel mutationem physicam, quià sufficit antiquus, & mutatio physicè antiqua, quando positū est primò fundamentum, vel ad radicē quantitatis per modum radicis ejusmodi relationis, quià cum relatio sit minimæ entitatis, & de numero resultantium, statim resultat ad positionem termini, vel correlativi sinè nova actione, ut in simili proportionabiliter dicimus de proprietatibus, quæ sinè nova actione, ex vi antiquæ productivæ earum radicis, vel assentiæ, statim resultant ablato obice, vel impedimento, quià pariter sunt de numero resultantium, nec petunt actionem immediatè terminatam ad se ipsas.

Id verò esse ad mentem D. Tho., & veritati conforma: hoc quidem posteriùs patet ex eo, quòd verè aliter me habeo, nunc quam priùs, quandu noviter incipio alteri esse realiter æqualis, quod planè non est sine aliquo realiter superaddito, ut patet ex terminis: Tum quià per aliquid purè absolutū nequit subjectum prædicamentaliter referri ad terminū ut per se iterum patet, aliàs purè absolutum non esset. Primum verò præter superiora colligitur ex his, quæ habet in texto dum ait relationem æqualitatis priùs fuisse in me sicut in radice, ergo nisi velimus loqui tanquam de subjecto non supponente, omninò intendit, quòd dū ponitur terminus aliquid realiter resultet ex mea quantitate tanq. ex radice, ac proinde quòd virtute alicujus motus aliquid mihi superaddatur, non quidem præsentis, cum nullus tunc physicè, vel formaliter intercedat, ergo antiqui, & virtualiter permanentis, quo fuit primò producta radix illius, sivè mea quantitas. Et hoc est, quod Arist. desiderabat in textu, quem explicat D. Tho. Nam ibi intendebat totum probare, quòd ad relationem non sit per se motus, sed tantum relatio fiat per motum terminatum ad rem, suprà quam fundatur relatio. Quod efficaciter probat ex eo, quià si motus per se esset ad relationem, non fieret quis relatus per solam mutationē alterius absq. novo motu proprio per se terminato ad relationem propriam, quæ in me resultat v. g. Undè non vult quòd mea relatio fiat per motum,

quo

qua alter de novo mutatur, sed tantum quòd resultare possit sine novo motu in me per solam mutationem alterius. Hæc verò explicans D. Th. recurrit ad radicem quantitatis, sivè ad motū primò productivum illius, qui modò licet non adsit formaliter, & actu, adest tamen virtualiter; & sic omnia componit, nempè ad intentum Philos. non dari per se motum ad relationē, cum de facto resultet sine illo; & quòd per solam mutationem alterius pariter resultet absq; illo. Et quià etiam resultat per modum proprietatis, sufficiat ad illam antiqua, quo fuit posita radix illius, ut contingit in resultantia aliarum proprietatum, ex quibus tamen non infertur, quòd non sit aliquid distinctum, & superadditum ad fundamentum, quià cum importet præfatam alietatem realem, tenemur admittere aliquid eidam superadditum sine quo salvari nequit ut dictum est. Hanc verò alietatem non possumus admittere in Deo, nec ullam omninò mutationem, cum sit actus purus, & ideò nec aliquid reale superadditum.

Et per hæc patet ad confirmat. quoad id, quod urget ex verbis D. Tho. solum enim intendit non advenire aliquid de novo per novum motum, non tamen quòd non adveniat aliquid ex vi prioris ut probatum est. Vel poterat etiam intelligi de novitate connexionis, non distinctionis, quià cum adueniat per modum proprietatis, vel effectus secundarii, non indiget nova connexione, ut resultet, sed eam supponit, vel statim exigit, aut cum eadem resultat respectu meæ quantitatis tanq. radicis, vel effectus primarii, quod non tollit distinctionem, ut patet in cæteris proprietatibus respectu essentiæ, uel radicis earum.

Ad id verò, quod subdit ex opusc. 48. dicimus primò incertum esse, an sit D. Tho. undè signanter imprimitur minutiori caractere. Sed illo etiam admisso, resp. nullo modo posse inferri ex mente D. Tho. ibi, quòd non sit aliquid realiter distinctum, cum expressè admittat decem genera prædicamentalia, & relationem ponere in numerum cum illis: constat autem, ut vidimus ex eodem suprà, ejusmodi genera esse entia realia, nec posse in illis collocari aliquid rationis: non subsisteret autem hic numerus, si relatio esset quid realiter indistinctum à genere absoluto, sivè à fundamento pertinente ad illud. Dicimus ergo ex eadem autoritate solum inferri posse quòd non differat à fundamento realiter entitativè, ut res à re, non tamen, quòd nullo modo realiter differat ab illo saltem modaliter, ut facilè constabit legenti totum textum utriusq. capitis: cæterum (ut subdit M. Ferre) forsan Autor ille sentiebat decem prædicamenta differre, ut rem à re, & non solum per modum simplicis formalitatis, vel modi superadditi ad rem, ideò in posteriori capite asserit relationem addere suprà fundamentum aliam rem, nempè terminum, non quia in illo essentia relationis in recto consistat, sed quià illum requirit ad sui existentiam. Videantur de his, quæ latè expendimus in logicis tract. 4. de Prædicamentis q. 4., & exactè discutit Flandria 5. metap. q. 16. ar. 18. ubi 22. & ar. 19. ubi 30. solvit argumenta.

§. V.

Solvuntur argumenta contra 3. partem resolutionis.

Contrà hanc 3. p. quòd nempè etiam secundum *Ad* importet realitatem videntur primò militare varia loca D. Tho. Nam hìc art. 1. ut vidimus, expressè ait in princ. corp. quòd in his, quæ dicuntur ad aliquid inveniuntur aliqua secundum rationem tantum, ac proinde quòd propria ratio relationis scil. *Ad* reperiatur in entibus rationis, quod est idem, ac præscindare à realitate. Et ar. seq. quòd relatio realis si consideretur in ordine ad terminum, sivè secundum quòd relatio est, prout scil. dicit *Ad* non est aliquid inhærens, sivè assistens intrinsecè, sed aliquid affixum extrinsecè; sed tantum inhæreat subjecto, si consideretur secundum quòd est accidens: §. Idem docet in 1. dist. 20. q. 1. ar. 1. ubi in corp. paulò post initium ait. *Sed relatio est aliquid secundum esse suum, quod habet in subiecto, sed secundum rationem non habet, quòd sit aliquid, sed solum, quod ad aliud referatur, unde secundum rationem suam non ponit aliquid in subjecto propter quod Boetius dicit, quòd relativa nihil prædicant de eo, de quo dicuntur.* Ità D. Tho. Idem repetit ad 3. & dist. 26. q. 3. ar. 2. ad 3.

Ad hoc patet ex dictis nunquam D. Tho. negare loquendo de relatione prædicamentali, quòd secundum rationem sui generis non importet aliquid reale, sed tantum ut explicatum est, quòd non exprimat illud, undè etiam ultimo loco ad 1. explicans dictum Boetii, inquit *Intelligitur de Adaliquid, prout ad alterum est: Sic etiam non prædicat aliquid in re, de qua dicitur, sed ponit aliquid extra, sed tamen aliquæ relationes quantum ad esse suum aliquid in re, de qua dicuntur, ponunt.* En quomodò manifestè agnoscat aliquas relationes verè aliquid ponere in re, de qua dicuntur, etiam quantum ad esse suum: licet quantum ad rationem suam non explicet illud ut dictum est, & satis constat ex aliis locis ralatis: unde quando ait non debere illà varum esse, tunc non loquitur de prædicamentali, sed de superiori ratione analoga abstrahente ab utroq. esse, reali, & rationis ut explicatum est. Et per hæc sit satis ad primam, & tertiam, quæ intelligendæ sunt de relatione, vel genere ejus non prædicamentali, sed secundum rationem analogam, cui nec debetur esse reale, nec rationis, sed abstrahit ab utroq., retenta secundum proprietatem, ut dictum est, ratione relationis.

Ad secundam ex ar. 2. hic, ut magis appareat mens ejus, adduco pro solutione illius verba. Sic enim ait. *Si igitur consideremus etiam in rebus creatis relationes secundum id, quòd relationes sunt, sic inveniuntur esse assistentes non intrinsecus affixæ, quasi significantes respectum quodammodo contingentem ipsam rem relatam.* Quibus verbis non negat relationem, ut relatio est importare respectum contingentem rem relatam, sed quòd non significet illum, ut contingentem, sive sub hoc munere contingentis illam. Ex quo solum infertur, quòd non exprimat prout sic, sivà sub ultimo sui conceptu differentiali, scil. *Ad*, realitatem inhærentem, non tamen quòd in re non importet illam. Quod etiam videtur potissimùm conferre ad ejus intentum contrà Gilbertum Porretanum, quem impugnat ibidem, ostendendo contra eundem, quòd in Deo relatio debet esse substantia, seu habere esse substantiale omninò idem realiter cum essentia, & non esse quid purè extrinsece affixum, ex eo quòd quicquid in rebus creatis habet esse accidentale secundū quòd transfertur in Deum habet esse substantiale, ubi manifestè supponit relationem in creatis secundum proprium conceptum relationis habere realitatem inhærentem, sive accidentalem, nam secundum proprium illius conceptum addit Ad proprium relationis in Divinis, ut huic attribuat esse substantiale, unde si non agnosceret in nostra, ut relatio est, intrinsecam realitatem, scil.

scil. inhærentem, sive accidentalem, non videatur posse legitimè inferre intrinsecam substantialem in Divina, ut pariter relatio est, asset enim illatio de subjecto non supponente, si constat ut relatio est, eam non importat.

Secundò arg. ratione, & potest esse replica. Relatio secundum ultimum sui conceptum differentialem, scil. Ad non dicit ordinem ad subjectum, sed ad terminum, ergo nec dicit quòd sit aliquid reale; prob. conf. quià nihil reale est, vel realiter in relatione creata, quod non habeat veram rationem inhærentis, & accidentia, ergo si relatio secundum sui conceptum differentialem non dicit ordinem ad subjectum, sed ad terminum, ac proindè non inhæret, secundum illum non erit verum ens reale. Ans autem constat ex ar. seq., ubi ait D. Tho., quòd relatio in eo quòd inhæret convenit cum cæteris prædicamentis, ergo in eo quo differt, scil. secundum ultimum sui conceptum differentialem non inhæret, sivè non respicit subjectum, sed terminum: §. Urg. hoc nam relationi secundum hunc conceptum, scil. *Ad*, nec debetur, quòd sit substantia, nec accidens, ergo nec realitas; conseq. tenet quià hæc per utramq. hos genos dividuntur. ant. quoad 1. p. patet, quià substantia est ad se, relatio verò ad aliud: quoad 2. verò prob. quià omne accidens secundum proprium conceptum *In* respicit subjectum; relatio autem secundum proprium *Ad* respicit terminum, ergo non debetur ei secundum istum, quòd sit accidens, ac proinde neque modus essendi realitas.

Ad hoc dist. ut suprà ant. Non dicit explicitè, sivè ratione illius, quod pro formali explicat, conc., Implicitè, sive ratione illius, quod implicat, & identificat sibi communiter cum aliis accidentibus, neg., & hoc est, quod docet D. Tho. in art. seq., nempè quòd secundum hanc rationem impliciti, scil. accidentis, in qua convenit cum cæteris, utroq. modo dicit realitatem, scil. tam implicitè, quàm explicitè, differt tamen ab illis, quòd cætera eam importent explicitè etiam secundum sui differentialem, relatio verò secundum istum, sivè conceptum *Ad* exprimit ordinem ad terminum, non ad subjectum, ac proinde nec modum inhæsionis, sivè realitatem accidentalem. Per quod patet ad ejus prob.: & nego eadem conseq. Ad cujus prob. similiter dist. ant. quod non habeat veram rationem inhærentis, tam explicitè, quàm implicitè neg., implicitè conc. §. Ex his etiam resp. ad conf. Undè dist. ant. Non debetur secundum id præcisè, quod explicat, conc., quod implicat, neg., nam si creata est, debetur illi secundum id, quod in explicito clauditur, scil. modus accidentis, si verò increata, modus substantiæ, sivè realitas substantialis.

Tertiò arg. si relatio secundum *Ad*, ut distinguitur ab *In* diceret realitatem, posset divinitùs impediri ejus resultantia in subjecto etiam posito fundamento, & termino. Vel ex opposito conservari illis pereuntibus, consequens est falsum, ergo, ma. constat, quià tunc est realitas distincta, & subjecta Divinæ Omnipotentiæ, ergo potest utrumq. fieri à Deo: §. Urg. hoc quià si semel est realitas distincta, secundum eundem conceptum tenemur dare illi existentiam distinctam, scil. relativam, consequens non admittitur à nobis ut constabit infrà, cum præter existentiam absolutam, non admittant Thomistæ aliam de genere relativo contrà Scotum, Suarez, & alios Societatis, ergo: ma. constat, quià cuilibet entitati assignanda est existentia proportionata.

Ad hoc neg. ma. Ad prob. dist. quoad 1. part., est distincta, & formaliter connexa cum fundamento, & termino, conc., non sic connexa, neg. ant., & conseq., quià præcisa distinctio inter duo non sufficit ad separabilitatem unius ab alio, si aliàs adsit intrinseca, & formalis connexio inter utrumq., ut contingit inter relationem, & fundamentum, & terminum, unde licet sit aliàs subjecta Deo nequit his positis impediri ejus resultantia, vel conservari illis pereuntibus, ut ostendimus in logicis, & patet in verbo producto per intellectionem, quod nequit non poni hac posita, eadem permanente non conservari. Et ratio utriusq., & similium est, quià Deus non operatur contra (præcipuè juxtà suavem sui providentiam,) sed magis juxta, quod est consentaneum naturis rerum. Nec etiam oppositum fieri potest adhuc absolutè, ubi est essentialis connexio, ut alibi dictum est: §. Ad confirm. dicemus infrà; & interim neg. ma., ad prob. dist. ant. si sit capax illius, vel sit debitum assignandi intrà suum genus proportionatam, conc., si non sit capax, vel non sit tale debitum ut contingit intra genus accidentis, & præcipuè relativum, neg. Nam omne existens accidentis cum non sit esse absolutè, sed inhæsivum subjecto, debet necessariò esse absolutum, ac proindè nequit relatio habere existentiam sibi proportionatam de proprio genere, scil. relativo, sed magis de absoluto, ac proinde non petit ejus essentia existentiam relativam, sed magis transcendi ab esse inhæsivo, sive existere per illud in ordine ad subjectum, non ad terminum ut explicabitur infrà.

QUÆSTIO II.

An distinguantur, & quomodo relationes ab essentia Divina.

DUO se offerunt in hac quæstione. Primum est circa valori substantiam distinctionis inter absolutum, & relativum ex parte eorum, sivè ex parte objecti, an sit admittenda ex parte illius; alterum verò de qualitate ejusdem, an scil. realis entitativa, vel saltem modalis, an actualis ante intellectum, sivè ex natura rei; an solum virtualis, & actualis per illum, & tunc an sola ratione ratiocinantæ, an potiùs rationis ratiocinatæ, & cum fundamento in re, de quibus successivè dicemus, & plura etiam supra de attributis dicta sunt. In præsenti autem difficultas est, quòd cum Mysterium Trinitatis ut jam insinuavimus, in eo juxta fidem consistat, scil. in unitate naturæ, & Trinitate Personarū, sivè quòd sint tres Personæ, & una natura, sivè Deus, ac proindè natura sit una, personalitates verò plures; sit omninò necessaria ad hoc salvandū distinctio aliqua ex parte objecti in singulis Personis, inter naturam, & personalitatem, sivè paternitatem in Patre, & sic de aliis duabus, itant conceptui formali, quo exprimo naturam, vel essentiam correspondeat conceptus objectivus distinctus ab objectivo, qui exprimitur per formalem paternitatis, nec possit sufficienter salvari idem mysterium per solam distinctionem conceptuum formalium.



§. I.

Statuitur prima conclusio.

INter asentiam, & paternitatem (& sic de aliis duabus Personis) est admittenda in Patre distinctio aliqua ex parte objecti. Est D. Tho. hic q. 28. ar. 2. & q. 29. ar. 1., & q. 8. de poten. ar. 2., & consentiunt jam communiter Thologi contra Aureolum, Gabrielem, Majorem, & alios Nominales, quos sequuti sunt aliqui recentiores, qui per quandam distinctionem novitate vocum expressam, sed in re eandem cum illa nominalium, putant excludere omnem objectivam salvo eodem mysterio, sicut contendunt prædicti nominales salvari posse cum sola rationis ratiocinantis, aut diversitate nominum.

Prob. ratione quidem communi, sed satis semper efficaci. Nam in Deo, sivè in singulis Personis verificantur prædicata contradictoria de essentia, & relatione ex parte objecti, & quoad rectum, ergo admittenda est distinctio rationis ratiocinatæ objectiva in illis, & non sola formalis, vel nominalis, sivè penès conceptus eorum etiam objectivos, & non solos fomales, aut solam diversam expressionem nominum, conseqtenet, nam hac ratione negant hanc distinctionem objectivam, quià existimant contradictionem non cadere ex parte objecti supra rectum illius, sed solum ex parte actus intellectus, secundum quod diversimodè exprimitur per illum distincto concepto, vel nomine, scil. absoluti, & relativi, sivè essentiæ, & paternitatis, vel filiationis; & ratio est, quià contradictio nequit verificari de eodem, quod est omninò idem. Ant. autem prob. Quià juxta fidem mysterii natura, quæ est in una persona, quantum ad id, quod importat ex parte objecti, & in recto, in ratione naturæ, est realiter identificata cum personalitate alterius Personæ, puta quæ est in Patre cum filiatione; paternitas verò est realiter distincta ab illa, sed hæc sunt prædicata contradictoria, scil. identificari, & non identificari, distingui, & non distingui, ergo verificantur de illis ex parte objecti, & quoad rectum. Ma. quoad 1. p. constat, quià juxta eandem fidem natura, quæ est in una persona est eadem omninò in tribus, & sicut est identificata realiter cum personalitate unius, est pariter idem cum personalitate alteriùs, de quo nullus Catholicus dubitare potest salva veritate ejusdem mysterii. Hinc etiam patet quoad 2. Nam in tantum personalitas unius distinguitur realiter à personalitate alterius, ut paternitas à filiatione juxta exigentiam Divinæ Trinitatis, quià ex parte objecti, & in recto est relatio opposita alteri relativè, non enim id habetur per nostros conceptus, sed verè in re juxta exigentiam ejusdem mysterii. Tum quià personalitas unius, sivè paternitas constituit personam Patris in ratione Personæ realiter distinctæ à Persona Filii, & sic de aliis, ergo verè ex parte objecti, & quoad rectum verificatur distinctio, & contradictio, & non præcisè ex parte nostri conceptus: neq. etiam potest fieri recursus ad aliquod extrinsecum, quià connotatum unius est relatio sibi opposita, quæ non distinguitur à se ipsa.

Huic rationi, quæ reverà satis efficax est, utpote fundata in merito ejusdem mysterii secundum se, & secundum id, quod importat in recto, & ex propriis prædicatis intrinsecis juxtà fidem illius, occurrunt recentiores distinguendo duplicem identitatem, & distinctionem, quibus putant evadere omnem contradictionem sine indigentia distinctionis objectivæ, ità ut sine ista possit identitas, quæ verificatur de natura Patris cum filiatione, verificari etiam de paternitate, & similiter distinctio, quæ verificatur de paternitate respectu filiationis, verificari etiam de natura. Itaq. utramq. distinguit in puram, & non puram. Identitas pura est, quando natura, quæ est in Patre, ità esset idem cum filiatione, ut simul talis identitas faceret Patrem, & Filium unam naturam, & unam personam; & ex opposito distinctio pura est, quando ità paternitas esset distincta à filiatione, ut simul faceret Patrem, & Filium plures personas, & plures naturas. Identitas autem non pura, sed mixta distinctioni est, quæ facit Patrem, & Filium esse unam naturam, sive unum Deum, mixta tamen distinctioni facienti plures personas; distinctio verò non pura, quæ facit plures personas, mixta tamen identitati facienti unum numero Deum, sive unam naturam: §. Hac ergo duplici distinctione, & identitate pura, & nō pura existimant salvari posse omnem contradictionem inter absolutum, & relativum in Divinis; quià licet identitas pura opponatur contradictoriè distinctioni puræ, non tamen identitas non pura, seù mixta opponitur distinctioni non puræ, & mixtæ, sed est prorsus eadem, unde licet de natura Divina, quæ est in Patre verificetur identitas realis cum filiatione, & de paternitate realis distinctio ab eadem, quià tamen non sunt identitas, & distinctio pura, sed mixta, vel non pura, sic identificari, & distingui non sunt prædicata contradictoria, quæ indigeant distinctione objectiva, sed sola formali, per quam sufficienter salvari possunt, quià ex parte objecti sic identificari, & distingui identitate, & distinctione non pura, non opponuntur inter se, sed solum penès concipi ex parte intellectus, qui non valet exprimere nisi per affirmationem, & negationem.

Sed in primis hæc solutio hac sua novitate vocum videtur magis ludere, quàm satisfacere argumento, seù rationi factæ; supponimus enim inter eadem prædicata Divina non posse admitti nisi identitatem, & distinctionem non puram, seù mixtam sic explicatam; cum pura, vel non mixta sit omninò chimerica, & indigna tanto mysterio utpotè aversiva illius. Sed difficultas maxima est, quòd cum id exigatur ex natura absoluti, & relativi, quod ex oppositione relativa petit sic realiter distingui à sui correlativo non verò absolutum, quod magis petit identificari cum illo ob defectum ejusdem oppositionis cum eodem, utpotè aliàs simpliciter infinitū; quomodo possit hoc ipsum verificari sine aliqua distinctione ex parte objecti, quoad rectum illius, si semel id oritur ex propriis ejusdem mysterii, nec habeatur ab extrinseco ex beneficio nostri intellectus, ut efficaciter probat ratio facta, nisi velimus tam sublime mysterium consistens in eadem una natura, & pluralitate personarum cum tali distinctione, & identitate non pura pendere à nostro intellectu quo ad sui subsistentiam sine aliquo fundamento ex parte sui ipsius, nam si semel præbet eidem fundamentum ad sic affirmandum, & negandum, jam non est sola distinctio formalis, sed etiam objectiva, vel virtualis ut dicemus infrà, & est nostrum intentum; falsum est ergo sic identificari, & non identificari, vel distingui, & non distingui nullo modo opponi contradictoriè ex parte objecti, ac proinde non esse necessariam distinctionem ex parte illius ad salvandam contradictionem inter eadem prædicata.

Ex his impug. sic. Nam juxta solutionem absolutum in eadem persona nullo modo ex parte objecti distinguitur à relativo, ergo quidquid affirmatur de

illo

isto in ordine ad relativum alteriùs personæ debet affirmari etiam de absoluto in ordine ad absolutum illius, sed hoc est impossibile salvo eodem mysterio, ergo est omninò necassaria aliqua distinctio ex parte objecti inter illa. Prima cons. patet, quià implicat de eodem omninò simul aliquid affirmari, & negari. Mi. verò subsumpta prob. Nam mysterium in hoc consistit ut dictum est, quòd sint tres personæ realiter distinctæ cum unitate, & identitate naturæ in illis, at hoc manifestè destruitur juxtà solutionem, ergo. Prob. mi., quià juxtà illam quidquid verificatur ex parte objecti de ralativo unius personæ in ordine ad ralativum alterius, verificatur etiam da absoluto in ordine ad absolutum alteriùs, ergo sicut de paternitate ex parte objecti verificatur distinctio realis à filiatione, pariter verificabitur da absoluto, seu natura Patris realis distinctio ab absoluto, val natura Filii, quod est evartere idem mysterium, multiplicando scil. naturas sicut multiplicantur personæ.

Dices relativum unius personæ non distingui realiter ab alio distinctione essentiali, sed tantum notionali, vel personali, unde non est necesse, quòd absolutum illius, scil. natura, vel esentia ejus comparatum ad naturam, vel absolutum alteriùs distinguatur realiter ab illo distinctione essentiali, sad tantum notionali, vel personali: §. Sed contra hoc est. Et in primis hæc solutio videtur itarum ludere verbis, & petere principium; nam hoc est quod inquirimus, quomodo exclusa omni distinctione objectiva verificari possit da uno identitas, & distinctio præcisivè ab alio, sivè sit identitas, vel distinctio personalis, sivè essantialis, cum hujusmodi prædicata, ut dictum est, conveniant ab intrinseco ex parte objecti quoad rectum juxtà exigentiam mysterii, ergo si objectum ex parte sui quoad rectum nullam omninò admittit distinctionē inter naturam, vel essentiam, & relationam, non stabit distingui unam personam notionaliter, vel personaliter ab alia, & non distingui essentialiter ab illa, sivè (quod idem est) ejus relativum, & personale distingui realiter à relativo, & personali alteriùs, & non distingui realiter absolutum, vel naturam, aut essantiam illius ab absoluto, vel natura, aut essentia alterius, ac proinde talis erit identitas, & distinctio, quæ vel faciet unam naturam, & personam, vel utramq. multiplicabit, faciendo plures naturas, & personas, quod ast intentum rationis adductæ, & eversio ajusdem mysterii.

Ex his ergo impug. sic. Nam dum dicit solutio, quòd relativum unius, vel persona ipsa, cujus est relativum, distinguitur realiter ab alio relativo, vel persona distinctione notionali, vel personali, non essentiali, vel sit sensus, quòd distinctio cadat præcisè suprà relativum, vel personam, & non suprà essentiam; vel suprà utrumq. Si primum, habetur intentum, scil. quod prædicata contradictoria verificantur ex parte objecti, sivè personæ de utroq. illius prædicato, nempe de essentia, & relatione, ac proinde erit necessaria distinctio aliqua objectiva ad salvandam contradictionem. Si verò secundum, ergo non solum erit distinctio unius ab alio nationalis, vel personalis, sad etiam essentialis, sivè faciens non tantum plures personas, sed etiam plures naturas. Prob. cons. Nam quià est distinctio cadans supra relativum. vel personam, multiplicat realiter personas, vel relationes, ergo quià est cadens supra absolutum, vel naturam, multiplicabit realiter naturas: Implicat enim quòd aliqua sint realiter unum, & non plura in eo, in quo realiter distinguuntur: nam sicut unitas, vel Identitas dicit negationem pluralitatis, ità distinctio negationam unitatis, vel identitatis: §. Expl., & urg. totum hoc. Istæ sunt contradictoriæ. Persona Patris est alia à Persona Filii, Parsona Patris ast una, & non alia ab illa Filii, ergo pariter istæ juxta adversarios erunt contradictoriæ, Persona Patris est alia ab illa Filii; natura Patris non est alia, sed una cum illa Filii; ant. est certum: cons. verò prob., ideò priores sunt contradictoriæ, quià unitas, & distinctio cadunt suprà omninò idam, sed negata omni distinctiona objectiva, (ut negant contrarii) inter relarivum, & absolutum, sivè inter naturam, & personam, etiam posteriores cadunt suprà idem omninò, aliàs non erit negatio totius distinctionis objectivæ, ergo sine manifesta cōtradictione, & sine discrimine hujus mysterii negari nō potest omnis ejusmodi objectiva distinctio: §. Urg. hoc ipsum. De facto istæ sunt cōtradictoriȩ, Persona Patris est alia à Persona Filii Persona Patris non est alia ab illa Filii; istæ verò non, sed Catholicæ, Persona Patris est alia à Parsona Filii, natura Patris non est alia à natura Filii, sed ideò priores sunt contradictoriæ, quià identitas, & distinctio cadunt suprà omninò idem, ergoècontrà ideò non sunt posteriores, quià non cadunt suprà idem. Cons. tenet, quià sicut affirmatio est causa affirmationis, ità negatio est causa negationis, maximè loquendo de causis præcisis, & adæquatis, ut suppono ex dialecticis, & contingit in casu, quià contradictio priorum oritur præcisè, & adæquatè, (sicut & omnis alia vera contradictio) ex hoc quià unitas, vel identitas, vel pluralitas cadunt suprà omninò idem.

Ex his reiicitur inanis recursus ad eminentiam, vel ineffabilitatem, aut sublimitatem mysterii. Quià licet ob hujusmodi infinitum sui excessum superet omne creatum, & creabile, non tamen fit inde, aut constituitur implicatorium, ut revera constitueretur negata omni objectiva distinctione, ut probatum est. Mysteria enim fidai, (& præcipuè istud tam infinito intervallo ob sui unitatem in natura, & pluralitatem in personis distans ab omni etiam possibili sine ulla sui sufficiente imagine, vel repræsentatione, aut exemplo in creaturis) sunt quidem supra rationem, vel supra lumen illius, non taman eidem rupugnant, ut verè repugnarent, si ad manifestam contradictionem reducenda essent, ut contingeret in opposita sententia.

Poterant superiores replicȩ explicari exemplo definitionis, & definiti. Nam quià ex parte objecti nulla adest distinctio non stat sine manifesta contradictione aliquid affirmari, aut negari de uno, quod non affirmetur, aut negetur de alio, ut patet inductivè, itaut non stet identitas faciens realiter unum definitum, & non faciens realiter unam definitionem, ac proinde sit implicatoria eadem identitas mixta distinctioni facienti plures definitiones, sivè idantitas non pura, ergo si ex parte objecti nulla est distinctio inter absolutum, & relativum, sivè inter naturam, & personam, non stabit identitas non pura, sivè implicatoria erit identitas faciens unam naturam mixta distinctioni facienti plures personas: §. Et revera videtur inintelligibile dum dico, quòd Pater non est realiter Filius, si nulla adest distinctio objectiua inter naturam, & paternitatem, quod ast etiā negare de natura ejus hanc realem distinctionem à natura Filii; nam si objectivè sunt omninò idē, nequa objectivè prȩscindere poterunt naturam à paternitate, aliàs objectivè deberent distingui, & tunc habetur intentum (in eo anim, in quo aliqua præscindunt, distinguuntur, ut patet ax termi-

terminis, hac enim ratione distinguuntur ex parte actus, sivè conceptus formalis, quià unus per intellectum ab alio præscindit) ergo non stat realiter paternitatem distingui à filiatione, sinè eo quòd realiter distinguetur natura, vel essentia Petris à nature, vel esseotia Filii; ac proindè sicur paternitas, & filiatio sunt duæ relationes realiter distinctæ erunt pariter duæ neturæ, val assentiæ utriusq. distinctæ reeliter, quod est evertere Mysterium Trinitatis, & est inconveniens intentum argumenti facti. Itaq. braviter insto sic, dum dico Petar non est realitor Filios, vel præscindo objectivè neturam à paternitate, & filietione, val non, si primum, habetur intentum, si secundum, ergo quod objectivè affirmatur, val negatur de patarnitate dabet objectivè affirmari, vel negari de natere ejus, ergo sicut nego objectivè patarniratem dc filietione, ira naturam Patria de natura Filii: §. Quarè ut rectè etiam edvarrit Eminentiss. Ferrerius, & insinuat etiam P. Maurus hic concl. 3. l. 2. non videtut oppositam sententiam posse sustineri, nisi unitetem naturæ in tribus personis raducat ed unitatem veluti moralem, & collectivam, sicut plures homines dicuntur unus populus: & præsertim si verum est, quod videntut aliqui recentiores esserere, nempè tres personas esse unum Deum, & unius naturæ, quatenus necessitantur ad idem intelligendum, & volendum, ac proinde esse unam in illis per unionem quendem moralem, & collectivam, quod esset incidare in errorem Abbatis Joachim relatum hìc à D. Tho., & damnatum in Concil. Lateran. sub Innoc. III., ubi definitum est Tres Personas esse unam essentiem, substantiam, & naturam omninò simplicem, ut etiam explicabitur infrà.

II.

Probatur conclusio ex alia simili contradictione.

SEcundò prob. deducendo ed aliem communem contradictionem. Nam de facto ut communiter fatemur juxtà maritum, & exigentiam ejusdem mysterii, de Patre verificatur à parte rei, & consequantet ex parte objecti, quòd communicet suam essentiem Filio, & non communicat paternitatem, ergo tenemur ex perte objecti admittere eliquem distinctionẽ. Cons. tenet, quià sine omni distinctione salvari nequit contradictio, nisi velimus posse idem effirmari, & negari de eodem omninò, quod manifestè implicet. Ant. etiem constat, tum ex merito mysterii; tum quià si simul communicaret peternitetem, constitueret eandam personam in Filio, nam affectus formalis Paternitatis est constituere Patrem, ac proinde sicut Filius est unus numero Deus ac Peter, ità esset una numero Persona Patris, quod est alienum.

Quòd si iterùm recurras ut suprà, ad voces illes pure, & non pure, nempe quòd communicat, & non communicat communicatione non pura, idest faciente unũ Deum, & plures personas, sufficienter manet id impugnatum ex dictis. Est enim de subjecto non supponente, exclusa omnimode distinctione ex parte objecti inter ebsolutum, & relativum in Persona Petris, ut probatum est, quòd scil. verificari possit communicatio non pure, sicut nec distinctio: §. Deindè impug. ulteriùs sic. Nem Pater communicando essentiam; vel eodem modu ex parte objecti communicat paternitatem, vel non; si hoc posterius, jam non erunt omninò idem: si primum, ergo constituet eandem personam in Filio; prob. cons., quià ut dictum est, effectus formalis paternitatis est constituere Patrem, sicut Deitatis constituere Deum, ergo sicut non stat communicare Deitatem, & non constituare unum Deum, nec stebit communicare peternitetem: & non constituare unem personem. Et utrinsq. retio est, quià repugnat communicari formem, non communicato ejus effectu formeli præcipuè primario, cum nil aliud sit, quàm forme ipsa communicata. Præterquem quòd dicere quòd communicet paternitatem eo modo, quo communicat essentiam, esset manifestè contradicere Conc. Florent. in literis S. unionis, ubi expressè definitur Patrem gignendo Filium, omnia dedisse ei præter esse Petrem.

Dices id oriri ex incepacitate subjecti, sivè Filii, qui ob relativam oppositionem cum Patre, non est cepax effectus formelis patarnitatis, sivè denominetionis Patris, sicut est capax alterius denominetionis, scil. Dei, & ideò licet Patar dicatur communicare illi tam essentiam, quàm paternitatem, non tamen constituitur, nec denominatur eadem, vel una persona cum illo, sicut constituitur unus Deus. Et poterat instari (aliis similibus omissis) in gratia habituali collata Christo, quòd licet ejus formalis effectus sit filiatio adoptiva Dei, ob ejus tamen incapaciretem, (quià nempè est filius naturalis illius) non constituitur, nec denominatur per illam Filius edoptivus.

Sed hæc solutio præoccupatur eadem replica. Nam licet possit communicari forma non communicato omni sui effectu ob incapacitetem subjecti, ut alibi pluribus instantiis ostendimus, secus tamen non communiceto effectu ejus formali, vel primerio, quià cum sit iste ut dictum est, forme ipse communicata, nec ante illum supponatur communicatio alteriùs, vi cujus salveri possit, communicatio formæ, (aliàs primarius, vel formalis effectus non esset,) repugnat tamen formã semel communicari, illo non communicato; sed formalis effectus, vel primarius paternitatis est constituere parsonem Patris, & denominare Patrem, sicut formalis Deitatis est constituere, & denominare Deum, ergo sicut hac ratione nequit communicari Deitas, sine eo quòd constituat, & denominet Deum, nec poterit communicari paternitas sine eo quòd constituat personam Patris, & denominet Patrem: §. Hoc ipsum confirmet instantia adducta. Nam ideò (ut alibi etiam diximus) potuit communiceri gratie hebitualis Christo, vel humenitati ejus, non communicata filietione adoptiva Dei ob præfatam incapacitatem filiationis neturalis, quià filiatio adoptiva non est effectus formalis primerius gratiæ, imò nec seconderius, sed relatio consequens ex natura rei ad illam ut fundamentum in subjecto extraneo, val capaci, sicut reletio similitudinis non est formelis effectus albedinis, sed eam sequitur ut fundamentum. Unde nec fuit novum miraculum, ut separaretur ab ille in Christo, sed necessariò consequitur talis separatio ex vi unionis humanitetis ad Verbum. Effectus ergo gratiæ hebitualis est constituare subjectum gratum formeliter, nempè gratitudine accidentali per formelẽ participationem Divinæ neturæ, seù divinitatis ut netura est, non personæ Divinæ, in quo etiem distinguitur à gratia unionis in illo, quià hæc non constituit gratum accidentaliter per veram informationem, & inhærentiam sicut hebitualis, sed substantieliter intimè terminendo humanitatem; undè atiam per se primò est substantialis communicatio Divinæ personæ in se ipsa, non formalis, & accidentalis perticipetio divinitatis, ut neturæ est,

est, sive forma communis tribus personis. Quod obiter dictum sit occasione instentiæ: §. Hinc poterit eadem retorqueri. Nam quià effectus formalis gratiæ est constituere, & denominare subjectum Deo gratum, & congruum Divinæ dilectionis, non stat illam eidem communicari, & non sic illud constituere, & denominare, ergo quià pariter effectus formalis paternitatis est constituere personam Patris, & denominare Petrum, non stabit communicari Filio paternitatem, & non constituere personam Patris, & denominare Patrem. Vel sicut ex negatione communicationis præfatæ gratitudinis rectè infertur negatio communicationis gratiæ, pariter ex negatione effectus formalis paternitatis, rectè inferri debet negatio communicationis paternitatis; quod verissimum est, & consonum eidem Concilio.

Secundò, impug. sistendo adhuc in vi contradictionis. Nam licet admisse communicatione utriusq. non possit contradictio cadere supra communicationem earum, adhuc tamen verificatur quòd altera communicat suum effectum formalem, & altera non, ut vult solutio; ex quocunq. deinde orietur impedimentum communicationis illius, ergo sicuti salvari non posset sine objectiva distinctione, si altera communicaretur, & altera non, nec poterit salvari sine illa, si altera communicet suum effectum formalem, & altera non. Conf. tenet, quià sicut prior verificaretur ex parte objecti, ità etiam contradictio posterior verificatur ex parte illius; non enim Filius per intellectum nostrum fit incapax effectus formalis paternitatis, sed ex propriis, sive ex propria oppositione relativa est incapax illius, sicut revera est etiam paternitatis iuxtà Concilium, quidquid in contrarium affirmet solutio ad evadendam priorem contradictionem.

Expl., & urg. hoc. Licet in Divinis (ut explicatur infra) omnia sint unum, & idem, ubi non adest oppositio relativa; ac proinde communicata essentia Filio, aliquomodo etiam communicetur paternitas realiter identificata cum illa, sive, ut aiunt, per circuminsessionem, non tamen formaliter, sive exercitè constitutivè, prout constituit Patrem, aliàs etiam Filium constitueret Patrem, onde communiter iuxtà idem Concilium dicimus, quòd Pater omnia communicat Filio præter esse Patrem; sed Deitas Patris communicatur Filio etiam exercitè constitutivè, cum constituat Deum, & eundem numero Deum, qui est Pater, ergo adhuc subsistit prior contradictio saltem in modo communicandi, nempè quòd non eodem modo communicet paternitatem sicut communicat deitatem, cumq. iterum verificetur eadem ex parte objecti, erit necessaria distinctio aliqua ex parte illius.

Urg. ulteriùs totum hoc. Nam sicut Filius ob relativam oppositionem cum paternitate, & non cum Deitate est incapax accipere formalem effectum illius, & non istius, ità paternitas ob relativam pariter oppositionem cum filiatione est incapax, vel non potens tribuere illum, benè verò Deitas ob defectum illius, ergo utrobiquè erit contradictio, sive ex parte utriusq. extremi, nempè, quòd sicut Filius possit accipere, & non possit, ità Pater, sive paternitas ejus, quòd non possit dare, & iterum Pater, sivè Deitas ejus, quòd possit. Quæ planè sine omni distinctione objectivè videtur impossibile posse verificari, cum omnis hujusmodi contradictio ut dictum est, exerceatur ex parte illius. Et similis etiam fieri poterit in prædicato oppositionis, quæ verificatur de paternitate, & non de Deitate respectu ejusdem filiationis: §. Et tandem in prædicato etiam productionis adhuc urgentis, quòd si nulla est objectiva distinctio inter absolutum, & relativum, ex eodem capite, quo intendunt excludere omnem objectivam adstruunt, vel ædificant realem, ut subtiliter etiam urget laudatus Eminentiss., & tangit etiam P. Maurus, & inferri potest ex superioribus replicis, & easdem proportionabiliter explicare in prædicatis earumdem contradictionum, cum si semel relativum, & absolutum sint omninò idem objectivè, quidquid dicitur de illo comparativè ad sui correlativum, affirmandum est pariter de absoluto, & consequenter distinctio realis de utroq., vel de neutro, si velint cadere supra contradictione: §. Impugnetur ergo sic. Nam dum dicimus Filium esse productum à Petre, vel sit præcisio objectiva essentiæ in Patre producente à paternitate, & in Filio producto à filiatione, vel non; si primum, habetur intentum, sivè admittitur objectiva distinctio, quià ut dictum est, in eo in quo aliqua præsciduntur, distinguuntur, aliàs præsciderent, & non præscinderent. Si secundum, ergo sicut verificatur de Filio, quòd est productus à Patre, pariter verificari debet de essentia, quòd est producta ab essentia, ergo etiam distinctio realis essentiæ unius ab essentia alteriùs. Prima conf. tenet, quià ut dictum est, non stat sinè manifestè contradictione esse omninò idem objectivè, & non verificari idem objectivè de utroq., aliàs simul affirmaretur, & negaretur idem de eodem omninò, quod est implicatorium. Secunda autem prob. Tum quià realis productio salvari nequit sine reali distinctione producti à producente in eo, in quo est productum, nisi velimus idem posse realiter producere se ipsum, quod apertè iterum implicat. Tum quià in divinis ut constabit infrà, non datur realis distinctio, nisi fundata in processione, vel productione unius ab alio, penès quam habetur oppositio relativa, quæ sola facit ibidem realem distinctionem, ergo sicut hac ratione Persona Filii distinguitur realiter à Persona Patris, pariter illius essentia erit realiter distinguenda ab illa Patris, quod est alienum; ac proindè vel non est omninò neganda distinctio objectiva, vel concedenda etiam realis inter absolutum, & absolutum.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arguunt contrarii evertendo præcipuum fundamentum conclusionis desumptum ex vi contradictionis. Ad salvandam istam in Divinis non est necessaria aliqua distinctio objectiva, ergo non tenemur eam admittere. Conf. tenet. Quià hac potissimum ratione eam contendimus. Ant. verò prob. quià prædicta prædicata scil. communicari, & non communicari, vel identificari, & non identificari non sunt verè contradictoria, ergo salvari possunt sine omni distinctione objectiva. Prob. ant., quià non sunt ejusdem de eodem secundum idem, sivè secundum idem genus, ergo. Prob. ant. Nam communicari, & identificari solum verificantur in genere essentiali, non verò personali, idest communicatione, & identitate faciente unam essentiam, & unum Deum, non verò unam personam, opposita verò in genere tantum personali, non essentiali, idest faciente plures personas, non verò plures essentias, vel plures Deos, ergo non sunt secundum idem: §. Urgent hoc ipsum; quià identitati essentiali non opponitur contradictoriè personalis distinctio, sed solum essentialis, sivè in eodem genere, sed

sed essentia Patris identificatur cum Filio identitate essentiali, paternitas verò distinguitur distinctione personali, ergo non sunt prædicata contradictoria, sivè in eodē genere. §. Ad hoc patet ex dictis, quòd magis oppositum inferendum erat ex prædicta diversitate generis, scil. essentialis, & personalis, sivè absoluti, & relativi: nam ratio à priori ad distinguendum unum ab alio distinctione aliqua objectiva, sivè rationis ratiocinatæ, aut virtuali, (de qua §. seq.) non est præcisa vis contradictionis, seù quià de illis verificantur prædicata contradictoria, (hoc enim solum militat à posteriori) sed quià ex propriis utriusq. generis fundant distinctam lineam, scil. ad se, & ad aliud cum oppositione relativa, & cum negatione illius ad illud, sicut in simili dicebamus suprà ex opposito contrà necessitatem scientiæ mediæ, quòd ratio à priori ad illam reiiciendam non est sequela plurium inconvenientium, quæ opponuntur contrà illam, (hæc enim solum obstat à posteriori) sed summa Dei perfectio, qua exigit independenter ab omni creatura habere à se ipso immediatè, & intrà se certam, & infallibilem cognitionem omnium cognoscibilium ad extrà sivè possibilium per simplicem intelligentiam, sivè futurorum, vel liberorum per visionem, vel scientiam simpliciter liberam, ut explicatum est, cum pariter essentia Divina est repræsentativa omnium sine tali dependentia à quocunq. extrinseco: §. Imò hac ratione dicuntur prædicata solum contradictoria veluti dialecticè penès præcisè affirmari, & negari, non autem verè, & propriè, vel absolutè, sivè penès affirmari, & negari eiusdem de eodem omninò, quià nempe adest distinctio impediens hanc contradictionem, undè solum dicuntur contradictoria conditionatè, scil. quòd essent verè talia, negata omni distinctione ex parte obiecti, quod est hac in re valde observandum contra Autores utriusq. extremæ sententiæ tam negantis omnem objectivam, quàm contendentis objectivam, sive ex natura rei, & actualis ante intellectum, sive quamlibet aliam realem, de quibus infrà, cum sufficiat sola virtualis ad evadendam omnimodam identitatem requisitam ad veram contradictionem, ut latè etiam supra de attributis absolutis explicatum est, & urgentiùs militet in præsenti ob ampliorem latitudinem virtualem ex propriis utriusq. generis inter absolutum, & relativum.

Ex his in forma neg. ant., imò & suppositum illius, quòd ratio, vel meritum contradictionis sit præcipuum, sive motivum à priori eiusdem distinctionis objectivæ, ut supponit argumentum. Ad prob. dist. ant., admissa distinctione aliqua objectiva, conc., negata omni, nego: quià omni negata quidquid obiectivè affirmatur, vel negatur de uno, debet ut ostensum est, affirmari, vel negari de alio, nisi velimus idem simul affirmari, & negari de eodem omninò, quòd manifestè implicat, ut dictum est. Ad illius prob. dist. claritatis gratia ant., non sunt secundum idem genus, cum omnimoda tamen identitate inter utrumq. iuxtà oppositam sententiam, conc. sine illa, neg., ad prob. similiter dist. ant., communicari verificatur in genere essentiali, non communicari verò in personali, utroq. tamen omninò objectivè identificato ut ipsi volunt, conc., sine hac objectiva omnimoda identitate, nego. Nam parum refert, quòd recurrant ad diversitatem generis, si utrumq. contendunt coire in idem omninò indivisibiliter obiectum; tunc enim adhuc verè subsistit contradictio, sive affirmatio, & negatio eiusdem de eodem omninò. Unde potiùs ex eadem diversitate tenebantur dare distinctionē aliquam ex parte obiecti, ut legitimè eandem contradictionem evaderent: §. Ex quibus iterum dist. idem ant., verificatur tantum iuxta oppositam sententiam, nego, non tantum, conc.; vel aliter sic, communicari, & identificari solum verificantur in genere essentiali, & non personali; & distinctio ex opposito in personali, & non essentiali verificatur, & non verificatur, conc., verificatur tantum, nego, nam licet attento merito utriusq. generis, vel lineæ, utpote exigentis distinctionem aliquam ex parte obiecti dabeat sic communicari, & non communicari, scil. unitate vel identitate, & distinctione non pura, (ut aiunt,) sublata tamen ex parte illius omnimoda distinctione, necesse est ut vidimus, verificari secundum identitatem, & distinctionem etiam puram, sive tam essentialem, quàm personalem, itàut sicut communicatio, vel identitas facit unam essentiam, faciat etiam unam personam, & similiter distinctio faciens plures personas faciat etiam plures essentias, vel naturas; nec possit oppositum sine manifesta contradictione intelligi, ut dictum est, si semel sunt omninò idem: §. Et per hæc etiam patet ad confirmat., quæ tantum probat supposita aliqua distinctione ex parte obiecti, per quam solam removeri potest talis oppositio inter distinctionem personalem, & identitatem essentialem, secus verò si absolutum, & relativum supponantur omninò idem. Tunc enim sicut opponitur, vel non opponitur unum, debet opponi, vel non opponi & alterum, & consequenter non stabit multiplicari, vel non multiplicari alterum, altero multiplicato, vel non multiplicato. Unde licet de facto ità sit, quòd identitas essentialis non opponatur distinctioni personali, secus tamen exclusa omni distinctione objectiva inter utrumq, ac proinde non posset tunc essentia identificari cum Filio sola identitate essentiali; nec paternitas distingui sola distinctione personali, sed utraq., aliàs non essent omninò idem, ut ipsi prætendunt.

Sed instas in ipsa cognitione; nam potest hæc, eadem omninò, vel exclusa omni distinctione objectiva esse clara ut duo, & non esse clara ut octo, ergo pariter exclusa omni objectiva inter essentiam, & paternitatem, poterit hæc distingui à filiatione sola distinctione personali, & essentia identificari sola identitate personali, non essentiali: §. Resp. in primis paritatem non esse ad rem, vel non proportionari cum hujusmodi extremis, vel prædicatis Divinis, de quibus est difficultas an objectivè distinguantur, vel non, nam eadem cognitio clara aut duo, non ponit in numerum in ratione objecti positivè, vel ex terminis juxta propriam lineam cum se ipsa, clara ut 8., sed tantum negativè se habet prout sic ad hanc claritatem, nec opponitur illi, sicut unum relativum opponitur alteri, & ex propria linea dicitur ad aliud, absolutum verò ad se, sed magis ex propriis, (utpotè perfectio intellectus instituta à natura ad penetrandum, vel inquirendum verum tanq. sui objectum) tendit semper ad claritatem majorem, usq. ad illius comprehensionem, unde est veluti de subjecto non supponente loquendo positivè de utraq. cognitione, ac proindè nec est fundamentum ad statvendam in illa talem distinctionem, sicut inter absolutum, & relativum in Divinis.

Sed præterea dist. ant., & simul retorqueo illam; exclusa omni distinctione objectiva inter cognitionem ut duo, & cognitionem ut 8., in ratione cognitionis, transeat, vel conc., quià cum in hac ratione, ut dictum est, non multiplicet positivè prædicatum cognitio-

gnitio-

gnitionis, sicut multiplicantur assentia, & paternites in retione absolnti, & relativi, est veluti de subjecto non supponente, dum dico, non clare ut 8., exclnse inter claritatem ut duo, & cleritatem ut 8., nego. Sicut ergo non admissa aliqua distinctione objectiva inter utramq. claritatem non posset simul altera affirmari, & eltera negari de eadem cognitione, ità nec ulla admissa inter reletivum, & absolutum in Divinis poterit elterum prædicatum, sivè identitetis, sivè distinctionis personalis, sivè essentielis, effirmari, vel negari de uno, non affirmato, vel negeto de alio.

Sed edhuc instes. Nam distinctio per nos claritatis ut duo à claritate ut 8. non obstante omnimodu identitete ex parte objecti cognitionis salvat omnem contradictionem respectu illius, ità ut possit affirmari de ille cleritas ut duo, & negari posterior ut 8., argo pariter distinctio identicatis essentielis facientis unum Deum, ab identitete sciente unã personã est sufficiens ad evadendam omnem contradictionem inter absolutum & relativum non obstente omnimoda identitate utriusq., ità ut possit de uno effirmari, vel negeri identitas, vel distinctio personalis, vel essentialis non effirmata, vel nagata de alio: §. Huic instantiæ patet ex dictis esse consequens de subjecto non supponente, quòd exclose omni distinctione inter utrumq. salvari possit tunc distinctio identatis facentis unum Deum ab identitete faciente unam personam, quià tunc remaneret ut ostensum est, sola identitas pura, (ut vocant) in Divinis; ac proindè non posset sic affirmari, & negeri sine omni contradictione, sicut negata distinctione inter utramq. claritatem non possat empliùs, altera affirmari, & altera negari de eadem cognitione sine simili pariter contradictione.

Sed iterum instas. Nam cum omnimoda identitate cognitionis stat adhuc distinctio per nos claritatis à claritate ad vitandem omnem contradictionem, ergo pariter stabit edhuc distinctio identitetis essentielis ab identitate personeli, cum omnimoda identitate utrinsq. extremi Divini ad selvendam in illis præfatas omnes contradictiones: §. Resp. neg. conseq., & discrimen jam assignatum est; nam cognitio non clara ut 8. cum sit extremum purè negativum non multiplicat positivè prædicatum in ratione cognitionis, nec est oppositum sibi claræ ut duo nisi dialecticè penès affirmari præcisè, vel negari, cum claritas ut 8. sit perfectio sui sine ulla oppositione, undè setis est distinctio penès claritatem intrà quam fit effirmetio, & negetio; & clera ut duo comparatur ut perfectibilis ad cleritatem ut 8., tanq. ad sui perfectivum. Cœterum relativum, & absolutum utpotè ed aliud, & ed se, fundant ex propriis distinctionam ex parta sui necessariam ad salvendam contradictionem in ordine ad terminum correletivum capacẽ solius identitatis essentialis, & non personalis, & ideò exclusa omni distinctiona ex parte eorũ nequit ampliùs subsistere distinctio inter utremq. identitetem, ac proindè identitas assentielis faciens unum Deum identificeta omninò cum personali, faceret etiam unem personam. Unde omnes ejusmodi replicæ cum principeli suo argumento supponunt falsum, vel nituntur falsæ soppositioni, quòd negata omni distinctione objectiva subsistet ampliùs distinctio, vel identitas non pure, sivè faciens unam essentiam non plures personas, vel multiplicans istes, & non essentias; sicut in simili dicebamus in superioribus contra eorum scientiam mediem, quòd perpetuò supponunt simila falsum, sicut in hac sue omnimoda identitate obiectiva, nempe quòd possit haberi futuritio, eut certa, vel determinata futurorum cognoscibilitas, sivè rerum ed extre in ratione futuri ante omne Divinum decretum, vel independenter ab illo ut medio manifestante, cum omnis extrinseca determinatio, vel prædicatũ quodcunq. creaturæ in quolibet genere, sivè essendi, sivè operandi, siva intelligendi utpote participatio alicuius prædicati, vel perfectionis Divinæ in illo teneetur indispensebiliter hanc supponere, si velimus esse prædicatum creeturæ.

2. Arguunt procedendo iterum à posteriori, & potest esse raplica. Sine ulla offensione mysterii Trinitatis stat omnimoda identitas obiectiva inter absolutum, & relativum, ergo non est admittenda, conse. tenet tum ax dictis, tum quià cum Deus sit summè unus tenemur recedere ab omni pluralitate non necessaria, & consequanter ab omni huiusmodi distinctione, ant. antem prob. Nem mysterium istud in unitate essentiæ, & Trinitete personerum consistens importet hoc, quòd nempe Peter det Filio, & uterq. Spiritui S. asse Deum, & non esse Patrem, & Filium, sed hoc optimè selvetur sine ulla distinctione obiectiva inter absolutum, & reletivum, Prob. mi. Tum quià persona in Patre, seù retio paternitetis constituens Patrem, & ratio oppositionis constituans illũ oppositum Filio (& similiter utraq. alia personalis proprietas in 2., & 3. persona) nulla gendent distinctione obiectiva, & tamen eedem paternitas det essentiæ esse Patrem, & non asse oppositam Filio, ergo sine ulla distinctiona obiectiva salvari potest communicatio absoluti sine communicatione relativi, vel personalis: Secundò. Quamvis iterum paternites se totam per reelem identitatem communicet Deitati, & simul sit incommunicabilis Filio, nihilominùs eidem Deitati dat præcisè esse paternitetem, vel asse Patrem, non collete ratione oppositionis, vel incommunicabiliratis, ergo effirmebilites, vel communicabilites unius, & negabilitas, val incommunicabilitas elterius selvari possunt inter relativum, & ebsolutum sine ulla distinctione obiective, sive componi cum distinctione non pura, sive facienta plures persones, non naturas, vel selva identitete non pura, sive faciente unam neturam, non plures personas.

Expl., & arg. hoc. Nam hæc duo in Patre, nempe assa Patrem, & esse realiter incommunicabilem, & oppositum Filio sunt omninò idem obiectivè, sed non obstante hec identitate inter utrunque, alterum effirmetur de essentie, scil. esse Petrem, elterum verò sine omni contredictione negatur de illa, scil. esse realiter incommunicabilem, & oppositem eidem Filio, quià nempe hæc realis incommunicabilitas, & oppositio tentum convenit Petri ex propriis, sive ex propria ratione formali, ergo iterum subsistit hujusmodi effirmabilitas, & negebilites sine præfate illationa identitatis & distinctionis puræ, exclusa omni distinctione obiectiva inter relativum, & ebsolutũ in eadem porsona: § Et poterat ulteriùs exemplificari ex parte essentiæ in prædicato communitatis; nem etiam istud gaudet omnimode identitate cum assentia, & tamen de singulis personis affirmetur essentia, & negatur communites; verè enim Pater, vel Filius, aut Spiritus S. est assentia, non tamen est communis tribus, argo.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. neg. mi. Ad illius prob. dico in primis esse solvendam à contrariis, nam dum Pater communicat Filio essentiam, sivè Deitatem, pariter affirmant, ut vidimus, communicare illi paternitatem, licet ob ajus incapacitatam non tribuat illi effectum formalem paternitatis, argo pariter tribuen-

buendo esse Patrem, tribuet ei incommunicabilitatem, vel oppositionem licet non tribuat illi effectum formalem istius; non enim est major ratio, quòd ob defectum distinctionis objectivæ inter Deitatem, & paternitatem utrumq. tribuat Filio præcisivè ab effectu formali paternitatis, & ob eundem defectum inter paternitatem, & incommunicabilitatem, vel oppositionem non det utrumq. essentiæ, præcisivè ab effectu formali oppositionis: §. Sed præterea ex Doctrina D. Tho. infrà q. 39. ar. 4., & 5. præcipuè ad 5. dist. mi. Dat esse Patrem, & non esse oppositam, formaliter, & explicitè, seù secundum formalem, vel explicitam denominationem, conc., identicè, & implicitè, neg., nam cum essentia (& idem est de quolibet alio absoluto in Divinis) cum nullo relativo, vel personali, aut notionali habeat oppositionem, identificat sibi omnia non solum absoluta, sed etiam relativa, (cum in Divinis, ut dictum est, & constabit infrà) omnia sint unum, & idem ubi non obviat oppositio relativa, unde sicut Pater, vel paternitas dat illi esse Patrem, pariter dat esse oppositam Filio, non formaliter, & explicitè, itaut possit formaliter, & explicitè dici, quòd est eidem opposita sicut dicitur, quòd est Pater, sed identicè, vel implicitè, idest est ratio relativa opposita Filio: §. Quarè autem essentia licet utrumq. sibi tribuatur à Patre, vel paternitatate non possit absolutè denominari, vel dici, quòd est opposita, sicut absolutè dicitur, quod est Pater, rationem assignat D. Th. quià ad veritatem locutionis (inquit art. 5. in corp.) non solum oportet considerare res significatas, sed etiam modum significandi. Quod probat ex discrimine inter nomina substantiva, & adiectiva. *Quià (inquit ad 5.) nomina substantiva ferunt suum suppositum, adiectiva verò non, sed rem significatam ponunt circa substantivum.* Ex quo infert quòd *nomina personalia substantiva possunt prædicari de essentia propter identitatem rei, neque sequitur, quòd proprietas personalis distinctam determinet essentiam. Sed ponitur circa suppositum importatum per nomen substantivum. Sed notionalia, & personalia adiectiva non possunt prædicari de essentia nisi aliquo substantivo adiuncto.* Ex quo fit, quòd sicut non possumus dicere essentia est generans; benè verò est res, vel Deus generans, ità nec possumus dicere quòd est opposita, sed tantum, quòd est res, vel Pater, aut relatio opposita Filio, quià in priori propositione prædicatum determinat essentiam, seù sit sensus, quòd oppositio prædicetur de illa secundum propriam sui rationem, vel absolutam, quod est falsum, in posteriori verò determinat suppositum, & consequenter conveniant secundum rationem personalem, vel notionalem, vel relativam, quod est verissimum. Ex quo etiam patet idem esse dicendum de verbis significantibus actionem personalem, ut generare, spirare &c.

Hinc etiam fit, quòd sicut (ut subdit, & concludit D. Tho.) hæc est vera; essentia est res generans, vel Deus generans, si res, & Deus supponant pro persona, non autem si supponant pro essentia, & ideò nulla sit contradictio, si dicatur, quòd essentia est res generans, & res nō generans, quià primo modo res tenetur pro persona, secundo pro essentia; ità hæc similiter est vera, essentia est res opposita, si supponat pro persona, non verò si supponat pro essentia, ac proinde nec ulla etiam erit contradictio, si dicatur, essentia est res opposita, & non res opposita, ob eandem rationem, quià res primo modo tenetur pro persona, secundo pro essentia.

Itaq. quantum ad rem significatam eadem essentia sicut ratione paternitatis est Pater, & paternitas, ità pariter est opposita relativè Filio, scil. identicè propter identitatem, quam habet cum ea, quæ est ipsa oppositio relativa, quià tamen est diversitas modi significandi, dum dico, essentia est Pater, seù paternitas substantivè, & dum dico opposita adjectivè, non potest prout sic, ratio oppositi affirmari de illa absolutè, sicut affirmatur ratio paternitatis, vel Patris: §. Obiter tamen adverto circa hujusmodi prædicationes in Divinis quòd licet identitas, (ad quam modo recurrimus cum D. Tho.) sit ratio verificandi plures ex illis, ut contingit in casu, non tamen est integra, vel adæquata, imò nec sufficiens in omnibus illis, nam realis identitas, quæ est inter Deitatem, & tres personas, licet similiter conducat ad hoc ut Deitas in abstracto prædicetur de illis in recto, nihil tamen confert ad prædicationem in concreto, quo pacto sicut una persona nō est Deus præcisè, quià est sua Deitas, sed quià habet Deitatē, ità nec tres personæ sunt Deus, & unus Deus præcisè quià sunt ipsa Deitas, sed quià habent Deitatē unam. Quà ratione in simili 3. p. q. 3. ad ar. 6. frequentiùs dicunt nostri Thomistæ, quòd sicut verbum Divinum est homo, non quià sit humanitas, sed quià habet humanitatem, ità tres personæ si assumerent eandem humanitatem essent homo, & unus homo, non quià essent humanitas, sed quià haberent humanitatem unam. Sed de his adhuc infrà.

Ex his etiam fit satis ad 2. prob. ejusdem mi. principalis argumenti; unde dist. 2. p. ant: Non dat ei rationem oppositionis, vel incommunicabilitatis, quantum ad rem significatam, neg., quantum ad modum significandi, conc. Ex quo solum impeditur ut dictum est; quòd non possit absolutè dici, quòd sit incommunicabilis, vel opposita, quià hæc sunt nomina personalia adjectivè, non tamen quòd non sit res, quæ est incommunicabilitas, vel oppositio relativa, ac proindè incommunicabilis, vel relativè opposita in sensu identico: §. Ad 1. confirm. dist. eodem modo mi. Alterum negatur, quantum ad modum significandi conc., quoad rem significatam, ut explicatum est, nego: §. Ad 2. similiter dicimus de prædicato communitatis respectu personarum, sicut de illo oppositionis, vel incommunicabilitatis respectu naturæ, quòd sicut istud si proferatur adjectivè non potest affirmari de illa absolutè, sed tantum identicè, & adjuncto nomine substantivo, ità nec illud absolutè de personis expressum nomine adjectivo, benè tamen si illi addatur substantivum ob superiorem rationem, vel regulam D. Tho., scil. propter diversitatem modi significandi, quià sicut personale expressum adjectivè appellat, vel supponit pro essentia, ac proindè, quòd conveniat secundum propriam illius rationem absolutam, ità essentiale si adjectivè affirmetur de persona sinè adjuncto substantivo appellat, vel supponit pro eadem secundum propriam illius rationem, scil. personalem, vel relativam, ac proindè non potest prout sic absolutè dici de illa, sed solum cum eodem addito, nempè Pater est res, quæ est communis, non tamen est communitas, nisi identicè &c.

Sed instas. Nam juxta hujusmodi solutiones diversitas modi significandi sufficit ad salvandam contradictionem in prædictis prædicatis, vel prædicationibus sine ulla distinctione objectiva, ergo non erit hæc necessaria ad salvandam illam in aliis superioribus inter paternitatem, & Deitatem, quòd nempè Pater communicet Deitatem, & non paternitatem Filio.

Cons.

Conf. videtur tenera à paritate: §. Resp. 1. ex dictis asse discrimen, quòd hæc posteriora prædicata pertinent ax propriis ad distinctam lineam, scil. absolutam, & relativam, quæ etiam præscindendo ab omni contradictiona fundat distinctionam obiectivam, priora verò, scil. oppositio, & oppositum, communitas, & commune pertinent ad eandem, undè non petnut distinctionem ex parte objecti ad salvandam affirmabilitatem sui, vel negabilitatem, sed ex vi minoris salvari potest, si semal fine contradictione affirmantur, vel negantur, ut contingit in præfatis argumenti prædicationibus, scil. secundum modum dumtaxat significandi, vel supponendi, ut etiam insinuavimus ex D. Tho. in his aliis, essentia est res generans & res non generans: vel Deus generat, Deitas non generat, quæ salvantur fine contradictione cum sola diversitate supponendi, vel modi significandi penès abstractum, & concretum.

Secundò resp., & magis explicatur, & negetur præcedens solutio negando itarum conf., quià licet omnis contradictio exigat aliquam distinctionem, itàut fine omni ut dictum est, salvari non possit, non tamen æqualem in omnibus, inter quæ exercetur affirmabilitas, vel negabilitas, sed cum distributione accommoda, sivè juxtà meritum, vel conditionem illius, super quod cadit, undè si cadat suprà rem significatam, vel ex parte illius petit distinctionem, vel realem, vel formalem, vel virtualem, si verò suprà modum tantum significandi, vel supponendi, aut similem dialecticum, tunc sufficit proportionata distinctio, sivè dialectica tantum, seù penès modum explicandi, vel significandi, aut supponendi, ut patet in eisdem exemplis, nec requiritur major, sive logica, vel obiectiva, præcipuè, quandò exercetur intrà eandem lineam; vel extrema ex suis rationibus formalibus non petunt distingui, ut suprà de attributis absolutis explicatum est: §. Ex his patet ulteriùs discrimen, quòd contradictio, quæ est inter priora prædicata, scil. inter communicari essentiam, & non paternitatem; hanc distingui à filiatione, & non essentiam; Personam Patris, seù eandem paternitatem non esse unam cum Persona, vel relatione Filii, benè verò essentiam utriusq.; non cadit præcisè suprà modum significandi, sed suprà rem significatam, nam præciso quocunq. hujusmodi modo varè ex parte rei affirmantur realitar, & negantur prædicta prædicata, quæ tamen fine omni distinctione objectiva non possent sic affirmari, & negari absq. omni contradictione, ut probatum est. Cæterum postarior contradictio, sive quæ versatur inter posteriora prædicata, solum verificantur penès diversum modum significandi ut dictum est, & ideò salvari potest sine distinctione objectiva.

Præterquam quòd idem argumentum cum sui replica, & instantiis poterat manifestè retorqueri, nam si cum his aliquid probaret non solum probaret identitatem objectivam inter absolutum, & relativum, sed simul etiam probaret esse distinguenda distinctione pura, & identificanda etiam identitate pura. Quod ostenditur sic. Nam quià relatio, & oppositio relativa gaudent omnimoda identitate ex parte obiecti repugnat distinctio faciens aliam, & aliam relationem, & non faciens aliam, & aliam oppositionem. Et quià similiter omnimoda obiectiva gaudent persona, & res incommunicabilis, implicat distinctio faciens aliam, & aliam personam, & non faciens aliam, & aliam rem incommunicabilem, ergo ob eandem omnimodam identitatem obiectivam inter relativum, & absolutum implicabit identitas faciens unam essentiam, & non faciens unam personam: Vel etiam distinctio faciens aliam, & aliam personam, vel relationem, & non facians aliam, & aliam essentiam.

3. Arg. aliis instantiis. Nam personalitas, vel subsistentia Divini Verbi non distinguitur obiectivè à se ipsa ut est relatio filiationis naturalis illius ad Patrem, & tamen unitur humanitati ut personalitas est, vel subsistantia, & non ut relatio est filiationis naturalis, aliàs faceret illam, vel Christum ut hominem referri formaliter ut filium naturalem ad Patrem Divinum. Similiter si assumpsisset naturam irrationalem, fuisset etiam unita ut subsistentia constituens suppositum, & non ut personalitas constituens personam; §. Item essentia Divina unitur intellectui beatorum, ut forma in esse intelligibili, & non in esse entitativo, probabiliter indistincto objectivè à priori esse: §. Tertiò, quià probabile est etiam in Deo omnia ejusdem generis intelligibilia, scil. intelligere radicale, vel naturam, intellectum, & intellectionem esse virtualiter objectivè indistincta, (ut vidimus supra,) & tamen natura concurrit ut dictum est, ut principium radicale, non proximum ad productionem Verbi Divini. Et iterum in eodem Mysterio Incarnationis uniri cum natura creata sub ratione existentię constituendo illam existentem, & non sub ratione intellectionis constituendo intelligentem, & quidem à parte ral, ut supponitur independenter ab omni intellectu creato, quamvis etiam apud Thomistas, existentia Divina, & actualis intellectio sint omninò objectivè idem: §. Deniq. In probabili pariter sententia identificante actum liberum in Deo cum necessario, de illo verificatur, quòd est defectibilis, quod tamen negatur de isto. Et sic de aliis brevitatis gratia omissis, ergo sine objectiva distinctione salvari potest omnis contradictio in prædicatis Divinis, sivè eorum affirmabilitas, & negabilitas in illis.

Ad hoc patet ex dictis nos non contendere distinctionam objectivam pro omni contradictione salvanda inter prædicata contradictoria, sed omninò necessariam esse inter absolutum, & relativum, de quo est præsens controversia, quià nempè cadit super rem significatam ex parte objecti in recto, unde etiam ut dictum est, ex propriis rationibus formalibus fundant diversos conceptus definitivos; nec dabitur contrà id instantia incontrariam, quidquid sit ut vidimus, quòd si cadat solum super modum significandi, aut super nomina, vel munera, sufficiat istorum diversitas, & non requiratur aliqua virtualis objectiva: §. Ad singulas, ergo resp Ad primam dist., & explico mi., non unitur ut ralatio, adhuc sensum, quòd esse relativum subsistentiæ Verbi non uniatur, nego; non uniatur, ut relatio est formaliter, sivè ut exercet rationem relationis, conc. In eo ergo in quo verificatur affirmatio, & negatio, vel supra quod utraq. cadit, verificatur etiam distinctio; affirmatio autem, & negatio non cadant super esse subsistentiæ, & super esse relativum illius, ità ut uniatur humanitati prius esse, & non hoc posterius, cum esse personale, vel subsistentiæ sit ipsum esse relativum, sed cadit super unionem subsistentiæ, quæ affirmatur, & super unionem per modum relationis, quæ negatur, quæ uniones maximè adinvicem distinguuntur, cum illa vera, & Catholica sit, hæc verò impossibilis, cum extremum creatum nequeat constitui ralativum formaliter, seù per modum Filii naturalis ad Patrem Divinū: §. Itaquè personalitas Verbi non unitur humanitati, ut for-

ma informans propriè, sed ut terminus substantialis, cuius ratio adæquata non est solum constituere relativum formaliter ad Patrem Divinum, nam etiem constituit subsistentam incommunicabiliter; unde licet uniatur secundum utrumq. esse non tamen unitur ut exercens rationem relationis, sed tantum illam subsistentiæ, & constituit suppositum. Doctrina est D. Tho. q. de Unione Verbi Incarnati in disput.ar.1 ad 8. Et hoc ideò est, quià personalitas Verbi non communicatur secundum totam suam infinitatem, nec ut terminativa est ad intrà, sed ut terminativa ad extra, & ut eminenter continens creatam personalitatem absolutam. Et eodem modo resp. ed annexam de assumptione naturæ irrationalis.

Ex his etiam resp. ad aliam de unione essentiæ Divinæ cum Intellectu beatorum, nam dum dicitur quòd unitur in esse intelligibili, non in esse entitativo non est sensus, quòd uniatur intelligibilitas ejus, & non entitas, (nam reverà entitas essentiæ movet intellectum beati ad sui visionem,) sed quia unitur unione formæ intelligibilis, & non informantis, unde neq. hic cadit contradictio super esse intelligibile, & esse entitativum, sed super diversam unionem, quæ maximè distinguuntur inter se cum prior sit realis, & optimè verificetur, posterior verò sit impossibilis respectu ejusdem essentiæ, ut patet ex dictis. §. Si dicas, quòd eadem facilitate dici poterit, quòd contradictio, qua dicitur Patrem realiter identificari cum Filio identitate essentiali non verò personali, non cadat super extremum sic realiter identificatum, & non identificatum, sed super diversam identitatem, quarum una affirmatur, scil. faciens Patrem, & Filium esse unum Deum, altera verò negatur, scilicet faciens esse unam personam: §. Contra hoc est. Quià dum dicimus Patrem, & Filium esse realiter idem in ratione Deitatis, & negatur esse idem realiter in ratione personæ, de reali essentia utriusq. verificatur identitas realis, & non de persona; & iterum de persona reali utriusq. negatur realis identitas, & non de essentia, ergo non præcisè supra diversam identitatem cadit contradictio à parte rei, sed super extrema utriusq. identitatis affirmatæ, & negatæ, quod non contingit ut dictum est, in unione essentiæ Divinæ cum intellectu beati, aut subsistentiæ Verbi cum natura humana.

Ad 3. similiter dicimus contradictionem cadere supra diversitatem munerum in ejusdem modis dicendi, unde nec sensus est quòd uniatur existentia humanitati, & non uniatur intellectio, aut quòd proximè concurrat intellectus ad productionem Verbi, & non concurrat proximè natura, sed quòd existentia ibi uniatur sub munere existentiæ, & non sub illo intellectionis, & similiter natura proximà concurrat sub munere intellectus, seù principii proximi, & non sub illo naturæ, seù principii primi: §. Ad 4. patet ex dictis de constitutivo actus liberi Dei, quòd defectibilitas non cadit ex parte recti ejusdem actus, sed super connotatum ex parte termini, undè sivè distinguatur, sivè non à necessario, nihil refert ad verificandam contradictionẽ in tali prædicato ex parte rei significatę utriusq. quoad rectum, vel intrinsecum utriusq., est enim de subjecto non supponente affirmatio, & negatio defectibilitatis respectu illorum in se ipsis, cum sivè distinguatur, sivè non, semper sint aliquid Divinum quoad sui rectum, & consequenter omninò indefectibiles; undè neq. hic est sensus, quòd defectibilitas affirmetur de libero, & negetur de necessario veluti absolutè, aut in recto sumptis, sed terminativà, vel connotativè, itaut de eodem indivisibili affirmetur, & negetur in ratione terminandi, seù ex parte connotati, ad quod terminantur, de quo latè suprà.

Ultimò arg. Deo, vel personæ Divinæ tribuere debemus simplicitatem, qua major excogitari non possit, sed admissa distinctione objectiva inter absolutum, & relativum non tribuimus illi hanc simplicitatem maximam, ergo non est admittenda, ma. constat, quià Deus, vel persona Divina est summè simplex; mi. etiam, quià major est, (ut patet ex terminis,) quæ excludit hanc etiã distinctionem: §. Urg. hoc. Nam summa eadem simplicitas debet excludere omnem compositionem, aliàs summa non esset, cum simplicitati opponatur compositio, sed admissa inter utrumq. distinctione aliqua objectiva non excluditur omnis compositio, ut patet in gradibus metaphysicis in nobis, qui hac ratione admittunt illam, eo genere compositionis, quale est genus distinctionis, ergo: §. Urg. ulteriùs. Nam tota ratio, quarè hujusmodi gradus, vel aliæ formæ, & perfectiones distinguuntur in creatis est earum finitas, & limitatio, itaut ob hanc limitationem gaudere nequeant tali simplicitate sicut Divinitas, vel Deitas, aut natura Divina essentialiter infinita, ergo nequit hæc objectivè distingui à relativo salva ejus summa simplicitate. Nam hac etiam ratione ut vidimus; plures graves Thomistæ sustinent esse in Deo esse unũ, & eandem perfectionem, & virtualitatem objectivam, intelligere radicale, intellectum, intellectionem, speciem impressam, & objectum, quià hæc in creaturis ex sola limitatione, & finitate distinguuntur: §. Expl., & urg. hoc præoccupando solutionem. Nam si ejusmodi formæ, & perfectiones haberent distingui, vel multiplicari in creatis, non ex præcisa limitatione, sed etiam ex suis rationibus formalibus deberent ubicunq. inveniantur, sivè in ente finito, sive in infinito sic multiplicari, unde esset recurrendum ad sententiam Scoti sic multiplicantis formalitates Divinas actu ante intellectum, contra quam infrà &c.

Ad hoc dist. ma. Qua major abstractivè, sivè stando in præcisis terminis simplicitatis, neg., concretivè, & salve eminentia Divinitatis, conc., & dist. mi., admissa distinctione aliqua objectiva, (scil. ad mentem Thomistarum, sive virtuali, vel rationis ratiocinatæ, de qua infrà) non salvatur summa simplicitas, abstractivè, conc., concretivè, nego. Quamvis enim simplicitas excludens omnem objectivam sit major ex terminis simplicitatis, sive dialecticè eam accipiendo secundum modum significandi, vel exprimendi eam, quià tamen hæc non est in re, vel concretivè componibilis cum eminentia divinitatis, qua habet Deus in se continere plures rerum perfectiones, & utrumq. genus, absolutum, & relativum realiter distinctum in creatis, non possumus eam admittere in Divinis salva eadem eminentia, & continentia, sed tenemur omninò ità sustinere simplicitatem summam, quòd multiplicitatem omnem objectivam, sive distinctionem non excludat.

Ad 1. Confirm. patebit infrà, sed pro nunc, vel neg. mi., vel dist., admissa purè Thomistica, sive tantum rationis ratiocinatæ, seù virtuali non exclusiva, sed tantum non explicativa, neg., alia majori, vel virtuali exclusiva, ut contingit in ejsdem gradibus; conc., quidquid sit, an hæc sufficiat ad rationem compositionis saltem dialecticam, sivè secundum implicitum, & explicitum, de quo infra: §. Ad 2. dist.

ant.

ant. Est earum finitas, & limitatio purè materialis, neq. formalis etiam, conc., undè non ex præcisa limitatione, vel finitate materiali carent eminenti simplicitate Dei, sed quià etiam ex suis rationibus formalibus admixtis potentialitati habent distingui, undè ascendendo ad Deum, ubi nulla est potentialitas, requiritur quidem aliqua distinctio ex parte objecti, ubi sunt distincti conceptus ex suis pariter rationibus formalibus, (ut contingit inter absolutum, & relativum, imò etiam inter plura absoluta, ut dictum est) quæ tamen non præjudicat præfatæ continentiæ eminentiali, ac proindè cum aliqua multiplicitate virtuali. Per quod patet ad id, quod subditur de iis omnibus, quæ spectant ad eandem lineam intelligibilem; nam in eadem sententia solum gaudent distinctione purè materiali in nobis, & ideò in Deo multiplicare nolunt objectivè virtualiter. Cæterum natura, & relatio, cum dividant ens per absolutum, & relativum, ex suis rationibus formalibus habent distingui, & non præcisè, quià creaturæ sunt, unde si velimus Deum ea formaliter, vel eminenter præcontinere, tenemur in illo admittere talem unitatem, vel simplicitatem, ut sit eminenter, vel virtualiter multiplex: §. Ad ultimum, quæ potest esse replica, quatenus si semel ex suis rationibus formalibus distinguuntur, in quocunq. inveniantur, debeant formaliter distingui, ac proinde gaudere actuali distinctione formali ex se ipsis, sivè ex natura rei, ut vult Scotus; resp. nego sequelam, quià in creatis ut insinuatum est, distinguuntur quidem ex suis rationibus formalibus, sed potentialibus, ac limitatis, undè sic translatæ ejusmodi formæ ad Deum, qui supremi ordinis est, & infiniti, nequeunt esse actu plures formaliter, sed tantum virtualiter, ac proindè nequit inter illas adsterni distinctio aliqua actualis, sed tantum virtualis ante intellectum. Imò quià in tali supremo analogato, sivè infinito reperiuntur, tantum abest, quòd exigant ex natura rei distinctionem ex natura rei, quin potiùs eam excludunt, aliàs ejusdem supremi ordinis non essent. Sed de qualitate hujus distinctionis objectivæ, quænam scil. requiratur, & sufficiat, statim dicemus: §. Omitto alia argumenta ex autoritate, quià facillimè explicantur, nec ex ulla potest legitimè inferri prætensa unitas, vel identitas omnimoda objectiva. Nam quod opponunt Jo.10. *Ego, & Pater unum sumus*; & 1. Jo. 5. *Et hi tres unum sunt*; si semel ad eorum intentum, scil. per exclusionem totius distinctionis objectivæ, non tantum infert unitatem, & præfatam identitatem, sed etiam puram ut ostensum est, ac proinde non tantum essent unum utcunq., sivè in essentia tantum, sed etiam in persona, si semel ly *unum*, importat hanc eorum objectivam identitatem summam, quod esset incidere vel in divisionem Arrii, vel in confusionem Sabellii, ut etiam insinuat D. Thom. ad idem cap. 10., ubi subdit. *Per hoc autem excluditur duplex error. scil. Arrii, qui dividebat essentiam, & Sabellii, qui confundebat Personas, ut sic à Caribdi, & Scilla liberemur. Nam per hoc quòd dicis (unum) liberat te ab Arrio, nam si unum, non ergo diversum. Per hoc autem, quòd dicis (sumus) liberat à Sabello, si enim sumus, ergo Pater, & Filius est alius, & alius.* Ità D. Tho. Ex quibus patet non solum non esse ad rem hanc nobis autoritatem obiicere ad adstruendam omnimodam identitatem objectivam inter absolutum, & relativum, sed magis nocere posse eidem mysteriò: §. Et eodem modo explicat posteriorem ad idem cap. 1. referens ly *unum*, ad unitatem essentiæ, & ly *tres* ad pluralitatem, vel trinitatem personarum; quià nempè inquit, *Quærebant olim hæretici, qui tres, & responsum est eis. Tres personæ, ut dicit Augustinus.* Unde ad salvandam hanc trinitatem, quam docet fides, necessaria potiùs est aliqua distinctio objectiva, quàm excludenda ex eisdem, & similibus auctoritatibus.

§. IV.

Statuitur secunda conclusio, & impugnatur primò error Gilberti.

INter essentiam, & relationes non datur actualis aliqua distinctio ante intellectum, sivè formalis, vel ex natura rei ut vocant. Est contra Scotum in 1. dist.2. q. 7., & dist.8. q. 4. & alibi sæpè: §. Supponimus autem contrà Gilbertum Porrectanum ut insinuavimus, nullam posse ibi admitti inter utrumq. extremum, scil. absolutum, & relativum, realem entitativam, sive rei à re juxta definitiones plurium Conciliorum, Remensis sub Eugenio III., Lateranen. relati sub Innoc. III., & Florent. sub Eug. IV. contrà eundem Gilbertum. Nec tamen confundenda est doctrina istius cum sententia Scoti, ut putat Vasquez; nam hæc damnata non est, sicut prior Gilberti, quamvis deinde errorem suum retractaverit, ut monet D. Bernar., cujus opera in prædicto Remensi Concilio damnatus fuerat, & meritò.

Primò quidem, quià juxtà commune principium apud Theologos desumptum ex Boetio 1. de Trinitate c.12. & approbatum à Concil. Florent. In Deo omnia sunt unum, & idem, ubi non obviat relationis oppositio. Quod etiam docuit August. 7. de Trinitate c.6. ubi ait. *Non est aliud Deo esse, & personam esse, sed omninò idem*: §. Secundò. Quià ut efficaciter D.Th. arguit hìc ar. 2. in arg. sed contrà; omnis res, quæ non est Divina essentia, est creatura, sed relatio realiter competit Deo, si ergo non est Divina essentia erit creatura. quod est alienum, quià non esset ei adoratio latriæ exhibenda, contra id, quod cantat Ecclesia (ut subdit D. Tho.) *Ut in personis proprietas, & in majestate adoretur æqualitas*: §. Expl., & urg. hoc. Nam relationes Divinæ sunt in Deo, sed quod est in illo saltem identicè sunt ipsa essentia, vel substantia Dei, ergo. Ma. constat ex dictis, quià licet relatio secundum *Ad* non explicet esse, non tamen præscindit in re ab illo, præcipuè si realis est, ac proinde nec à subiecto, unde in nobis utpote accidens, involuit indispensabiliter *In*, scil. inhæsionis in illo, & ideò adæquatus eius conceptus est inadæquatus importans ut dictum est, utramq. habitudinem, scil. ad subiectum, & terminum. Mi. etiam constat, quià si esset in substantia, & non per identitatem, esset in illa per receptionem, ut contingit in nobis, ac proinde substantia Dei haberet rationem subiecti realiter receptivi, quod est contrà rationem actus puri: Nam si alter est ut quid purè extrinsecum, magis erit quid creatum, quam Divinum, ut arguit D. Tho. Tum quià deberet realiter componere cum illa tanq. reale determinativum cum realiter determinabili, quod est contra Divinam simplicitatem, de quo §. seq.

Tertio. Quià fundamentum Gilberti procedit ex principio illo dialectico, (scil. quæ sunt idem uni tertio sunt idem inter se) perperam aplicato ad supremum illud analogatum totius entis ergo. Prob. ant. supponendo, quòd ideò posuit tres relationes extrinsecùs assistere ipsi Deo, ac proinde realiter distinctas

ab eius essentia, quià putavit non posse aliter evadere utrumq. errorem proximè relatum, nempe Arii dividentis essentiam, seu multiplicantis illam ad multiplicationem personarum; & Sabellii confundentis, seu restringentis illas, sive illarum numerum ad singularitatem essentiæ, unde ne cogeretur multiplicare illã cum Arrio, aut diminuere numerum personarum cum Sabellio deceptus est hoc syllogismo. Quæcunq. sunt idem uni tertio, sunt idem inter se, sed relationes sunt idem tertio, scil. huic Deo, ergo si tres personæ identificantur cum hoc Deo, necessariò dicendum erit, vel esse tres Deos juxtà numerum personarum, vel esse unam personam juxtà singularitatem Deitatis.

Cæterum ex dictis in logicia, & adhuc ex dicendis circa sanam intelligentiam præfati principii facilè est occurrere eidem argumento; unde d.st., & explico ma., si omnia extrema sint absoluta, vel nulla gaudeant oppositione relativa, conc., si tertium sit absolutum, & alia extrema sint relativa, relativè tantum opposita inter se, & non cum tertio, neg., & dist. mi., relationes sunt idem tertio sine ulla oppositione cum illo, & relativè oppositæ inter se, conc., & non oppositæ inter se relativè, neg., nam hæc oppositio impedit, ne identitas, quam habent cum tertio Deitatis continuetur, vel reflectat ad ipsas, ut ad invicem sunt, quià cum prout sic dicant ut vidimus, habitudinem producentis, & producti, implicat, quòd possint continuare inter se ut sic relativè oppositas eandem identitatem, quam habent cum Deitate, vel essentia Divina, unde optimè stat, quòd non obstante eodem principio sit realis distinctio inter relationes, vel personas inter se salva identitate reali cum natura sine periculo utriusq. erroris. Sed non vacat ulteriùs immorari circa eundem errorem post definitiones prædictorum Conciliorum. Posset enim efficaciter adhuc impugnari ex eo, quòd esset aliàs admittenda aliqua compositio in Deo contra summam ejus simplicitatem. Sed hac de re statim à fortiori §. seq.

§. V.

Prob. primò concl. autoritate, & ratione.

Sumitur primò ex D. Tho. hic art.2., & q. 7. de pot. ar. 2., in 1. dist. 2. q.1. ar.5., & dist.33. q.1. Quodlib. 8. ar. 1. Opusc. 3. cap. 54. 55. 57., & Opusc. 9. q. 6., 10., & 16., 4. Cont. Gent., c.14. & sequuntur communiter ejus Discipuli Ferrara ibidem Cajet., Bannez, à S. Tho., Serra, Illustriss. Godoii disp. 75. §. 4. Ferre tract. 14. q. 4. §. 8., & alii, & satis colligitur ex superiori utroq. Conc. Lateran., & Florent., nam in priori ut vidimus, & refertur in cap. damnamus de sum. Trinitate sic habetur. *Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus, non tamen aliud, sed id, quod est Pater est Filius, & Spiritus Sanctus, idem omninò.* At non esset idem omninò, si actu ante intellectum ex natura rei non sunt idem, sivè distinguuntur, ut patet ex terminis: §. Deinde in Florent. sess. 25. sic dicitur. *Ne identitatem, coniunctionemq. Divina substantia distribuere, ac ipsam eandem substantiam re, non autem sola ratione ab hypostasibus, seu personis differre.*

Nec juvat dicere cum Scotistis, quòd ly *sola ratione* non intendit Concilium restringere ad distinctionem à solo intellectu efformatam, sed accipit pro ea, quæ versatur inter quiditates formales, estq. conveniens illis ex natura rei, ac proindè ante intellectum: §. Non inquam juvat, nam expressè reiicitur hæc solutio ex ipso text. sess. 18. paulò post medium, ubi dicitur. *Divina substantia, & persona, re quidem sunt idem, secundum autem modum intellectionis nostræ differre videntur.* Et sess. 19. *sola ratione ac intelligentia differre creduntur.* Ubi apertè præfata verba accipit pro sola ratione denominante intellectum, non simplices quiditates formales ante illum.

Secundò impug. quia videtur etiam reiici expressè hæc glossa ab eodem priori Lateran. c. 7. illis verbis. *Cum substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omninò.* Tunc sic. Sed hæc omnimoda simplicitas non componitur cum præfata distinctione, ergo. Prob. hæc mi., omnimoda simplicitas non minùs opponitur distinctioni, quàm compositioni, sed si esset compositio formalis ex natura rei in Patre ante intellectum, Pater non esset omninò simplex ad mentem, vel Intentum Concilii, ergo nec erit talis, admissa in illo distinctio formalis ex natura rei inter essentiam, & paternitatem. Mi. admittitur à Scotistis, nam hac ratione negant compositionem formalem, quià existimant non posse componi cum eadem omnimoda simplicitate. Ma. verò prob., quià ut etiam subtiliter discurrit laudatus Illustriss., simplicitas est quædam species unitatis, sed hæc in indistinctione consistit ut constat ex dictis suprà ad q. 11., ergo & omnimoda simplicitas; at omnimoda unitas, & omnimoda indistinctio omnem distinctionem ante operationem intellectus excludunt, non minùs, quàm omnimoda simplicitas omnem compositionem, ergo omnimoda simplicitas non minùs opponitur distinctioni, quàm compositioni, ac proindè sicut non stat cum compositione reali formali, nec stabit cum distinctione reali formali.

Dices cum aliis Scotistis, (& consequenter huic etiam replicæ,) Concil. non procedere definitivè, sed magis disputativè, ut colligitur ex illis verbis Florentini, scil. *videntur, & creduntur*: §. Sed contrà hoc est. Quià in eo proportionabiliter sensu procedunt, & loquuntur Concilia in affirmando prædictam identitatem, & omnimodam simplicitatem, quo procedunt, & loquuntur in reprobando oppositam distinctionem, sed contrà illam non procedunt purè disputativè, sed definitivè eam reiiciunt, ergo nec purè disputativè affirmant eandem simplicitatem, & identitatem oppositam, ac proindè sicut ex hac omnimoda simplicitate rectè excludimus omnes omnem realem formalem ante intellectum, pariter ex omnimoda identitate affirmata à Concilio tenemur excludere omnem realem formalem ante illum. Quamvis ìtà sit quòd Scotus non audeat appellare realem, sed mediam inter realem, & rationis, sivè formalem, quam actu fundant quiditates formales ex sui veluti natura ante illum, & ideò vocatur etiam ex natura rei.

Ex his tamen non licet inferre, quòd similiter maneat proscripta hæc distinctio, sicut illa Gilberti, nam licet positivè affirment omnimodam identitatem, & simplicitatem per exclusionem realis ad mentem ejusdem Autoris statuendo oppositam per solam rationem, vel intelligentiam, non tamen statuit istam eodem gradu definitionis, quo statuit exclusionem ulterius, sed positivè eam amplectitur, tum quià magis alongat à prædicto errore, tum quià sufficientissimè salvat superius illud inconveniens, in quo fundatur idem error, ut adhuc poterit constare infra; tum quià magis favet eidem summæ identitati, & simplicitati, quàm Deo tribuunt Concilia. Tum quià diversitas illa

illa quidditatum, vel rationum formalium non obligat ad aliquam distinctionem actualem in ante infinito, ubi nulla est oppositio. Nam sicut infinitas ibidem, ut dicemus infrà, aplicata realitatis prædicato tollit omnem distinctionem actualem realem, cur aplicata prædicato formalitatis non erit sufficiens ad tollendam omnem formalem actualem cessante omni oppositione. Hanc verò esse mentem Concilii satis Indicant eadem relata verba, scil. *Sola ratione, & intelligentia differre creduntur*, unde ad ejus intentum, sicut & aliud, (*videntur*) non sunt accipienda in sensu veluti indifferenti, aut purè disputativè, sed assertivè, vel positivè, licet non eo rigore definitionis, ut dictum est, quo exclusio alterius.

Ratione ex his prob. 1. Concl. In Deo ante intellectum nulla est dabilis formalitas alteri non opposita, quæ actu formaliter, vel ex natura rei non sit alia, ergo nulla est dabilis, quæ actu formaliter, vel ex natura rei distinguatur ab illa, conf. tenet, nam eo modo unum distinguitur ab alio, quo verificatur non esse idem cum illo. Ant. verò prob. quià nulla est dabilis, quæ intrà lineam formalitatis actu summè infinita non sit, ergo quæ actu formaliter, sivè intrà eandem non sit alia, ant. est certum, quià aliàs Divina non esset, non enim infinitas minùs convenit uni prædicato Divino, quàm cæteris, undè si semel aliquod summè actu infinitum non esset, vel de nullo posset talis infinitas affirmari, aut deberet inæqualiter affirmari de illis, quod est alienum. Conf. verò prob. Nam quia realitas in Deo est summè actu infinita intrà hanc lineam, nulla est dabilis cessante omni oppositione, quæ actu realiter non sit alia, ergo nec erit dabilis formalitas non opposita, & actu formaliter non identificata cum alia, ant. est certum est ex præfatis Conciliis, conf. verò prob. Quià nulla est major ratio ut dicebamus, cur infinitas intrà lineam realitatis vincat omnem actualem distinctionem intrà illam, & non sit sufficiens ad illam vincendam intrà illam formalitatis.

Dices id non provenire ex defectu infinitatis, sed ex diversitate formalitatum, quæ ex natura rei petunt sic actu distingui. §. Sed contrà hoc est. Nam hinc potiùs tenentur oppositum inferre, undè iterum argumentor sic. Nam quià realitas est summè infinita intra suam lineam, non solum non admittit actualem distinctionem intrà illam, ubi nulla est oppositio, sed positivè ex natura rei illam excludit, ergo quià formalitas Divina est infinita intrà suam non solum non admittet actualem distinctionem intrà illam, sed positivè ex natura rei eam excludet, nulla similiter existente oppositione, ut in casu nulla existit. Et ratio utriusq. est. Quià infinitas simpliciter talis, ut est Divina, actu petit ex sui natura ingredi limites cujuscunq. clausi intrà lineam, in qua reperitur, quod est sibi actu identificare omnia, quæ reperiantur in illa, ut patet ex terminis, ergo sicut hac ratione intrà lineam realitatis excludit ibi omnem actualem distinctionem, pariter excludet intrà lineam formalitatis. Unde tantum abest, quòd petant ibidem duæ formalitates actu distingui, vel ex natura rei ante intellectum, quin potiùs exigunt identificari, si semel velimus esse Divinas, sive infinitas sine oppositione, ut modo supponimus. Sed de hac re iterum §. seq.

Urg. hoc, (& est alia efficax ratio pro conclus.) si relativum, & absolutum, sive paternitas, & essentia, semel haberent actu distingui ante intellectum ut duæ formalitates, tenerentur etiam distingui, ut duæ realitates, sive ut res à re, sed hoc (utpote erroneum) à nullo admittitur, ergo. Prob. sequela, nam quæ sic actu ante intellectum, vel in re distinguuntur, ut secundum proprias rationes prout reduplicativè distincta, nō tantum sunt formalitates, sed ut veræ res distinguuntur entitativè, ut res à re, sed ità se habent relatio, & essentia in Deo, ergo si semel ex natura rei ante illum petunt sic actu distingui, non tantum habebunt distingui ut duæ formalitates, sed etiam ut duæ realitates, sive ut res, à re. Ma. constat, quià distinctio proportionatur conditioni extremorum, qua ratione distinguunt ipsi actu formalites, quià putant esse duas tantum formalitates: mi. verò prob. quià relatio secundum propriam rationem formalem, secundum quam juxtà illos actu distinguitur ab essentia, est ratio distinguendi realiter entitativè personam Patris ab illa Filii, ergo prout sic actu distincta ab essentia, non est præcisè formalitas, sed vera res, conf. tenet quià sicut ratio distinguendi formaliter, vel modaliter est vera formalitas, vel modus, ità ratio distinguendi realiter entitativè erit vera entitas, vel res: ant. etiam constat, quià nequit esse ratio sic distinguendi prout est identicè essentia communis tribus: §. Hinc à fortiori prob. de absoluto, vel de essentia. Tum quià absolutum ex terminis plus dicit de entitate, quàm relativum. Tum quià divina essentia, secundum propriam rationem formalem, ut à relativis distincta, & à cæteris attributis, cum sit radix omnium Divinorum plenissimè illa continens est summè, & infinitè perfecta, adeò ut ex linea relativa dicunt Scotistæ nihil illi perfectionis accrescat, sive quòd relationes nullam superaddant perfectionem. ergo secundum proprium conceptum ut ab illis distinctum est ens completum in linea entis absoluti, ac proinde erit vera res, eò vel maximè, quòd dentur in eadem linea entis aliqua incompleta infinitè distantia à supremo illo analogato entis, quæ sunt veræ res, & non tantum formalitates ut patet in materia, forma, & similibus.

Urg. ulteriùs. (& iterum est alia ratio pro concl.) Ante opus intellectus nulla admittitur actualis realis distinctio in Divinis, ubi nulla est oppositio, ut fatemur omnes, unde nec Scotus ut dictum est, audet appellare realem., & meritò, quià nec in vocibus convenire possumus cum damnatis erroribus, ergo, nulla admittenda est actualis ante illum; prob. conf. quià omne ens in actu præviù ad omne opus intellectus, sive in re, vel extrà animam est ens reale, sive de linea realitatis, quocunq. vocabulo appelletur, aliàs fingitur esse in re, ergo si hæc distinctio est actualis ante intellectū, sivè ens in actu ante illum, vel erit ens, sivè aliquid reale, vel non erit ens, aut aliquid actu habens esse independenter ab illo, ac proinde vel nulla actualis est admittenda ante illum, vel si semel aliqua actualis admittitur, ubi non est oppositio, admitti debet actualis realis. §. Itaq. hæc distinctio ante opus intellectus vel habet esse extrà causas, vel pendet ab illo, ut habeat esse extrà illas; si hoc secundum, jam non est actu ante opus ejus, sed magis ens rationis confictum ab illo. Si verò primum erit ens reale, quià extrà causas nō est dabile aliquod existens, quod nō existat existentia reali, vel rationis. §. Deniq. si est aliquid conveniens Deo, sivè ejus prædicatis actu independenter ab intellectu, planè necesse est esse aliquid reale, nisi velimus aliquod actu Deo convenire ante omnem operationem intellectus, quod aliquid reale

non

non sit, quod est alienum, nam sicut ens à toto genere entis est quid transcendens, ità prædicatum realitatis à toto genere existentis extrà animam, itaut repugnet dari aliquid existens extrà illam, & maximè in Deo, supremo analogato totius realitatis & reale non sit; si ergo distinctio ut dictum est, proportionetur extremis distinctis, si semel hæc sunt quid reale, & distinctio sit actualis, erit actualis realis, & non tantum formalis.

Dices ità esse si ens accipiatur pro re, sic enim nihil est dabile, habens esse, quod reale, vel rationis non sit; secus verò si accipiatur pro quiditate. Distinctio autem, quæ datur inter essentiam, & relationem non est inter rem, & rem, sed inter duas formalitates ejusdem rei, unde est media inter realem, & rationis. §. Sed hæc solutio jam præoccupata est argumentis factis. Tum quià præcipuè essentia Divina ut probatum est, omninò repugnantes limitatur ad puram lineam formalitatis, licet admitteretur de relatione, quod adhuc constat ex dictis esse alienum. Tum quia, ut proximè dictum est, repugnat ens Divinum in actu existens, sivè res, sivè formalitas rei sit, & aliquid reale non esse, cum verè existat existentia reali, vel physica Dei, ergo si præfata distinctio formalitatum actu existit in Deo ante intellectum, verè erit quid reale, vel aliàs non erit actu existens in illo. Nec videtur posse oppositum concipi, quod actu femel conveniat Deo ex propriis, vel ex natura rei, sivè ante opus intellectus, quodcunque illud sit, sivè res, sivè formalitas, vel modus, & aliquid reale non sit.

§. VI.

Alia ratione prob. Conclusio.

SEcundò prob. alia ratione jam insinuata ex inconveniante. Si essentia, & relatio acta formaliter distinguuntur ante intellectum, sunt quid compositum compositione formali, consequens non admittitur ut vidimus, utpote contrà Concilia, & Patres, & contrà summam Dei simplicitatem, ergo. Prob. sequela, si essent sic actu distincta, Persona constituta ex illis non esset simplex simplicitate formali, ergo esset quid compositum compositione formali, consf. tenet, quià sicut distinctio opponitur identitati, compositio opponitur simplicitati, ergo si quià non sunt idem formaliter, distinguuntur formaliter, si persona prout constituta ex illis non est quid simplex formaliter, erit composita compositione formali: ant. verò prob. Constitutum ex distinctis formaliter nequit esse quid simplex formaliter, ergo si extrema constitutiva personæ sunt distincta formaliter, nequit persona esse quid simplex formaliter. Prob. ant. Constitutum ex distinctis realiter, nequit esse quid simplex realiter, sed magis est quid compositum compositione reali, ergo constitutum ex distinctis formaliter, nequit esse quid simplex formaliter, sed magis quid compositum compositione formali, ant. est certum, & patet ex eisdem Conciliis contrà Gilbertum statuentibus summam simplicitatem in Deo ad excludendam distinctionem realem ab extremis non oppositis relativè in Deo; consf. verò prob., ideò primum, quià ex terminis esse ex pluribus opponitur simplicitati, in hoc enim consistit compositio eidem opposita ex proprio sui conceptu definitivo, quòd sit distinctorum unio, ergo si semel esse ex pluribus realiter distinctis destruit simplicitatem realem, & facit compositionem realem, esse ex pluribus formaliter distinctis destruet simplicitatem formalem, & facit compositionem formalem.

Dices esse discrimen, quòd realiter distincta comparantur ut actus, & potentia, quod requiritur ad rationem compositionis, quià hæc non est unio distinctorum utcunq., sed realiter; hanc verò habitudinem non habent extrema sola distinctione formali, sivè ex natura rei distincta, quià eo ipso, quòd aliàs gaudent identitate reali, nequit alterum se habere per modum potentialis, & alterum per modum actus, vel actuantis illud, ut patet ex terminis, sed solo gaudent distinctio conceptu quiditativo, vel definitivo, quod nequit fundare aliquam potentialitatem in uno respectu alterius: § Huic solutioni ità confidunt contrarii, ut ex defectu ejusdem habitudinis, scil. potentiæ, & actus intrinsecè includentis imperfectionem Deo repugnantè negant Personam Christi posse simpliciter, & absolutè dici compositam.

Cæterum hinc magis inferre tenentur non esse necessariam præfatam habitudinem ad veram, & propriam rationem compositionis, quià jam communiter cæteri Theologi cum satis apertis autoritatibus Conciliorum, & PP. oppositum sustinent de eadem Persona Christi, ut latè ostendimus 3.p.q.2. ad art.4. Undè ex dictis ibidem impugnatur primò sic. Quià propriè loquendo componi unum per se ex duobus, nihil aliud est, quàm ex eis per se, & realiter unitis simul poni, constitui, aut fieri: & compositum propriè loquendo teste Basilio lib. 2. contrà Ennominum, non est aliud, quàm unum per se constans ex diversis, ergo sicut hac ratione sinè tali habitudine affirmant communiter cæteri Theologi de Persona Christi esse verè, & propriè compositam, quià nempè est unum per se constans ex natura Divina, & humana, pariter sine eadem tenemur affirmare de Persona Patris, quòd est verè, & propriè composita compositione formali, si semel est quid per se, (ut suppono) constitutum ex essentia, & paternitate actu formaliter distinctis, sicut verè esset composita compositione reali, si esset constituta ex illis actu realiter distinctis. Et ratio utriusq. est, quam insinuavimus, quià cum compositio ex sui conceptu definitivo sit distinctorum unio, utrobiq. arguitur à definitione ad definitum cum eodem addito; nec licet pro libito invertere definitiones rerum, & limitare in casu ad sola extrema distincta realiter, & cum habitudine potentiæ, & actus, quando Concilia, & Patres sine ista veram agnoscunt rationem compositionis juxtà jam communè consensu Theologorum, nec nisi violenter videntur posse explicari, de quo 3. p. ibidem. Et poterat etiam instari in pluribus aliis verè compositis sine tali habitudine, ut in continuo verè composito ex pluribus partibus quantitatis, vel in toto composito ex partibus integralibus non se habentibus per modum actus, & potentiæ, & sic de aliis.

Expl., & urg. hoc. Nam hæc habitudo, vel est de conceptu compositionis ut sic, sive abstrahentis à compositione per se, & à compositione per accidens, vel determinate prioris per se. Non primum, tum quià reclamant Concilia, & PP. cum universis Theologis ut dictum est, in Persona Christi verè compositæ, ex duabus natura, & præcipuè Lateran. c. 17. condemnans, qui non confitetur propriè, & secundum veritatem ad unum apicem, verbo, & mente omnia, quæ in quinq. Conciliis generalibus sunt tradita, scil. Christum esse personam compositam ex natura Divina, & humana, quidquid sit, quòd conentur explicare, ut se eximant, à nota erroris. Tum in compo-

composito per accidens, sive ex extremis non per se ordinatis, ac proinde carentibus tali habitudine. Non etiam secundum, quià compositum per se sufficientissimè salvatur sine illa per solam unionem extremorum in tertio, ut patet in eadem persona Christi, & quià sufficienter per id distinguitur à composito per accidens resultante ex partibus sine hac unione, ut patet in acervo lapidum.

Urg. ulteriùs. Non stet essentiam actu formaliter distingui à relatione, & non comparari ad illam, ut intrinsecè terminabilem ab illa, potentia formali, ergo nihil deest, ut resultet ex illis compositū compositione formali: cons. tenet sicut enim terminabilitas per modum potentiæ realis sufficit ad constituendū compositum compositione reali, ità terminabilitas per modum potentię formalis sufficiet ad constituendum illud compositū compositione formali: Ant. verò prob. quià essentia secundum propriam formalitatem, vel rationem formalem terminatur à relationibus, at supposita distinctione actuali formali ab illis non terminatur ut continens illas actualitate formali, aliàs non esset sic actu formaliter distincta ab illis, ut patet ex terminis, ergo tantum ut continens continentia potentiali formali, sive potentia potentialitate, & terminabilitate formali.

Dices ex eorum doctrina, quòd huic potentialitati obstat, tum ejus infinitas, tum ratione istius perfecta identitas realis, qua sicut objectivè vincit omnem potentialitatem realem, pariter habet vincere omnem formalem, ac proinde sicut ex eadem identitate nulla admitti potest realis compositio, nec admitti poterit ulla formalis: §. Sed contrà hoc est, & in primis patet ex dictis hanc infinitatem magis obstare oppositæ sententiæ, quàm juvare illam, undè insto primò sic. Nam quià Deus est infinitus simpliciter in linea entis realis, ità est una summa res, ut nullam admittere possit, imò positivè excludit ut dicebamus, omnem distinctionem, & compositionem realem inter essentiam, & relationes, ergo cum non sit minùs infinitus in linea quiditatis, & formalitatis nullam admittere poterit, imò positivè tenebitur excludere omnem distinctionem, vel compositionem formalem inter illas: §. Expl., & urg. hoc retorquendo solutionem. Nam quià Deus in priori linea est simpliciter infinitus ità tenetur excludere omnem potentialitatem, sive identificare sibi omnia in illa, ut nullam admittere possit actualem realem distinctionem inter illas, ergo quià non est minùs infinitus in posteriori ità similiter tenebitur excludere omnem potentialitatem, sive identificare sibi omnia in ista, ut nullam distinctionem actualem formalem inter easdem possit admittere.

Secundò impug. Nam infinitas Divina non minùs est ratio summæ identitatis, quàm sit summæ simplicitatis, sed licet sit ità ratio identitatis, ut excludat omnem distinctionem realem inter Divina prædicata non opposita relativè, non tamen ut excludat formalem inter illa, ut ipsi dicunt, ergo licet pariter sit ità ratio simplicitatis, ut excludat omnem compositionem realem, non tamen ut excludat formalem: §. Urg. hoc, & simul impugnatur, quod subditur scil. quòd ratione perfectæ identitatis realis vincat compositionem formalem, sicut vincit realem. Nam identitas, utpote immediatè pugnans ex terminis cum distinctione, magis eidem opponitur, quàm simplicitas, hæc enim contrapositivè immediatè dicitur ad pluralitatem, sed nihilominus, ut ipsi contendunt cum summa, vel perfecta identitate reali entitativa stat distinctio formalis inter eadem prædicata Divina non opposita, ergo à fortiori stabit cum illa compositio formalis.

Dices his omnibus, & præcipuè superiori facienti vim in prædicato infinitatis, & retorquenti illud, quòd est discrimen inter infinitatem convenientem Deo in linea entis, sivè realitatis entitativæ, & convenientem illi in linea essentiæ, vel naturæ, aut quiditatis, quòd hæc posterior non est simpliciter talis, vel absolutè, sicut prior, sed in determinate linea, scil. essentiali, vel quiditativa, aut substantiali, quæ non ità transcendit omne prædicatum, vel formalitatem in hac linea, sicut transcendit in linea entis prior infinitas, & ideò licet hæc excludat omnem distinctionem realem, sivè actu omnia identificet in sua linea, non tamen illa in linea formalitatum, ac proindè nec formalitatem essentiæ cum illa relationis: §. Sed hæc solutio excluditur primò postrema replica, nam si non obstante minori pugna identitatis cum simplicitate, quàm cum distinctione, nihilominus infinitas in linea formalitatum sufficiens est ad inferrendam identitatem excludentem compositionem formalem, à fortiori erit sufficiens ad faciendam identitatem excludentem distinctionem formalem.

2. Impug. Nam infinitas conveniens Deo in esse rei non limitatur ad ordinem rei, quæ est natura, sed comprehendit totum ordinem Divinæ realitatis, per exclusionem totius distinctionis realis inter prædicata relativè non opposita intrà illum, ergo pariter infinitas formalis non est limitanda ad lineam formalitatis, quæ est essentia, vel substantia, aut quiditas, sed comprehendet omnem formalitatem per exclusioné totius distinctionis formalis inter formalitates relativè non oppositas. Cons. tenet, quià non minùs Divina est, & summè infinitè perfecta intrà lineam formalem hæc posterior infinitas quàm sit prior intrà realem; nec ex eo quòd concipitur in determinata linea aliquid detrahitur eidem intrà illam de conceptu infinitatis, aliàs Divina non esset, nec actus purus: §. Et planè ut dicebamus, non videtur assignabilis disparitas, cur Divina infinitas, & illimitatio, (ut rectè etiam ponderat hìc M. Farre §. 8.) aplicata realitati faciat unam omninò simplicissimam entitatem realem exclusa omni distinctione reali; & infinitas, & illimitatio eplicata formæ, naturæ, & quiditati, non faciat in Deo unam omninò simplicem formam, naturam, & quiditatem sine omni distinctione formali.

Dices fortè discrimen esse, quòd realitas sumitur ab ipso actu essendi, sive ab existentia, quæ una tantum est in Deo; natura verò, & quiditas, vel ratio formalis à conceptibus, vel prædicatis quiditativis, quæ nobis innotescunt per definitiones rerum, quæ ante opus intellectus plures sunt de formalitatibus Divinis, de quibus etiam verificantur prædicata opposita, quæ de eadem omninò formalitate verificari nequeunt; & ideò prior infinitas potest omnem realitatem Divinam comprehendere, sic quòd Deus sit tantum una simplicissima res sine reali distinctione inter non opposita in eadem linea, non tamen quòd sit una simplicissima forma, vel formalitas sine formali distinctione intrà hanc lineam. §. Sed contrà hanc solutionem, quæ continet præcipuam vim, & ferè unicum fundamentum oppositæ sententiæ, obstat primò falsum esse, quòd ante opus intellectus dentur hujusmodi definitiones, & quiditates actu formaliter distinctæ, seu plures actu, hoc enim derogat summæ eminentiæ, & infinitæ perfectioni formæ Divinitatis, quæ si exprimenda esset, vel exprimi posset à nobis

nobis, vel definiri ut est in se, unico tantum nomine, & definitione exprimenda esset, comprehendente omnia Divina, sivè tam absolutum, quàm relativum; nam quòd sic diversis nominibus, & definitionibus exprimantur, & difiniantur, id totum oritur ex imperfectione nostri intellectus non valentis unico conceptu Divina comprehendere, unde indiget diversis, ut eadem exprimat, & definiat, undè solum inferri poterat ex his, quòd fundamentaliter, aut virtualiter distinguantur ante illum, quià definitiones non sunt de rebus, ut præveniunt nostros conceptus; definimus enim, & nominamus Divina sicut illa concipimus, & hinc est, quòd ea, quæ concipimus in ordine ad aliud nominamus nomine relationis, quæ verò in ordine ad se, nomine absoluti: §. Id totum expressit D. Tho. hic ar. 2. ad 2. *In Deo autem non est alia res, sed una & eadem, quæ non perfectè exprimitur relationis nomine, quasi sub significatione talis nominis comprehensa. Dictum est enim suprà, cum de Divinis nominibus agebatur, quòd plus continetur in perfectione Divinæ essentiæ, quàm aliquo nomine significari possit, unde non sequitur, quòd in Deo præter relationem sit aliquid aliud secundum rem, sed solum considerata nominum ratione:* §. Ex quibus fit argumentum. Ex diversitate definitionum, vel prædicatorum contradictoriorum non rectè infertur actualis aliqua distinctio, vel formalis ante intellectum, ergo, prob. ant. quià ad utrumq. sufficit virtualis, vel eminentialis, aut fundamentalis distinctio, ut patet ex hactenùs dictis, & ex dicendis adhuc constare poterit, cum definitiones non præveniant nostros conceptus, & contradictio inter absolutum, & relativum non sit de prædicatis relativè oppositis, ac proindè vincenda sinè omni actuali distinctione in re, nam relativè non opposita in Divinis, magis petunt ex natura rei ut ostensum est, actu identificari in re, quàm distingui, ergo.

Ex quibus etiam patet discrimen adductum inter prædicatum realitatis, & formalitatis in Divinis, tum quià istud non est simplex formalitas ibidem, quasi per defectum à prædicato realitatis, ut in nobis, si consideretur prout est in se, sed quià sic exprimitur à nostro intellectu imperfectè concipiente illud. Tum quià ut dictum est, non minùs est summè infinitè perfectum intrà suam lineã, quàm sit illud realitatis intrà suam, ac proindè non minùs tenetur excludere omnem actualem formalẽ, quàm excludat illud omnem actualem realem. Tum quià est etiam idem discrimen de subjecto non supponẽte, quòd identitas in linea realitatis attendenda sit à præcisa identitate existentiæ, ut patet tum in superiori exemplo de Christo, in quo est distinctio realis inter ea, ex quibus constat, & tamen gaudent unica tantum existentia. Tum in partibus compositi substantialis, scil. materia, & forma; nam quidquid sit an habeant partialem existentiam, vel incompletam, unica tamen gaudent totali.

§. VII.

Solvuntur argumenta contrà præcedentem conclusionem.

Primò arg. Nam plura definiuntur in Conciliis de essentia, & relationibus, quæ salvari nequeunt sola distinctione per nostros conceptus, ergo. Prob. ant. Quià in Florentino definitur *Patrem gignendo dedisse omnia Filio præter paternitatem, seu esse Patrem.* Et in Lateranensi, *Trinitatem secundum communem substantiam individuam esse, & secundum proprietates personales discretam.* Item definitur, *Essentiam non generare, nec genitam esse.* Sed hæc salvari nequeunt sinè actuali distinctione ante intellectum, ergo. Prob. mi. quià prædictæ locutiones sunt verè in re, vel ante intellectum, non enim beneficio nostri intellectus Pater dat gignendo omnia Filio præter esse Patrem, & sic de aliis, ergo: §. Urg. hoc ex Aug. 5. de Triuit. cap. 6. ubi ait. *Relationes non prædicantur de Deo secundum substantiam, neq. secundum accidens, sed ut ad aliquid,* Et ibidem. *Si esse ad aliud est, jam esse non est.* Et 7. seq. inquit. *Absurdum est, ut substantia dicatur ad aliud.* Et iterum ibidem. *Et Filius, quà Verbum; et Verbum, quò Filius, non autem eò Verbum, quò Sapientia, quià Verbum non ad se dicitur, sapientia autem ad se dicitur.* Tandem ait. *Non est aliud est Deo esse, & subsistere, sed aliud est Deo esse, & esse Patrem.* Ex quibus fit idem argumentum. Hæc omnia actu verificantur in re independenter ab intellectu, ergo est necessaria in re independenter ab illo actualis aliqua distinctio ad earum veritatem, conf. tenet, quià sine aliqua distinctione, ut patet, verificari non possunt, ergo eo modo est assignanda, quo verificantur, & consequenter si actu verificantur in re, est assignanda distinctio in re.

Ad hoc patet ex proximè dictis tantum concludere distinctionem aliquam in re, sivè ex parte objecti, non tamen actualem, vel formalem, aut ex natura rei, sed tantum virtualem, vel eminentialem, ut dictum est, & iterum constabit infrà, quià licet præfatæ locutiones verificentur actu in re, vel ex parte objecti, ità ut earum veritas non pendeat præcisè à nostro intellectu, ut tamen sic exprimuntur diversis nominibus per modũ absoluti, & relativi, sivè ad se, & ad aliud, id totum oritur ex imperfectione nostri modi concipiendi, quià non valemus unico conceptu, vel voce pelagus illud infinitum essendi perstringere, vel exprimere, nam si ut dictum est, Divinitas posset adæquatè significari, vel exprimi à nobis, significanda esset per nomen explicans quandam formalitatem, quæ formaliter esset essentia, & formaliter relatio; significaretur enim aliquod ens, quod formaliter esset tam absolutum quàm relativum, cum non minùs esset infinitum in linea formalitatis, quàm realitatis; nec tenemur in Deo, obstante eadem sui infinitate, (imò nec possumus ut ostensum est) admittere actualem distinctionem inter prædicata illius quæcunq. sint, si semel careant oppositione relativa, unde in hujusmodi locutionibus semper involuitur distinctio, quam format intellectus noster inter eadem prædicata ad earum veritatem explicandam sine indigentia alicujus actualis ante illum, aliàs, (ut constat ex dictis) viderentur eadem Concilia sibi ipsis contradicere, dum ex alia parte, summam statuunt, vel omnimodam identitatem inter illa.

Ex his in forma, neg. aut. Ad prob. neg. mi., ad illius prob. neg. suppositum, quòd sic diversis nominibus proferantur præcisivè ab intellectu imperfectè, & inadæquatè concipiente, ac proinde etiam distinguente absolutum à relativo. Et licet ex hoc, quòd actu dicantur verificari in re (scil. ex parte fundamenti distinctionis) inferri possit, quòd detur actu aliqua distinctio ante illum, non tamen actualis, vel formalis, ut dictum est, sed tantum virtualis, vel fundamentalis, ut subtiliter etiam insinuat Cajet. q. autec. ar. 2. §. in responsione ad 3. ad illa verba D. Tho. in fine solut. scil. *In ipsa enim perfectione Divini esse continetur & Verbum intelligibiliter procedens, & principium verbi, sicut & quæcumq. ad eius perfectionem pertinent.* Quibus subdit.

subdit. *Notate aurea verba*, *scil. in ipsa perfectione &c. Perspicuè enim apparet hic, quod nulla est distinctio formalis actu inter essentiam Divinam, & proprietates personales, & attributa, & reliqua, quæ in Deo formaliter salvantur, ipsa enim perfectio Divini esse, si secundum se, (ut sic liceat loqui) diffiniretur hæc omnia in se concluderet, & propterea omnem hujusmodi distinctionem in Deo, non nisi virtualiter, in intellectu verè secundum rationem ponito*. §. Ex quibus infertur, quòd licet eadem formalitas Divine ob sui eminentiam sit formaliter utrumq., quià tamen non est relativa ratione absoluti, nec absoluta ratione relativi, dum his nominibus divisim exprimitur, repugnant illi, quæ conveniunt, ut expressæ per alterum, cumq. dum dico essentia, tantum exprimam eandem formalitatem, vel Divinitatem ex quo absoluta est & è contrà dū dico relatio, tantum exprimam illam, ex quo est relativa, sub priori expressione nequit affirmari de illa, quòd sit ad aliud, & sub posteriori, quòd sit ad se, & sic de aliis prædicatis dialecticè repugnantibus, sivè penès affirmari, & negari secundum modum significandi, quorum tamen repugnantiam vincit ex eadem sui eminentia, vel perfectione Divini esse, sinè omni actuali, vel formali distinctione, quæ magis detraheret de eadem illius infinitate, & eminentia: §. Ex his etiam sit satis ad alias authoritates D. Aug., expresiè enim loquitur de essentia, & relationibus, ut inadæquatè sub his nominibus concipiuntur à nobis, & consequenter ut actualiter distinctis solum per intellectum, & non prout in se.

Sed instas. Nam ante intellectum nostrum sic imperfectè concipientem Pater æternus, verè videt se communicare Filio essentiam, & non communicare illi esse Patrem, cum ita sit, quòd in re alterum communicet, & alterum non, ergo verè in re cognoscit unum distingui actualiter ab alio, nam aliàs solum per intellectum, & non in re verificaretur utrumq., cum ex vi solius distinctionis verificari possint: §. Resp. eodem modo, vel neg. ant., vel suppositum illius, quòd ante intellectum detur essentia, & relatio sub his nominibus inadæquatè, & divisim expressa, ac proindè quòd concipiatur, aut concipi possit à Patre unico indivisibili conceptu perfectissimè se ipsum cognoscente, unde videt se communicare Divinitatem, ex quo non opponitur Filio, sivè ex quo absoluta est, & non communicare illam, ex quo opponitur, vel relativa est; & hoc quidem ut dictum est, ex meritis eminentiæ, & infinitæ perfectionis illius juxta exigentiam ejusdem ineffabilis Mysterij, & non ex vi alicujus distinctionis actualis, quæ potiùs opponitur eidem infinitati, & perfectioni ejus, ubi nulla adest oppositio relativa, ut ostensum est. Nam in his, quæ non sic opponuntur, infinitas ex proprio sui conceptu, utpotè perfectissimè transcendens in Deo, petit actualiter ingredi limites alteriùs, & consequenter excludit distinctionem unius ab alio, sola retenta virtuali ob sui eminentiam. Per quòd solvi possunt ferè omnia argumenta contrariorum, ut ulteriùs etiam constabit.

2. Arg., & potest esse replica. Implicat eandem indivisibilem formalitatem independenter ab intellectu communicari, & non communicari, ergo cum Divina essentia independenter ab illo communicetur Filio ab æterno, & non communicetur illi paternitas nequeunt esse ante illum une indivisibilis formalitas. Prob. ant., quià repugnat eidem omninò indivisibili formalitati convenire prædicata inter se opposita realiter, sed essentiam realiter communicari Filio & non communicari realiter paternitatem sunt prædicata, ut patet, inter se opposita realiter ergo nequeunt sinè distinctione saltem formali ante intellectum verificari: §. Urg. hoc. Licet Divinitas ex sui eminentia, & illimitatione, vel infinitate vincat realem distinctionem non tamen omnem formalem inter prædicata realiter opposita, quià oppositio non vincitur ex vi præcisè illimitationis, ergo si hujusmodi prædicata verè ente intellectum verificantur ut sic inter se realiter opposita, indigent saltem distinctione formali ante illum.

Ad hoc patet ex dictis esse solvendum etiam à cōtrariis, quià etiam probaret distinctionem, realē vel entitativam, ut ostensum est. Unde tantum abest, quòd ex natura rei inferat prætensam distinctionem actualem formalem, quin potiùs eam excludat, cum ut sæpè dictum est, non minus Divinitas sit infinita, & illimitata in uno genere, quàm in alio, ergo sicut hac ratione, ut vidimus, excludit actualem in genere realitatis, pariter excludet illam in genere formalitatis: ex quo etiam ut insinuavimus, & facilè constabit rectè consideranti, meritum contradictionis inter eadem extrema Divina, vel esse insufficientem talem distinctionem, vel superfluam ad salvandam eandem contradictionem inter illa, ac proinde etiam Mysterium Trinitatis; quià ut dictum est, vel distinctio debet proportionata esse contradictioni, vel non; si hoc secundum, non tenemur recurrere ad distinctionem formalem, ex eo quòd de illis verificentur prædicata contradictoria actu formalitet ex natura rei, sed sufficiet virtualis, & ità ruit præcipuum eorum fundamentum. Si verò dicatur primum, non solum tenentur assignare formalem, sed etiam realem, quià non solum formaliter communicatur essentia, & non communicatur paternitas, sed etiam realiter, si velimus Filium non solum formaliter, sed etiam realiter esse Deum; nec solum formaliter, sed etiam realiter distingui à Patre, vel non esse Patrem.

Pro omnibus ergo vel nego ant., vel disting. Implicat eandem indivisibilem tam formaliter, quàm virtualiter, transeat, vel conc., indivisibilem formaliter, & divisibilem virtualiter, neg., quia contradictio, vt dictum est, & infra etiam constabit, debet esse ejusdem de eodem tam formaliter, quàm virtualiter; essentia autem, & paternitas, ut dicemus, saltem virtualiter distinguuntur. Ad prob. Distincta eodem modo ma. dicimus iterum ex illius mi. vel inferendam esse etiam realem, vel solam sufficere virtualem, si semel verificantur eadem prædicata opposita non solum formaliter, sed etiam realiter. §. Per quod etiam patet ad confirmat. Quia infinitas, & illimitatio cum non sit minoris transcendentiæ in uno, quàm in alio genere sicut vincit distinctionem realem, & salvat oppositionem in eodem genere, pariter vincet distinctionem formalem, & salvabit oppositionem in isto; nec videtur assignabile sufficiens discrimen præter superius relatum, & impugnatum. Iteq. ut uno verbo simul hæc omnia insinuat D. Tho., hoc meritum habet perfectio Divini esse, sivè ipsa Divinitas, quòd cum ob sui eminentiam sit una omnòd absoluta, & multiplex quoad relativa, necesse est fateri secundum fidem juxtà exigentiam ejusdem Mysterii, quòd ex quo absolute est, sit trinum, sivè communis tribus; ex quo verò est relativa, sit unius cujusq. personæ in particulari, sic quòd non sit alteriùs, sed distincta personaliter in illis, itàut in Patre faciat Patrem, & non Filium, & sic pariter in aliis duabus personis salva sui unitate in illis, in quo

in quo consistit ineffabilis sublimitas tanti mysterii, cum sola distinctione virtuali componentis præfata contradictoria inter relativè non opposita, ut adhuc explicabitur infrà.

Sed instas. Nam actu communicari essentiam, & non communicari relationem sunt prædicata opposita non solum virtualiter, sed etiam actualiter, ergo sunt actu distincta, ac proinde oriuntur à formis non solum virtualiter, sed etiam actualiter distinctis, utraq. conf. tenet, prior quidem, quià eo modo debent esse distincta, quo sunt opposita; posterior verò, quià ut constat ex dictis suprà, & alibi in physicis, effectus formalis intrinsecus formæ est ipsa forma communicata, ergo si effectus formales communicationis, & non communicationis sunt actu ente intellectum, formæ, à quibus proveniunt, scil. essentia, & relatio, erunt actu inter se distinctæ ante illum: §. Huic instantiæ patet iterum esse salvendam à contrariis, quià nō tantum convinceret, ut ostensum est, actualem formalem, sed etiam realem. Sed deindè, vel nego ant., vel dist., sunt actu, vel essent, si non esset talis eminentia, vel perfectio in ipsa Divinitate, transeat, vel conc., sunt actu de facto, neg., nam ob eandem eminentiam nequit Divinitas excludere multiplicitatem virtualem, qua vincitur omnis actualis oppositio, ut verò essent actualiter opposita, deberent eadem prædicata convenire ratione ejusdem virtualitatis, quod est impossibile respectu formæ sic eminentis, sivè multiplicis virtualitat, unde solum illi convenit communicari, ex quo absoluta est, & non communicari, ex quo actu est relativa.

Sed instas. Nam Filius actu de facto accipit à Patre essentiam, & non accipit paternitatem, ergo actu de facto convenit naturæ, vel essentiæ aliquod prædicatum, quod non convenit paternitati, ergo actu de facto, vel actualiter distinguuntur ante intellectum. Hæc posterior conf. constat; quià quando unum actu de facto habet aliquod prædicatum, quod actu de facto non convenit alteri, actu de facto debent distingui in ordine ad illud, ut patet ex terminis, aliàs actu de facto conveniret, & non conveniret. §. Resp. (præter debitum ab eisdem solvendi) dist. ut suprà ant. Non accipit paternitatem, ex quo opposita est, sivè ratione oppositionis, conc., ex quo distincta est, vel ratione distinctionis ab essentia, neg. ant., & suppositum illius, quòd impediatur accipere illam ratione distinctionis ab illa, nam solum impeditur ratione oppositionis, quem habet cum paternitate. In divinis enim ut explicatū, est omnia communicantur per Divinas processiones præter opposita relativè, ex quo opposita sunt, nam ut sunt idem cum non oppositis, etiam prout sic communicari dicuntur, ut dictum est, de eadem paternitate ut identificata cum essentia.

Sed instas. Quià essentia, vel natura in ordine ad filiationem habet aliquod prædicatum, quod non solum non habet paternitas, vel relatio, sed etiam est huic repugnans, nempè esse absolutam, ergo cum hoc illi conveniat ex natura rei, & actu ante intellectum, necessariò inter utramq. admittenda est distinctio aliqua actualis: §. Resp. iterum in primis, & perpetuò esse hujusmodi instantias ab eisdem solvendas, nam sic actu habere, & non habere non solum verificantur de illis prout sic reduplicativè acceptis, vel sub eadem expressione, sed etiam realiter, ut ostensum est, ac proinde realis esset necessaria distinctio, & non tantum ex natura rei, vel actualis formalis: §. Deindè vel neg. ant., quià cum negatio sit malignantis naturæ destruens totum, quod post se invenit, sit sensus, quòd paternitas, vel relatio nullo modo habeat; nam cum secundum habitudinem, qua dicitur ad Filium, vel opponitur illi, non excludat aliam habitudinem, quam dicit ad essentiam, vel identificatur cum illa, utpotè eidem non opposita, verè prout sic dicitur habere illud. Vel admisso etiam, aut concesso ant. neg. conseq. ex eodem capite, quià ex eo quòd non habeat sic reduplicativè accepta, vel ex quo est opposita Filio, non infertur, quòd absolutè non habeat, imò oppositum inferendum est; nam sicut infertur non habere, ex quo opposita est Filio, pariter inferendū est habere illud, ex quo nō est opposita essentiæ, vel naturæ, si semel hæc habet utrumq. Unde argumentum peccat à restricto ad non restrictum, scil. ex eo quòd non habet tali modo, quòd nullo modo habeat, cum tamen possit, imò teneatur ex natura rei actu habere comparativè ad essentiam sibi non oppositam, ut probatum est; ad verificandum autem non habere tali modo sufficit distinctio virtualis, ut adhuc constabit infrà.

Quòd si huic opponas hinc sequi paternitatem esse realiter communicabilem Filio, & essentiam eidem incommunicabilem, quod videtur alienum ab eodem mysterio: §. Resp. primò iterum ipsos teneri ad solvendam hanc sequelam cum etiam inferri possit ex identitate reali, quam admittimus omnes: §. Sed præterea dist. ant., ut suprà sequitur in sensu identico, conc. formali, neg. & in hoc tantum esset alienum, quià fieret sensus, quòd essentia ex quo non est opposita, esset incommunicabilis, & relatio, ex quo est opposita, quòd esset communicabilis, quod est falsum, nam hujusmodi voces, ut dictum est, sunt institutæ ad exprimendum conceptum absoluti, & relativi, sivè oppositi, & non oppositi, penès quos habetur communicabilitas, & incommunicabilitas; essentia enim, vel natura sub hoc conceptu, ut virtualiter distincta à relatione dicit quid absolutum, & consequenter non oppositum, & communicabile; paternitas verò ex opposito quid relativum. Alià argumenta præterea, nam ex dictis facilè solvi possunt, & perpetuò retorqueri, cum si quid probant de reali etiam probant, & non tantum de formali, ut ostensum est, de quibus etiā videri potest præcipuè Illustriss. Godoii hic §. 5.

§. VIII.

Statuitur 3. conclusio.

Inter essentiam, & relationes sola admittenda est ante intellectum distinctio virtualis intrinseca per exclusionem cujuscumq. alterius actualis sivè modalis; & sola rationis ratiocinatæ, sivè formalis per illius operationem. Est D. Tho. locis relatis, & communis inter ejus discipulos. Prior verò pars, quatenus excludit omnem aliam actualem sivè realem modalem est contra Durandum ut vidimus, sed est communis Theologorum, & meritò. Tum quià non videtur posse componi cum relatis Conciliis, in quibus statuitur omnimoda identitas realis. Tum quià ut constat ex dictis, vix aut nullo modo evadere omnē potest compositionē inter illas saltē modalem. Tum quia deprimit relationes Divinas à supremo analogato entis, sivè Divinitatis, cum nullū prædicatum Divinū sit deficiens in se in hoc genere, quale est prædicatū modi in illo. Tum quià ex essentia, & relatione cōstituitur persona tanquā per se completissima, ergo nequit ad illam comparari,

rari, ut modos. Tum deniq. cum realia distinctio actualis inter duo extrema oriatur, vel ex limitatione, aut finitate, vel ex oppositione, impossibile est posse eam admitti inter duo prædicata Divina nec finita, nec opposita, ut sunt essentia, & relatio. Sed non vacat ulteriùs immorari circa hanc distinctionem, cum jam communiter rejiciatur ab omnibus.

Pro intelligentia ergo ejusdem, & posterioris partis, quatenus in illis statuimus solam virtualem intrinsecam in re, & formalem per intellectum adverto ex dictis, & præcipuè de attributis, (& insinuet Cajet. q. seq. 39. ar. 1. §. *Ad secundum verò dicitur.*) Distinctionem virtualem, aliam esse extrinsecam, aliam verò intrinsecam. Prior consistit in pure æquivalentia ad plura realiter distincta in creatis. Hinc nemo neget inter prædicata Divina, utpotè summè infinitè perfecta, undè unus intellectus Divinus (& sic de aliis) æquivalet omnibus intellectibus creatis, ec proindè etiam una entitas simplicissima personæ Divinæ æquivalet essentiæ, relationi, ec personalitati, quæ in creatis distinguuntur realiter. Posterior verò, sive intrinseca reperitur inter duo, quæ sunt formaliter idem, hæc tamen identitas formalis & actualis ratione eminentiæ subjecti, non solum æquivalet pluribus distinctis, sed etiam ipsimet pluralitati, & distinctioni, sicut dicebamus de contingentia, & alietate virtuali eminentiali circa constitutivum actus liberi Dei, unde licet extrema hujus distinctionis sint unum formaliter, ità tamen se habent in illo uno, ut exerceant proprie utriusq., ac si essent distincte, ut inquit Cajet. Ex quo subdit defecisse Scotum dimittendo hunc modum loquendi, & introducendo ut propriissimum alium de distinctione formali ex natura rei tam novum, & alienum valde à Divinitatis eminentia formali. Hinc fit, quòd quæ sic virtualiter intrinsecè distinguuntur, fundent ut vidimus, prædicata contradictoriè, itàut possit unum affirmari de uno, & non de alio ab illo sic virtualiter distincto, saltem loquendo de contradictoriis intentionalibus, quià potest unum secundum propriam rationem cognosci, alio saltem explicitè non cognito, ut dictum est in logicis de gradibus metaphysicis, v. g. cognosci in homine animal non cognito rationali.

Ex his prob. eadem prima pars; nam distinctio virtualis intrinseca in hoc consistit, quòd non solum illius extrema ob sui eminentiam æquivaleant pluribus realiter distinctis in creatis, sed etiam quòd realis, & formalis eorū identitas æquivaleat pluralitati, & distinctioni istorum, sed hoc habet realis, & formalis identitas absoluti, & relativi in Divinis, ergo distinguuntur virtualiter intrinsecè, & nō tantū extrinsecè. Prob. mi. quià non minùs est eminens ibi identitas, quàm sint extrema identitatis, ergo si hæc ob sui eminentiam æquivalent pluribus realiter distinctis, pariter identitas æquivalebit pluralitati, vel distinctioni: §. Expl. hoc. Nam ea virtualiter intrinsecè distinguuntur, quæ ità in uno formaliter conveniunt, ut tamen in illo uno exerceant, (ut inquit Cajet.) proprie utriusq., sed ità se habent absolutum, & relativum in Deo, scil. in realitate Divina, in qua etiam formaliter conveniunt, ergo distinguuntur virtualiter intrinsecè. Prob. mi., nam entitas illa, & formalitas Divina Patris ità est entitas una, & formalitas absoluta, & relativa, ut ex quo absoluta est, à parte rei est communicabilis sinè ulla oppositione, & distinctione reali à Filio, ex quo verò relativa, est incommunicabilis, distincta, & opposita illi, ut supponitur ex eodem mysterio, ergo ità conveniunt in realitate, & formalitate Divina, ut exerceant propria utriusq., conseq. tenet, quià hoc est proprium utriusq., scil. absoluti, quòd cum dicatur ad se, non sit oppositum, sed communicabile, & indistinctum in Divinis à relativo; istud verò oppositum sui correlativo, ac proindè incommunicabile, & distinctum ab illo.

Secunda pars, quòd sit rationis ratiocinatæ, seu formalis per intellectum cum fundamento in re prob. facilè ex dictis. Nam verè intellectu habet fundamentum ex parte objecti, ut formet de illis diversos conceptus formales, altero repræsentante Divinam illam realitatem explicitè secundum unam rationem objectivam, & non secundum aliam, quod ut vidimus ex D. Tho. oritur ex parte objecti ex ejus eminentia, qua realiter sibi identificet utramq., ex parte verò nostri, ex imperfectione intellectus non valentis, præcipuè modo in via utramq. uno indivisibili conceptu perstringere ob excessum ejusdem eminentiæ, quæ utpotè multiplex virtualiter det fundamentum intellectui ad formandos hujusmodi conceptus, ergo datur distinctio rationis ratiocinatæ inter relativum, & absolutum in Divinis, seu virtualis in re, & formalis per intellectum cum fundamento ex parte objecti, conse. tenet, quià id intelligimus nomine hujus distinctionis, quādo intellectus sic diversimodè concipit cum fundamento: §. Expl., & urg. hoc. Nam ad salvanda juxta exigentiam mysterii præfata prædicata communicabilis, & non communicabilis, oppositi, & non oppositi, distincti, & indistincti realiter in eisdem extremis necessaria est, ut vidimus, aliqua distinctio objectiva, sed non realis, nec formalis & actualis ante intellectum, sivè ex natura rei, ergo tenemur recurrere ad hanc aliam, scil. virtualem in re, & formalem, vel actualem per intellectum, sivè rationis ratiocinatæ.

Dices posse sufficienter salvari per solam rationis ratiocinantis, sicut salvantur alia similia cum hac sola, ut quod Deus generat, Deitas non generat, nam Deus, & Deitas per hanc solam distinguuntur, sivè purè dialecticè secundum diversum tantum modum significandi penès abstractum, & concretum: §. Sed hæc solutio sufficienter impugnata est, nam licet contradictio prædicatorum non semper exiget objectivam, sive realem, sive modalem, sive actualem, vel etiam virtualem ante intellectum, exigit tamen juxtà meritum illius, supra quod cadit, ergo cadens ut in casu, super rem significatam, & non præcisè super modum significandi, ut in instantia adducta, exiget necessariò illam ex parte objecti, vel rei significatæ, & non tantum ex parte modi significandi, sive tantum ex parte intellectus, aut rationis ratiocinantis, sive purè dialecticam: §. Explic. hoc, nam de essentia, ut dicebamus, secundum propriam rationem formalem, sive ex quo quid absolutum est, habet ex parte sui, vel objecti, quòd sit communicabile, & de ratione paternitatis secundum proprium, sive ex quo quid relativum est, quòd sit incommunicabilis, ergo cum distinctio necessaria ad vincendam contradictionem debeat esse proportionata objecto, supra quòd cadit, erit in casu necessaria objectiva, & non solius rationis ratiocinantia. Unde poterat instantia retorqueri. Nam quià contradictio in eadem cadit suprà modum significandi est necessaria distinctio ex parte modi significandi siva rationis ratiocinantis, ergo quia in casu cadit suprà rem significatam, erit necessaria distinctio ex parte rei significatæ, siva rationis ratiocinatæ.

Expl. ulteriùs præcedens discrimen; nam quòd affirmetur de Deo, quòd generat, idq. negetur de Deitate, id adequatè oritur ex eo, quòd cum dico Deus, exprimo Deum in concreto, cui convenit, in aliquo sui supposito generare juxtà prædictam exigentiam mysterij; dum verò dico *Deitas*, exprimo illum in abstracto, cui repugnat generare, cum actiones ut jam communiter docent Philosophi, sint suppositorum, & non formarum, unde oppositio inter utrumq. hujusmodi prædicatum solum nascitur, aut fundatur in diverso modo intelligendi, quo noster intellectus concipit Deum. Cæterum priora opposita prædicata, quæ affirmantur, & negantur de natura, & relatione fundant suam oppositionem in eisdem secundum sibi propria, scil. secundum rationem absoluti, & relativi, & ideò ad vincendam eorum oppositionem est necessaria rationis ratiocinatæ fundata in eminentiali præcontinentia diversarum perfectionum.

§. IX.

Solvitur argumentum Durandi.

PRimò arg. in favorem Durandi, ejusq. fundamento, Paternitas, & essentia aliquomodo realiter non sunt idem, ergo aliquomodo realiter distinguuntur; cons. tenet, quià cum distinctio, ut patet ex terminis, importet negationem identitatis, eo modo aliqua distinguuntur, quo verificantur non esse idem, ant. verò prob., essentia est aliquid realiter, quod aliquo modo realiter non est paternitas, ergo aliquomodo realiter non sunt idem, cons. iterum tenet, & ant. prob. quià est realiter adæquatè filiatio, quæ realiter distinguitur, vel saltem non est adæquatè realiter paternitas, ergo aliquomodo realiter essentia distinguitur à paternitate, prob. cons., quià esse adæquatè idem realiter, est aliquis modus identitatis, & è contrà non esse realiter adæquatè idem est quidam modus distinctionis realis, ergo si essentia est adæquatè idem realiter cum filiatione, & hæc non est adæquatè idem realiter cum paternitate, essentia, & paternitas aliquomodo realiter distinguuntur: §. Urg. hoc. Quod non est idem cum alio convertibiliter realiter, exceditur ab illo realiter; at paternitas non identificatur convertibiliter realiter cum essentia, aliàs esset adæquatè idem realiter idem cum filiatione, & cum omni eo, cum quo est adæquatè idem essentia, quod tamen est alienum ab eodem mysterio, ergo.

Ad hoc quod Mag. Ferre hic §. 7., & priùs etiam in manuscriptis fatetur sub hac forma esse difficilimū, & multoties sic à se ipso propositum, nunquam vidisse illud solutum in forma, patet primò magis militare in favorem Porretani, quam ejusdem Durandi, nam si quid probaret, non tantum probaret distinctionem realem modalem, sed etiam entitativam, quod tamen, ut dictum est, reprobatur ab omnibus. Patet hoc ipsum, quià filiatio non distinguitur præcisè realiter modaliter à paternitate, sed etiam entitativà: §. Deinde etiam ut vidimus, prædicata hujusmodi Divina, sivè Divinitas sub his vocibus *essentia*, & *relatio*, non considerantur præcisè ut sūt in re, sed ut sub sunt nostris conceptibus, unde ex eo, quòd de illa prout sic, sivè expressa sub una voce verificetur aliqua distinctio, vel identitas, quæ non verificatur de eadem, ut expressa sub alia non est inferenda talis identitas, vel distinctio de illa prout in re, quià ut jam insinuavimus & statim iterū dicemus, ob sui eminentiam, & infinitatem vincit inter non opposita omnem distinctionem realem, unde ex eo, quòd semel aliqua duo identificantur realiter secundum unam habitudinem, adæquatè realiter identificari dicuntur, licet aliàs à sui opposito secundum hanc habitudinem, scil. oppositionis relativæ realiter distinguantur.

In forma, ergo neg. ant. Ad prob. dist. ant., quod non est paternitas, per comparationem ad Patrem, vel secundum hanc habitudinem oppositionis ad illum, conc., secundum comparationem ad essentiam, vel ratione essentiæ, neg. ant., & conseq., quià ut dicatur relatio paternitatis (& sic de aliis) esse adequatè idem realiter cum essentia, satis est quòd sit realiter idem secundū unā habitudinē, licet secundum aliam, quam dicit ad filiationem distinguatur realiter ab ista, à quo nullo modo realiter distinguitur essentia, quià eo ipso quòd relationes semel realiter identificantur cum eadem essentia cum qua nullam habent oppositionem, tenentur secundum hanc habitudinem ad illam identificari realiter cum omni eo, cum quo realiter identificatur essentia, ac proindè cum omnibus Divinis, cum nullum Divinum dicat oppositionem cum essentia, & ità etiam unum relativum dicitur identificari cum alio secundum hanc eandem habitudinem ad essentiam, sivè per circuminsessionem (ut vocant). Ad impediendam ergo adæquatam identitatem realē relationis cum essentia erat necessarium, quod secundum utramq. habitudinem gauderet distinctione reali, quià omnia Divina in summam transeunt identitatem realem, quando nulla exercetur in illis oppositio, cum nulla sit ibi limitatio, sed summa infinitas, quæ omnia Divina transcendit, ac proindè petit realiter ingredi limites cujuscunq. lineæ; sivè absolutæ, sivè relativæ saltem ut dictum est, per circuminsessionem. Unde argumentum sub eadem forma potest solū militare in ente finito, & limitato, sivè finitæ perfectionis: §. Ex his ad confirmat. dist. claritatis gratia ma., exceditur ab illo (loquendo in subjecta materia) secundum aliquam habitudinem, & ut concipitur, & exprimitur à nobis) transeat, vel conc. (actualiter in re, & secundum omnem habitudinem, neg. & dist. eodem modo mi., non identificatur convertibiliter realiter, idest secundum aliquam habitudinem in re, & ut concipitur, vel sub aliqua voce limitata, scil. essentiæ, vel relationis, transeat, vel conc., actualiter in re, & secundum omnem, neg., nam accepta paternitas secundum suam realitatem prout in re, adæquatè identificatur cum essentia, idest cum omni eo, cum quo identificatur essentia, quià secundum hanc habitudinem ad illam cum nullo Divino, ut dictum est, habet oppositionem, & ideò non licet inferre, quòd aliquomodo realiter distinguatur ab illa, nam hęc illatio solum verificari potest de illis, quæ secundum realitatem non identificantur aliquo modo realiter, non autem quæ solum secundum virtualitatem ratione nostra distinctam, ut contingit in casu, nam ob præfatam eminentiam, & infinitatem Divinitatis essentia, & paternitas secundum realitatem identificantur realiter omni modo, licet hæc prout hoc nomine significatur, non identificetur adæquatam cum illa, quià prout sic concipitur distincta ab illa, scil. secundum solam virtualitatem, non tamen secundum actualitatem. Sumitur solutio ex D.Th.q.8.de pot.ar.2. ad 10., ultimis illis verbis. *Et similiter non dicitur, quod paternitas est in Filio*, (scil. sub hoc nomine expressa) *sed id, quod est, scilicet essentia*.

Sed instas nam paternitas juxtà meritum mysterii, secun-

secundum realitatem distinguitur realiter à filiatione nisi velimus Patrem, & Filium in eadem persona realiter coincidere contrà idem mysterium, ergo non identificatur realiter cum omni eo, cum quo identificatur essentia, & consequenter non identificatur realiter adæquatè, & convertibiliter cum illa, sed est aliquo modo realiter distincta ab eadem: §. Respond. primò iterum, quòd etiam convinceret distinctionem realem entitativam, & non solum modalem. Sed deindè dist. eodem modo ant., distinguitur realiter secundum aliquam habitudinem, scil. oppositionis, secundam quam exprimitur nomine paternitas, vel relatio, conc., secundum omnem, vel comparativè ad essentiam, neg. nam secundum hanc dum semel identificatur cum essentia, tenetur identificari cum omni eo, cum quo identificatur essentia, quià secundum hanc ut dictum est, cum nullo Divino habet oppositionem, ut autem ex reali distinctione, quam secundum priorem habet cum filiatione, inferri posset realis distinctio secundum posteriorem, erat necessarium, ut vidimus, quòd nullo modo realiter identificaretur cum essentia, nam eo ipso quòd aliquo modo realiter identificatur cum illa signum est, quòd secundum hanc habitudinem nullam habeat oppositionem cum illa, & consequenter cum nullo alio Divino, cum quo nullam habet essentia, ac proindè quòd realiter identificetur cum cæteris Divinis, cum quibus identificatur eadem essentia, quod est, ut patet, adæquatè identificari prout sic cum illa, & cum omnibus Divinis, Idq. oritur ut dictum est, & insinuat D.Tho. ubi suprà, & Capreolus in 1. dist. 8. q.4. ad 6. cont. 1. ex summa Divinitatis eminentia, seu entis infinitè perfecti. Nam in hoc puncto unitas, & Trinitas Divina superat omnia creata, & creabilia, à quibus propterea accipi non potest exemplum ad ipsum declarandum: §. Quod si ulteriùs instas, ergo Paternitas distinguitur realiter ab essentia, & realiter identificatur cum illa, patet conf. quià distinguitur realiter à filiatione, & identificatur realiter cum eadem, scil. secundum habitudinem ad essentiam, ergo eodem modo se habebit ad essentiam, quæ est realiter idem cum filiatione: §. Resp. iterum dist. conf. quoad 1. p., distinguitur realiter ab essentia, ut exprimitur hac voce entis absoluti, neg., ab aliquo, quod est essentia realiter, scil. filiatio, ut ait D. Tho. art. illo 2. de potent. ad 10., conc.

§. X.

Salvantur alia argumenta.

Secundò arg. contrà distinctionem virtualem, seu rationis ratiocinatæ. Sola distinctio virtualis, sivè rationis ratiocinatæ non sufficit ad salvanda prædicata convenientia mysterio Trinitatis, ergo non est admittenda in Deo; conf. tenet, quià hæc rationa juxtà D. Tho. hic ar. 3. ad 4. admittitur à nobis, nempè ut salventur ibi aliqua prædicata, quæ sinè omni distinctione objectiva salvari nequeunt, scil. virtuali in re, & formali per intellectum, sivè rationis ratiocinatæ; ant. verò prob., quià conveniunt illi realis distinctio inter duo relativa, & realis simul eorum identitas cum tertio absoluto, sed hæc per solam eandem rationem salvari nequeunt. Prob. mi. quià hujusmodi prædicata pugnant ex terminis cum lumine naturali, cum dictet illud, quòd quæ, sunt eadem uni tertio, sunt idem inter se, sed sola distinctio rationis ratiocinatæ non sufficit ad salvandam hanc repugnantiam, ergo. Prob. mi. quià nequit intellectus variare convenientiam, vel disconvenientiam prædicatorum convenientium rei contrà idem lumen, aliàs posset eadem facilitate evertere, vel mutare definitiones, aut naturas rerum affirmandas juxtà dictamen ejusdem luminis: §. Expl., & urg. hoc. Nam tota ars syllogistica ut vidimus in summulis, fundatur in prædicto principio lumine naturali noto, vel evidente, scil. quòd idem fiunt inter se, quæ sunt idem uni tertio, idest quòd talis sit identitas extremorum inter se qualis est eorum in tertio, ergo si relativa sola ratione ratiocinata distinguuntur ab absoluto, sola eadem ratione distinguentur inter se, quod est destruere idem mysterium.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. mi. ad illius prob., vel neg. ma., cum gratia, vel mysteria ejus licet sint supra lumen naturæ, non tamen pugnant cum illo, sed magis eorum lumen elevat, & perficit illud; vel dist. claritatis gratia, pugnant cum lumine naturali, si nulla adesset distinctio, transeat, si adsit, quam statuimus cum D. Tho. hic at. 3. relato ad 1. neg., undè ad prob. annexam dicimus, quòd ratio naturalis tantum dictat esse idem inter se, quæ sunt idem uni tertio, re, & ratione, non tamen si solum fiunt idem re, differant verò ratione, ut etiam explicat Arist. 3. phys. tex. 21., ubi ait, quòd licet actio sit idem motui, & similiter passio, non tamen sequitur esse idem inter se, quià in actione importatur respectus, ut à quo est motus in mobili, in passione verò ut qui est ab alio. Unde similiter dicimus, quòd licet paternitas sit idem secundum rem cum essentia Divina, & similiter filiatio, tamen hæc duo in suis propriis rationib s important oppositos respectus, & ideò optimè possunt adhuc distingui inter se: §. Vel poterat etiam cum aliis explicari idem principium sub aliis terminis, præcipuè in subjecta materia, quòd militare potest, quando non mutatur quid in aliquid, idest, quando non fit transitus de uno genere ad aliud, sivè de absoluto in relativum, ut in casu, nam licet eadem relativa sint idem cum essentia, quià tamen comparata ad invicem transeunt ad genus relativum, & consequenter exercent prout sic oppositionem inter se, quam non habent, ut dictum est, comparativè ad essentiam, sivè ad genus absolutum, non tenentur ex identitate cum isto identificari inter se: §. Per hæc etiam patet ad confirmat., dicimus enim ità esse, quòd ars syllogistica fundatur in eodem principio, sed rectè intellecto, ut explicatum est, undè falsum est, quòd absolutè, vel generaliter loquendo talis sit identitas extremorum inter se, qualis est inter tertio, nisi velimus manifestè destruere hujusmodi mysterium.

Sed instas, quià prædicta distinctio rationis ratiocinatæ non sufficit ad salvandum idem principium, prout deservit ad artem syllogisticam, ergo. Prob. ant., quià si semel sufficeret, nunquam posset inferri inter ea, quæ sic distinguuntur, identitas inter se ex identitate cum tertio, sed hoc est falsum, ergo non salvat sufficienter idem principium ad hanc artem; ma. constat, quià si semel est regula illius, debet in omnibus habere eandem vim. Prob. autem mi. Nam in hoc syllogismo. Omne animal est substantia, omne rationale est animal, ergò omne rationale est substantia, legitimè infertur identitas inter omne rationale, & substantiam ex identitate utriusq. cum animali, à quo tamen ratione differunt, ergo hæc distinctio non sufficit ad impediendam identitatem inter se ex identitate

titata cum tattio; vel si semel impediret, semper impediret, ac proindè etiam obstaret eidem arti dialecticæ: §. Urg. hoc ex eodem D. Tho. 2. cont. Gent. c. 9., ubi ex hoc principio etiam probat potentiam, & actionem in Deo esse idem inter sa, quià sunt idem cũ essentia Divina, à qua tamẽ virtualiter differunt, seù ratione ratiocinata. Et potarat etiam retorquari exemplum de passione, & actione comparativè ad motũ, nã eandem distinctionem, vel identitatem servant inter se, quam habent cum motu, scil. realis, vel rationis, ergo ex eodem pariter inferenda erit identitas, vel distinctio inter utrumq. relativum, qualem habant cum essentia, quod tamen est contrà idem mysterium.

Huic instantiæ cum suis replicis patet ex proximè dictis solum posse militare in ente finitæ perfectionis, non infinitæ, quod ob sui eminentiam claudit, aut sibi realiter identificat utrumq. scil. absolutum, & relativum, ut fatemur omnes, undè sicut identitas cum tertio non impedit ob eandem eminentiam, oppositionem inter relativa, ità nec impedit eorum distinctionem, & quià ut dictum est in Divinis non est aliud caput distinctionis realis, nisi oppositio relativa, hac cessante, ut raverà cessat in ordine ad absolutum, transeunt in ordine ad istud in omnimodam identitatem raslem retenta sola distinctione virtuali fundata in eadem amineutia, vel infinita eorum perfectione, & ideò nequit aliter explicari idem principium prout militat contrà mysterium Trinitatis, nisi modo exposito, scil. quando extrema sunt idem re, & ratione, transitu, vel mutatione de quid in od aliquid ut reverà explicat, & intelligit D. Tho. §. In forma ergo neg. ant., vel etiam suppositum illius, quòd debeat prædictum principium æqualiter deservire ad eandem artem tam respectu entis finiti, quàm infiniti ob rationem adductam, sed tantum cum distributione accommoda, sivè juxtà meritum, vel conditionem utriusq. entis: §. Per quod atiam resp. ad prob., nam licet absq. limitatione sit verum idem principium de his, quæ sunt idem re, & ratione, hinc tamen non sequitur ex opposito, quòd nunq. verificari pòssit in his, quæ differunt ratione, sed quando ità ratione differunt, ut fiat prædictus transitus, vel mutatio de uno ad aliud genus, præcipuè de absoluto in relativum, sivè de quid in adaliquid, ut in casu, quià tunc oppositio, ut dictum est, impedit continuationem identitatis, quam habent cum tertio, quod specialiter militat, ut vidimus, da ente infinitæ perfectionis. Unde hujusmodi principia dialectica, & alia hujusmodi, ut suprà, & alibi insinuavimus, ità sunt regulanda, ut non præjudicent mysteriis fidei, cui essentialiter subordinantur, sicut lumen naturala supernaturali, vel natura gratiæ.

Ex his etiam patet ad utramq. confirm. Ad 1. quidam, quam opponit Vasquez patet inter prædicta attributa non esse oppositionem, & ideò optimè infert D. Tho. ex identitate eorum cum tertio identitatem inter se: §. Ad 2. quam obiicit Suarez, resp. rectè atiam adduci à D. Tho. præfatum simile de actione, & passione in ordine ad motum, quià ex propriis rationibus formalibus important, ut ibidem insinuat, oppositos raspectus, scil. à quo alius, & qui ab alio, & cum diversitate etiam prædicamenti. Quidquid sit, an sit inter utramq. oppositio rei à re, vel solius formalitatis à formalitate juxtà diversitatem modi dicendi, de quo alibi in logicis dictum est. §. Omnes hujusmodi solutiones innuit D. Tho. non solum hic ad 1. in fine, (ubi post idem exemplum subdit. *Et similiter licet paternitas sit idem secundum rem cum essentia Divina, & similiter filiatio, tamen hæc duo in suis propriis rationibus important oppositos respectus*) sed etiam de potentia q 8. ar. 1. ad 1. dicens. *In Divinis personis re quidem essentiali est unitas, distinctio verò ratione, idest relatione, quæ non differt ab essentia re, sed sola ratione.* Eu recta intelligentia solutionis, quam tradit hìc ad idem primum quando distinguit ad axplicandum prædictum principium, nempè tunc posse militare, quando sunt idem re, & ratione, non tamen si sint ratione, distincta, idest importante ax propriis, seù formalibus eorum rationibus oppositos respectus, seù ut in casu oppositionem relativam, sivè unico varbo ut suprà, quando non mutatur quid in aliquid.

Clariùs id etiã tradidit in 1. dist. 2. q. 1. ar. 5. ad 3., & 4. ubi respondens ad simile arg. contrà præcedentẽ solutionem inquit primò ad 3. *Dicendum, quòd quamvis relatio per comparationem ad essentiam sit ratio tantum, tamen per comparationem ad suum correlativum est res, & realiter distinguens.* Deinde ad 4. sic prosequitur. *Ut et sapientia secundum suam rationem differat ab aliis attributis, non tamen opponitur ad aliquod aliud attributum, cum sapientiam, bonitatem, & alia attributa secum compatiatur in eodem subiecto, & ideò non habent rationem distinguendi supposita Divinæ naturæ, sicut habent relationes opposita, sed sicut sapientia Divina realiter facit effectum propter veritatem rationis ipsius, quæ manet, ita relatio facit veram distinctionem propter rationem relationis veram, quæ salvatur.* En quomodo iterum racurrit ad rationem propriam extremorum, quam adhuc retinent non obstante identitate cum tertio, undè si secundum hanc important oppositionem, non obstante eadem identitate cum illo, nihilominus impediunt ut dictum est, continuationem istius inter se, quià nempè in casu extrema relativa (& sic proportionabiliter de aliis rationibus oppositis) non sunt rationes utcunq. distinctæ ab essentia, & à cæteris absolutis, sicut hæc distinguuntur ab illa, sed distinctione rationis, quæ sit talis conditionis, ut habeant inter se oppositionem, quam quià perpetuò retinent ex propria ratione formali, & juxtà exigentiam mysterii, ideò possunt esse idem uni tertio, & distingui adhuc realiter inter se.

3. Arg. prosequẽdo sub aliis terminis præcipuũ fundamentũ contrariorũ. Nam ad verificandum actu formaliter in re cõvenintia Deo cũ aliqua oppositione requiritur aliqua distinctio, at non sufficit sola virtualis, sivè rationis ratiocinatæ, ergo est necessaria alia major, vel actualis formalis. Prob. mi. 1, quià prædicata sic opposita conveniunt actu in re formaliter, ergo distinctio vincens eorum oppositionem nequit esse tantum virtualis, vel rationis ratiocinatæ, aut formalis tantum per intellectum, cons. tenet, quià ut dictum est, distinctio debet esse proportionata oppositioni, nisi velimus effectum superare suam causam: §. Prob. 2. & urg. hoc ipsum. Nam effectus in actu petit causam in actu, sed esse communicabile, & incommunicabile; distinctum, & indistinctum; realiter contradicere, & non contradicere sunt in Divinis effectus formaliter in actu ante omnem actum intellectus, ergo petunt causam in actu vincentem eorum oppositionem, scil. distinctionem, cum non sit alia assignabilis causa, quià affirmatio, & negatio ejusdem de eodem simul est manifesta contradictio: §. Tertiò prob. eadem mi. Nam distinctio virtualis, vel ponit aliquid actu diversum in extremis, itàut una virtualitas non sit actu

alia

aliè à parte rei, vel non, si primum habetur intentum, quià nō erit tantū virtualis, sed actualis formalis juxtà meritum oppositionis. Si verò secundum; iam non erit sufficiens, quià si nihil ponit, manent extrema actu formaliter idem, ac proinde de extremis actu formaliter identificatis verificabitur actualis formalis oppositio, vel contradictio. §. 4. Quod convenit alicui formeliter, & simpliciter, nequit eidem convenire per id, quod eidem convenit tantum virtualiter, & secundum quid, ut patet in Sole, qui nequit esse formaliter calidus per calorem virtualiter tantum sibi convenientem, ergo si hujusmodi opposita prædicate de Deo actu formaliter prædicantur, non sufficit ad illa distinctio tantum virtualis: §. 5. Ad salvandam convenientiam realem eorumdem prædicatorum non sufficit sola distinctio rationis, ergo nec ad salvandam convenientiam eorum formalem sufficiet sola distinctio virtualis.

Urg., & simul expl. totum hoc (& militat etiam in favorem Gilberti, & Durandi). Nam hæc distinctio virtualis non multiplicat actu realiter, nec formaliter Divinam realitatem, ergo eidem realitati, ac formalitati conveniunt prædicata actu realiter, & formaliter diversa, sed hoc est impossibile, ergo est insufficiens eadem distinctio. Prior cons. constat, nam actualis communicatio Diviuæ realitatis, & formalitatis est prædicatum reale, realiter, & formaliter distinctum ab incommunicabilitate ejusdem realitatis, & formalitatis, ergo si præfata distinctio non multiplicat actu realiter, nec formaliter Divinam realitatem, nec formalitatem, eidem realitati, ac formalitati actu eidem conveniunt prædicate actu realiter, & formaliter diversa: mi. verò subsumpta prob., quià realitas, ac formalitas, actu realiter, ac formaliter dividitur per prædicata actu realiter, ac formaliter diversa, ergo impossibile est, quòd prædicate actu realiter, ac formaliter diversa conveniant eidem realitati, ac formalitati actu realiter, ac formaliter eidem.

Ad hoc, quo quilibet eorum promovet suam sententiam, patet primò, ut suprà solvendum esse à Durando, & Scoto, (in cujus gratiam præcipuè hic repetitur), quià ut ostensum est, non tantum probat realem modalem, aut actualem formalem, vel ex natura rei, sed etiam realem entitativam, quam reiicimus omnes: §. In forma ergo neg. mi. Ad 1. prob. iterum patet non tantum convenire actu formaliter, sed etiam realiter, unde si semel ex actuali formali convenientiæ excludenda est tanquam insufficiens distinctio nostra virtualis, ex actuali reali excludenda pariter erit ut insufficiens formalis scotica: nego ergo conseq., quià cum distinctio virtualis oriatur ex eminentia Divinitatis, totum supplet, quod præstare posset distinctio realis, sicut apud ipsos supplet distinctio formalis sinè reali. Per quod patet ad prob. annexam. Nam si ità esset proportionanda secundum eandem, vel univocam denominationem, tenerentur & ipsi perpetuò effingere distinctionem majorem, quàm solam formalem juxtà eorum convenientiam, scil. realem. Nec propterea effectus superat suam causam, (aliàs etiam superaret stando in sole ipsorum formali) quià nempè est veluti causa æquivoca, vel eminens intrà forum illud Divinitatis, ut statim dicemus, quæ non debet subire eandem illius denominationem, ut patet ex superioribus exemplis de discursu virtuali respectu scientiæ, & de contingentia, aut alietate virtuali respectu libertatis Divinæ, sivè actus liberi Dei. Sicut enim ut vidimus, optimè componitur libertas formalis in Deo cum sola contingentia, vel alietate virtuali; & scientia formalis cum solo discursu virtuali, ità pariter optimè componi potest convenientia formalis prædictorum prædicatorum cum sola distinctione virtuali, sicut componitur realis sine distinctione reali, ut fatemur omnes. Unde sunt perpetuò retorquenda hæc, & similia argumenta.

Ad 2. ex his resp. 1. dist., & explico ma. Effectus in actu petit causam in actu, formaliter, vel eminenter talem, conc., determinatè formaliter, neg., nam aliàs esset necessaria ut dictum est, distinctio realis ad verificandam eandem convenientiam: §. Secundò resp. cum Cajet. ubi suprà: §. *Ad hoc dicitur à quibusdam*: nego suppositum ma. sivè universaliter illam propositionem; scil. quòd sola distinctio est causa hujus effectus. *Nam iste effectus (inquit) potest oriri à distinctione, ut à causa quasi univoca; & à virtualiter continente distinctionem, ut à causa æquivoca, modo constat, quod quando effectus potest oriri à causa univoca sola, & à causa æquivoca sola, ad positionem effectus in actu non sequitur determinatè altera causarum, sed sub distinctione, & quia sic est in proposito, concedo, quod effectus in actu habet causam in actu sed illa est vel distinctio in actu, vel continens virtualiter distinctionem. Et hoc secundum membrum est verum in proposito, nec aliquod obstaculum contra hoc militat. Et bene hoc nota in omnibus materiis, ubi de causa distinctionis secundum rationem ex parte rei à Scotistis, & aliis molestaberis. Hoc enim uno omnium ora obstruas*. Ità Cajet. Ex quibus patet quòd ejusdem convenientiæ, sivè prædicatorum oppositorum sine contradictione in re convenientium causa non est præcisa distinctio, sed magis continens virtualiter, vel eminenter distinctionem, itàut licet hoc, quòd nempè exercitè non contradicant affirmatio, & negatio illorum dicatur effectus proveniens à distinctione, quasi à causa univoca, tamen tanq. à causa æquivoca provenire potest à virtualiter continente illam, sicut dicitur de productione calidi, quod tanq. à causa univoca provenit à formaliter calido, ut verò ab æquivoca, à continente naturaliter calorem, ut à Sole &c. Cum igitur ut dicebamus, detur in Deo summa eminentia virtualiter continens distinctionem sequitur, quòd effectus formaliter in actu habeat causam in actu absq. formali distinctione. Et hoc modo etiam explicari possunt superiora exempla de libertate, & scientia formali in Deo recurrendo ad eandem eminentiam continentem virtualiter alietatem, & discursum ad salvandam utramq. formaliter in illo sine alietate, & discursu formali.

Ad 3. resp., quòd non ponit aliquid actualiter diversum, sed tantum virtualiter, idest eandem eminentiam continentem distinctionem actualem, quæ reperitur inter extrema finita, & limitata: unde ejus continentia, sive eminentialis distinctio supplet quidquid præstat actualis in nobis. Neq. hinc sequitur esse in re omninò idem, nam licet sint idem realiter formaliter, non tamen virtualiter, quod satis est ut vidimus, ad vincendam contradictionem, sicut distinctio formalis apud ipsos sufficit ad vincendam contradictionem realem. Nam eo ipso quòd sic virtualiter distinguuntur, ità ut in eadem entitate, & formalitate simplicissima exerceant propria utriusq., ità se habent, ac si essent actu realiter, & formaliter distincta; sicut apud eosdem eo ipso, quòd formaliter distinguuntur ità se habent, ac si essent actu distincta realiter. §. Ad 4. patet iterum militare contra ipsos, quià deberent hinc etiam inferre distinctionem realem,

lem, & non solam formalem, quæ est minor reali, cum eadem prædicata non tantum conveniant formaliter, sed etiam realiter ut ostensum est; sicut ergo per solam distinctionem formalem apud ipsos ob amimentiam Divinæ realitatis, vel entitatis, potest salvari convenientia realis, vel enticativa, ità poterit optimè salvari formalis per solam distinctionem virtualem ob eminentiem Divinæ formalitatis. §. Neq. hinc inferas posse id totum similiter salvari ob eandem eminentiem Divinitatis sine distinctione virtuali. Nego namq. suppositum, quòd eadem eminentie subsistat, ut vidimus, sine hac distinctione, siuè sine æquivalentia, qua sicut æquivalet pluribus perfectionibus realiter distinctis in creatis, ità etiam æquivalet reali earum distinctioni, quæ dicitur distinctio virtualis intrinseca.

Ad 5. nego conseq. & disparitas est ex proximè dictis, quià licet ad habendum effectum actu in re requiretur aliquæ causa pariter in re, præcipuè loquendo de causa principali, vel quasi principali, vel per modum illius, non tamen secundum eandem denominationem, vel qualitatem illius, unde licet dicatur non sufficire pro eisdem prædicatis puram distinctionem rationis, vel per intellectum, sufficit tamen virtualis, vel continentia distinctionis realis pro his, quæ reperiuntur in re, ut dictum est. Et quidem hanc sufficere ad ejusmodi prædicata contradictoria, est menifesta instantia in eorum doctrina; nam ipsi admittunt, (ut fatetur Mastrius cum aliis,) prædicata Dei quiditativa, ut esse substantiam, vivens, ens per essentiam &c. non distingui formaliter à parte rei; & tamen de illis etiam verificantur prædicata contradictoria; nam illo substantiæ convenit cum cæteris substantiis creatis; illo viventis disconvenit cum non viventibus; & illo entis per essentiam iterum disconvenit cum omnibus creaturis, quæ sunt ens per participationem, & sic de aliis. Vid. de his D. Tho. q. illa 8. ar. 2. ad 7.

Ad confirmat., quæ iterum est præcipuum fundamentum non solum ad probandam distinctionem mediam videlicet formalem, vel ex natura rei in favorem Scoti, sed etiam realem entitativem cum Gilberto, & realem modalem cum Durando jam dictum est satis esse distinctionem virtualem, sinè multiplicatione, aut distinctione reali, vel formali ad eadem contradictoria verificanda, loquendo maximè de essentie, & relationibus, prout his nominibus significantur à nobis viatoribus, & imperfectè concipiuntur scil. diversis conceptibus, unde ait ibi D. Tho. *Ad 7. dicendum, quid sicut dicit Phil. 3. Physic., quid omnia eadem prædicantur non quolibet modo de eisdem, sed solum de eisdem secundum rationem. Essentie autem Divina, & paternitas, & si sint idem re, non sunt idem ratione, & ideò non oportet, quod quidquid prædicatur de aliquo uno prædicetur de alio.* Ità D Tho. ex ipso met Philosopho, qui etiam novit sufficere distinctionem rationis ratiocinatæ, (quæ est tantum virtualis in re) sufficere ad prædicata contradictoria, sivè ad eorum contradictionem impediendam, quam Doctrinam repetit D.Thc. hic ar. 3. Dixi prout imperfectè concipiuntur à nobis hic in vie, nam si sumantur prout in re, & ut objiciuntur menti beatorum, illas prout in se sunt, quiditativè intuentium, tunc (ut vidimus,) quidquid affirmetur de relatione, affirmatur de essentia & nihil, quod negatur de relatione, negatur de essentia, ob eminentiã Divinitatis, quæ utramq. actu in re sibi omnimodò identificat. Quià tamen semper quãdo de illis loquuntur viatores, (ut monet Illustriss. Godoij hic ad ultim.) utuntur his nominibus *essentia, & relatio*, quibus significantur, ut ratione distincta, consequens fit, quòd absolutè loquendo efficmentur aliqua de essentia, quæ negentur de paternitate, & è contrà, & ex hoc (inquit nescitur contrariorum hallucinatio: §. In forma ergo dist. ant. non multiplicet nec realiter, nec formaliter; neg. etiã virtualiter, neg., præcisè realiter, vel formeliter, conc., & neg. cons. de eadem realitate, ac formelitate omninò eadem etiam virtualiter; est enim eminenter virtualiter multiplex, quod sufficit ad vincendam omnem contradictionem eorumdem prædicatorum, ut toties dictum est, & tenentur perpetuò fateri Scotistæ in prædicato realitatis, sinè cujus multiplicatione censent salvari posse eandem contradictionem cum sola multiplicatione formalitatis.

§. ULTIMUS.

Corolaria ex dictis.

Ex hactenus latè expositis colligimus primò ad solvendas plures alias instantias, quam sub aliis terminis multiplicant, nullum prædicatum reale absolutum conveniens essentiæ positivè negari à parte rei de paternitate, cum nulla sit oppositio omninò inter absolutum, & relativum, & in Divinis, (ut constabit infrà, & jam insinuevimus) non est alind caput distinctionis actu à parte rei ente intellectum nisi oppositio relativa, aliàs deberet etiam essentia negari actu formaliter in re de aliis prædicatis, vel perfectionibus absolutis; vel hæc inter se actu formeliter distingui, ut sunt prædicta prædicata quiditative, scil. substantia, vivens &c. quod Mastrius, & alii cum eo non admittunt. Negetur ergo de paternitate solum prædicatum relativum, ut filiatio, & spiratio passiva, à quibus paternitas verè actu à parte rei tam formaliter, quàm realiter distinguitur; sed utroq. modo summè identificantur cum cæteris absolutis, cum quibus nullam habent oppositionem, nec disparatè se habent ad illa ob carentiam totius limitationis, & ideò petunt prout sic summè in re identificari, sola retenta distinctione, vel multiplicitate virtuali ob suã eminentiem ubi est diversitas lineæ, ut latè etiam priori tomo de attributis explicatum est: per quod solvuntur ferè omnes ejusmodi instantiæ.

Colligimus 2. ad majorem hujus locem, quòd quià omne prædicatum absolutum conveniens essentiæ simul est actu realiter, & formaliter idem à parte rei cum relativo, licet negetur de paternitate, ut est ratio relativa, non tamen ut est ratio absoluta, undè hæc duo prædicata v. g. esse communicabile, & identificabile, licet ut sunt quædam ratio relativa prædicari non possint de tribus Divinis Personis, sunt tamen illis communia, ut sunt ratio absoluta, ità ut hæc communitas, sivè communicabilitas conveniat essentiæ, & personis, non ex quo sunt ratio relativa, sed absoluta, nam verè à parte rei paternitas est identificabilis, & communicabilis realiter tribus personis, ut est ratio absoluta, est enim actu non solum realiter, sed etiam formaliter à parte rei ratio absoluta communicabilis, quòd, sicut hoc ipsum fatemur omnes contrà Gilbertum de communicabilitate reali respectu ejusdem paternitatis, tenemur affirmari etiem de formali, ut sæpè ostensum est.

Tertiò colligimus, quòd quià divinitas sub his nomi-

nominibus *assentia*, & *relatio*, non consideratur secundum quod est actu in se à parte rei, sed ut imperfectè concipitur à nobis, & conceptus noster significatus nomine essentiæ exprimit tantum, vel repræsentat simplicissimam illam entitatem, & formalitatem Divinam præcisà, ut est ratio absoluta, præscindans seltam explicitè objectivè à ratione relativa, sivè à ratione oppositi relativi. Significatua verò nomina paternitatis, sivè alterius relativi exprimit tantum, vel repræsentat eandem realitatem, & formelitatem Divinam, ut est ratio relativa præscindans similiter à retione absolute, vel non oppositi, nos entē cum loquamur prout concipimus, ideò absolutè dicimus de essentia, quòd est communicabilis, & virtualiter indistincta à se ipse ut est ratio absoluta, & hoc ipsum negamus de paternitate, quòd scil. sit communicabilis, & virtualiter à se ipsa indistincta, ut est ratio absolute, licet in re sit eadem realites, & formalitas, quià ob sui eminentiam, ut dictum est, simul est absoluta, & relativa, sicut de essentia à parte rei dicimus, quòd est communicabilia, ut est ratio absoluta, non verò ut est ratio relativa, ità idē similiter dicimus de paternitate.

Quòd si hinc inferas nullam à parte rei verificari contradictionem, inter ebsolutum, & relativum in Divinis, si semel quod affirmatur de uno à parte rei, affirmatur etiam de alio: ec proinde nec erit necessaria distinctio virtualis, cum ad hoc præcipuè deserviat, scil. ad salvandam contradictionem inter ille. §. Resp. jam dictum esse, quòd hæc distinctio non ponitur præcisè ad impediendam contradictionem, quæ actu exercità sit inter eadem extrema, sed quæ esset ille non admissa, nam tunc esset affirmatio, & negatio ajusdem de eodem omninò, scil. tam formaliter, quàm virtualiter, quod manifestè implicat. Undè non posset intellectus noster cum fundamento in re affirmare aliquid de uno, & negare illud de alio, si omninò in re essent idem, quod tamen est necessarium ad mysterium Trinitatis, ut patet ex superioribus.

4. Colligimus, quod quidquid sit, an hæc propositio, Paternitas prout in re non est communicabilis, an absolutà concedenda, vel non; non tamen omnibus modis, sed tantum de communicabilitate personali, aiva ut est ratio relativa; non de essentiali, aive ut est retio absoluta; nem prout aic, ut dictum est; quidquid affirmatur de assentia, debet affirmeri etiā de paternitate. §. Neque huic obstat regula dialectica, quòd negatio cum sit malignantis naturæ, scil. totum destruens, quod post se invenit, ac proinde si semal hæc est vera; Paternitas non est communicabilis non poterit ullo modo verificari de ille ejus affirmativa opposite, vel in nullo sensu. §. Non inquam obstat, quià prædicta regule, & similes aimpliciter militant, (ut insinuavimus) de ente finito, & limitato, non de supremo semper analogeto illius, scil. Deo, qui ob sui eminētiam, & infinitatem aine omni tam reeli, quàm formali distinctione ratinet identicè omnia, quæ in creatis ob limitationē subjecti realiter excluduntur, unde negatio in divinis non habet vim absolutè excludendi, sicut in nobis, sed tantum in eo sensu, quo neget, negat autem solum de paternitate communicabilitatem personalem, seù convenientem sibi, ex quo ratio personalis, & relativa est, non verò omnem, nec potest, cum sibi identificet in re tem realiter, quàm formaliter utramq. rationam absoluti, & relativi, ut dictum est, undè nequeunt eadē principia extendi semper ad divina in præjudicium alicujus eorum ejusdē mysterii, vel perfectionis; & ideò solum verificari potest de paternitate, quod est nullū esse communicabile, communicabilitate personali, & ut ratio relativa est. Ex quo non sequitur, quòd prout in re non sit actu formaliter essentia, sicut est idem realiter cum illa ob infinitatem suæ aminentiæ in utraq. linea; sed quod ob eandem eminentiam, (ut vidimus) solum virtualiter saltem distinguatur ratio ebsoluta à relativa.

Colligimus 5. (& simul explicatur ulteriùs utrumq. præcedens corolerium) quòd licet oppositio contradictoria sit omnium maxima, & consequanter superet relativam, non tamen licet hinc inferre, ut putant contrarii, quòd si ed hanc non sufficit distinctio virtualis, minùs sufficiet ad illam, ac proinde non sufficiet ad salvandā contra dictionē in prædictis prædicatis, scil. esse communicabilem, & non esse communicabilem. Nam in primis si ex eodem excessu liceret, eut teneremur inferre distinctionē majorem scil. illa, quam iidem contendunt, sive teneremur etiā inferre realem, & non solam formalem, vel ex natura rei, aut actualem ante intellectum, cum eedem prædicata non solum affirmantur, & negentur in linea formalitatis, sed etiem realitatis. Deinde etiam non tantum inferenda esset major distinctio, sed omnimoda exclusio in rerum natura unius extremi exercitè oppositi eb elio; sivè non sola negatio unius ab alio veluti dialectica penès affirmetionem, & negationem, sed etiem penès remotionem, sivè negationem existantiæ illius; nam si unum extremum contradictorium existit à parte rei, nequit alterius existentia verificeri in eadem linee, in que verè contradictoriè pugnant juxtà illud universalissimum principium. *Quodlibet est, vel non est*; quod etiam de privativè oppositis verificatur, quæ adhuc dicitur minor oppositio; cum impossibile sit simul esse tenebras, & lucem, sivè privationem, & formam, cujus est privatio, aliàs eadem esset, & non esset, ut patet, quod tamen est alienum à relativè oppositis, cum potiùs unū inferat aliud, ut si est Pater, est Filius.

Dicimus, ergo excessum oppositionis contradictoriæ præcipuè consistere penes veritatem, & falsitatem, itàut non possint simul esse veræ vel falsæ, ut explicatum est suprà de scientia conditionatorum, non quantum ad incompatibilitatem præcipuè si aliàs extrema non sint exercitè contradictoria ut in casu, sed tantum essent, si nulla gauderent distinctione saltem virtuali, quæ sufficit ut dictum est, ad salvendam henc contradictionem: nec est necessaria alia major, ut vidimus, nam posita hac sola statim cessat affirmabilitas, & negabilitas ejusdem de eodem omninò, in quo consistituis contradictionis. Ex quo solum poterat inferri, quòd si opposita relativè exercità non possunt verificeri cum sola distinctione virtuali, nec opposite exercitè contradictoriè, cæterum quià oppositio raletiva in Divinis est talis exercitè, non verò contradictoria, sed solum ex suppositione, vel conditionalitar, si nempè non esset, virtualis distinctio, vel eorum eminentie, ob quam vincunt omnem exercitam contradictionem ideò ad affirmebilitatem, & negabilitatem prædictorum prædicatorum non exigitur major distinctio, sivè alique actualis formalis in re, vel ente intellectum, sicut fatemur omnes de reali.

Quibus omnibus addo, quòd sicut est certum de fide producens in Divinis distingui realiter à producto, periter est de fide certum essantiem communicabilem non esse realiter distinctā à persona incommunicabili, ergo pariter erit certum de fide non esse necessariam tantam, vel æqualem distinctionem inter opposita contredictoriè in Divinis, sivè inter esse communi-

municabile quod prædicatur de essentia, & esse incommunicabile, quod prædicatur de relatione, vel de paternitate, & inter opposita relativè sive inter relativum, & relativum, ut sunt producens, & productum. Unde perperam contrà nos infert Mastrius, quòd si semel distinctio Thomistica sufficaret ad verificandum communicabile, & incommunicabile, pariter esset sufficiens inter producens, & productum: val eadem facilitate inferat etiam ut totias dictum est, quòd sicut ad hæc duo est necessarie realis, vel entitativa, pariter sit necessaria ad duo priora, vel ad similia contradictorie, quod nullus asserit.

6. Colligimus, quòd licet de essentia hoc nomine expressa, vel prout imperfectè concipitur à nobis, affirmari non possit, quòd sit ratio distinguendi Patrē à Filio, quod scil. ab illo realiter distinguatur, & quòd cum illo relativè opponatur, non tamen absurdum est hæc affirmari de illa prout à parte rei, cum in re sint omninò idem, sinè omni distinctione tam reali, quam formali; sub priori autem expressione accipitur, ut dictum est, prout à paternitate, & relationibus virtualiter, & ratione est distincta.

Ultimò tandem colligimus discrimen inter unionem essentiæ in ratione speciei intelligibilis cum intellectu beati, & communicationem sui cum Filio, cur scil. prior unio verificari non posset sine distinctione reali, si solum eadem uniretur illi non unitis relationibus; ad posteriorem verò per nos sufficiet distinctio virtualis, vel rationis. Prima hujus disparitatis ratio sumitur ex proximè dictis, quòd cum communicari, & non communicari proveniat, vel ex distinctione, vel ex oppositione, & inter essentiam, & paternitatem nulla sit oppositio respectu intellectus, si semel in priori unione esset unita realiter essentia, non unita paternitate, vel aliis relationibus, id solum verificari posset, vel proveniret ex aliqua distinctione in re, vel reali; in posteriori verò unione est oppositio ex parte paternitatis respectu Filii, unde quòd reāliter communicetur essentia, & non paternitas, non est necessaria talis distinctio in re, sed sufficit realis oppositio cum sola distinctione virtuali, vel rationis, quià hæc sola ut dictum est, sufficit ad salvandam contradictionem, sive affirmabilitatem communicabilis de essentia, & negabilitatem illius de paternitate.

Secunda est, quam tetigimus suprà de visione ad art. 8., & prosequitur hìc Illustriss. Godoij §. ad ultimam instantiam, quia essentia, & paternitas (inquit) terminant intuitionem sub ratione eadem, & virtualiter, & formaliter, nempè sub ratione Divinæ naturæ, unde quòd una videatur, & altera non, cum existant sub eadem ratione etiam virtualiter, solum provenire possit ex identitatis ratione. Paternitas autem non continetur sub ratione formali communicabilitatis realis ad intrà; unde sine distinctione aliqua actuali potest communicari essentia, non communicata paternitate.

Sed egregiè etiam idem discrimen duplici pariter ratione explicat sæpè laudatus M. Catalam ibidem, (ut vidimus) dub. 2. ad 2., & placet repetere hìc ad ampliorem præsentis difficultatis, & mysterij intelligentiam, & aliquomodo etiam coincidit cum eadem, Illustriss. Prima est (inquit) quià communicatio Divinæ essentiæ Filio ex parte sui termini, atq. adeò ex propria ratione formali, (quià nempè hæc ut statim subdit, ex parte termini sumitur) postulat non communicari essentiam adæquatè ut est in se ipsa, idest quoad omnia, quæ intrinsecè includit, ut modos, cum quibus est idem formaliter: cum enim talis communicatio sit actus notionalis habens pro termino personam Filii, quæ habet oppositionem relativam cum paternitate, & per consequens repugnantiam, ut sibi communicetur paternitas, ideò ex propria ratione formali, quæ ex eodē termino sumitur, postulat communicari essentiam sine paternitate. Communicari verò, vel uniri essentiæ cum intellectu non est aliquod notionale, sed absolutum conveniens indifferenter tribus Personis ratione essentiæ.

Secunda est, quià inter essentiam ut communicabilem notionaliter, & paternitatem, & si non sit actualis distinctio realis, est tamen virtualis, at verò inter essentiam ut habet rationem speciei intelligibilis respectu sui, & ut habet eam respectu relationum non reperitur talis distinctio, quià sub eodem indivisibili conceptu, sub quo est ratio videndi se ipsam est etiam ratio videndi relationes, quià esse rationem videndi convenit essentiæ sub conceptu absoluto communi tribus relationibus, & propterea magis repugnat communicari essentiam intellectui ut rationem videndi se ipsam (sive in ratione speciei intelligibilis) quin communicetur ut est ratio videndi relationes.

QUAESTIO III.

Utrum essentia Divina sit de intrinseco eo conceptu, & formali relationum, & mutuò istæ de conceptu illius.

Supponimus, quòd si sumantur à parte rei, vel considerentur prout sunt in se, mutuò invicem essentialiter se includere, quià prout sic, ut vidimus, sunt idem realiter, & formaliter positivè, ac proinde essentia est de conceptu adæquato illarum, & è contrà, ut etiam tradit D. Tho. supraq. 27. ar. 2. ad 3. in fine, ubi ait. *In ipsa perfectione Divini esse continetur, & verbum intelligibiliter procedens, & principium Verbi, sicut & quacunq. ad ejus perfectionem pertinent, ut supradictum est*, scil. qu. 4. ar. 2., & qu. 14. art. 4. quod saltem intelligi debet de esse Diviuę essentiæ physicè sumptæ: §. Difficultas, ergo est de illis prout considerantur à nobis imperfectè (ut dictum est) sub expresso conceptu essentiæ, & relationum, sivè absoluti, & relativi, an sit adhuc tanta identitas inter illas, ut mutuò essentialiter teneantur se includere, itaut conceptus illius licet non teneantur explicare, saltem tamen essentialiter pertineat ad conceptum implicitum istarum, sicut dicitur ens pertinere essentialiter ad conceptum implicitum modorum. Itaquè ne reducatur difficultas ad quæstionem de nomine non contendimus hìc, an essentia sit de conceptu metaphysico relationum, prout hoc ipsum idem est, ac importari explicitè in conceptu explicito, quem formamus de illis, (sic enim deberet concipi, vel exprimi per modum alicujus respectivi, (hoc enim exprimit conceptus explicitus relationis,) sed prout idem est, ac importari essentialiter, ac quiditativè saltem implicitè ex propria ratione formali importata per illum, sicut proportionabiliter dicitur de eodem ente respectu suorum modorum, nam relationes Divinæ, sunt veluti quidam modi respectu essentiæ, ut explicatur infrà de Personis Divinis; unde licet inter illas detur præcisio imperfecte penès explicitum, & non expli-

explicitum, non tamen objectiva perfecta penès excludens, & exclusum, sed in conceptu, quem formamus de relationibus prout virtualiter, & explicitè distinctis ab essentia includatur essentialiter, & implicitè essentia, & è contrà.

In qua re sunt duæ sententiæ extremæ, & duæ mediæ. Prima extreme negat, ita præter Durandum, & Scotum tenent Molina hîc disp.6.conc.4., Vasquez disp.121.c. 2. Beccanus de Trinitate q.5. cap.2. Torrienus disp. 5.dub. 2., Alarcon. tract. 5. disp.2. c.13. Nec displicet aliquibus ex nostris, quos suppresso nomina citat Illustriss. Godoijt §. Secunda est affirmans, quam tenet Valentia libr. 1. de Trinitate c.19. & 1. p.disp. 2.q. 13. puncto 1.

Tertia, & media affirmat de essentia, quòd sit de conceptu quiditativo relationum, sed non è contrà. Ita videntur sentire Capreol. in 1. dist. 8. ad 19. Ferrara 3. cont. Gent. c. 9. Cansrien. in hoc ar. disp. 2. dub. ultimo. Gonzal. sect. 2. Serra dub. 2. Bellarm. lib.2. de Christo c. 9. & Suarez lib. 4. de Trinitate c.5. §. Quarta iterum media distinguit inter essentiã sub munere, vel conceptu essentiæ, seu entis Divini transcendentis, tam relativa, quàm absoluta; & ut exercet munus naturæ, & radicis, & sub priori affirmet illam esse de conceptu intrinseco, & formali relationum, secus verò sub posteriori, sive radicis operationum; negat autem de relationibus respectu illius sub utroq. munere, nisi dicantur modi intrinseci illius. Ità Salamant. hic disp. 5. dub.3.§. 3. Philip. à Sanctiss. Trinitate; dub. 6., & M. Jo. à S. Tho. disp.13. ar. 2. n.4., & seqq.

§. I.

Statuitur prima Conclusio.

ESsentia Divina est de conceptu metaphysico, sivè essentiali, & quiditativo relationum, etiam prout imperfectè, vel inadæquatè concipiuntur à nobis. Ità frequentiùs, & jam communiter Thomistæ apud relatos ex nostris, præcipuè loquendo de essentia sub conceptu communi entis Divini. Nam qui referuntur pro tertia sententia crediderim solum nolle, quòd dum imperfectè concipitur sub explicito concepta essentiæ non teneatur prout sic exprimere relationem, ac proinde non sit de conceptu illius explicito, (quod non negamus,) tenetur tamen implicitè claudi in illu, sic exigente essentialitar eodem explicito conceptu illarum, (ut statim constabit,) quod satis est ad intentum conclusionis, ut explicatu meã: §. Sic explicate sumitur ex D. Tho. hic q. 28. art.2.ad 2.ubi inquit. *In Deo autem non est alia res, sed una, & eadem, quæ non perfectè exprimitur relationis nomine, quasi sub significatione talis nominis comprehensa.* Ubi manifestè videtur solum excludere essentiam à significatione relationis, sive quod idem est, à conceptu explicito illius, qui exprimit respectũ ad terminũ, nõ ab implicito, qui essentialiter nõ distinguitur ab explicito, ut statim dicemus.

Prob. ratione primò. Relatio Divina in suo conceptu explicito prout imperfectè, vel inadæquatè à nobis concipitur, petit ex propria ratione formali explicata, per hunc conceptum, includere essentiam, ergo hęc est de illius conceptu quiditativo, & essentiali etiam prout à nobis inadequatè concipitur: conf. tenet ex dictis, quià in hoc sensu inquirimus de convenientia illius quiditativa, vel essentiali: ant. verò prob. nam ex propria ratione formali sic explicata petit includere omne id, quod est ex eadem essentialiter, & quiditativè, vel metaphysicè, sed ex eadem prout sic, est essentialiter ens Divinum, ergo ex eadem petit includere essentiam: ma: patet, quia unumquodq. est essentialiter vel quiditativè, quod ex propria ratione formali exigit, vel à quo ex eadem nequit præscindere, ut patet inductivè in quolibet prædicato, quod censetur de conceptu essentiali, vel quiditativo alicujus; hac enim ratione dicimus omnem realitatem Divinam essentialiter includi in conceptu reali, & physico ejusdem relationis Divinæ, quià ex propria ratione formali eam exigit, vel ex eadem præscindere nequit, & sic de aliis, ergo si pariter exigit metaphysicè includere essentiam, vel ens Divinum, ad conceptũ ejus metaphysicum pertinebit: mi. verò prob. nam existens in Deo ex ratione sua formali petit esse, vel includi in essentia Divina tanquam in fonte, & radice omnium Divinorum, at non petit esse, vel includi in illa per essentialem compositionem, cum hæc pugnet contradictoriè cum ente summè essentialiter actuali, ut patet ex terminis; nam essentialis compositio est compositio simpliciter, (quod enim est tale essentialiter, est simpliciter tale) compositio autem simpliciter repugnat omninò enti summè essentialiter actuali, utpotè excludenti essentialiter omnem contrahibilitatem, vel determinabilitatem, aliàs non esset entialiter tale, sive exigens pervenire ad actum ultimum per summam identitatem, ergo omne ens Divinum ex sua ratione formali petit includere illam, ac proinde quòd sit tale ex eadem &c.

Expl., & urg. hoc. Nam relatio Divina, sicut & quodlibet prædicatum Dei utpotè actus purus, ex propria ratione formali, vel essentialiter est eus simpliciter infinitum in ipsa plenitudine essendi, aliàs non est essentialiter Divinum, hoc enim petit esse simpliciter tale, sivè in eadem plenitudine, quod intra illam, sivè intrà ambitum totius entis sit formaliter omne id, quod in suo formali conceptu nullam dicit imperfectionem, nec oppositionem, sivè quod est perfectio simpliciter simplex, & saltem eminenter, vel virtuter, quod dicit illam; imò ut suprà de attributis ostensum est, ex quo Deus est summè infinitè perfectus non solum est formaliter omnis perfectio simpliciter simplex, sed etiam, quæ admixtam habet imperfectionẽ, licet non reduplicativè ut talem, sivè ut importat illam, sed prout nominatur hoc nomina perfectionis, sivè secundum omne id, quod importat de perfectione, sicut quià est ipsum subsistans in ipsa plenitudine essendi est formaliter, & non solum eminenter, vel virtualiter omnis portio entis, quæ importatur in actu peccati, licet non prout nominatur hoc nomine, quod est impositum ad significandam deformitatem, sivè prout connexam cum illa, sed prout est actus, vel ens, ut supra explicatum est, qua ratione dicimus posse optimè Deum concurrere ad materiale illius, & tantum permissivè ad formale, sivè ad peccatum, ergo ex propria ratione formali petit includere essentiam; conseq. tenet, cum sit essentia ens Divinum, nec ullam dicat imperfectionem, nec oppositionem.

Expl. ulteriùs, & simul iterum prob. ant. præcedentis confirm:. Nam relatio Divina ex propria ratione formali, sive essentialiter est aliquid, vel ens, et non finitum simpliciter, ergo infinitum simpliciter: §. Dices esse quidem ens infinitum simpliciter, utpotè aliquid Divinum, non tamen essentialiter, vel metaphysicè, sed tantum physicè, vel materialiter: §. Sed contra hoc est. Tum quià est ex propria ratione formali est aliquid intrà lineam infini-

tatis Divinæ, non enim ex eadem præscindit ab illa, sed infinitas Divina est simpliciter talis, ergo relatio Divina ex formali sui ratione, seu essentialiter metaphysicè est simpliciter infinita, & non tantum materialiter, vel physicè: mi. est certa, & ma. etiam constat, quià non loquimur modo de illa sub conceptu relationis abstrahente à creata, & increata, sed determinatè ut Divina est, & increata, ergo nequit ex proprio conceptu formali abstrahere ab infinitate Divina.

Urg. hoc 1. Ex propria ratione formali repugnat ei finitas simpliciter, ergo ex eadem convenit ei infinitas simpliciter, prob. conseq. quià ex infinitate simpliciter oritur repugnantia ad finitatem simpliciter, ergo si ex propria ratione formali repugnat ei finitas simpliciter, ex eadem convenit ei infinitas simpliciter, §. 2. Non minùs relationi Divinæ ex propria ratione differentiali correspondet infinitas intrà lineâ increatam, quàm correspondet creatæ intrà creatam, sed relationi creatæ correspondet finitas simpliciter ex propria ratione differentiali, vel metaphysica, & non solum materialiter, vel physicè, unde etiam habet ex eadẽ constituere speciale genus entis distinctũ à cæteris absolutis, quidquid sit de distinctione illius ab illis, ergo pariter relationi Divinæ debet correspondere ex propriis, vel metaphysicè infinitas simpliciter, & non solũ physicè, vel materialiter.

§. II.

Statuitur 2. conclusio.

Secunda concl. Relationes Divinæ sunt etiã de conceptu essentiali, vel metaphysico essentiæ. Est frequentior inter Thomistas contra plures ex Societate Suarez, Vasquez, Granadum &c. & aliquos etiã ex nostris Ferrara, Canariensẽ, & Gonzales: & poterat probari primò eisdem rationibus quibus superior: quià essentia Divina non minùs ex propria ratione formali est infinita, & subsistens in plenitudine essendi, sivè in toto genere entis, nec minùs est actus purus excludens essentialiter, & metaphysicè omnem potentialitatem tam physicam, quàm metaphysicam, ac proindè omnem compositionem in utraq. linea, quàm relatio, ergo non minùs petit includere ex eadem relationem, & esse quiditativè omne id, quod habet, vel includit, quàm exigat relatio ex propriis includere essentiam.

Sed prætereà prob. sic, & simul etiam præcedens. Conceptus expressè significans essentiam, & conceptus expressè significans relationem actu significant aliquid Divinum, ergo in conceptu quiditativo essentiæ actu includitur relatio, & è converso: ant. est certum, quià (ut dictum est) non loquimur de illis in statu præcisivo à creato, & increato, sed determinatè increato, & Divino: conseq. verò prob., quià quodlibet Divinum ex propriis, sivè ex formali sui conceptu petit esse, vel includere omne id, quod pertinet ad lineam Divinitatis, aliàs non esset ex propriis, vel essentialiter aliquid Divinum ergo.

Urg. hoc. Nam conceptus expressè significans essentiam est conceptus entis summè simplicis, ut iterum patet supra de attributis, sed hic conceptus petit identicè ex propriis esse omne id, quod habet, & præsertim si sit summè simplex per actualitatem puram, quæ omninò in indivisibili consistit usq. ad ultimum actum, ut patet ex terminis, aliàs statim solvitur ejus summa puritas, & simplicitas, si semel implicitè admittit aliquod prædicatum extraneum à sui conceptu quiditativo, sive per viam compositionis, sive distinctionis, ergo identicè petit ex eodem includere relationem, cum qua nullam etiam habet (ut dictum est) opositionem relativam.

Dices ex his solum probari identitatem realem, vel materialem, aut physicam essentiæ cum relationibus, non quiditativam, vel metaphysicam, ut substant nostris conceptibus: § Sed contrà hoc est, & præter superiores rationes, & replicam factam in fine §. præcedentis, instatur sic. Ità relatio Divina clauditur in conceptu metaphysico essentiæ, sicut essentia in conceptu metaphysico relationum, sed ut admittunt Authores contrarii tam nostri, quàm extranei, essentia clauditur in conceptu illarum tam physicè, quàm metaphysicè, ergo pariter relationes clauduntur in illo essentiæ non solum physicè, sed etiam metaphysicè. Prob. ma. Repugnat aliquid quiditativè, vel metaphysicè includi in alio, & metaphysicè præscindere ab illo, quia si semel admittitur essentiam quiditativè, vel metaphysicè etiam, ut substat nostris conceptibus (de qua prout sic modo loquimur) claudi in conceptu relationum, repugnabit metapysicè præscindere ab illis, ac proindè erunt istæ de conceptu essentiæ. Prob. ant. simul cum conseq., repugnat aliquid realiter claudi in alio, & esse separatum realiter ab illo, ergo pariter repugnabit aliquid metaphysicè claudi in illo, & metaphysicè ab eodem præscindere, & consequenter semel admisso essentiam metaphysicè claudi in conceptu relationum, non poterit metaphysicè præscindere ab illis. Et ratio utriusquè est, quià ut dicebamus in logicis, præcisio, vel abstractio est quidam motus, terminus autem ad quem motus, quo unum separatur ab alio non manet in termino à quo sit separatio, aliàs non recederet, vel separaretur ab illo, ut patet ex terminis, & manifestè in motu locali, quo transit mobile de uno ad alium locum, ergo sicut hac ratione nequit unum realiter præscindere ab alio, in quo realiter identicè includitur, nec poterit præscindere metaphysicè, in quo includitur metaphysicè.

Secundo prob. concl. ratione jam insinuata, & desumpta ex D. Tho. q. præced. ar. 2. ad 3. ubi (ut vidimus) sic ait. *In ipsa perfectione Divini esse continetur, & Verbum intelligibiliter procedens, & principium Verbi, sicut & quæcunq. ad perfectionem pertinent, ut supradictum est*. Scil. q. 4. ar. 2. Ex quo sic. Juxtà D. Tho., & veritatem, quidquid pertinet ad perfectionem Divini esse debet in essentia metaphysicè includi, sed relationes sunt de illius perfectione, ergo in essentia metaphysicè, vel essentialiter includuntur: ma. constat tum ex dictis, quià aliàs nõ esset ex propria ratione formali summè perfecta; tum ex eisdem contrarijs Suarez, Arrubal., & Granad. hac ratione admittentibus attributa essentialiter in illa includi, & non solum realiter, vel physicè tantum. Et hinc etiam prob. mi., quià perfectio Divini esse integrè subsistere nequit sine relationibus. Tum quià relationes ex propriis pertinent ad conceptum essentialem Divinitatis, quæ non habetur ex sola unitate, sed etiam ex Trinitate, ad quam essentialiter pertinent relationes, cum sit Deus essentialiter unus, & trinus.

Expl., & urg. hoc. Non potest concipi metaphysicè essentia Divina, non concepta ut fœcunda in tribus, qua ratione dicimus suprà di visione, & infrà de processione Divini Verbi, quòd non possit quiditativè, nec comprehensivè cognosci non cognitis omnibus personis, vel omnibus relationibus Divinis, ac proindè verbum per se procedere ex cognitione earum, ergo per se pertinent ad conceptum quiditativum, vel essen-

essentialem illius, & non tantum ad physicum, vel realem.

Urg., & expl. ulteriùs ex hic, quæ habet infrà q.39. ar.6. ad 2. illis verbis in fine, *sicut est per se ista Pater est Deus; ità & ista, Deus est Pater, & nullo modo per accidens*. Sed ut rectè etiam ponderat Illustriss. Godoij hic §. 1. disp. 77. ità Divinitas per se convenit Patri, ut non solum conveniat perseitate physica, vel reali, sed etiam metaphyca, vel essentieli, ergo pariter relatio paternitatis ità per se conveniet Deo, ut non sole perseitate reali conveniet illi, sed etiem quiditetiva, quod etiam convincunt ulcime illa verba, *& nullo modo per accidens*. Nam aliàs aliquomodo convenirent per accidens, accidentalitate saltem prædicabili, licet non prædicamentali, quià scil., quamvis non esset accidens p rædicamentale, sed substantia, esset tamen tale prædicabiliter, utpote quid extraneum (ut iusinuavimus) ab illius essentia, sive conceptu metaphysico, vel quiditativo.

§. III.

Statuitur 3. conclusio.

Tertie conclusio. Relationes non solū sunt de cōceptu quiditativo essentiæ sub communi retionis entis transcendentis omnia Divina, sed etiam sub peculiari essentiæ, & naturæ. Hæc conclosio sequitur ex præcedenti, & convincitur eisdem rationibus, ut facilè considerenti constare potest.

Sed prætereà prob. Relationes esse de conceptu quiditativo, vel metaphysico essentiæ, utroq. modo acceptæ maximè confert ad ejus summam perfectionem, nec ullum infert inconveniens, imò à gravissimo declinat, ergo ità tenemur asserere. Ant. quoad 1. part. quòd maxime conferat ad illius perfectionem jam sufficienter probatū est salveri non posse sine illis ex propria ratione formeli debitam illi rationem summe perfecti in hoc genere entis, sive in ipsa ejus plenitudine, si aliquid ab eadem etiam implicitè excludet: 2. Quoad secundem verò, quòd nullum hinc sequatur inconveniens prob., quià si aliquod, maximè, quià aliàs deberet affirmari de relatione, quod affirmatur de essentie juxtà illud, scil. quod dicitur essentialiter de prædicato, debet etiam dici de subjecto, cui essentialiter convenit, & ità si paternitas essentialiter convenit essentiæ, essentialiter etiam convenienti filiationi, debet etiam paternitas essentialiter convenire illis, sed hoc inconveniens non sequitur ex identitate essentiali earum cum relatione ergo. Mi. verò prob., quià ad impediendam hanc sequelam non est necessaria extraneitas implicita metaphysica, vel quiditative, sed sufficit sola distinctio rationis ratiociuatæ, vel transitus de quid in ad aliquid, sive de genere absoluto in relativum, vel sole carentia convenientiæ, aut identitatis essentielis adæquetæ, nam his interpositis cessat omnis contradictio, sive sequela pugnans cum mysterio Trinitatis, aliàs esset etiam necessaria distinctio, vel extraneitas realis, & non sufficeret quæcunque alia minor, ut ostensum est.

Expl. hoc. Ex eo non infertur tele inconveniens, vel sequela reciprocæ convenientiæ intra lineam realitatis ex reali identitate relationum cum essentia, quià adest alia distinctio minor impediens, scil. vel formalis, ut ex natura rei, ut dicunt Scotistæ, vel virtualis, aut rationis ratiocinatæ, ut dicunt Thomistę, sed positu inter illas identitate implicita essentieli adhuc est distinctio rationis secundum conceptum quiditetivum explicitum inter absolutū, & relatiuum, ut dictū est, & oppositionem relativam inter relativū, & relativum, ut fatemur omnes, ergo ex hac identitate essentiali nullum pariter inferri potest Inconveniens intrà lineam essentialem, vel quiditativā metaphysicā.

Tertia pars, quòd nempè potiùs evitetur aliud grave inconveniens prob. Quià ex essentie, & relatione verè resulteret proprie compositio metaphysica, si implicitè, vel quiditetivè, aut metaphysicè se excluderent, sed hæc repugnat summæ ejus simpliciteti, & puriteti actus, ergo; mi. constat ex proximè dictis, & etiam ex terminis: ma. verò prob. Nam communiter fatentur Thomistæ (inter quos hac in re specialiter dissentiunt Salmanticenses,) quòd duæ perfectiones mutuò adæquetè secundum rationem, vel metaphysicè se excludentes, scil. tam secundum explicitum, quàm implicitum metaphysicè componunt, cum verè ed iuvicem metaphysicè se habeant per modum determinabilis, & determinentis, tam secundum explicitū, quàm implicitum, sed in hoc consistit vera ratio compositionis metaphysicæ, ergo:

Dices. Ite esse, quendo unum sic metaphycè excludit, ut secundum nullam sui rationem claudatur implicitè in alio, sive secundum nullum sui prædicatum sit de conceptu implicito alterius, quamvis verò essentia sub peculiari conceptu naturæ non ingrediatur quidditativum conceptum implicitum relationis, ingreditur tamen sub communi entis Divini trauscendentis, & consequenter non præscindit sufficienter ad componendum metaphysicè cum illa.

Sed hæc solutio præoccupatur paritate insinuata, nec subsistit in communi doctrine Thomisterum, intre quam modo disputemus. Nam quamvis essentia non præscindat actu à relatione secundum prædicatum commune realitatis, nec egrediatur secundū istud à quiditativo, vel formali illius implicito, quià tamen actu formaliter non ingreditur, sed potiùs distinguitur, ut dicunt Scotistæ communiter, inferimus contrà illos compositionem actualem formalem, ergo sole implicite inclusiu sub munere trauscendentis nō est sufficieus ad impediendam veram compositionem metaphysicam si semel metaphysicè præscindit tam secundum explicitum, quàm implicitum: aliàs eadem facilitate reijcient, vel retorquebunt nostram conseq. Scotistę. Vnde erit universaliter verū, quòd ea, quæ mutuò quiditativè præscindunt tam secundum explicitum, quàm implicitum, in eo, in quo præscindunt, metaphysicè componunt, quià tunc ut dictum est, veram habent rationem determinabilis, & determinentis sufficienter ad componendum metaphysicè.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

Primò erg., & militare potest contrà omnes conclusiones ex D. Tho. q.8. de potentie er. e. ad 6. quod erat ed impugnandam identitatem inter essentiam, & relationes, procedens sic. *Quidquid prædicatur de prædicato, prædicatur de subiecto, sed si relatio est ipsa essentia Divina, hæc prædicatio erit vera, essentia Divina est paternitas, & pari ratione ista, filiatio est essentia Divina, ergo sequitur, quòd filiatio est paternitas*. Cui respondet majorem verificari solum in prædicabilibus per se, sive quando unum prædicatur de alio secundum sui rationem formalem, & non præcise ob realem

realem identitatem, vel materialiter, vel entitativè: verba illius sunt. *Dicendum, quòd ratio illa tenet in prædicabilibus per se. Per se autem prædicatur aliquid de aliquo, quod prædicatur de eo secundum propriam rationem: quod verò non secundum propriam rationem prædicatur, sed propter rei identitatem, non etiam prædicatur per se. Cum ergo dicitur, essentia Divina est paternitas, non prædicatur paternitas de essentia Divina propter identitatem rationis, sed propter identitatem rei; & similiter nec essentia de paternitate, ut jam dictum est, quià alia est ratio essentiæ, & relationis*. Ità D. Tho. In quibus videtur manifestè sentire non esse unam mutuò de conceptu quiditativo, vel metaphysico alterius, sed tantum physico, vel reali, itant identicè, vel physicè se mutuò tantum includant.

Dices intelligendum esse de prædicatione per se, perseitate tantum secundum conceptum, vel rationem formalem explicitam, sive inadæquatam, & tunc fatemur non esse, vel non prædicari mutuò secundum propriam rationem, quià ut dictum est, relatio exprimit aliquid respectivum, & oppositum, vel incommunicabile, essentia verò absolutum, & communicabile, cum quo optimè stat, quòd mutuò formaliter secundum conceptum implicitum se includant, vel una sit, aut prædicetur de alia quiditativè implicitè, ut ostensum est: § Sed contrà hoc est. Quià D. Tho. sic negat esse prædicationem per se, vel formalem, ut hinc inferat esse tantum entitativè identicam, vel materialem, ergo sentit nullo modo esse per se, vel formalem: ant. patet, quià dicit unum tantum prædicari de alio ob identitatem rei: cons. verò prob. quià aliàs videretur diminutus, vel illegitimè inferre solam prædicationem identicam realem si adhuc subsisterat de mente ejus alia formalis juxtà principium dialecticum, quod quando sunt tria membra, non potest ex negatione unius tantum, determinatè alterum inferri, ergo si determinatè infert prædicationem ob identitatem rei, signum est non agnoscere aliam per se, sed potiùs negare omnem per se secundum propriam rationem tam implicitam, quàm explicitam.

Resp. bene ibi. Ad replicam, vel nego ant., vel dist. claritatis gratiâ, esse tantum entitativam identicam, sufficienter ad intentum solutionis, conc., per exclusionem cujuscunq. formalis, neg., nam ad intentum solutionis sufficit, quòd non sit formalis secundum conceptum explicitum; quià argumentum intendit excludere prædicationem unius de alia, sive identitatem cum illa ex eo, quià aliàs sequeretur eadem ratione hanc aliam etiam esse veram, scil. filiatio est essentia, ex quo liceret etiam inferre, quòd filiatio esset paternitas, ad quod vitandum satis est quòd non sint idem, vel mutuò non prædicetur per se una de alia idest absolutum de relativo, & è converso secundum conceptum explicitum, prout exprimunt aliquid absolutum, & relativum, sic enim excluditur altera prædicta ab inconvenienti, quod deberet deinde prædicari unum relativum de alio, quià ut dicebamus, hæc posteriora nomina sunt imposita, vel utimur illis ad exprimendum aliquod oppositum, oppositio autem non habetur inter absolutum, & relativum in Divinis, sed tantum inter relativa, unde ex eo quòd aliquomodo per se prædicetur absolutum de relativo, & è contrà, scil. secundum implicitum conceptum quiditativum, non sequitur, quòd possit per se prædicari unum relativum de alio prout suis propriis nominibus exprimuntur. Hinc etiam nego conseq. & ad illius prob. nego suppositum, quòd identitas, vel prædicatio per se, perseitate implicita faciat ad intentum argumenti, ac proindè quòd regula illa dialectica militet contra solutionem, nam perinde est, ac si non esset eadem perseitas ad intentum illius.

Secundò arg. ex Vasquez specialiter contra primam. Relatio Divina advenit essentiæ, ut illam determinans secundum rationem, sed quod determinatur secundum rationem ab alio nequit includi in conceptu quiditativo alterius, ergo essentia non est de conceptu quiditativo, vel metaphysico relationum; prob. mi. tum inductivè in gradibus metaphysicis, & aliis similibus; tum in aliis prædicatis realibus, nam quod determinatur realiter ab alio non includitur realiter in illo, ergo nec quod quiditativè, vel secundum rationem determinatur ab alio potest quiditativè, vel secundum rationem includi in illo: §. Urg. hoc. Nam si idem formaliter, vel quiditativè est essentia determinata, & relatio determinans, sequitur personam Divinam non posse relatione constitui, consequens est contra D. Tho. infrà q. 40., ergo. Prob. sequela, quià persona nihil aliud est, quàm essentia relatione contracta, vel determinata, ergo si id ipsum quiditativè, vel formaliter est essentia contracta, vel determinata, & relatio contrahens, vel determinans sicut persona non constituitur persona, nec constituetur relatione.

Resp. solum probari ex his, (ut dictum est) non esse de conceptu explicito, non de implicito, sivè non esse de conceptu quiditativo adæquato, tam secundum explicitum, quàm implicitum, non verò inadequatè secundum implicitum. Unde in forma ad argumentum, dist. ma. ut determinans tam secundum explicitum, quàm implicitum neg., secundum explicitum, tantum, conc., & distincta eodem modo mi. nego conseq. Ad prob. verò de gradibus metaphysicis, ut de animali, & rationali, & similibus patet ex alibi dictis, quòd isti se mutuò excludunt, & non tantum non se explicant, unde inferior determinat superiorem etiam secundum implicitum, ut ibidem explicatum est, & ideò nequit superior esse de conceptu metaphysico alterius: hinc etiam patet discrimen ad aliud determinans realiter, nam istud cum determinet secundum realitatem, nequit realiter identificari cum determinabili, aliàs idem realiter determinaret se ipsum realiter, quod implicat, quià aliàs esset idem realiter, & non esset, cum in eo, in quo unum determinat aliud debeat esse distinctum ab illo, ut patet ex terminis, cæterum relationes non determinant Divinam essentiam sive secundum realitatem, sive secundum conceptum implicitum, (repugnante huic determinationi ut dictum est, summa sui actualitate, & infinitate,) sed tantum secundum explicitum est, quatenus sub alia expressione explicant id, quod sub ratione explicita essentiæ non importatur, & ideò optimè potest hæc quiditativè pertinere ad conceptum implicitum relationis. Et poterat instari in ente, quod quià non determinatur à modis secundum implicitum, sed tantum explicitum includitur essentialiter in conceptu illorum: §. Ex his etiam patet ad confirmat., ad quã similiter dist. ma. Si id ipsum formaliter est tam secundum explicitum quàm implicitum, conc., secundum implicitum, tantum, neg., & conc. mi., neg. cons. quià persona explicitè adæquate importat idem, quòd est persona, & ideò nequit constitui persona, at verò relatio non importat explicitè idem quod essentia sed tantum implicat illam, non verò explicat in suo

forma-

formali, vel explicito conceptu, ut dictum est: unde rectè potest persona constitui relatione, non verò persoua. Per quod patet ad prob. ma.

Sed instaa. Si relatio actu metahysicè implicaret essentiam, acto pariter importaret idem, quod persona, licet non ità expresè, sicut definitum acto importat idem, quod desinitio, licet non ità expresè, sed de quocunq. negatur definitum, negatur definitio, ergo de quocunq. negabitur persona negabitur relatio, ergo si de persone negatur constitui persona, pariter de illa oegari debet coostitui relatione.

Resp. vel oeg. ma. pro 2. part., quòd ità importet, sicut defioitum importat definitionem, ut statim constabit. Vel dist. sicut definitum, & eodem modo, neg., diverso, conc., nam relatio tantum implicat id, quod exprimit persona, nam hæc exprimit essentiam, cum sit rationalis naturæ individoa sobstantia, relatio verò exprimit tantum aliqoid respectivum, non absolutum, vel essentiam. Cæterum tam definitum, qoàm definitio idem omninò exprimont, licet magis, vel minus clarè: §. Pro quo adverto oe fiat æquivocatio, quòd definitio, & definitum non differunt in eo, quòd definitom importet solum implicitè id, qood explicat definitio, oam cum sit quoddam totum debet necessariò sub hac ratione explicare suas partes, aliàs non exprimeret rationem totius, quæ omnino ex partibus coalescit. Sed discrimioatur, quià licet definitum v.g. homo expresè importet animal, & rationale, non tamen ut distincta Inter se, (ut facit definitio) sed magis ot uoite, prout ex illis constituitur totum, unde non dicuntor differre, sicut expressum, & implicatum, ut cootingit in persona, & relatiooe, sed ut minùs, & magis expressum. Ex quo fit, quòd licet de quocunq. negatur definitio, negetur etiam definitum, noo tamen de qnocunq. negatur persona, negetur relatio.

Tertiò arg. contra eaodem. Si essentia acto formaliter, vel metaphysicè includeretur in concepto relationum, hæc esset vera. Paternitas formaliter, vel metaphysicè est essentia, sed hoc est falsum, ergo: ma. patet, tom in ente, quod quià actu essentialiter includitur In modis, scil. substaotiæ, & accidentis: hæc est vera, substaotia est ens, & similiter accidens. Tum quià (ut insinuavimus) joxtà regolam antepredicameotalem quidquid prædicatur de prædicato in primo, vel secundo modo diceodi per se, scil. vel tanquam prædicatum essentiale, vel tanqoam propria passio, prædicatur de subjecto, de quo essentialiter dicitur. Mi. verò prob. qoià hæc etiam esset vera, Deus paternitate intelligit: sed hæc à nemine conceditur, ergo. Prob. ma. nam hæc est vera, Deus, vel Pater esseotia intelligit, ergo si hæc est vera, Pater est essentia, hæc pariter erit vera, Deus vel Pater paternitate intelligit, ex qoa hæc alia etiam deducitur. Quòd Pater eo quod intelligit, est sapientia, unde si hæc vera est. Pater paternitate intelligit, hæc vera erit, paternitate est sapientia, quod est elieoum.

Ad hoc concessa ma. ut suprà, in seosu formali, vel quiditativo implicito non explicito, quod solum convincit utraq. illius probatio, ut explicatom est; sed nego deinde mi. Ad prob. neg. ma. absolutè loquendo, vel reduplicata pateroitate secundum ejus explicitum; ad prob. nego conseq. quià committitur defectus appellationis importatæ per hoc verbum *intelligit*, nam cum ex propriis, (utpote significans actum ioteriotis animi) appellet suprà proprium, & formalem, vel expressum conceptum rei, à que procedit, & ad quam fertur, utrubiq. fit appellatio formalis, & suprà explicitum tam esseotiæ, quàm relatioois. unde nequit esse vera, Deus paternitate intelligit, quià hoc verbum *intelligit* non appellat supra implicitum relationis, (quod est essentia) sed supra explicitum, & formalem sui couceptom. Quare sicut hæc, (ut vidimos in summolis) cognosco, vel video veoientem, sed veniens est Petrus, ergo video, vel cogoosco Petrum, nulla est ob euodem defectum; ita pariter nulla est hæc. Deus essentia intelligit, sed relatio est essentia, ergo Deus relatiooe intelligit. Quia etiam in majori fit tantom appellatio supre explicitum esseutiæ; io consequenti etiam supra explicitum relatioois, reddendo hunc seosum, quòd iotellectio Divina conveniat ratione illius, quod exprimitor per hoc nomine *Paternitas*, quod est falsum. Per quod patet etiam ad 2.

Sed instas. Nam per nos paternitas absolutè, & sine omni reduplicatione est esseutia Divioa, ergo absolutè, & sine omni reduplicatione debet conveoire illi quidquid absolutè affirmatur de essentia in primo, vel secundo modo dicendi per se: (hac enim ratione juxtà præfatam regolam affirmatur tali modo de Petro, quidquid dicitur de homine, quià absolutè, & sine omni reduplicatione dicitur de illo, quod est homo,) ergo si de essentia absolutè affirmatur, quod ea Pater intelligit, (& sic de aliis prædicatis illi convenientibos, ut quòd sit radix attributorum, quòd sit communicabilis &c.) debet id totom affirmari de pateroitate &c.

Resp. eodem modo, quòd prædicta regula, in qua fundantur hujusmodi iostantiæ, iotelligenda est de his, quæ suot absolutè, vel adæquatè idem essentialiter tam secundum conceptum implicitum, quàm explicitum, non tamen si solom inadæquatè, vel secundum implicitum, quià facilè cootingit tunc variatio appellationis, quæ impedit hujusmodi illationes, sicut dum dico, homo ut coocretos materiæ seosibili est ens, sed ut ens est objectum metaphysicæ, ergo etiam ut sic concretus, est objectum metaphysicæ: nulla est enim conseq. ob variationem appellationis. §. In forme ergo claritatis gratia dist., & explico ant., absolutè &c. est essentia, in re conc., ut substat nostris conceptibus sub dist., essentialiter absolotè, idest adæquatè tam secundum sui implicitum, quàm explicitum, neg., ioadæqoatè, & secondom implicitom tantum, conc., & tunc nego conseq. ob variationem appellatioois, quæ oon contingit in instantie de Petro respectu prædicatorum, quæ dicuntur de homine in 1., vel 2. modo diceodi per se, nam in his, ut supponitur, adæquatè conveniunt; idest io re, vel in prædicatis realibus, vel definitiuis, nam si considerentur prout substant nostris cōceptibos, quibus prout sic tribuuntur prædicata intentionalia, nulla pariter in his est consequentia, ut si dicatur, Petrus essentialiter est homo, sed homo est species, ergo Petrus est species; qoià nempè fit transitos de uoo ad aliod genus, in quo non est necessarium, quòd prædicatom conveniene superiori, conveniat inferiori essentialiter contento sub illo, seù participanti essentialiter ejus prædicata desioitiva, aut etiam realia, quià nempè non conveniunt illi absolutè, & iu re, vel secundum etiam coosiderationem metaphysicam, sed taotum intentionalem, vel facte reduplicatione hujus generis, scil. inteotionalis: ità proportionabiliter in casu, in quo fit transitus de conceptu implicito, ad explicitum, sivè de prædicato solum conveniente secundum explicitum, vel facta reduplicatio-

catione iſtius, ut ſunt prædicta, ſive quæ conveniunt eſſentiæ, vel naturæ ſecundum explicitum ſui concep. tum: unde poterat eadem paritas retorqueri.

4. Arg., & militat iterum contrà 2. etiam, & 3. Natura, & relatio in eo, actu adinvicem præſcindunt, in quo actu per rationem diſtinguuntur, ſed diſtinguuntur actu penès ſuos conceptus formales, ergo in conceptu formali unius non includitur conceptus formalis alterius: mi. patet ex dictis; & ma. prob. quià in eo, actu mutuò præſcindunt, in quo unum actu non eſt aliud, vel non eſt actu affirmabile, ſed potiùs negetur, de illo, ſed natura, & relatio ſecundum ſuos formales cōceptus nequeſit mutuò affirmari una de alia, ſed magis negari, aliàs quod affirmatur de una ſecundum ſui formalem conceptum deberet etiam affirmari de alia ſecundum formalem ſui, quod eſt contrà ſuperiores ſolutiones ergo &c.

Dices ut ſuprà: diſt. mi. primi ſyllogiſmi, ſecundum ſuos conceptus formales adæquetè ſumptos tam ſecundum ſui explicitum, quàm implicitum, nego, explicitum tantum, conc., & ſimiliter diſtinctè mi. poſterioris, neg. conſeq., quia ad actualem præciſionem non ſufficit ſola non expreſſio, ſed requiritur etiam, (ut vidimus) implicita non incluſio, quia nempè cum ſit quidam motus, quo unum recedit, vel ab alio ſeparetur, in intelligibile eſt, quòd quamdiù manet actu in illo, actu præſcindet, vel ſeparetur ab eodem: §. Sed contra hoc eſt. Nam tunc una formalitas actu præſcindit ab alia per intellectum, quando actu eſt objectum illius, & non alia; ſed quando intellectus cognoſcit eſſentiam, ut eſſentiam, ſivè ſecundum ſui formalem conceptum, ſola illa eſt actu objectum illius, & non relatio, ergo tunc actu præſcindit, vel non includitur in conceptu formali relationis: ma. conſtat ex dictis, quia in tantum per nos nequit actu, vel adæquatè præſcindere, quia quando una actu cognoſcitur, ſaltem implicitè cognoſcitur & alia, ſic quòd non poſſit intellectus negativè ſe habere circa illam: mi. verò prob. Id ſolum venit actu ut objectum, quod ſolum cognoſcitur connotativè ad perfectionem creatam, ſed dum intellectus cognoſcit eſſentiam, illam ſolum cognoſcit connotativè ad eſſentiam creatam, & non ad relationem, ergo ſola eſſentia actu eidem obiicitur: ma. conſtat, quia modo in via omnis noſter conceptus de Divinis, vel ſpiritualibus eſt connotativus ad objectum, vel perfectionem creatam, ſic enim imperfectè intellectus concipit Divina, & non aliter, ergo ſola eſſentia, & non relatio eſt actu objectum illius.

Reſp. bene ibi. Ad replicam diſt. eodem modo me., actu eſt objectum, & non alia, per excluſionem etiam implicitam iſtius, conc. præſertim loquendo de præciſione perfecta, & excluſiva, ut intendit argumentum; & non alia ſolum explicitè, nego, & diſtincta ſimiliter mi. neg. conſeq. Ad prob diſt. eodem modo, actu venit ut objectum, explicitum, conc. per excluſionem impliciti, ſivè relationis, neg., & conceſſe mi. neg. conſeq., quià licet dicamus cognoſci eſſentiam per connotationem ad ſolam eſſentiam creatam, & non ad relationem, non hinc rectè infertur, quòd ſola eſſentia Divina veniat, ut actu objectum, & non relatio Divina ſaltem implicitè, quià objectum cognitum tantum implicitè, non cognoſcitur ratione ſui, ſed ratione alterius explicitè cogniti, in quo actu continentur, unde ed cognoſcendam relationem implicitè in eſſentia cognita explicitè, ſufficit connotatio eſſentiæ creatæ, & non relationis.

§. ULTIMUS.

Solvuntur argumenta ſpecialiter contra ſecundam, & tertiam.

Quintò arg. ſpecialiter contrà ſecundam, & poteſt etiam militare contrà alias; opponendo iterum D. Tho, infrà q. 33. ar. 3. ad 1. ubi ait. *Communia abſolutè dicta ſecundum ordinem intellectus noſtri ſunt priora, quàm propria, quià includuntur in intellectu propriorum ſed non è converſo. In intellectu enim Perſonæ Patris intelligitur Deus, ſed non convertitur* §. Ratione hoc ipſum confirmat., & arguit Suarez ſic. Quidquid eſſentialiter prædicatur de eſſentia, prædicatur etiam eſſentialiter de tribus Perſonis, at una relatio non prædicatur eſſentialiter de alia, ergo non eſt de conceptu quiditativo eſſentiæ. Conſeq. tenet juxtà ſuperiorem illam regulam antepædicamentalem. Min. etiam conſtat: ma. verò patet ex dictis, & ex eadem regula, tum quià eſſentia cum ſit de genere abſoluto nullam oppoſitionem habet cum relativis, vel cum Perſonis, ergo quidquid eſſentialiter ei convenit, debet etiam eſſentialiter convenire Perſonis; vel prædiceri de illis.

Ad hoc quoad D. Tho. juxtà communem ſolutionem reſp. non negare mutuam prædicationem quiditativam quoad conceptum implicitum, ſed ſolum quoad qualitatem prædicationis, quià nempè licet eſſentialiter eidem conveniant, non tamen tanquam perfectiones eſſentiales (cum neque important perfectionem de propria linea juxtà probabiliſſimam ſententiam, de qua infrà,) ſed tanquam modi intrinſeci, ſine quibus non ſubſiſteret ſumma ejus fœcunditas, vel eſſentialis communicabilitas ad intrà, ut dictum eſt. Unde licet non dicantur prædicata eſſentialia quatenus non pertinent ad conſtitutionem eſſentiæ, ſed magis perſonæ, adhuc pertinere poſſunt ad conceptum quiditativum illius implicitum ſicut proportionabiliter dicitur de differentia individuali in Angelo, quòd licet, (ut vidimus in logicis) non pertineat ad conceptum eſſentialem per modum prædicati eſſentialis (ad quod pertinet conſtituere naturam,) adhuc tamen metaphyſicè dicitur convenire illi, quatenus ex propriis ſine alio ſuperaddito habet radicare, & adæquari cum illa, unde non intelligeretur conceptus ejus metaphyſicus plenè, vel completè conſtitutus ſine illa. Qua ratione natura angelica ſi ſumatur adæquatè tam phyſicè, quàm metaphyſicè cenſetur incapax ſecundæ intentionis ſpeciei prædicabilis, & impræſcindibilis ab eadem differentia, quidquid ſit logicè ſecundum indifferentiam objectivam, cum non ſit actus purus, ut explicatum eſt.

Ad rationem verò factam patet etiam ex dictis; unde diſt. ma., prædicatur etiam de 3. Perſonis, ut referuntur ad eſſentiam, conc., ut ad invicem ſunt, nego, & eodem modo diſt. claritatis gratia min., una relatio non prædicatur eſſentialiter de alia, ut ad invicem ſunt, ſive ut relativè opponuntur, conc., facta comparatione ad eſſentiam, quam quiditativè implicitè claudunt, neg., nam prout ſic, ſive per circuminſeſſionem ſunt metaphyſicè omne id, quod eſſentialiter convenit eſſentiæ: quià ſecundum hanc comparationem ſicut nullam habent oppoſitionem cum illa, ità nec ullā habet una cum alia, ac proinde poteſt prædicari de alia, non ſub hac expreſſione relationis, quæ eſt inſtituta ad ſignificendum, vel exprimendum aliquid oppoſitum relativè, ſed ſub alia non exprimente hanc oppoſitionem, ut explicatum eſt; ſcil. rei, vel ſimi-

similis; v. g. est res, quæ implicitè claudit essantiam: §. Adde hoc argumentum, (quod vocant demonstrativum) esse (inquit M. Ferra cum D. Tho.) purum sophisma peccans fallacia accidantis, mutat enim quid in adaliquid, ut supra etiam insinuavimus, sivè transit da absoluto in reletivum. Unde subdit idem Mag. quòd aptiùs videbatur conficiendum ab extranais, quàm à Catholicis; directè enim saltem ex vi formæ pugnare videtur contra mysterium Trinitatis, simile illi, quod iidē formāt de prædicato realitatis, arguendo sic Quidquid realiter est Deus, est in qualibet Persona, val convenit illi, sed filiatio est realiter Deus, ergo convenit cuilibit Personæ. Ad quod solvandū tenamur recurrere ad præfatam distinctionem, & circuminsessionem, si velimus sustinere idem mysterium.

Quintò arg. si essentia sub cooceptu naturæ esset actu metaphysicè clausa in concepta relationum, deberet ab illis contrahi, & determinari, sed hoc repugnat, ergo sub eodem conceptu non pertinat ad conceptum metaphysicum earum. Ma. constat, quià si semel actu metaphysicè clauditur in illo, comparari naquit ad eundem, ut aliquid motaphiysicè extraneum, sad ut quædam ratiu superiur cootrahibilis, & determinabilis per illum. Mi. verò prob. Tum quià derogat hujosmodi contrahibilitas, & determinabilitas summæ ajus actualitati. Tum quià sub eodem munare duo habat, & quòd sit radix omnium attributorum, & quòd sit aliquid ulteriùs indeterminabile per formales modos, vel differentias: Explicat enim gradum infimum ulteriùs indeterminabilem formaliter, ergo.

Ad hoc, quo convincuntur Salmaticenses hìc, patet iterum ex superioribus de constitutivo naturæ Divinæ: unde dist. ma. determinatione logica, vel metaphysica, nag. (& hanc solum convincit utraq. ajus probatio) dialectica, vel secundum explicari, conc., & tunc neg. mi., & consequ., similiter enim discurrimus, sicut qui ibidem sustinent intelligere radicale esse constitutivum Dai, vel ejusdem naturæ: dicunt enim concipi tautum ut in potantia dialectica ad actualem intallectionem, unde licet prout sic natura sit ultimò contracta logicà, & metaphysicè, non tamen dialecticè, cum adhuc secundum conceptum explicitum distinguantar, ut dictum est.

6. Arg. opponendo duo inconvenientia. Primum ast, quià si Divina essentia esset de conceptu quiditativo relationum, his realiter multiplicatis deberet etiam multiplicari realiter essentia, consequans non admittitur ergo. Prob. ma. Nam hac ratione multiplicatis relationibus, multiplicatur realiter entitas, vel realitas Divina, quià hæc est da conceptu quiditativo implicito illarum, sivè quià metaphysicè implicitè illas transcendit. Tum quià multiplicatis eisdem raaliter, multiplicatur realiter earum essentia, ergo si natura, vel essentia Divina est illis essantialis, sive ingreditur quiditatiuè earum essantiam, non poterit non multiplicari realiter, illis realiter cum sui assentia multiplicatis.

Secundum est, quòd deberet etiam produci, producta relatione, vel filiatione, consequens iterum est alienum, ergo. Prob. ma. Quià hac etiam rationa producta filiatione producitur realitas illius, quià hæc ast eidam essentialis: §. Tum quià non stat aliquod prædicatum esse essentiale alteri assentialitar producibili, & ipsum fore improducibile, aliàs essat utrumq. simul producibile, & improducibila, cum unum si semel essantialiter est tale dicat affirmationem alterius, ut patet ex tarminis, ergo vel non ast essentia da conceptu essentiali ralationis, vel est da linea producibilium in Deo; sivè ipsa etiam tenetur produci producta relatione: §. Tum daniq., & arg. præcedens, quià etiam sequitur oppositum inconveniens. Nempè, quòd relatio, vel filiatio sit antitas improducta, nam si essentia assentialiter inclusa in ralatione adhuc manet entitas improducta, pariter relatio essentialiter identificata cum antitate essentiæ deber essa entitas impoducta. aliàs non arit essentialiter eadem entitas cum Divina essentia, ergo vel non est assentia de conceptu essentiali relationis, vel hæc erit aliquid improductum sicut essentia.

Ad 1. neg. sequelam. Ad 1. prob. dist. ant. quia est dè conceptu quiditativo, vel transcendit, utcunq. neg., transcendentia, vel communitate rationis abstrahentis à relativo, & absoluto, conc., & neg. conseq., quia transcendentia essentiæ non est per modum prædicari communis communitate rationis respectu relationum, sed reali, unde non tenetur multiplicari raaliter ad earum realem multiplicationam: §. Ad 2. ex dictis, dist. ant., multiplicatur realiter earum essantia, secundum conceptum adæquatum, tam implicitum, quàm explicitum, nag., inadæquatum, val explicitum relationis, sacundum quòd axprimunt oppositionam ad sui corelativum conc., essentia autem Divina ut dictum est, pertinet tantum ad conceptum earum implicitum, non explicitum, & respectivum, penès quem multiplicatur juxta exigentiam mysterii. In hoc enim ut insinuavimus, est mirabile hoc mystarium Trinitatis, ut eadem indivisibilis portio entis sit absolutè una, & relativè, tres, & secundum quòd est in una persona, ut dicitur relativè ad aliam, realiter distinguatur, ut verò comparatur ad assentiam, realiter idantificetur, unde etiam dicitur ens Divinum transcendens naturam; & relationes, dividi per utramqua dialecticè tantum, non logicè, aut metaphysicè.

Ad 2. neg. pariter sequelam: ad 1. prob. nag. causalem, sed quià ut immediatè dictum est, hoc habet meritum, idem mysterium, quòd sicut ratione suæ infinitatis est absolutè unum, & relativè multiplex, ità indivisibiliter est improducibile in suis prædicatis absolutis, & producibila in relativis. Unda etiam poterat ratorqueri. Nam quià hujusmodi prædicata sunt physicè, vel realiter infinita, clauditur unum physicè, vel realiter in alio cum producibilitate unius, & improducibilitate alterius, ergo quià sunt paritar infinità metaphysicè poterit etiam metaphysicè, val quiditativè claudi in illo salva unius producibilitate, & improducibilitate alterius: §. Et per hæc etiam patet ad secundam, & tertiam, nam ratione ejusdem infinitatis vincitur omnis hujusmodi oppositio producibilitatis, & improducibilitatis non obstante inclusiona essentiali metaphysica unius in alio, sicut vincitur omnis non obstante inclusione, vel identitate essentiali physica, quià nampe unum ob eandem infinitatem, affirmatur ratione impliciti, alterum verò ratione expliciti summè essentialiter identificati cum implicito, ut explicatum est. Unde regulæ quædam dialecticæ, quæ militare possunt de ante finito cessant, (ut vidimus) respectu hujus mysterii ob sui excellentiam infinitam infinitè superantem hac in re omnia creata, & creabilia,

QUAESTIO IV.

An præter existentiam absolutam dentur in Deo tres relativæ realiter inter se, & virtualiter, seù ratione ab existentia absoluta essentiæ, distinctæ.

SUpponimus ut certum dari in Deo existentiam absolutam convenientem sibi, ut præintellecto tribus personis, & illis communem, aliàs prout sic non intelligeretur summè infinitè perfectus, nec immutabilis, vel æternus, cum præcipua, & complete rei perfectio ab existentia, sive ab ultima ejus actualitate desumatur, vel in ordine ad illam attendatur; & immutabilitas cum sit veluti principium, & formalis ratio æternitatis inferens illam à priori, ut vidimus, æternitas verò sit duratio Dei, omninò supponunt esse, vel existere illius. Tum quià Deus prout sic intelligit, & vult, prout intelligere, & velle sunt actus essentiales, ergo existit, nam operari supponit esse. Tum quià est actus purus, ergo est in ultimo actu in genere existendi, quæ ratione, ut vidimus inter nomine essentialia Dei, proprium, ac potissimum est *esse*, ut habetur Exod. 3. *Ego sum, qui sum*. Quod explicans D. Tho. suprà q. 13. ar. 11. inquit, quod est maximè proprium Dei, quià non dicit formam aliquam, sed ipsum esse, quod est ejus essentia, & hoc nulli alii convenit, ergo cum hic Deus, ut præintellectus personis, sive illis secundum nostrum modum cognoscendi imperfectum, (quo divisim pluribus conceptibus intelligimus, quæ in se sunt unum, & idem) non intellectis relationibus verè habeat suam essentiam verè etiam intelligetur habere suum esse, vel existere, quod adeò certum existimat noster Herrera hìc dub. 3. concl. 1. ut ejus oppositum judicet non solum temerarium, sed etiam errorem in fide.

Hoc supposito difficultas est, an præter hanc existentiam absolutam, quæ primò intelligitur existere essentiæ, & deinde relationes, sint admittendæ tres relativæ: Affirmant Scotus in 1. dist. 11. q. 2. ad 1. Suarez lib. 3. de Trinitate cap. 5. & tom. 1. in 3. p. disp. 11. sect. 11., & alii ex eadem Societate: & ex nostris M. Medina ibidem q. 19. dub. 3., & Zumel in præsenti. Negant verò alii jam communiter Thomistæ, Capreol. in 1. q. 26. q. 1, ad 4. Cajet. hìc ar. 2. Bannez. infrà q. 40. ar. 4. dub. 2. Illustriss. Godoii tract. 10. disp. 79. à S. Th. disp. 13. ar. 3. Serra ar. 2. disp. 3. Ferre q. 5. tract. 14. Gonet. disp. 3. Salment. disp. 7. &c., & alii ex eadem Societate Vasquez, Granados &c.

§. I.

Statuitur conclusio.

PRæter existentiam absolutam non sunt in Deo admittendæ tres relativæ. Est D. Tho. in hoc ar. 2. ubi ait, quòd *relatio in Deo realiter existens habet esse essentiæ Divinæ idem omninò existens*. Et iterum in fine corp. *Patet ergo, quòd in Deo non est aliud esse relationis, & essentiæ Divinæ, sed unum, & idem*. Quod etiam tradit aliis pluribus suæ doctrinæ locis apud eundem Herrera concl. 3. in quibus expressè asserit, esse in Divinis non dici nisi essentialiter; & præcipuè videndus est hìc §. *Corolarium est*.

Ratione prob. 1. Relationes Divinæ existunt existentia absoluta, ergo nequeunt per aliam relativam existere. Ant. est certum, & præcipuè apud contrarios, qui contendunt etiam in creatis identificari cum essentia, vel entitate rei, nam ex eo sic prætendunt hanc identitatem, quià existimant, (ut vidimus in 1. phys. & iterum de Cælo, & Mundo) per id unumquodq. intelligi existens, per quod intelligitur non esse nihil; sed certum est relationes Divinas per essentiam, ejusq. existentiam absolutam formaliter illas transcendentē intelligi non esse nihil, ergo per illā existunt. Tum quià eo ipso quòd formaliter easdem transcendit, non potest non dare illis suum effectum formalem, ac proinde facere illas existentes, conseq. verò prob. Tum quia repugnat aliquid duplici existentia existere, nam cum existentia, ut abstrahit à creata, & increata consistat in hoc quod est aliquid extrà nihil per illam constitui, & entitas semel posita extra nihil, manifestè ex terminis repugnet, quòd iterum extrà nihil constituatur, pariter repugnabit duplici existentia existere. Tum quià existentia, ut latè ibidem expendimus, est ultima actualitas in genere essendi, ergo semel existens per unam existentiam nequit per aliam existere, & præcipuè si prior existentia sit completa, ut est Divina, & non partialis, quam ipsi contendunt in creatis.

Dices primò, quod licet existentia absoluta transcendat formaliter relationes, non tamen constituit illas existentes propter earum incapacitatem existendi absolutè, sicut quamvis relatio transcandat naturam, vel essentiam, non tamen constituit relatam, quià est incapax talis effectus, unde negatur ant., & ad prob. neg. conseq. ob eandem incapacitatem: §. Dices 2. nullum esse inconveniens illas dupliciter existere, si semel actuatur duplici existentia, cum possit eadem res duplicem recipere effectum formalem, supposita dualitate formarū, à quibus proveniunt, ut patet in humanitate Christi habente duplicem Sanctitatē ex eo quod actuatur à duplici forma santificante, altera dante sanctitatem substantialem, nempe personalitate verbi, altera accidentalem, sive gratia habituali.

Sed contrà primam solutionem militat primò argumentum factum: nam existentia ut dictum est, & contēdunt ipsi, est id, per quod res intelligitur non esse nihil, vel extra nihil constitui, sed eo ipso quòd existentia absoluta transcendit relative, nō potest non intelligi, quòd per illā sic in se ipsa imbibitam constituatur relatio extrà nihil, ergo eo ipso, quòd sic illam imbibit non potest non intelligi per eandem existens, sivè absolutè: vel aliàs dicant posse intelligi extrà nihil, & adhuc non existens, & consequenter quòd possit existere per existentiā à se ipsa, vel à propria entitate realiter distinctam, ut contendunt Thomistæ, ut ibidem ponderavimus.

Secundò impug. (& est alia optima ratio à priori pro conclusione.) Existere relationis, ut sæpè docet D. Tho. non est ad terminum, sed ad subjectum, ergo non est incapacitas in relatione ad existendum absolutè; conseq. tenet, quià ordo relationis, sicut & cujuslibet accidentis in nobis ad subjectū in genere existendi est quid absolutum, nō relativum, hic enim ordo attenditur penès terminum, ut latè explicatur in logicis. Ant. autem prob. Si ratione existentiæ respiceret correlativum, relatio omnibus modis esset extrinsecùs assistens, & non intrinsecùs affixa, quià tunc nec ratione *In*, nec ratione *Ad* respiceret subjectum, sed terminum, ac proinde nihil poneret in subjecto, ut rectè infert hìc D. Thom. ergo existere illius non est

ad

ad terminum, sed ad subjectum, & absolutum non relativum.

Contrà secundam instatur sic. Quamuis possibilis sit duplex effectus formalis in subjecto, possibili in illo dualitate formarum, non tamen hac impossibili, sed impossibilis est duplex existentia in illo, ergo impossibilis est duplex existere in illo: mi. constat ex latè ostensis ibidem in physicis: sed deinde etiam prob. ex proximè dictis: nam existentia est ultimus actus in linea essendi, vel existendi, ergo res semel existens non est capax ulterioris existentiæ, ac proinde impossibilis est duplex existentia in illa: antiulatè ibidem ostendimus, & patet ex proprio ejus conceptu, qui est rem ponere adæquatè extra causas, sivè extra nihil; & præcipuè loquendo, (ut insinuavimus) de existentia completa, ut est Divina absoluta. Tum quià ut ipsi dicunt genus existendi debet esse identificatum cum re existente, ergo semel existens est ultimò completè existens, incapax admittere aliam ab eadem distinctam, & veluti extraneam, vel alterius generis, qualis est in casu, scil. relativa: Conseq. verò prob. simul cum eodem antec., nam quià forma substantialis est ultimus actus simpliciter intrà ordinem essentiæ repugnat saltem ex natura rei duplex forma substantialis in eadem materia, ut efficaciter in primo ibidem probatum est, ergo pariter &c. Et ratio utriusq. est: quià aliàs essent actus ultimus simpliciter, & non essent, si semel admitterent ulteriorem actum. Scio alia efficaciori ratione, vel motivo probari præfatam impossibilitatem duarum formarum substantialium, quod ibidem adduximus, sed satis est præsens ad intentum paritatis.

Dices existentiam absolutam esse actum ultimum in sua linea, non in omni, & ideò posse adhuc admittere alium, vel ulteriorem, scil. in linea relativa: §. Sed hæc solutio præoccupatur in primis eodem argumento. Quià non stat aliquid semel existere, & ultimò adæquatè non existere, præcipuè si velint sustinere prædictum sui principium de identitate existentiæ cum re existente: §. Deindè quià, ut ipsi etiam dicunt, quamvis relationes Divinæ existant existentiis relativis, adhuc tamen existunt existentia absoluta, nec negare possunt, ut probatum est, si semel hæc illas transcendit, ergo supponunt existentiam absolutam, (si velint consequenter loqui,) non tam esse actum ultimum in linea absoluta, sed etiam relativa, ergo.

Tertiò impug. Nam relationem existere relativè est illam existere in ordine ad aliud ut ad terminū, itaut id, quod existit, nō solū relatio sit, sed etiam quòd existat ut relatio, sivè in ordine ad correllativum, sed hoc est impossibile, ut vidimus ex D. Tho., quià aliàs reduplicativè ut talis esset purè assistens, ergo. §. 4. Nam per existentiam absolutam non tantum existit res, quæ est relatio, sed etiam ut relatio, nempè secundum rationem explicitam *Ad*, ergo non indiget alia relativa ad existendum, ut relatio. Prob. ant. Quià per existentiam absolutam jam est in se ipsa ut purus terminus extra omne sui principium, ac proindè constituta extrà nihil in ratione relationis, aliàs esset de subjecto non supponente, quòd prout sic esset eliquo modo existens, vel imbibens per transcendentiam, existentiam absolutam, ergo intelligitur jam existens etiam ut relatio: patet conf. quià ut relatio intelligitur sic existens, vel extrà nihil, & non ut aliquid absolutum.

Dices iterum esse per illam extrà nihil, vel extra omne sui principiū in linea absoluta, non in relativa: § Sed cōtra est, quià ut immediatè dictum est, relatio propriè, vel formaliter loquendo concipi nequit, nisi in ordine ad aliud per modum puri respectus ad illud, cum ex sui conceptu definitivo totum ejus esse sit in ordine ad aliud, sicut ex opposito absolutum nisi in ordine ad se, unde subleto ordine ad aliud est de subjecto non supponente, vel perit relatio, ut relatio, ergo si velimus, quòd semel existat per existentiam absolutam, ut aliquid contra distinctum ab absoluto, non potest aliter concipi, ut existens per illam, nisi ut ad aliud, & proinde ut relatio.

Secundò prob. concl., & urg. præcedens ratio ex his, quæ habet D. Tho. in 1. dist. 33. q. 1. ar. 1. ad 1. ubi ait. *Dico igitur, quòd cum dicitur Adaliquid sunt, quorum esse est ad aliud se habere, intelligitur de esse, quod definitione significatur, quià ipsa natura relationis, per quam constituitur in tali genere est ad aliud referri, & non intelligitur de esse, quod est actus essentiæ; hoc enim esse habet relatio ex his, quæ causant ipsam in subjecto, secundum quod esse non refertur ad aliud, sed ad subjectum, sicut, & quodlibet accidens.* Ex quibus sic arguitur. Existentia relationis creatæ est aliquid absolutum, ergo etiam relationis Divinæ; conf. tenet etiam in principiis oppositæ sententiæ, & ant. prob., existentia relationis creatæ, & cujuslibet alterius accidentis adæquatè consistit in hoc, quod est inesse subjecto (præscindo pro nunc ab actuali, vel aptitudinali inhærentia, utrumq. enim est probabile) ergo est aliquid absolutum, conf. patet ex dictis, nam quod habet relatio in ordine ad subjectum, ut subjectum, est quid absolutum, ut iterum statim etiam constabit.

Dices quòd inesse subjecto, si sumatur intransitivè pro eo, quod constituit subjectum in esse absoluto, tunc est tantum respectus ad illud, ut subjectum, ac proinde quid absolutum, ut contingit in aliis accidentibus, cæterum relatio non sic respicit illud sistendo ibi, sed transit referens illud ad aliud, ut ad sui correlativum, vel purum terminum, unde proprium inesse illius debet esse quid relativum: §. Sed hæc solutio præoccupatur à D. Tho. tradita distinctione inter esse, quod est definitio, vel quiditas rei, & esse, quod est actus essentiæ, unde instatur sic. Quod convenit relationi respectivè ad terminum, non pertinet adhoc posterius esse, sed ad primū, ut ait D. Tho., & patet ex definitione relationis, ergo non rectè infertur ex hoc respectu existentia relative præter absolutam.

Expl. hoc. Nam actuare subjectum referendo ad terminum, tantum convenit relationi secundum conceptum sui quiditativum, vel definitivum, non existentiale, ergo inesse relationis, & non solum aliorum accidentium, est adæquatè respectus ad subjectū, ut subjectum, & quid absolutum: §. Explic. ulteriùs. Nam inesse accidentis quodcunq. sit, est dependere simpliciter ab illo tanq. à causa sui esse, ergo nequit esse respectus ad illud transitivè ad aliud, ut ad purum terminum, sed ut ad subjectum, ut subjectum: conf. tenet ex dictis in logicis, nam in linea relative, ut contra distincta ab absoluta non admittitur dependentia, vel causalitas, aliàs non esset purè respectiva, sed simul absoluta, nam ex quo respicit subjectum ut sui causam, non potest non esse quid absolutum, ex quo verò respicit illud purè respectivè, sive referendo ad aliud, ut ad purum terminum, quid purè respectivum est, quod implicat, & evertit omnem bonam metaphysicam.

Dices hoc ipsū manifestè, instari in ipsa essētia rela-tionis,

stonis, quæ etiam per nos actuat subjectum referendo ad terminum. §. Sed contrà hoc est. Quià sic actuare subjectum referendo ad terminum non est respicere illud ut subjectum, ergo quamvis secundum essentiam possit sic respicere illud, non tamen secundum existentiam, conf.tenet, quià ut dictum est, secundum existentiam, non respicit illud utcūq., sed ut subjectū, cui inhæret, vel tenetur inhærere ac proindè dependare ab illo, ut sui causa. Ant.cōstat quià prçcisè actuare subjectum referendo ad terminum non dicit hanc dependantiam ab illo ut à subjecto, sed magis dependentiā illius à se ipsa, ut à forma relativa constituente illud in esse relati, ergo quòd essentia ejus, vel ipsamet secundum sui essentiam actuet illud, nō evadit aliquid absolutum, ut simul dici possit absoluta, & relativa, sicut diceretur respiciendo illud secundum existentiam, nam secundum istam ut vidimus, tenetur respicere, ut subjectum, & ut causam, ac proinde, ut quid absolutum; si verò secundum eandem iterum respiceret illud ut ad terminum non posset prout sic respicere illud ut quid absolutum, sed ut relativum, & consequenter in genere existendi esset simul forma absoluta, & relativa, quod implicat.

Dices id solum militare respectu relationis creatę, vel entis finiti, quod non potest ob sui limitationem claudere utramq. rationem, vel respectū ad subjectū, ut subjectum, & & ut ad terminū, ac proindè non possit simul esse existens absolutè, & relativè, cæterum Deus utpotè infinitus sine ulla repugnantia potest simul esse utrumq., sicut ob eandem sui infinitatem simul est subsistans absolutè, & relativè ut constabit infrà, cum præter subsistentiam absolutam dentur in illo tres relativæ.

Sed contra hoc est. Nam solutio committit fallaciam non causæ. Ratio enim quare in creatis intra forum relativum nequeat admitti existentia relativa, qua relatio existat simul relativè, & absolutè per ordinem ad subjectum ut subjectum, non est ejus finitas, (statim enim hæc cessaret in Deo, cum nullus dubitet in utraq. linea esse simpliciter infinitum,) sed aliundè sumitur, (ut probatum est,) scil. ex proprio conceptu existentiæ, & generis relativi conveniente tam relationi creatæ, quàm increatæ in ratione existendi, quæ petit indivisibiliter, & intransitivè sistere in re semel per illam existante, munus enim ejus, (ut explicatum est,) in indivisibili consistit, scil. in cōstituere rē extrà nihil, vel extrà causas, & cū nō possit res sic constituta, iterum extra nihil constitui, ut patet ex terminis, (quod quidem pertinet ad genus absolutum, non relativum,) nequit proinde admittere consortium alterius existentiæ, sivè absolutæ.

Ex his etiam patet ad paritatem, quæ subditur de subsistantia, tam similiter infinitas non est ratio multiplicandi illas in divinis, sed quià ex opposito non ità in indivisibili consistit sicut existentia, sed partitur in duo munera, scil. complere naturam in genere substantiæ, sivè tribuere illi perseitatem independentiæ ab alio, ut à subjecto sustentante, & deindè tribuere incommunicabilitatem, sivè constituere personam incommunicabiliter subsistantem, quod in Divinis prçstari nequit ab aliquo absoluto, cum omnia absoluta sint communicabilia, ergo ex eo quòd dentur tres subsistentiæ relativæ, non rectè infertur dari etiam tres existentias relativas. Alia ratio à posteriori, & vel ab inconvenianti, (quæ etiam colligi potest ex dictis) nempè, quòd si darentur tres existentiæ relativæ, deberent etiam admitti tres durationes, & consequenter tres æternitates contra Athanasium in Symbolo, & August. 5. de Trinitate c. 10. videri potest apud laudatos ex nostris Herteram, Godij, Ferre, & Gonet. latè eam examinantes.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. evertendo primum, & præcipuum fundamentum concl. Benè stat eandem rem gaudere duplici existentia, ergo quamvis existant relationes Divinæ existētia absoluta poterunt adhuc existere per relativā. Prob. ant. primò paritate insinuata subsistentiæ, quià non minùs hæc est ultima actualitas in sua linea, scil. substantiæ, quàm existentia in sua, nempè essendi, at hoc non obstante relationes Divinæ jam terminatæ per subsistentiam absolutam, adhuc ultimò terminantur per relativam ergo: §. Secundò, & urgetur præcedens. Non est contra ultimam actualitatem in aliquo genere, adhuc constitui, & determinari per aliam ejusdem generis, ergo à fortiori non erit contrà ultimam generis absoluti determinari per aliā generis relativi. Prob. ant. Essentia Divina per se ipsam est in actu ultimo in genere intelligibili, cum se ipsa sit actus purus in omni genera, sed nihilominùs sit actu intellecta per Divinum Verbum productum, ergo.

Ad hoc patet ex dictis, unde neg. ant. Ad 1. probat. jam proximè assignatum est discrimen, quòd existentia in indivisibili consistit, secùs verò subsistentia ob rationem dictam, Ad 2. neg. ant. propriè, & strictè loquendo de ultima actualitate simpliciter, aliàs esset, & non esset simpliciter ultima, ut patet ex terminis. Unde ad prob. neg. iterum propriè loquendo ant. quià Verbum Divinum, ut vidimus, & docet D. Aug., non producitur ex indigentia, sed ex intelligentia, vel fœcunditate, unde non est adhoc, ut essentiam constituat actu intellectam, ut contingit in verbo producto in nobis, (nam se ipsa, ut ait etiam Mag. Jo. à S.Th. lib.3. de anim. q.11. ar.2. est in actu puro, vel ultimo intelligibilis, & intellecta,) sed ut manifestetur in imagine id, quod est intelligentia. Sed præterea dist. sit actu intellecta per verbum tanq. per actualitatem realiter distinctam, neg. identificatam, & sola distinctam ratione, conc., & neg. conseq.

Sed instas 1. Verbum Divinum non tantum sic illam constituit per id, in quo cum eadem convenit, vel identificatur, sed etiam in quo ab illa, ratione ratiocinata distinguitur, idest non tantum essentialiter, sed etiam personaliter, aliàs hoc illi non magis conveniret, quàm Spiritui Sancto, sed si universaliter esset contrà rationem ultimæ actualitatis esse ulteriùs determinabilem per aliam, vel admittere consortium illius, non solum repugnaret esse determinabilem per aliam realiter, sed etiam ratione distinctam, ergo. Prob. mi. Nam quià de ratione personalitatis est tribuere incommunicabilitatem inferunt Theologi, quòd si eadem essentia, ut præintelligitur relationibus haberet personalitatem absolutam, non posset ulteriùs terminari per personalitates relativas, sola etiam ratione à se ipsa distinctas, & sic esset una tantum persona in Deo, ut dicunt Hebræi ergo. §. Secundò. Nam existentia etiam relativa sola ratione esset distincta ab absoluta, ergo si non est contra conceptum ultimæ actualitatis admittere aliam solu ratione distinctam, poterit absoluta admittere tres relativas.

Ad 1.

Ad 1. neg. ant. quià cum prædicta actuabilitas in Deo sit solum dialectica, (ut vidimus) vel secundum explicari, sivè orta ex sola distinctione rationis inadæquata, scil. penès explicitum, tantum, non adæquata penès explicitum, & implicitum nullam arguit potentialitatem in essentia Divina, sed eandem actualitatem, ut explicatam per diversa tantum munera, sicut sæpè dictum est de intelligere radicali respectu actualis, ut subtiliter insinuat D. Tho. suprà relatus q. 1. de potentia ar. 1. ad 2. Ad prob. neg. conf. quià tunc subsistentia absoluta terminaret naturam secundum ultimum conceptum, & munus subsistentiæ ulteriùs indeterminabile, itaut non solum constitueret naturam independentem, sed etiam redderet illam alteri incommunicabilem ut supposito. Unde subsistentia relativa etiam sola ratione distincta non posset aliud munus exercere, sicut modo dicimus de existentia absoluta, quæ quià adæquatè terminat illam in genere existendi, non relinquit aliud munus exercendum à relativa, etiam si sola esset ratione distincta. Cæterum Verbum hac sola etiam ratione distinctum habet ut dictum est, aliud munus exercendum. Unde poterat retorqueri eadem paritas. Nam quià subsistentia absoluta tunc in ratione personandi adæquatè terminaret naturam, non posset hæc admittere aliam subsistentiam relativam, etiam sola ratione distinctam ut supponitur, ergo quià de facto, (ut probatum est) existentia absoluta adæquatè terminat illã in ratione existendi, non poterit aliam relativam admittere, sola etiam ratione distinctam. Per quod etiam patet ad secundam.

Secundò arg. Existentia accidentis absoluti est de eodem genere, de quo est essentia existens, ergo pariter illa relativi erit de hoc genere, ac proinde ascendendo ad Divina, existentia relationum erit relativa; hæc posterior conf. tenet ex dictis, & prima etiam à paritate: §. Dices esse discrimen, quòd alia accidentia secundum suas rationes differentiales ut vidimus, explicant esse, sivè *In*, & ideò admittere possunt in proprio genere existentiam, cum pariter hæc explicet esse, quæcunq. sit, existere enim ut dictum est, nil aliud explicat, quàm extrà causas, vel extrà nihil esse. Cæterum relatio tantum explicat *Ad*, sive purum respectum ad aliud ut ad purum terminum, unde nequit habere existantiam, quæ sit relativa.

Sed contra hoc est. Tum superiori paritate subsistentiæ, quæ non minùs etiam secundum propriam rationem subsistendi explicat esse, quàm existentia, cum subsistere nil aliud sit quàm in se sistere, vel esse independenter ab alio, ut sustentante, ergo si nihilominùs admittuntur in Deo tres subsistentiæ relativæ, poterunt etiam admitti tres existentiæ de eodem genere. Tum deinde quià probabile est etiam inter Thomistas existentiam, & subsistentiam non distingui realiter, sed esse realiter idem, ut videtur sustinere M. Medina 3. p. q. 3. ar. 2., & alii, quos refert M. Herrera hic, & expresè alios ægregios recentior, obiter tamen in 1. Phys. referens pro se Capreolum, ergo si semel admittitur subsistentia de linea relativa admitti etiam debet existentia de eadem linea.

Resp. bene ibi. Ad 1. replicam, ex eadem paritate subsistentiæ, quæ semper visa est difficilis, adeò ut plures negent ob eandem relationes Divinas propriam habere rationem subsistentiæ, de quo tamen infrà; dist., non minùs, adæquate sumpta, vel secundum omnem sui rationem, neg., inadæquatè, vel secundum aliquod tantum sui munus, conc. Jam enim vidimus subsistentiam non consistere in indivisibili, sicut consistit existentia, sed duo habere, nempe independentiam ab alio, ut à sustentante, (unde subsistens se ipso intransitivè habet esse,) & incommunicabilitatem personalem. Priori modo explicat esse, cum faciat formaliter sistere in se, unde secundũ hunc conceptum non admittitur in Divinis subsistentia relativa, sed tantum absoluta, omninò necessaria, ut dictum est, ut natura Divina sit summè, & completè perfecta in sui linea, vel absoluta, unde neq. etiam indiget relativis, ut sustentetur ab illis; sed quià etiam est summè fæcunda, & communicabilis ad intrà tribus personis inter se realiter distinctis, & incommunicabilibus juxta exigentiam Mysterii Trinitatis, & hæc realis distinctio, & incommunicabilitas personalis haberi nequit per aliquod absolutum, ut contingit in creatis, in quibus utraq. aliunde haberi potest, scil. ex eorum finitate, & limitationa, tenemur superaddere subsistentias relativas, vel personales, à quibus tribuatur eadem incommunicabilitas, & secundum hoc munus non explicat esse determinatè, sed abstrahit: cæterum existentia secundum omnia, quæ habet tantum explicat esse, nam communicabile, & incommunicabile tunc differentiæ substantiæ, vel subsistentiæ, non existentiæ. Unde non negamus existentiam relativam, quià præcise explicat esse, sed quià adæquatè sumpta, sive secundum adæquatam sui rationem tam superiorem, quàm inferiorem, vel athomam explicat illud.

Ad secundam ex probabilitate prædictæ opinionis dico in primis, oppositam modo jam communiter defendi à cæteris Thomistis, nec sine urgenti fundamento in D. Tho. 2. cont. Gent. cap. 52., & 53., & Quodlib. 9. ar. 2., & aliis in locis. Secundò dicimus præfatos Authores ob idem motivum sicut multiplicant subsistentias, multiplicant existentias, unde nihil convincitur contrà nos, qui contrarium utriusq. asserimus cum communi cæterorum consensu.

Tertiò arg. ex P. Suarez. In Divinis dantur tres actualitates inter se distinctæ realiter, & sola ratione ab essentia, ergo dari etiam debent tres existentiæ relativæ. Ant. patet, quià tres personæ sunt tres res realiter inter se distinctæ, & ratione ab essentia, ergo sunt tres actualitates, conf. verò prob., quià existentia nihil aliud est, quàm actualis entitas, sive actualitas entitatis, ergo.

Ad hoc patet ex proximè dictis, & in 1. Phys., unde claritatis gratia dist. ant. tres actualitates, per quos res constituitur extra nihil, neg. actualitates realitatis, vel entitatis, conc., & neg. conf., nam existentia ut dictũ est, non consistit in quacunq. actualitate, sed per quam res constituitur extra causas, vel extrà nihil; semel autem, quòd res jam est sic constituta, non potest iterum sic constitui, ac proindè supposito quòd relationes semel existant per existentiam absolutam ob sui transcendentiam in illis imbibitam, nequeunt ampliùs per aliam, sivè absolutam, sivè relativam iterum existere, quod etiam tenetur idem Author, ut diccbamus, secundum propria principia asserere; undè ad prob. neg. ant. quòd existentia nihil aliud sit, quàm actualis entitas, vel actualitas entitatis, utcunq., sed per quam res adæquatè ponitur extra nihil, vel extra omnes causas, quod non convenit nisi actualitati ultimò terminativæ, vel completivæ rei in genere essendi. Hæc autem est immultiplicabilis, ut probatum est etiam ex propriis principiis, ut manifestè ostendimus in eisdem Physicis.

Quartò

Quartò arg. Et est replica contre solutionem, cui potissimùm innititur concl. Nam eo ipso, quòd existentie est actnelitas, per quam res ponitur extrà nihil, videtur potiùs inferri oppositum, quòd nempè debeat multiplicari, & admitti relative præter absolutain, ergo solutio est nulle. Prob. ent. Nam rem poni extrà nihil, est illam realitar produci, sed hoc in Deo verificari nequit sina existantia relativa, vel solum respectu illius, ergo si munus existētiæ ast constituere rem extra nihil erit necessaria in Divinis existentie relativa. Prob. mi. quià productio realis tendit, vel terminatur ad existentiam rei productæ, sed in Divinis sole relative producuntur, ut filiatio, vel spiretio passive, ergo nequit ibi salvari hoc, quod est rem axtra nihil constitui, vel produci sine existentie relativa: §. Urg., & expl. hoc productio realis, vel personelis (quæ sola admittitur in Deo) non potest tendete, vel terminare ad existentiam absolutam, hæc enim est improducibilis, sicut essentia, & cætere absoluta, quæ solum dimanant, non verò producuntur, sed tantum sunt communicabilie relativis sola ratione ab illis distincta ob defectum oppositionis relitivæ cum illis, ut dictum est) ergo tendit, vel terminatur ad reletivam.

Urg., & expl. ulteriùs. Nam in hoc differnnt essentia, & existentia ejus absolnta à ralatione, quòd illę sunt extra nihil sine productione, relatio verò cum productione, sed productio non tendit ad rem præcisè ut entitativè, vel nudè sumptam, sed ut existentem, itàut utrumq. cadat sub productione, scil. tam res, quàm existentia ajus, ergo si sub ista in divinis cedere nequit axistentie absolnte, necessariò terminus ejus erit existentia relative.

Ad hoc patet ex dictis in eodem 1. Phys., & alibi, quòd ad productionem rei non est necessarium, quòd omnis terminus ejus noviter ponatur in esse, vel cadat sub ille, ut quid productum, sed solum ut quid communicatum, vel unitum elteri, aliàs non posset verificari, quod unus homo producetur, vel generetur ab alio, cum neq. materiam, nec formam illius producat; nec in probabili etiem sententia modum eliquem superadditum, sed setis est, quòd concurrat ed unionem unius cum elie: §. In forma ergo neg. ant. Ad prob. neg. mi. Ad illius prob. dist. ma. Ad existentiam rei productæ, ut communicandem, vel noviter producendam, conc., præcisè ut producendam, neg, & concessa mi. neg. conseq., quià sufficit, ut ebsoluta transcendens relativa communicetur illis ex vi eorum productionis.

Ad 1. confirmat. dist. ant. Non potest terminere ad ebsolutam, ut communicandam, neg., ut noviter producendam, conc., & neg. conseq. §. Ad 2. similiter dist. mi., sed ut existentem, existentia communicata, vel producta, conc., noviter semper producta, nego; undè non est necessarium ut dictum est, quòd utrumq. cadat sub productione, ut terminus eb illa productus, sed ut productus, vel communicatus. Et per hæc etiam patet ad 2.

Sed instas. Quià productio sub hoc conceptu productionis non minùs tendit ad rem productam, quàm cognitio, vel visio ad rem cognitam, vel visam, sed cognitio, vel visio terminari nequit, nisi ad cognitum, vel visum, ergo nec productio nisi ad productum: §. Urg. hoc, & præoccupatur solutio. Nam cognitio nequit semel terminari ad aliquod objectum non cognita saltem implicitè, val consequenter, etiem ut quod, ratione formali cognitscibilitatis ejus, scil. ratione entis, ergo nec poterit productio terminare ad aliquid productum, non producta saltem implicitè, val consequenter etiam ut quod ajus existentie, ergo cum nullum absolutum in Divinis sit ullo modo producibile, ut quod, producta relatione produci debet saltem consequenter existentie relative.

Resp. dist. claritatis gratie ma. Non minùs &c. Cæteris paribus conc., aliis dispatibus, neg., val iterū dist. Ad rem productam sub omni ratione, sub qua est producibilis, conc., sub qua rapugnat produci, neg., & deindè transeat, vel concesse mi. neg. conseq., quià non omnie in producto sunt producibilia, ut *quod*, & præsertim in casu, ubi nullum absolutum, & de genere existendi potest esse de linea producibilis ut *quod*, ut probatum est, sed solum ut *quo*, scil. per modum retionis formalis, ut essentia, vel completivè, ut existentie, non enim est necessarium, quòd terminus formalis actionis, sivè unitivæ, sivè productivæ, (& idē similiter de completivo) fiat per illem, ut patet de anima rationali, quæ ut ostenditur de ortu, & interitu, est terminus formalis generationis productivæ hominis, & unitivæ ejusdem enimæ cum meteria, & tamē non fit per illem; cæterum in objecto cognito, vel intellecto, v.g. homine, dicitur etiam intelligi ut *quod*, implicitè ratio entis, unde cōtinetur intrà spherā intelligibilis ut *quod*, unde poterat hæc paritas retorqueri.

Ex quibus inferimus, quòd licet relatio, v. g. Paternitas constituat Patrem in ratione Patris, sive oppositi, & distincti, ac relati ad Filium, non temen est retio formalis, ut sit hæc omnia in actu, vel in actu ultimo, sed primum dicitur hebere ab essentie, ut ratione formeli, posterius verò eb existentia absolute, ut termino completivo.

Quòd si dicas, non stare, quòd relationes Divinæ ex propriis, seù ratione sui sint eliquid reale, (utpotè quid Divinum) & non sint ratione sui extra nihil, ac proindè existens: §. Resp. iterum ex dictis in eodem 1. Phys. dist., & non sint ratione sui extre nihil, vialiter, & in tendentia ad actum ultimum, (ut similiter dictum est de materie prima in ordine ed formam, vel existentiam, sivè inedæquatè,) conc., extre nihil in actu ultimo, vel adæquatè. neg. sicut ergo eadem materia, ut ibidem explicatum est, ratione sui, vel suæ reelitetis tantum fit capax, & constituitur vialiter existens, sivè intendentia ad existendum, non verò formaliter, vel in actu ultimo, ità proportionabiliter relatio Divina, ratione sui, vel suæ realitatis constituitur capex existendi, non formeliter existans, quod sufficit ad distinguendum illam, sicut & materiam à puro nihilo, quod nec est existens, nec ratione sui capax existendi, ex quo tamen nulla ergnitur imperfectio, vel potentialitas in relatione, quià summè realiter identificat sibi existentiam absolutam.

Ultimò arg. & potest esse replica cōtrà hæc omnia. Ratia entis increati multiplicatur realiter in Divinis relationibus, ergo etiem existentia: cons. tenet, quià ratio entis increati consistit in hoc, quòd sit existens à se independenter ab alio, ut à creante, val causa realidante illi esse priùs non hebitum, undè dicuntur convertibiliter ens increetum, & ens existens à se, ergo si semel multiplicatur realiter primum, non potest non multiplicari hoc posterius, & consequenter existentie. Ant. verò prob. Nam ens increetum, idem est propriè, & formaliter, ac ens Divinum, sad ens Divinum multiplicatur realiter in tribus relationibus, quià, ut dictum ast, illas transcendit transcendentie rationis, ergo etiam ens increatum.

Ad hoc, quod tenemur solvere omnes, utpotè militans

litans

litans contrà illud symboli Athanasij, *non tres increati, sed unus increatus*. Resp. dist. claritatis gratia ant., ex proximè dictis. Ens increatum, sumptum communiter pro realitate capaci existendi per existentiam increatam cum independentia, & omnimoda repugnantia essendi ab alio, ut à causa reali, vel creante, conc., sumptum completè pro realitate participiali, & existente, sive terminata, & completa per existentiam, neg. Hoc enim est expressè contrà idem symbolum, unde licet priori modo, ut dicitur in eodem, Pater sit increatus, & similiter Filius, & Spiritus S., non tamen hinc infertur esse tres increatos, sed unum tantum, quià in ratione existentis nequeunt realiter multiplicari oppenente conceptu existentiæ intra lineam relativam, ut ostensum est. Unde potest retorqueri argumentum, & simul formari efficax ratio pro conclusione quam insinuavimus, & qua utuntur communiter nostri Thomistæ. Nam si relationes multiplicarentur realiter, itaut haberent proprias existentias relativas, sicut dantur tres increatæ relationes, deberent etiam dari tres existentiæ increatæ, non tantum negativè, ut ait Suarez, sed etiam positivè, nam apud ipsum, ut vidimus, existentia nil aliud est, quàm entitas, vel realitas actualis, ex quo inferunt, quòd genus existendi petit identificari cum re existente, ergo sicut hac ratione, quià relationes sunt positivæ realitates à se cum prædicta repugnantia, & independentia essendi ab alio, multiplicantur realiter positivè in ratione entis increati, debent pariter multiplicari realiter positivè in ratione existentis, quod est contra Athanasium.

Sed instas. Quià si semel existentia deberet proportionari relationi, quantum ad conceptum positivum realitatis, deberet etiam proportionari quantum ad ejus conceptum relativum, ergo sicut intra proprium genus datur realitas positiva, dabitur etiam existentia relativa. Prob. ant. quià existentia debet proportionari, & in eodem genere convenire cum entitate, cujus est existentia, qua ratione entitas substantialis nequit existere, vel constitui extrà nihil per existentiam accidentalem, nec entitas accidentalis per existentiam substantialem, ergo si quià realitas, vel entitas relationis est positiva, & multiplex positivè debet ejus existentia esse positiva, & multiplex positivè, & non tantum negativè, debebit hæc etiam esse relativa, & convenire cum illa in eodē genere relativo.

Huic instantiæ, (quam iterum dicimus esse solvendam ab omnibus ob idem inconveniens contrà Athanasium,) resp. neg. ant. & suppositum illius ad intentum contrariorum, quòd nempè existentia sit capax proportionis cum relatione de eodem genere, sicut est capax de genere substantiæ, vel accidentis absoluti, ut patet ex dictis, quià nullum ex his opponitur conceptui ejus, qui est absolutus, & facit intransitivè sistere in se, vel per modum perseitatis, vel inaleitatis, sivè in ordine ad subjectum, ut subjectum, & utroq. modo positivè, unde licet detur existentia in utroq. genere, & ejusdem generis, non tamen in relativo de hoc genere, sed tantum absoluta, & positiva: §. Quare autem supposita capacitate utriusq. generis debeat cum illis sic proportionari, ratio patet ex dictis in eisdem Physicis, & sumitur ex natura ejusdem generis, quià cum substantia sit ens per se absoluta ab omni respectu differentiali ad aliquod extrinsecum, (qua ratione diximus non posse esse immediatè operativam, quià deberet specificari ab operatione, quæ in creatis est accidens,) & essentia, & existentia debeant mutuò se respicere, & unum per se constituere, quod nequit fieri ex extremis diversi prædicamenti, nec per se adinvicem ordinatis, hinc est non posse existere per existentiam, quæ non sit sui generis: & hac etiam ratione ex opposito nequit existere accidens per existentiam substantiæ, cum sit dependens ab illa tanq. à subjecto, cui debet inhærere.

Quòd si dicas relationem Divinam esse substantiam, ac proinde debere illi existentiam sui generis, nisi velimus esse im perfectiorem substantia creata, cui dicimus esse debitam propriam de suo genere: §. Resp. non impediri ad habendam illam ex conceptu substantiæ, (aliàs nulla substantia posset eam habere de proprio genere) sed ratione expliciti, sivè oppositi, quod est ad aliud, ut purè terminum, quod est, ut vidimus, contra conceptū existentiæ, qui est sistere in se, vel respicere subjectū, ut subjectū, sicut in simili dicebamus suprà de impossibilitate substantiæ supernaturalis creatæ, quòd ei non repugnat supernaturalitas, ex quo substantia absolutè est, quià prout sic in suo conceptu formali non includit aliquid repugnans, sivè infinitatem repugnantem creaturæ, sed ex quo substantia supernaturalis est, nam esse substantiam supernaturalem non tantum dicit esse ens per se existens, sed etiam modum proprium, quo per se existere convenit Deo, nempè per se existere, ut excedens omnem naturam creatam natam per se existere ob conceptum supernaturalitatis ejus, ut ibid. explicatum est. Quià ergo existere importat modum proprium convenientem, scil. generi absoluto ut dictū est, licet non repugnet relationi, ex quo substantia est absolutè sumpta, repugnat tamen illi, ex quo substātia relativa est de proprio genere.

QUAESTIO V.

An relationes Divinę secundum conceptum proprium, ut dicunt Ad, *sivè ratione sui importent perfectionem de propria linea, sivè relativam præter absolutam essentiæ.*

Supponimus primò dupliciter aliquid posse dici perfectum, ut docent Philos., & D. Tho. 5. metaph. lect. 18., uno modo communiter, sivè generaliter, quatenus habet omnia, quæ desiderantur ad sui essentiam, vel integritatem prædicatorum sibi ex natura rei convenientiam, qua ratione etiam peccatum commissionis, (præsertim in opinione constituente illud in aliquo positivo,) dici potest perfectum cum habeat suum genus, & differentiam, & omnes proprietates sibi debitas. Alio modo specialiter, prout determinat, aut concernit determinatam materiam bonitatis, & veritatis ad rectè operandum, sive in ordine naturali, sive morali, & tunc perfectum suprà possessionem eorum, quæ sibi debentur in propria linea, specialiter importat habere esse in materia determinata bonitatis, vel virtutis. In præsenti autem non est difficultas in priori sensu, nam certum est relationibus Divinis nihil de esse ex his, quæ sunt debita illis in propria linea, sed tantum in posteriori, & secundum propriam acceptionem perfectionis. Et tunc etiam certum est, quòd licet ut ratione, vel virtualiter distinctæ ab essentia dicantur non habere illā de eadem sui linea, sicut nec habent, ut vidimus, existen-

axistentiam, non propterea inferendum est carere perfectione, aut non importare perfectionem, vel non esse perfectas, sicut non infertur carere existentia, vel non importare illam, aut non esse axistantes, quia utramque implicitè saltem includunt, & utramq. indispensabiliter exigunt, & necessariò imbibunt per earumtranscendentiam, unde adhuc sunt summè infinitè perfectæ, & existentes, & dignæ adoratione latriæ, ut alibi explicatur 3. p., & juxta illud, quod canit Ecclesia, ut in personis proprietas, & in majestate adoretur æqualitas, cujus singularis excellentia principii creationis, & gubernationis est objectum latriæ soli Deo debitæ, ut explicat D. Tho. 2. 2. q. 81. ar. 4. quia hæc singularitas excellentiæ à nullucreatura est participabilis *in quantum* (inquit) *omnia in infinitum transcendit secundum excessum*, ut similiter dictum est de singularitate substantiæ supernaturalis.

Hinc etiam supponimus secundò certum pariter esse in omnium sententia, quòd licet prout sic distinctæ ab essentia non importent perfectionem relativam præter absolutam, adhuc tamen omninò requiri, vel pertinere ad perfectionem, & integritatem Deitatis; sicut enim Deus est essentialiter, vel necessariò unus in essentia, ità pariter est trinus in personis, unde non salvaretur summa ejus fæcunditas, & communicabilitas ad intrà summæ, & infinitæ ejus bonitati debita sine illis, ac proinde nec summa ejus perfectio saltem illativè, & terminativè, sicut dicunt Authores oppositi, quòd non salvaretur formaliter, si non superadderent ad essentiā, perfectionē relativam præter absolutā.

His suppositis sunt duæ sententiæ extremæ, & altera veluti media. Prima affirmat, quam sustinent Heruæus, Suarez, & alii ex Societate, & ex nostris etiam Zumel, à S. Th., Contenson, Ledesma, & novissimè Eminentiss. Ferrarius, & ex parte etiam Gonzalas: Secunda negat, quam frequentiùs sustinent alii Thomistæ, Capreol., Cajet, Ferrara, Illustriss;Godoii, Salmantic., Ferre, Serra, Aravio, & ex exteris Scotus, & communiter ejus Discipuli, uno, vel altero excepto, & Durandus in 1. dist. 1. q. 3. S. Tertia, & veluti media distinguit de illis, prout comparantur ad essentiam, vel naturam, & prout considerantur in propria linea. Priori modo negat habere illam, quià prout sic concipiuntur, ut quid in completum, & ut medi illius. Posteriori affirmat, quià sunt, & concipiuntur ex opposito tanquam aliquid completum. Ita M. Gonzales hic disp. 4. sect. 1., & alii.

§. I.

Statuitur Conclusio.

Loquendo de perfectione propriè accepta præter perfectionem absolutam non datur in Deo perfectio relativa. Sumitur ex D.Tho. infra q. 30. ar. 2. ad 4. & alibi, & ex D. Aug. lib. 7. de Trinitate, c. 1. & 6. asserente bonitatem, & magnitudinem perfectionis in Divinis, non relativè, sed ad se dici. Ex quo fit arg. Relationes ad essentiam nihil addunt absolutum ratione ab illa distinctum, sed juxtà Aug. ratio perfectionis in Deo non relativè, sed absolutè dicitur, ergo non datur in illo perfectio, quæ absoluta non sit, aut quam superaddant relationes ad essentiam de propria linea.

Ratione deinde prob. 1. Ratio perfecti secundum propriam rationem, vel acceptionem perfectionis non est capax ad intra, vel ei convenire nequit conceptus formalis, aut quiditativus relativi, vel oppositi, ergo nequeūt in Deo admitti pro formali perfectiones relativæ præter absolutam, sivè multiplicatæ, ut volunt aliqui, sivè non, ut alii dicunt: prob. ant. Nam perfectum, & bonum, idem prorsus sunt, itaut convertibiliter dicantur, & inseparabiliter, præsertim in Divinis, sed ratio boni secundum formalem, & propriū sui conceptum non est capax, vel ei convenire nequit proprius, & formalis conceptus relativi, vel oppositi, ergo nec convenire potest rationi perfecti: ma. constat, quià repugnat bonitas pro formali, imò nec intelligibilis est, non intellecta perfectione, vel è converso, ut explicabitur infrà. Mi. verò prob., quià formali, vel explicitus conceptus relativi est conceptus oppositi, & prout sic incommunicabilis, & præcipuè in Deo, si velimus in illo salvare mysterium Trinitatis, sed formalis ratio, vel conceptus oppositi, & incommunicabilis nequit convenire conceptui bonitati pro formali, cum hæc ut fatemur omnes, secundum propriissimum sui conceptum sit communicativa, & diffusiva sui, in quo fundamus etiam aliud mysterium Incarnationis, scil. in summa Dei bonitate, ex qua habet, quòd sit summo modo communicativus sui per unionem hypostaticam, & omne aliam communicationem sui ad extrà, sivè in ordine naturæ, sivè gratiæ, ergo nequit rationi boni pro *formali* convenire ratio oppositi, vel *incommunicabilis* pro formali.

Urg. hoc, Nam idem pariter est ratio perfecti, & ratio digni, si propriè loquamur de perfectione, & maximè iterum in Deo, sed in illo non admittitur dignitas relativa pro formali, sed tantum absoluta, ergo nec admittenda est perfectio relativa pro formali, sed tantū absoluta. Prob. mi. ex D.Th. infrà q. 42. ar. 4. ad 2. ubi hinc infert rationem summæ æqualitatis, vel convenientiæ in ratione perfecti, & digni inter Divinas personas, esto non conveniant in ratione relativi, quià ratio summi in ratione perfecti, & digni non fundatur in entitate, vel realitate Divina, ut quid relativū est, sed absolutum, *Dicendum* (inquit,) quòd æqualitas attenditur secundum magnitudinem. *Magnitudo autem in Divinis significat perfectionem naturæ, & ad essentiam pertinet. Et ideò æqualitas in Divinis, & similitudo secundum essentialia attenditur .... Paternitas igitur est dignitas Patris, sicut & essentia Patris. Nam dignitas est absoluta, & ad essentiam pertinet. Sicut igitur eadem essentia, quæ est in Patre, est paternitas, in Filio est filiatio; ita eadem dignitas, quæ in Patre est paternitas, in Filio est filiatio. Verè ergo dicitur, quod quidquid dignitatis habet Pater, habet Filius: nec sequitur paternitatem habet Pater, ergo paternitatem habet Filius. Mutatur enim quid in aliquid. Eadem enim est essentia, & dignitas Patris, & Filii. Sed in Patre est secundum relationem Dantis, in Filio secundum relationem recipientis*, ergo ratio digni juxtà D. Tho. ac proinde ratio boni, & perfecti tantum est absoluta, & non relativa.

Urg. ulteriùs ratio facta. In Deo nequit dari ratio boni sub hoc conceptu abstrahentis à communicabili, & incommunicabili, & consequenter ab absoluto, & relativo, ergo nec est dabilis ratio perfecti propriè sub hoc formali conceptu, abstrahentis ab utroq., cons. tenet ex dictis; & ex eisdem etiam constat ant. Et poterat etiam explicari in alio simili attributo. Nam quià liberum Divinum est summè actuale, sicut & omne aliud prædicatum ibidam, licet liberum ut sic, abstrahat à defectibili, & indefectibili, non tamen liberum Divinum, sed determinatè est indefe-

defectibile, ergo quià pariter ratio boni, & præcipuè Divini sub hoc conceptu non abstrahit à communicabili, & incommunicabili, determinatè in Deo erit sola ratio boni, & consequenter perfecti de sola linea communicabilis, vel absoluti: §. Hine etiam solvitur instantia, qua putant aliqui in his, & similibus, retorqueri hæc omnia in prædicato entitatis, vel realitatis, quià hæc supposita fide ejusdem mysterii abstrahit ab utraq. linea oppositi, & non oppositi, sivè communicabilis, & incommunicabilis per modum oppositi, & consequenter absoluti, & relativi, vel oppositi, undè potest in utraq. propriè reperiri.

Dices hoic teplieæ, sicut & rationi principali non esse de ratione perfectionis, & bonitatis esse communicabiles omni communicabilitate, sed aliqua tantum, & similiter nec esse de ratione relationis etiā Divinæ esse omninò incommunicabilem. sed aliqua tantū incommunicabilitate, scil. respectu personæ oppositæ, cum sit communicabilis tum essentiæ per identitatam, tum naturæ creatæ per unionem hypostaticam tum relationi creatæ, per participationem, & imitationem. §. Sed contrà hoc est. Nam licet relatio Divina dicatur communicari essentiæ per idantitatem, non tamen formaliter trahendo illam ad sui lineam, vel conceptum formalem relativum, & oppositum, ita ut detur essentia pro formali de genere relativo, vel opposito, ergo licet similiter perfectio, & bonitas Divina dicatur incommunicabilia identicè, non tamen pro formali itaut trahi possit ad genus relativum, vel oppositum, unde sicut essentia est tantum de genere absoluto pro formali pariter erit perfectio, & bonitas pro formali. Per quod patet ad instantiam ad extra ubi nulla est oppositio, sed eminentialis continentia, ut alibi explicatur ob quam potest supplere, & participari, & imitari.

Secundò etiam principaliter prob. concl., vel à priori, ratione iterum desumpta ex D. Tho. supra q. 4. ar. 1. ubi in fine corp. inquit. *Secundum hoc enim dicitur aliquid perfectum secundum quod est in actu, nam perfectum dicitur, cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis*. Cujus rationem subdit ad 1. *Sed quia in his, quæ fiunt, tunc dicitur aliquid esse perfectum, cum de potentia ra ducitur in actū, transsumitur hoc nomen perfectum ad significandum omne illud, cui non deest esse in actu*. Ità D. Tho. Ex quibus prob. sic. Perfectio cujuslibet rei sumitur ab actu ultimo, sivè ab actu existentiæ, vel ab ordine ad illam, sed relationes Divinæ ratione sui, seù secundum proprium sui, vel formalem conceptum, aut rationem differentialem non important, vel exprimunt hunc ordinem ad illam, sed solum ratione sui impliciti, scil. essentiæ, vel naturæ Divinæ, ergo ratione sui non addunt perfectionem relativam. Ma. est D. Tho., & patet ejus ratione, nam unumquodq. perficitur, in quantū educitur de potentia in actū, ergo ab actu ultimo, vel ab actu existentiæ, à quo res ultimò, sivè completè extrahitur ab eadem potentia, sumenda est perfectio ejus, nam antequam perveniat ad illam, vel eam positivè respiciat, manet in statu potentialitatis, & consequenter imperfectionis, ut patet ex terminis. Tum quià ut docet ibidem D. Tho. unumquodq. est bonum in quantum est perfectum, nam sient illud est, cui nihil deest secundum modum suæ perfectionis, ità bonum, cui nihil deest de integritate suæ bonitatis, & consequanter perfectionis juxtà illud. *Bonum est ex integra causa, & malum ex quocunq. defectu*. At bonum (ut pariter explicat ibi) propriè accipitur ex hoc, quod est appetibile, & consequenter assequibile. Assequibile autem in quantum est existens, vel saltem dicit ordinem ad existendum, ergo ratio perfectionis propriè sumitur ab actu existentiæ, vel per ordinem ad illam. Mi. etiam constat ex dictis, & eam fatentur etiam contrarii ex nostris, qui non admittunt (ut vidimus) existentiam relativam. Quòd verò nec etiam ratione sui dicant ordinem ad illam, etiam probatum est, quià relatio ratione sui nihil respicit, nisi ordinando ad terminum, ut iterum patet ex ejus conceptu quiditativo, vel definitivo, qui est totum suum esse ad aliud se habere, scil. ad purum terminum, sed istum ordinare nequit suam existentiam, hoc enim est ut ostendimus, contra proprium conceptum existentiæ, unde in ratione existendi solum respecire potest subjectum ut subjectum, sivè intransitivè ad aliud, seù sistendo in illo, ut dictum est, qui elt respectus de genere absoluto, non relativo.

Dices negando, quòd ratione sui relatio, sivè subsistentia, vel personalitas Divina relativa non dicat ordinem ad existentiam, nam eo ipso, quòd sub munere formæ hypostaticæ (quidquid sit sub munere referentis) terminat naturam Divinam, terminat etiam, & modificat existentiam. Tum quià terminat naturam Divinam, ut Divinam per essentiam, ac proindè ut actum purum in linea essendi, & ut est ipsum esse per essentiam. Tum quià sicut in sententia Thomistarum, quià existentia in creatis supponit naturam, & subsistentiam, utramq. terminat, & actuat ordine quodam, ità quià in Divinis relatio, vel personalitas relativa supponit naturam, & existentiam, utramq. terminat, & modificat faciendo, quòd natura Divina existat modo personali, & relativo, ac proindè perfectè relativè: §. Vel dices secundò quòd relatio Divina exprimit ordinem ad existentiam Divinam sub conceptu entis realis transcendentis transcendentia rationis omnia Divina, unde exigit hoc ipso constitui existens existentia Divina, quod pertinet ad rationem perfectionis.

Sed contrà hoc est. Nam ex his solum videtur inferendum, quòd relatio non sit aliquid imperfectum in propria linea, non tamen quòd dicat perfectionem de linea relativa, vel etiam quòd illam inferret, si hæc linea esset capax. Unde instatur primò sic. Nam licet dicatur terminare naturam, & ejus existentiam, & subsistentiam, non tamen in genere, vel intrà genus existendi, seù realitatis, & ordinativè ad terminum: neq. etiam ex necessitate, sed ex fœcunditate naturæ, ut dictum est, nam res semel existens, est adæquatè extra nihil, vel extrà causas, præcipuè in nostra sententia non admittente existentias partiales, vel inadæquatas, ut alii volunt, undè ut vidimus, non potest expectare ulteriorem existentiam, sed semel existens est ultimò existens, ergo si juxtà D. Tho. perfectio propriè sumenda est ab ultimo actu, qui est existentia, ubi deest hic actus existentiæ (scil. in linea relativa, ut concedit recentior Thomista Author solutionis) deest quoq. perfectio propriè, non ex illius defectu præsertim in Divinis, sed ex incapacitate lineæ relativæ, & ideò non est aliquid imperfectum in eadem.

Expl., & urg. hoc. Quamvis iterum dicamus terminare, vel modificare illas, eo ipso tamen quòd non terminat ex earum indigentia, sed ex abondantia, & fœcunditate naturæ, nequit inferri, quòd terminet ad perficiendum, sed solum ad multiplicandum personalia juxtà exigentiam mysterii Trinitatis, ergo ex propriis non importat perfectionem, nec tenetur importa-

te, sed solum referre per viam oppositionis ad terminum sibi oppositum (penès quam attenditur multiplicatio personarum), & solum implicitè importare, vel transcendi ab illa, aut exigere ob summam identitatem cum omni non opposito, vel absoluto. Per quod patet ad instantiam de existentia in creatis, nam hæc terminat ad perficiendum, & non præcisè perficit, quià terminat; aut perfectivè terminet, quià supponat, sed quia terminat in genere existendi, & ex earum indigentia, cum non sint ultimò constitutæ in hoc genere, sivè ultimæ actualitatis, ex qua ut ait D. Tho. sumitur perfectio rei: unde potest retorqueri, & simul impugnari posterior solutio. Quià licet similiter dicatur prout sic exprimere ordinem ad existentiam, non tamen de propria linea, nec ex vi entitatis, ut contractæ ad illam; vel ut virtualiter distinctæ ab absoluta exigit constitui existens existentia relativa, sed absoluta, unde sola gaudere potest perfectione absoluta non relativa.

Secundò impugnatur eadem principalis solutio. Nã ea eo quòd explicitè sub eodem conceptu, vel ratione sui dicat ordinẽ ad naturam Divinã non sequitur, quòd etiam ratione sui respiciat existentiã, ergo. Prob. ant., ex eo respiciens, aut terminans naturam tenetur etiã respicere, aut terminare existentiã, quià natura, ut ait solutio, ratione sui, utpotè Divina per essentiam est actus purus in linea essendi, sive ipsum esse per essentiam, ac proinde existentia formaliter, sed ex hoc non infertur quòd simul terminet existentiã, terminata natura, ergo Prob. mi., quià natura adhuc est distincta ab illa virtualiter, vel ratione, aut saltem secundum diversitatem munerum, ut patet ex dictis; at hoc sufficit ad impediendam terminationem simultaneam utriusq. non obstante formali earum identitate, ergo. Prob. mi. tum in eadem relatione, vel filiatione, nam hujusmodi distinctio inadæquata, & in munere inter rationem referendi, & suppositandi sufficit ut uniatur humanitati ut hypostasis, & non ut relatio. Tum etiã, ut dicebamus in superioribus, in opinione identificanta etiam virtualiter omnia, quæ spectant ad lineam intelligibilem, scil. naturam, seu intelligibile radicale intellectum, & intellectionem sola distinctio munerum sufficit, ut dicatur solam naturam concurrere tantum, ut principium radicale, & non proximum, ergo sufficit etiam ut sola natura dicatur terminari, & non existentia: nõ enim hæc minùs est actus ultimus in linea essendi, ac proinde ulteriùs interminabilis in hac linea, quàm sit natura primum, & radicale principium in linea operandi. Ex quo etiam sumi poterat efficax paritas ad intentum, ergo.

Urg. hoc. Nam licet diceremus existentiam esse adhuc terminabilem ab ulteriori actu, non tamen, qui sit perfectio de genere relativo, repugnãte utrinsq. conceptu, tũ existentiæ ut dictum est, qui non admittit transitũ ad aliud, ut puiũ terminũ, tum ex parte generis relativi, quod non respicit subjectũ, ut subjectum nam istud solum respici potest à perfectione propria, cum hæc dicatur in ordine ad perfectibile, quod nequit esse terminus, hìc enim magis respicitur, ut aliquid oppositum in hoc genere, quàm perfectibile, constat autem, quòd existentia, utpotè ultimus actus simpliciter, nequit comparari ut aliquid ulteriùs perfectibile, ergò nequit existentia divina ullo modo terminari, aut respici à relatione sub aliquo munere, vel conceptu perfectionis, quidquid sit sub illo formæ hypostaticæ, vel intrà lineam incommunicabilitatis personalis.

Tandem prob. concl. contrà relatam sententiam mediam. Relatio ut comparatur ad essentiam juxtà illam non dicit perfectionem relativam, ergo neq. in propria linea. Prob. cons. Si haberet in propria linea eidem tribueret illam, ut eam actuat, vel terminat, sicut quià essentia habet in propria, per sui transcendentiam, ut vidimus, communicat illam relationi, eamq. perficit, tum quià dum eam actuat, & terminat, tribuit esse completum, quod habet, ergo si eam haberet in se, tribueret essentiæ, & perficeret; repugnat enim formam actuare, vel cõmunicari subjecto & non communicare illi effectum sui formalem perfectionis. Forma enim afficit subjectum secundum id, quod habet in se, ergo saltem, ut *qua* debet illud communicare, idest ut ratio habendi suum effectum, ac proindè si relatio in se ipsa haberet perfectionem relativam, ut comparata ad essentiam esset id, quo essentia relativè perficeretur, & consequenter comparatiuè ad illam esset perfectio relativa, licet non *ut quod, saltem ut qua*.

Dices quod licet in se sit perfectio, comparativè tamen ad essentiam concipitur tantum ut modus perfectionis ipsius essentiæ, modus autem, ut talis, cum sit quid incompletum obtinere nequit rationem perfectionis, de cujus ratione est esse aliquid cõpletum, sivè id, cui nihil deest in suo genere, ut vidimus ex D. Tho., & sic intelligitur id, quod completur, non quod aliud complet, unde si non intelligatur ut completum, non intelligitur, ut perfectum.

Sed contrà hoc est, & in primis, hinc magis intendendum est neque esse in se ipsa perfectionem, si semel esse modum alterius tollit rationem perfectionis, nam id, quod habet in se ipsa pertinet ad rationem modi, sivè non extrahit à ratione illius, unde compleri in se ipsa omnibus requisitis ad rationem modi inferre nequit rationem perfectionis, si modus juxta Authorem ejusdem sententiæ, non est perfectio. §. Deindè instatur in ipsa existentia; quia hæc etiam complet essentiam, & comparatur ad illam tanquam modus, vel quid incompletum, & tamen comparatiuè ad illam perfectio est ergo.

§. I I.

Solvuntur Argumenta ex authoritate.

PRimò arg. ex D. Tho. q. 8 de pot. ar. 2. ad 1. ubi ait. *Essentia Divina non est in genere substantiæ, sed est suprà omne genus comprehendens in se omnium generum perfectiones undè nihil prohibet id, quod est relationis in ea inveniri*. Ubi loquens de relatione propriè accepta, seu secundum conceptum *Ad*, videtur manifestè supponere, quòd importet perfectionem de hac sui linea relativa, ut contradistincta à cæteris absolutis, aliàs non videretur ex conceptu summæ perfectionis in essentia diuina rectè inferre, quòd in illa inveniatur relatio secundum sibi propria, esset enim de subjecto non supponente, si hæc prout sic non dicit perfectionem. §. 2. Nam q. 7. ibid. ar. 9. in corp. ex eo probat dari in rebus relationem prædicamentalem, quià *perfectio, & bonum* (inquit) *quæ sunt in rebus extra animam, non solum attenditur secundum aliquid absolutè inhærens rebus, sed etiam secundum ordinem unius rei ad aliam*, & posteà concludit. *Oportet ergo in ipsis rebus ordinem quendam esse, hic autem ordo, relatio quædam est*! Id repetit 4. contr. Gent. c. 9. In quibus iterum manifestè agnoscit relationem tanquam per-

perfectionem necessariam ad bonum universi, sicut ad bonum exercitus necessarius est ordo partium, ut perfectio illius, ut præmittit ibidem ex Phyl. t. Metaph: §. Deniq. Opusc.1. contra errores Græcorum c. 2. explicens D. Basil. dicentem, quòd Spiritus S. sit dignitate secundus à Filio, inquit exponendum esse de dignitate non naturali, sed personali, ergo hanc admittit in Divinis præter naturalem.

Urg. ex aliis PP. Nam Cyrillus lib. 1. Thesauri c.6. inquit de Patre, *Non solum perfectus est, quià Deus, sed etiam quià Pater*, D. Damasc. lib. 1. de fide c. 11. ait *In proprietatibus paternitatis, filiationis, & processionis, secundum causam, & causale (seu causatum), & personalem perfectionem, (idest existentia modum) differentiam intelligimus*. Quibus apertè admittit differentiam inter proprietates relativas quantum ad perfectionem personalem. Athanas. etiam apud D.Tho. Opusc. relato, cap. 7. asserit Patrem sine Verbo fore mutum; & utrumq. sine Spiritu S. non esse vivum, quia nempè ut explicat D. Tho., Pater sine Verbo non est perfectus, nec Pater, & Filius sine Spiritu S. Demum D. Greg. Nazienz. orat. 13. ait. Ea quæ à principio, videlicet à Patre manant, non minùs ob relationem, quam inter se habent, laudenda sunt, quam unumquodquè per se acceptum, & intellectum, sed nihil est laudabile nisi ob perfectionem, & bonitatem, ut docet Arist. 1. Reth. c. 7. §. Poterant hæc omnia urgeri ex 6. Synodo generali Nicæna act. 18., ibi. *Credimus unam substantiam in tribus subsistentiis, unitatem quidem propter naturalem unionem; Trinitatem verò propter subsistentiarum perfectionem*. Et post pauca subditur. *Trinitas simplex tribus perfectis*.

Ad hæc omnia potest unico Verbo resp. primò solū convinci ex his non de perfectione propriè, & specialiter dicta, ut modo loquimur, sed communiter, prout tantum dicit id, cui nihil deest de propria linea. Sed deinde ad singula resp. ed t. D. Tho. ex q. 8. de pot. solum velle, quòd sine illis non salvaretur summa perfectio Divinæ essentiæ, non quià superaddent perfectionem de propria linea, sed quià deficeret, ut insinuevimus, summa ejus fœcunditas ad se communicandum tribus personis, quæ est maxime perfectio ejus, sine qua non subsisteret Mysterium Trinitatis, sicut in simili dicebamus de possibilitate cujuslibet, vel minimæ creaturæ, quòd sine ille non subsisteret Omnipotentia Dei, non quasi addet aliquid perfectionis ad illam, sed quià illa penitùs deficeret, vel variaretur ejus continentia, quæ est prædicatum illius intrinsecum; nam supposito transitu de possibili in impossibilem solius v. g. formicæ, eam ampliùs non contineret, cum tamen modo de facto contineat illam, utpotè à se ipsa producibilem.

Ad 2. ex q.7. ant. Similiter dicimus non conferre ad ejus intentum, quòd relatio dicat, vel non dicat perfectionem de propria linea, sivè specialiter dictam, sed solum quòd sit necessariò admittenda in rebus, quià sine ille non salvaretur integritas, vel pulchritudo universi, quæ consistit in ordine partium sicut bonum exercitus in ordine militum, ad quod sufficit perfectio, vel bonitas transcendentalis, vel communiter dicta pro ut (ut dictum est) cui nihil deest de his, quæ in sua linea desiderantur. Unde de hac intelligendus est, nisi velimus sibi alibi ut suprà, apertè contradicere: §. Per quod etiam fit satis ad ult. ex Opusc. nam cum infrà, (ut vidimus,) q. 42. ar. relato expressè asseret dignitatem in Divinis esse absolutam, & ad essentiam pertinere, non potest intelligi de personali, quæ sit perfectio proprìè, & strictè dicta, sed tantum communiter, si velimus cohærenter loqui. Vel quòd dignitate sit secundus origine, scil. in accipiendo dignitatem. Ex his facilè explicantur aliæ authoritates ex PP., quod ad Cyril. dicimus pariter vel loqui de eadem perfectione communiter dicta, quam etiam Pater habet præter absolutam; vel etiam quòd loquatur de hac absoluta, quæ illi convenit non solum quià Deus, sed etiam quià Pater, quatenus habet illam ut modificatam à paternitate, non tamen ut distinctam in ratione perfectionis ab illa essentiæ.

Ad Damasc. patet eodem modo esse explicandum de eadem communiter accepta, nam ibi, (ut rectè advertit M. Ferre) agnoscit in Deo unam tantum bonitatem dicens. *Una substantia, una bonitas, una virtus, una voluntas, unus actus, una potestas, una & eadem, non tres ad invicem similes, sed una, & eadem trium personarum motio*. Constat autem, quòd si daretur perfectio personalis propriè, daretur quoq. personalis bonitas propriè, vel relativa, unde non esset tantum una, sed tres essent bonitates personales, vel relativæ, quas tamen ipse negat: §. Ad Athan. similiter resp. ut ad 1. D. Tho., non referre præcisè ad ejus intentum, quòd relatio, vel personalitas verbi importet, vel non importet perfectionem relativam, sed quòd detur verè, & realiter sine ullo defectu ex his, quæ pertinent ad suam lineam, ut salvetur idem mysterium, & consequenter fœcunditas, vel ratio producentis in Patre respectu Verbi producti, ad quod sufficit prædicta communis perfectio, unde de hac intelligenda est expositio D.Th. §. Ad ult. ex D. Nazienz. similiter dicimus, hanc pariter sufficere ut sint dignæ omni laude, cum quodlibet Divinum sit dignissimum, ut laudetur à nobis, eò vel maximè quòd licet non habeant relativam, ex quàt tamen absolutam eamq. secundum sibi propria modificant, vel personaliter complent ad integritatem ejusdem mysterij.

§. III.

Solvitur aliud argumentum ex ratione.

Secundò arg. ratione, (ut vocant) à priori ex Emineotiss. Ferrario, & Conteuson. Relationes Divinæ ex vi suæ lineæ habent propriam realitatem relativam virtualiter, seu ratione distinctam à realitate absoluta essentiæ, ergo, & propriam entitatem, ergo & propriam perfectionem relativam virtualiter distinctam à perfectione absoluta essentiæ, ac proinde ratione sui, & ex vi suæ lineæ important specialem perfectionem. Ant. licet ab aliquibus negetur, ab aliis tamen communiter conceditur, & constat, quià relationes Divinæ ratione sui distinguunt realiter personas Divinas, ergo ratione sui sunt realitates, unde vere in Divinis dantur tres res relativæ, ut docet infrà D.Th. q. 39. ar. 3., & D. Aug. lib. 1. de Doctrina Christia. na c. 5. Prima etiam consequ. licet negetur à M. Serra hìc dub. 4. ad 2. concedente quidem esse plures res, sed non plura entia, facilè tamen prob. quià sicut ratione sui sunt ratio realiter distinguendi unam personam ab alia, ità sunt ratio distinguendi entitativè, ergo si ob primum important specialem, & multiplicem realitatem, ob secundum importabunt specialem, & multiplicem entitatem. Tum quià ens, & res convertuntur. Quamvis enim, ut docet D. Tho. q. 1. de verit. ar. 1. cum Avicen., ens sumatur ab actu essendi, & nomen rei exprimat quiditatem, & essentiam entis, ta-

men hoc intelligitur de ente participlali, prunt est concretum existentiæ, non verò prout subjectum capax illius, quià quiditas rei existentis, & quæ subiicitur existentiæ, cum non sit nihil, ens est, ergo omnis res est ens, ac proinde quod affert propriam realitatem, affert propriam entitatem. Posterios verò cons. prob. ex Phil. 1. Æthic. asserente, quòd omne ens in quantum ens, est perfectum, & bonum, quià melius est esse, quàm non esse, & esse ens, quàm nihil, unde perfectio, & bonitas sequitur rationem entis, ergo sicut afferunt propriam entitatem, pariter afferunt propriam perfectiunem.

Dices ex his solum convinci de perfectiona generali, vel communiter dicta, non de speciali, & propriè accepta, hæc enim non sequitur ens utcunq., seù nominaliter tantum, vel transcendentaliter sumptum, sed participialiter, telationes antem Divinæ ratione sui non sunt hoc modo ans, sive existens in actu, sed tantum priori modo.

Sed contra hoc est. Quamvis existentia sit connotatum, vel conditio, aut alio quovis modo requisita, ut ens fundet exercitè rationem perfecti, & boni, tamen non est necesse, quòd ubi datur distincta bonitas, & perfectio, detur distincta existantia, ergo licet relationes nun habeant existentiam propriam, sed existant per absolutã essentiæ, adhuc importare possunt propriã perfectionem, & bonitatem distinctam à perfectione, & honitate essentiæ. Prob. ant. Tum communi exemplo aliorum attributorum, quæ licet non existant distincta existentia ab illa essentiæ, adhuc tamen superaddunt ad essentiam, & perfectionem ejus, distinctam perfectionem propriam. Secundù in humanitate Christi, quę in sententia Thomistarum existit sola existentia Verbi, sicut in communi subsistit sola ejus subsistentia, & tamen importat specialem perfectionem præter illam Verbi. Tertio quià personalitas ejusdem Verbi, ut virtualiter distincta ab essentia in probabili iterum sententia sanctificat humanitatem Christi, itaut hæc non solum constituatur sancta, & grata Deo formaliter per gratiam habitualem, sed etiam per personalitatem Verbi, ergo hæc prout sic erit perfectio, sive distincta à perfectione essentiæ, vel naturæ Divinæ. Prob. cons. Nam sanctitas constituit humanitatem objectum congruum Divinæ dilectionis, sed istud non habetur nisi par bonitatem, & perfectionem, ergo si personalitas ratione relationis sanctificat, ratione relationis tribuit perfectionem. Quartò, & urg. præcedens, si in Deo esset unica sola personalitas, illa diceret perfectionem ab essentia distinctam, ergo si sunt tres inter se realiter distinctæ dicent tres perfectiones. Quintò deniq., & iterum urg. præcedens, quià personalitas in creatis importat perfectionem realiter modalitet ab essentia distinctam, ergo à fortiori in Deo dicet perfectionam virtualiter à perfectione essentiæ disttinctam: & idem similiter est de essentia creata, quæ importat ratione sui specialem perfectionem essentialem pręter perfectionẽ existentię.

Quòd si dicas ex Illustriss. Godoij, quòd ratio perfectionis sequitur ens, vel ut actu existens, vel ut exprimit ordinem ad existentiam, attributa autem, humanitas Christi, & essentia creata exprimunt hunc ordinem ad illam, licet ratione sui non existant, secus verò relationes, quæ ex propriis tantum exprimunt transitum, vel respectum ad aliud, ut ad purum terminum, non sistentiam in aliquo, ut subjecto, quæ est de conceptu quidititativo existentiæ.

Instat laudatus Eminantiss. Iuxtà solutionem ratio perfectionis consequitur ens prout est in actu existentiæ, vel in ordina ad illam, at relationes Divinæ ratione sui dicunt hunc ordinem, ergo ratione sui sunt perfectiones, prob. mi. quià ratione sui sunt ens reale, sed ens reale constituitur per ordinem ad existentiam realem, sicut ens rationis per ordinem ad existentiam secundum rationem, ens enim reale est, quod est aptum natum esse in rerum natura, sicut ens rationis, quod habet esse tantum objectivè in intellectu ergo relationes Divinæ dicunt ordinem ad existenriam licet non ut habendam rationem sui, sed ratione essentiæ.

Urget hoc ipsum. Quià capacitas, & exigentia existentiæ naturæ Divinæ exprimunt ordinem ad existentiam, sed relationes Divinæ per se ipsas, & rationa sui sunt capaces, & exigunt existentiam eiusdem naturæ, ergo: ma: patet ex terminis, mi: prob. quià ratione sui exigunt, & sunt capaces identitatis cum essentia Divina, ut concedit Godoii, & negari non potest, quià ratione sui exigunt terminare, seù modificare illam modo digno ipsa natura, & relationibus Divinis, at non per compositionem, sed per identitatem, ergo ratione sui exigunt identitatem, & sunt capaces identitatis cum essentia Divina; sed ex hoc ipso, quòd aliquid identificatur realiter cum essentia Divina existit existentia Divina, ergo ratione sui sunt capaces, & exigunt existare existentia essantiæ Divinæ.

Urget ulteriùs. Relationes ratione sui, seù ẽx vi suæ lineæ exigunt constituere persooam, ut unum ens pee se unitate formalissima, & virtuali, sed de ratione unius per se, ut etiam concedunt contrarii Thomistæ, est, quòd omnia illius constiruentia existant unica existentia, ergo relationes ratione sui, & ex vi suæ lineæ exigunt existere existentia Divinæ naturæ, ac proinde important ordinẽ ad existentiam, & consequentar si ratio perfectionis sequitur ens prout in actu existentię, vel sub ordine ad illam, Divinæ relationes rationa sui & non tantum ratione essentiæ dicent perfectionem.

Ad hoc patet primò iterum ex dictis solum possa canvincere de perfectione communiter dicta, vel transcendentali non proptiè, & hanc solum habent relationes ratione essentiæ, quam in sui axplicito conceptu, & quiditativo implicant. Sed deindè respond. benè ibi dictum esse, & iuxta eandem solutionem admisso antec. disting. 1. conseq., & propriam entitatem, prout entitas est id, quod explicat definitio, conc. completam in genere essendi, vel existentem, neg. & consequenter etiam secundam. Ad 1. prob. primæ nego suppositum, quòd in ratione entitatis habeant sic distingui, sicut in ratione realitatis, nam iuxtà doctinam D. Tho. in 1. dist. 25. q. 1. ar. 4. relationes Divinæ licet sint plures res, non tamen plura entia substantivè, sicut enim sunt unus Deus, ità & unum ens; unde ex propriis tantum dicit esse prout definitum correspondet definitioni, in quo esse nulla habetur perfectiò, vel bonitas; si autem consideretur ut existens, cum existat per existentiam absolutam, non addit entitatem virtualiter ab essentia distinctam, & sic licet prout sic dicat perfectionem non tamen addit perfectionem, sed dicit ipsammet perfectionem absolutam, sicut dicit ipsam existentiam absolutam. Per quod etiam patet ad 2. prob. ejusdem primæ conseq. Undè dist. ant. ens, & res convertuntur, si sumatur ens priori modo, transeat, vel conc., posteriori, & completè neg., ut etiam insinuat D. Tho. loco relato de verit., nequè ampliùs convincit, quod subdit ibidẽ, imò confirmat distinctionem traditam, nam ens, ut dicit per-

perfectio-

fectionem non dicitur præcisè, contra positivè ad nihil ut dicitur realitas, nam aliàs materia prima in tendentia ad formam, & existentiam, & ut distincta ab illis importaret perfectionem, cum prout sic consideretur etiam ut realitas quædam, & capax existentiæ. Et similiter entia mathematica, cum sint pariter quid reale, & distinctum à nihilo dici possent perfecta, & bona adhuc sub tali abstractione ab existentia, quod tamen est contra bonam metaphysicâ apud Thomistas, & apud D.Th.supra q.4 relata.

Ad prob. secundæ conseq. resp. eodem modo esse intelligendum Philos., scil. de bonitate, vel perfectione communiter dicta loquendo de ente, ut opponitur nihilo, sic enim varificatur communiter, quòd melius est esse, quàm nõ esse, nõ tamen de illa propriè, vel spacialiter accepta, hæc enim non convertitur, vel sequitur, ut dictum est, ad ens utcunq., sed ad completum, & existens; unde quod ex propriis non habet hoc complementum, nec habere potest ratione sui hanc perfectionem.

Ex his ad replicam dico, quòd existentia non est purum connotatum, vel conditio extrinseca, sed complementum omnis formæ, & perfectionis in ratione formæ, & perfectionis, ut docet D. Tho. eadem q. 4. ar. 1. præsertim ad 3. ubi inquit. *Quòd ipsum esse est perfectissimum omnium, comparatur enim ad omnia, ut actus. Nihil enim habet actualitatem, nisi in quantum est. Unde ipsum esse est actualitas omnium rerum, & etiam ipsarum formarum. Cum enim dico ipsum esse hominis, vel equi, vel cujuscunq. alterius, ipsum esse consideratur ut formale*: scil. à quo pendet, vel attenditur perfectio propriè, vel specialiter accepta. Unde claritatis gratia dist. ant. Non est necessarium dari distinctam existentiam, ubi datur distincta bonitas, & perfectio, in linea capaci utriusq. ut est absoluta, conc., in incapaci ratione sui, ut est relativa, nego suppositum, quòd sit dabilis in ista talis perfectio, si semel est incapax existentiæ ratione sui. Aliud est enim, quòd non sit necessarium multiplicare existentiam multiplicata perfectione intrà lineam, quæ est illarum capax ut est absoluta, aliud verò quòd possit dari perfectio propriè intrà lineam, quæ ex propriis est incapax existentiæ, ut est relativa, si hæc enim esset capax, sicut absoluta tunc similiter admitti posset multiplicatio perfectionum intra illam immultiplicata existentia, sicut admittitur intrà absolutam respectu attributorum, at supposita incapacitate existentiæ in linea relativa nulla admitti potest perfectio propriè sive multiplicata, sive non, non quià ad hujus multiplicationẽ sit necessaria multiplicatio existentiæ, sed quià in sola linea, quæ ratione sui est capax existentiæ, admitti potest hujusmodi perfectio, ut probatum est.

Ex his patet ad 1.prob., vel instantiam de attributis, quam Contenson. vocat insolubilem. Nam cum ex propriis suæ lineæ gaudeant existentia de eadem sui linea, non solũ sunt capacia perfectionis priopriè, seu specialiter acceptæ, sed etiam secundum peculiares sui rationes sine ulla repugnantia possunt multiplicare illam, quià intra idem genus formæ, à qua sumitur perfectio nullum est inconveniens multiplicari peculiares perfectiones secundum diversas rationes athomas de eodem genere, immultiplicata forma, ut innumeris exemplis constare potest.

Ad 2. de humanitate Christi, quæ dicitur importare perfectionem propriam sine existentia propria, similiter dicimus esse ex propriis capacem illius, & adhuc terminari, & perfici per illam Verbi, sivè per absolutam, qua existit Verbum, ut suppletivam propriæ: §. Ad 3. de personalitate ejusdem Verbi duplici via occurrere possumus juxtà duplicem probabilem modum explicandi sententiam jam communem inter Thomistas, quòd humanitas sanctificetur formaliter ab eadem personalitate; nam alii dicunt sanctificari quidem formaliter ab illa, non ratione sui, sed ratione naturæ, quam transcendentaliter includit, & juxtà hunc modum non concluditur perfectio relativa. Alii verò Thomistæ asserunt formam sanctificantem humanitatem non esse naturam, sed personalitatem, seu relationem ex proprio cõceptu relationis, quià dicunt ab illo sanctificari humanitatem, quod est illi, veluti fons, seu radix omnium donorum supernaturalium, cumq. personalitas, sivè relatio Verbi, ut relatio, sit hujusmodi respectu illius, utpotè primum, quod eidem unitur, illa est, non natura, quæ formaliter eam sanctificat. Admisso ergo hoc modo dicendi resp. quòd sicut aliud est dicere, quòd subsistentia verbi sit subsistentia creaturæ, quià reverà facit subsistere creaturam, aliud verò quòd sit subsistentia creata, ita ut licet sit verum dicere, quòd humanitas subsistat per subsistentiam, quæ est subsistentia creaturæ, non tamen, quòd subsistat per subsistentiam creatam; ità aliud est dicere, quòd perfectio, ratione cujus personalitas, vel relatio Verbi sanctificat humanitatem, sit perfectio relationis, aliud verò quòd sit perfectio relativa, undè licet dicamus relationem ratione suæ perfectionis, sivè quæ sit perfectio relationis, sanctificare formaliter illam, non tamen quòd sanctificet ratione perfectionis, quæ sit perfectio relativa, & sic non sequitur dari perfectionem relativam.

Quamvis verò hic posterior modus videatur coincidere cum priori, quatanus uterq. recurrit ad perfectionem, quæ non est relativa, & consequenter absoluta, quæ est perfectio naturæ, & solum dicitur relationis, quià est illi communicata, vel appropriata, quatenus per illam modificatur, & ad sui lineam veluti contrahitur; nihilominùs differt adhuc ab illo, nam licet sit eadem etiam virtualiter perfectio naturæ, quià tamen importat illam secundum formalem, & proprium sui conceptum, quatenus in isto ratione sui clauditur esse Divinum, rectè adhuc dici potest, quòd sit perfectio relationis, sufficienter, ad verificandum, quòd sicut secundum sibi propria, personalitas, vel relatio Verbi primò, vel immediatè unitur humanitati, & non natura, pariter sit forma sanctificans, & non natura. De quo 3.p. ad ar. 2., & q. 7. ibid. ad ar. 1.

Ad 4. neg. cons. Nam si in Deo esset una personalitas, illa esset absoluta, ac proinde esset, *quid*, & non *ad aliquid*, ut est modò relativa, unde non esset in capax perfectionis de propria linea, ut modo est. Per quod patet etiam ad 5. cum personalitas in creatis sit, & significet quid absolutum, quod non contingit in tribus Divinis, unde solum addere possunt suprà perfectionem absolutam essentiæ respectum ad aliud. Quod totum innuit D. Tho. q. 2. de pot. ar. 5. nam ad 5. ait, *Quod sicut una, & eadem est essentia trium personarum non tamen sub eadem relatione, vel secundum eundem modum existendi est in tribus*. Ita est de perfectione. *Unde non potest dici*, (ut præmittit in corp.) *quòd aliquid habet Pater, quod non habet Filius, sed quòd aliquid secundum unum respectum convenit Patri, & secundum alium aliquid Filio*. Et paulò anteà postquam dixit, quòd paternitas non est in Filio propter oppositionem paternitatis, & filiationis subdit. *Nec tamen sequitur, quòd quamvis paternitatem Filius non habeat,*

quam

quam Pater habet, aliquid habeat Pater, quod non habet Filius: Nam ipsa relatio secundum rationem sui generis, in quantum est relatio, non habet, quòd sit aliquid. Quod verò sit aliquid secundum rem habet ex illa parte, qua inest, vel ut est idem secundum rem, ut in Divinis; vel ut habens causam in subiecto, sicut in creaturis. Ità D. Tho. Quibus rem hanc totam explanat, & superiora omnia egregiè confirmat.; nempè quòd tota perfectio in Deo oriatur ab essentia, & non à relationibus, quià secundum proprium, & formalem sui conceptum, ut respectus sunt, nō sunt *aliquid*, sed *adaliquid*, sivè purus respectus ad terminum, ac proindè non dicunt prout sic ordinam ad esse, à quo ut vidimus ex eodem, tatio perfectionis, & bonitatis sumitur, non penès correlativum, quòd cum sit purus terminus, & sibi oppositus, non potest ei dare perfectionem, sed tantum distinctionem, & incommunicabilitatem. Tum quià si aliquam prout sic ex propriis daret, non subsisteret, quod infert D. Tho., scil. non esse inferendum, quòd Filius nō habeat, quod habet Pater, quamuis nō habeat paternitatem, tunc enim sicut non habet paternitatē nec haberet talem perfectionem sibi oppositam, & incommunicabilem, ac proinde aliquid esset in Patre, quod non esset in Filio, undè juxtà D. Tho. relatio quæcunque sit, addere nequit ex propriis nisi purum respectum ad terminum, nec aliam posse habere perfectionem, nisi vel in ordine ad subjectum pro ea parte, qua inest illi, sivè respicit illud ut subjectum, ut ait contingere in creatis; vel propter identitatem cum essentia, vel perfectione ejus absoluta, ut in diuinis.

Ex his etiam patet ad id, quod ultimò dicitur de essentia creata: nam hæc vel est de genere absoluto, ut ast in cæteris prædicamentis à relatione distinctis, & tunc similiter discurrendum est, sicut de attributis in Deo, (admisso quòd dicant specialem perfectionem præter illam existentiæ, & non solum generalem, vel communiter dictam,) nam ex propriis sui generis dicit ordinem ad esse, sicut dictum est de eisdem attributis: si verò de essentia relationis, constat etiam ex dictis, & proximè ex D.Tho., nec dicere hunc ordinē secundum proprium sui conceptum, nec esse capacem illius, sed solum quatenus secundum eundem includit esse Divinum (loquendo de divinis) cum quo identificatur; vel inesse, si sit creata.

§. IV.

Soluuntur alia Argumenta.

Tertiò arg., & potest esse replica. Si relationes Divinæ non dicerent perfectionem de propria linea essent in eadem imperfectæ; consequens est alienum à diuinis ergo. Prob. ma., ens, quod nullam ex propriis dicit perfectionem non potest non esse aliquid imperfectum; sicut enim perfectum est, quod illam importat ex propriis, ita ex opposito imperfectū erit, quod nullam dicit. §. Dices juxtà communem solutionem dupliciter aliquid dici imperfectum, vel purè negativè, quatenùs caret perfectione, quæ sibi intra propriam lineam non debetur; vel priuativè, quatenus caret sibi debita intrà illam. Hæc autem posterior carentia arguit propriè imperfectionam, non prior, quam solum dicuntur habere relationes diviņę intra propriam lineam, & ideò nequeunt dici aliquid imperfectum: undè in forma neg. ma., ad prob. dist. ant. si nulla sibi debeatur intrà suam lineam, neg., si sibi debeatur, conc., & ad prob. annexam dico ex opposito esse discrimen, quòd id, quod ex propriis importat perfectionem, vel semel est perfectum intrà propriam lineam, supponitur capax illius, ut sibi debitæ: quod verò præcisè non importat ex duplici titulo potest carere illa, scil. vel ex ratione indebiti, (quæ est carentia purè negativa, insufficiens ad arguendam imperfectionem,) vel ratione privationis, quæ supponit debitum illius, & consequenter infert imperfectionem in subjecto non habente illam, sed hoc modo non carent relationes divinæ, ut dictum est.

Sed contrà instat Gonzales. Quod maximè imperfectum est Deo convenire non potest, sed quod caret omni perfectione in sua linea, maximè imperfectum est in illa, cum ad perfectionem aliquam intrà illam, vel ex his, quæ ad eandem pertinent, non perueniat, ergo si relationes divinæ carent omni perfectione relativa maximè erunt imperfectę, & sic Deo convenire non poterunt. Prob. ulteriùs ant.: quod in linea entis caret omni entitate reali, etiamsi ei repugnet habere illam, vel sit incapax illius, ens imperfectissimum dicitur ut patet in ente rationis. Similiter quod in linea entitatis caret omni actualitate, estò ex propriis, vel ratione sui incapax sit, vel sit ei indebita, ast entitas imperfectissima, ut patet in materia prima, in sententia Thomistarum, ergo licet perfectio sit indebita relationibus maximè erunt imperfectæ per carentiam intrinsecam omnis perfectionis.

Secundò instas ex Contens. & urg. præcedens. *In* ente perfectissimo (quale est Deus, qui est pura perfectio, imò ipsa essentia perfectionis) quidquid invenitur debet spirare perfectionem, aliàs Deum non deceret, nec esset formaliter in Deo. Certè talis antitas omnis perfectionis nuda esset imperfecta: imperfectio enim non est aliquid positivum de formali, sed carentia perfectionis, ergo aliena à Deo fonte totius perfectionis est realitas, quæ se caret perfectione. Quid enim perfectionis deesset, etiamsi careret illo, quod nullam perfectionem affert? Imò quid Deo magis indignum, quàm aliquid formaliter habere, quod perfectionem non redoleat? §. Urget hoc ipsum, quià falsum est relationibus divinis non esse debitam perfectionem; quià summa imperfectio est (inquit,) & vilitas rem esse talem, cui nulla debeatur perfectio, argo etiam si daretur solam carentiam perfectionis debitæ arguere inperfectionem adhuc ex hoc capite non deficerent relationes divinæ à ratione perfectionis. §. Urg. ulteriùs totum hoc. Nam inter perfectum, & imperfectum non est assignabile medium, ergo si in proprio genere non sunt aliquid imperfectum, dicent in illo perfectionem.

Resp. benè ibi dictum esse. Ad 1. replicam dist. mi. quod caret omni perfectione, imperfectum est, si nullam aliàs ratione sui exigat, vel petat cum illa identificari, aut etiam habeat prædicatum oppositum conc., si non habeat imò potiùs exigat identificari, & implicitè illam ax propriis includat, & solum non explicet ratione sui conceptus expliciti, ut in eisdem relationibus contingit, nego. Ut enim ait D.Tho.q. 1. de pot. ar. 2. ad 2. *licet omne perfectissimum sit Deo attribuendum, non tamen oportet, quòd omne illud, quod Deo attribuitur sit perfectissimum* (scil. ratione sui explicit conceptus, vel rationis formalis, seù quiditatiuæ) *sed oportet, quòd sit conveniens ad designationem perfectissimi.* Hoc antē conuenit relationibus divinis, eo ipso, quòd petunt identificari, & includere divinū esse, licet admittere nequeant de propria sui linea. §. ex quo patet ad utramque instantiam de ente rationis,

nia, & materia prima, nam illud cum ratione sui dicat purum esse objectivum, non solum caret omni realitate, sed etiā habet repugnantiam ad illam habendam, sivè ad existendum in re. Similiter materia prima quamvis nō repugnet ad existendū in re, imò etiā habeat appetitum ad formam, & ratione illius existere possit in toto composito, vel per existentiam illius; ut explicatum est in 1. Phys., omnem tamen actualitatem à proprio conceptu excludit, cum sit pura potentia, ut ibidem probavimus.

Ex his etiam patet ad 2., unde dist. ant. Debet spirare perfectionem, ratione expliciti, vel impliciti summè identificati ex meritis ejusdem expliciti, conc., præcisè ratione istius neg. Ex quo patet ad singulas propositiones, quas subnectit, nam ob eandem exigentiam, & summam identitatem realem cum perfectione absoluta ex vi proprii conceptus expliciti, ratione cujus petit ab eadem transcendi, non remanet nuda, ac proindè nec imperfecta, ut ipse ait, sed ornatissimè per illam vestita, & summè perfecta intrà etiam propriam lineam, licet non de propria linea. Ad aliam verò, qua dicitur imperfectionem non esse aliquid positivum, sed negativum, sivè puram carentiam perfectionis, & ideò ad illam incurrendam sufficere, quòd negativè careant perfectione, jam dictū est, non excludere positivum utcunq., (loquendo de imperfectione strictè accepta,) sed cum debito non habendi, vel cum repugnantia ad habendum illam, vel sine exigentia illius, quod non convenit eisdem relationibus. Ad aliam verò quòd nihil deesset perfectioni Dei si careret relationibus: patet ex dictis tunc adhuc summam defecturam, scil. summæ fæcunditatis, & communicabilitatis ad intra.

Ad 3. ex eodem, vel neg. ant., vel dist., non esse debitam de propria linea, conc. intra illam, neg., & hoc sufficit ad excludendam omnem imperfectionem. Ad prob. annexam similiter dist. summa imperfectio est, & vilitas carere omni perfectione, cum repugnantia ad habendum illam, vel sine exigentia illius, conc., sine tali repugnantia, & cum exigentia habendi, & identificandi sibi illam ratione sui proprii conceptus expliciti, nego.

Ad 4. dist. ant. Inter perfectum, & imperfectum, non est assignabile medium; si sermo sit de imperfecto privativè, conc., si de illo purè negativè, præsertim adjuncta prædicta exigentia, & identitate ratione sui, nego; nam tunc datur abstrahens ab imperfectione, & perfectione de sui linea, quià neutram importat, sed tantum ratione sui exigit, (ut in casu) perfectionem alterius lineæ, & summè identificatur cum illa, quod licet non sufficiat ut dictum est, ad statuendam perfectionem de propria linea, sufficit tamen ad excludendam omnem imperfectionem ab eadem. Unde quidquid sit, quòd absolutè non detur medium inter utrumq., facta tamen reduplicatione propriæ lineæ dari potest, scil. neq. esse perfectum, neq. imperfectum, sed purè negativè se habens, sivè non perfectum.

Sed adhuc instas. Quià hujusmodi solutiones videntur asserere contraria. Nā vel prædicta exigentia ponit aliquam perfectionem de linea relativa, vel non; si hoc secundum, maximè erunt imperfectæ, cum ex vi illius ad nullam perfectionem pervenire possint intrà illam. Si verò primum, habetur intentum, cum talis exigentia utpotè orta ex propriis ipsius relationis, sit de linea relativa: 5. Resp. importare perfectionem non pro formali, sed pro debito habendi, & summè sibi illam identificandi, quod ei convenit ex propriis, quatenus ut sæpè dictum est, secundum proprium conceptum formalem includit Divinum esse, & ideò exigit perfectionem absolutam, & transcendi ab illa, qua ratione etiam Mysterium Sanctissimæ Trinitatis constitutum ex tribus relationibus dicitur perfectissimum, non quià istæ dicant perfectionem de propria linea, sed quià transcenduntur ab absoluta Dei, nam satis est ad rationem constituentis aliquod totum perfectum, quod ipsum etiam sit perfectum, non tamen est necessarium esse perfectum perfectione de sui linea, si hæc sit incapax illius, sed perfectione alterius sibi appropriata, vel de linea constituti.

Quartò arg. ex eodem Eminentiss., & aliis, argumento jam insinuato, & iterum est replica. Relationes Divinæ sunt personalitates potentes ratione sui terminare primariò naturam creatam, ergo ratione sui virtualiter eminenter continent personalitatem creatam, ergo ratione sui, & non præcisè ratione essentiæ sunt perfectio. Hæc posterior conseq. tenet, quià personalitas creata ratione sui est perfectio, cum sit aliquid positivum absolutum, ut tenent communiter Thomistæ, & plures etiam exteri contra Scotistas; sed virtualis, & eminentialis continentia perfectionis competere nequit nisi habenti perfectionem formalē, sicut ens nequit virtualiter eminenter contineri in eo, quod non est ens formaliter; & patet ex terminis, cum virtualis, & eminentialis continentia perfectionis exprimat formaliter perfectionem. Prima verò conseq. prob. Ideò personalitas Divina potest terminare naturam creatam, quià virtualiter eminenter continet ejus personalitatem, ergo si primariò, & ratione sui potest terminare illam, primariò, & ratione sui, & non ratione essentiæ præcisè, virtualiter eminenter continet personalitatem creatam, conseq. tenet, & ant. communiter conceditur à Thomistis, & ferè ab omnibus aliis 3. p. de Incarnatione, ubi ex eo probatur personalitatem propriam unius naturæ non posse naturam alienam terminare, quià virtualiter eminenter non continet, utpotè finità, personalitatem alterius naturæ, ergo ex opposito ideò potest illam terminare Divina, quià virtualiter eminenter continet personalitatem creatam, ac proindè si primariò ratione sui terminat, primariò ratione sui continet, & consequenter ratione sui est perfectio: 5. Urg. hoc, quià sic terminans naturā creatam supplet effectum personalitatis ejus, sed effectus istius est perficere naturam, quam terminat, ergo nequit sic terminare illam, nisi perficiat, ac per consequens si primariò ratione sui terminat, ratione sui erit perfectio.

Urg. ulteriùs, Ideò supplet effectum personalitatis creatæ terminando humanam naturam, quià terminat illam sub eadem ratione, qua ad intra terminat naturam, vel essentiam Divinam, at non potest sic terminare, & supplere, nisi sit perfectio, ergo. Prob. mi. quià non potest sic terminare, & supplere, nisi constituat illam personatam, seu personaliter subsistentem, sed non potest sic illam constituere, nisi sit perfectio, ergo. Prob. mi. ex Doctrina D. Tho. hic q. 29. ar. 3. ubi ex eo probat reperiri in Deo rationem personæ, quià persona est summa perfectio, ergo personalitas, quæ terminando naturam constituit personam, vel personaliter subsistentē, nequit id præstare, nisi ratione sui sit perfectio, ac proindè etiam nisi sit talis, relatio, cum persona juxtà D. Tho., & consequenter personalitas, per quam constituitur significet relationem. Prima etiam conseq. tenet, quià aliàs probatio D. Tho. nihil

nihil veleret, ut patet, si personalitas non diceret perfectionem: 5. Deniq. urg. totum hoc. Quià personalitas sic terminaus naturam, & constituens personam, vel personaliter subsistentem verè est conveniens personæ, vel naturæ sic personaliter constitutæ, sed perfectio formalis consistit in hac convenientia ad illud, cujus est perfectio, ergo: ma. patet quià omne constitutivum debet esse conveniens constituto.

Ad hoc, quod tangit graves difficultates, de quibus agitur 3. p. q. 3. ad ar. 1., & 3. resp. Illustriss. Godoii hic ad 4., quòd sicut quamvis personalitas Divina, relativa sit, continet eminenter subsistentiam creatam, eo quòd licet non explicet rationem absolutam, implicat tamen illam; ità similiter quamvis perfectionem non explicet, quià implicat illam, potest perfectionem subsistentiæ creatæ continere, & illius effectum præstare.

Sed hæc solutio nisi aliquid addatur, vel explicetur, videtur adhuc pati difficultatem, quam argumentum tangit; nam si subsistentia Divini Verbi eminenter continet personalitatem, vel subsistentiam creatam, & perfectionem ejus, non ratione sui expliciti, sivè relativi, sed ratione impliciti, sivè absoluti, jam ratio terminandi erit aliquid absolutum, non relativum, cum ratio terminandi sit ratio continendi; tunc verò difficile est salvare, quomodo sola Persona Verbi dicatur primariò, & ratione sui immediatè unita humanitati, itaut solum Verbum sit incarnatum, si semel immediata ratio terminandi est aliquid absolutum commune tribus Personis, quod licet Durandus in 3. dist. 19. q. 2. n. 6. 7. & 8. existimans per se primò eidem uniri per subsistentiam absolutã communem illis, conetur componere cum fide ejusdem mysterii, communiter tamen reiicitur à Theologis, cum Mag. dist. 1. & cum D. Tho. ar. illo 2. 3. p.

Aliter ergo, vel ad rectum sensum explicando prædictam solutionem resp. ex dictis, quòd cum duplex sit effectus subsistentiæ, scil. constituere naturam subsistentem, sivè esse illi principium subsistendi dando perseitatem independentiæ à supposito sustentante, & constituere subsistentem incommunicabiliter, sivè dare incommunicabilitatem in ratione subsistendi, ut hic patet in Deo, ubi proprietates personales distinguunt Divinas personas, & consequenter dant tantum incommunicabilitatem personalem, sed non sunt principium subsistendi Divinæ essentiæ, ut inquit D. Th. q. 9. de pot. ar. 5. ad 13., quia nempè Divina essentia, est simpliciter infinitè perfecta in genere substantiæ. Personalitas ergo Divini Verbi unita immediatè, vel per se primò humanæ naturæ, dat illi ratione sui, & non ratione essentiæ posteriorem effectum incommunicabilitatis alteri, ut suppositoextraneo, & sic etiam eminẽter formaliter cõtinet ratione sui quoad hunc effectũ personalitatem creatam. Priorem verò, in quo importatur, vel exprimitur perfectio ejusdem personalitatis, confert, & supplet ratione subsistentiæ absolutæ, vel essentiæ Divinæ, quæ etiam uniuntur eidem humanitati non secundum se, ut communia sunt, sed ut in Verbo appropriantur ipsi, & media illius personalitate, ut egregiè prout de more explicat Mag. Catalam ad art. illum 2. 3. p. dub. unico ex Cajet., Medina, Cabrera, & aliis. Ex quo patet posse omnia componi sine præjudicio ejusdem Mysterii, & quòd eadem personalitas, vel subsistentia Divini Verbi possit per se primò terminare humanitatem ratione sui, & supplere illius personalitatem, & perfectionem, sinè eo quòd ratione sui, vel ex propriis, ut distinguitur ab essentia importet perfectionem. Et quomodo etiã intelligenda sit solutio præcedens ejusd. Illustriss.

In forma ergo dist. ant., ratione sui, quantum ad munus incommunicabilitatis, conc., perseitatis in subsistendo, neg., hoc enim præstat verbum, ut dictum est, ratione absoluti, ut sibi appropriati; & dist. similiter primum conseq., continet ratione sui, quoad prius munus, conc., quoad posterius, neg., & secundam etiam conseq., vel suppositum illius, quòd perfectio importetur indifferenter à personalitate creata quoad utrũq. munus, sed specialiter quoad illud perseitatis independentiæ, & concesso etiam, quòd importaretur ab illa, utpotè absoluta, sub utroq. munere, non tamen tenetur illa verbi continere, & supplere talem perfectionem ratione sui, cum purè relativa sit subsistentia illius, sed satis est, ut vidimus, ad salvandum mysterium, quòd contineat, & suppleat illam ratione absoluti, ut sibi appropriati: & per hæc patet ad prob. utriusq. conseq.

Ad 1. confirm. dist. mi. effectus ejus est perficere, secundum munus perseitatis, conc., incommunicabilitatis, præcisè, neg., nam nec Divina secundum hoc munus perficit naturam, quam terminat, aliàs hæc, ut dictum est, non esset summè infinitè perfecta in sua linea, nec in se ipsa perfectè subsistens. Et esto ut proximè dicebamus, detur subsistentiam creatam perficere illam, secundum utrumq., satis tamen est, ut Divina suppleat quantum ad rationem perfectionis ratione impliciti communis, ut sibi appropriati.

Ad 2. similiter dist. nisi sit perfectio, vel ratione sui, vel ratione impliciti, sive absoluti, ut sibi appropriati, conc., præcisè ratione sui, neg., & eodem modo distinguenda est mi. prob. illius. Ad cujus probat. ex D. Tho. patet solutio ex textu, non enim dicit, quod persona, sivè constitutum per personalitatem significet perfectissimum, nec ex hoc præcisè probat dari in Deo rationem personæ, sic enim fieret sensus formalis, & convinceretur intentum, sed tantum arguit sic. *Persona significat id, quod est perfectissimum in tota natura, scil. subsistens in rationali natura, unde cum omne illud, quod est perfectionis, Deo sit attribendum, eo quod ejus essentia contineat omnem perfectionem, conveniens est, ut hoc nomen, persona, de Deo dicatur.* Ubi sit tantum sensus materialis, & potiùs ad naturam refundit rationem perfectionis, quàm ad personalitatem ratione sui; sicut similem hunc sensum aperuit in alia superiori authoritate proximè relata de potentia. Satis ergo est ut dicatur significare perfectissimum, quòd sit talis, vel ratione illius, quod explicat, vel ratione illius, quod includit, scil. naturæ.

Ad 3. neg. suppositum ma., quòd ex præcisa ratione convenientiæ sumatur ratio perfectionis, (nam cuilibet rei, sivè bona, sivè mala sit, convenientissima sunt propria ejus prædicata,) sed alinndè, sivè ab ultimo actu existentiæ, ut vidimus ex eodem, & latè ostensum est, unde quod non est capax illius de propria linea, ut est relatio, neq. est capax perfectionis de eadem.

§. V.

Explicatur numerus relationum, earumq. distinctio.

Dari in Deo quatuor relationes reales probat D. Th. hic ar. 4. Quià cũ in Deo nequeat esse relatio realis ad extra, sivè ad creaturas, ut patet ex dictis, & ostendit idem suprà q. 13. ar. 7., debet earum numerus attendi

attendi secundum processiones ad intrà, sivè secundum rationem producentis, & producti, sed processiones Divinæ exigunt quatuor; nam processio Verbi, cum sit generatio exigit in principio, vel in Patre paternitatem, in termino autem, vel in Filio filiationem: processio similiter amoris, sivè spiratio, in principio, vel in Patre, & Filio relationem spiratoris; in termino, vel Spiritu sancto relationem spirati, sivè procedentis, quæ vocatur spiratio passiva, seù processio ob penuriam propriorum vocabulorum, quæ nobis desunt ad explicandam hanc processionem, utpotè valde occultam, ergo in Deo sunt quatuor reales, nec plures, nec pauciores relationes, scil. paternitas, filiatio, spiratio activa, & spiratio passiva, seù processio, contra quas ut vidimus, blasphemarunt Arrius, & Sabellius, nam ille censens Filium, & Spiritum S. esse creaturas, inferebat Patrem non habere ullam relationem realem ad illos, sicut nec habet ad creaturas. Iste verò, quià negabat distinctionem personarum, consequenter negare tenebatur realem distinctionem inter illas, cum hæc præsertim in Divinis exerceri nequeat, nisi inter extrema realiter opposita, ac proinde realiter distincta in ratione producentis, & producti, ut dictum est.

Ex quo infertur primò, quòd licet sint quatuor reales, non tamen omnes inter se realiter distinctæ, sed solum, quæ adinvicem opponuntur, scil. Paternitas à filiatione, & spiratio activa à passiva, non autem à paternitate, & filiatione, quibus non opponitur relatio spiratoris. Nam in divinis, ut dictum est, & constabit infrà, non est alia via distinguendi realiter, nisi penès oppositionem relativam, cum non sit aliqua limitatio, vel finitas, sicut in creatis, ex qua habetur etiam realis distinctio sine oppositione.

Hinc infertur 2. non esse arguendum quaternitatem personarum ex quaternitate relationum, quià relatio non constituit personam, nisi ut conjuncta cum eadem oppositione relativa, vel cum distinctione personali, quam tamen non habet respectu paternitatis, & filiationis, utpotè illis non opposita, sed summè cum jisdem identificata, ac proindè constituere nequit distinctam personam ab illa Patris, & Filii.

In his conveniunt omnes, sed difficultas est primò, quòd admissis quatuor relationibus realibus in Deo, videtur etiam necessariò admittendum, quòd dentur quatuor res, cum res sit essentialiter quid superius ad relationem; multiplicato autem inferiori, multiplicatur superius, ut multiplicatis hominibus, multiplicantur animalia, viventia corpora, & substantiæ, aliàs etiam deficeret regula dialectica, quòd ab inferiori ad superius affirmativè valet consequentia: secundò, quòd ut vidimus in logicis, una relatio nequit super aliam fundari, quod non videtur subsistere, si relationi paternitatis addatur quarta spiratoria, tunc enim debet hæc super illam fundari, cum non videatur aliud assignabile fundamentum respectu personæ Patris; non enim est ibi aliqua actio in Patre respectu sui, in qua solum dicuntur posse fundari relationes divinæ, ut statim constabit. Quod est etiam contra D. Tho. infra q. 42. art. 1. ad 4. ubi inquit. *Manifestum est autem, quòd idem ad se ipsum non refertur aliqua relatione reali. Nec iterum una relatio refertur ad aliam per aliquam aliam relationem. Cum enim dicimus, quòd paternitas opponitur filiationi, oppositio non est relatio media inter paternitatem, & filiationem, quià utroque modo relatio multiplicaretur in infinitum. Et ideò æqualitas, & similitudo in Divinis Personis non est aliqua realis relatio distincta à relationibus personalibus, sed in suo intellectu includit, & relationes distinguentes Personas, & essentiæ unitatem.* Ita D. Tho. quibus expressè docet nec posse unam relationem super aliam fundari, nec per aliam à se distinctam referri, ac proinde verificari non potest, quòd spiratio activa sit quarta relatio realis superaddita paternitati, & filiationi, ponens in numerum intrà lineam relationum realium in Divinis.

Ad primam resp. non esse comparationem superioris ad inferius inter rem, & realitatem, quando dicitur, sunt quatuor relationes reales, ergo sunt quatuor res, quià ly reales in ant. sumitur adjectivè, itàut sensus sit, sunt quatuor relationes habentes realitatem, unde non est necessarium, quòd multiplicetur realitas, vel res, multiplicata relatione, nam sic accepta realitate, non cadit numerus suprà illam, sed supra solam relationem. In consequenti autem dum dicitur sunt tres, numeratur ex opposito realitas, unde non fit argumentum ab inferiori ad superius affirmativè, quià ut subtiliter etiam advertit M. Ferre hic §. 16., licet relatio realis sit inferior ad rem, non tamen realitas reperta in quatuor relationibus inferior est ad quatuor realitates, sicut dum proportionabiliter dicimus, quòd sunt tres Divini, nam quià ly Divini sumitur adjectivè, non fit numeratio cadens supra Divinitatem, sed suprà suppositum, unde non dicuntur tres Dii, sed tria supposita habentia Divinitatem, itàut licet Deitas, vel Divinitas sit realiter idem cum tribus suppositis, non tamen multiplicatur ad eorum multiplicationem, sic pariter licet realitas, vel reitas sit realiter idem cum quatuor relationibus non tamen est multiplicanda ad earum multiplicationem.

Secundò respond. dato etiam, quòd sit comparatio superioris ad inferius, & fiat argumentum ab inferiori ad superius affirmativè, tunc dico prædictā regulam esse intelligendam, quando inferius multiplicatur ratione alicujus intrinseci, non autem si per solum respectum rationis, vel connotationem alicujus extrinseci, ut suprà insinuavimus, & exemplificat hìc noster Contenson. cap. 2. in fine de actu libero Dei, qui licet sit quid reale, & realitas quid inferius ad entitatem, & reitatem, non tamen superaddit ad necessarium, aliquid reale novum, sivè entitativè, sivè perfectivè, (cum possit Deus velle aliquid liberè sinè additione alicujus novæ realitatis) sed solum respectum rationis, vel connotationem termini extrinseci fundatam in summa ejus eminentia, ut explicatum est, undè ut vidimus (& hoc obiter dictum sit,) licet Decretum liberum, vel volitio Dei in Deo realem dicat perfectionem infinitam, non tamen novam, vel aliam à perfectione essentiæ, sed est eadem essentia, ut habet rationem liberæ volitionis efficacis superaddita prædicta connotatione, vel respectu rationis, non quasi in isto formaliter consistat, aut per illum formaliter constituatur, (aliàs volitio efficax libera Dei, quæ est causa rerum, esset ens rationis,) sed quià id, quod concipitur à nobis addere distinctum ab essentia Divina, & quod poterat non esse in Deo, non est aliqua perfectio realis, sed respectus rationis, vel sola connotatio alicujus extrinseci, ut alii explicant.

Ad secundam respond. Non posse in Deo assignari aliud fundamentum, nisi actionem, ut rectè etiam explicat M. Serra hìc ad art. 4., nam de mensura, & mensurabili est per se notum, & propterea nec hujus mentionem facit ibidem D. Tho.: tum quià certum est non esse aliquid ad intrà mensuratum, & depen-

dens ab alio. Tum quià agit de relationibus mutuis, quales sunt, quæ conveniunt Deo ad intrà, quæ non possunt non esse mutuæ, quià extrema non sunt diversorum ordinum. Relationes autem fundatæ in mensura, & mensurabili non sunt mutuæ. Et licet quantitas, in qua fundatur relatio realis mutua, non solum sit propria, & prædicamentalis, sed etiam transcendentalis, & modalis, relationes tamen, quæ in Dei quantitate modali, & transcendentali fundari dicuntur, quales sunt æqualitas, & similitudo, non sunt reales, sed rationis, ut docet hìc ad 4., & repetit infrà q. 42., nam hujusmodi quantitas nihil est aliud, quam unitas Divinæ essentiæ, quæ cum sit eadem numero in tribus personis fundare nequit relationem realem æqualitatis, aut similitudinis, quià ad hoc deberet esse distincta in extremis, etenim ut vidimus, una ex conditionibus necessariis ad relationem realem est, ut fundamentum sit distinctum in extremis. Cum ergo in Deo non sit vera quantitas (quià ut inquit August. est Magnus sine quantitate) admitti nequit in illo relatio realis, nisi fundata super actionem.

Ex his, ergo dicimus quod relatio spirationis solum fundari potest super actionem spirativam, quæ est actio, ut vidimus, Divinæ voluntatis prout in Patre, & Filio, non autem super relationes Patris, & Filii. Et sic iterum constat præfatus numerus quatuor relationum realium, scil. spiratoris super hanc spirationem fundata, paternitatis super generationem, & duæ oppositæ, nempè filiationis, & processionis, seù spirationis passivæ.

Quod si instes ex superiori doctrina D. Tho., ubi non tantum habetur, quòd una relatio fundari nequeat super aliam, sed etiam quòd non possit per aliam referri, ut si datur hæc quarta spiratoris, relatio Patris, & Filii per illam referretur ad Spiritum S., ergo non videtur juxtà Doctrinam D. Th. admittenda: §. Resp. sensum D. Tho. esse, quòd non possit una relatio per aliam referri respectu termini sibi oppositi, quià aliàs procederetur in infinitum ut ait ibidem, & quià etiam respectu illius cum sit formalis ratio opponendi, est etiam formalis ratio referendi, unde non indiget superaddita relatione, ut illum respiciat tanq. sibi corelativum; hoc autem non militat respectu termini non oppositi, sed veluti disparati, ut est Spiritus S. respectu relationis Patris, & Filii, sivè paternitatis, & filiationis, ideò benè possunt referri ad illum per illam spiratoris, ut oppositam spirationi passivæ, imò omninò indigent, vel exigunt illam, ut mutuò se respiciant per viam oppositionis ad salvandam Trinitatem, vel numerum trium personarum. Quod etiam insinuat D. Tho. dum ait, *Æqualitas, & similitudo includit in suo intellectu, & relationes distinguentes personas, & essentiæ unitatem.* Hinc enim habetur, quòd Pater ipsa relatione paternitatis, qua refertur ad Filium respiciat illum, ut distinctum, ut similem, & ut æqualem, quia nempè solus Filius est terminus, cum quo habet oppositionem relativam, quam quià non habent prout sic cum Spiritu S., est illis necessaria, altera spiratoris, qua referantur ad illum, ut sibi ipsis oppositum, ac proindè omninò necessaria ad idem mysterium.

DISPUTATIO TERTIA.

De numero subsistentiarum Divinarum.

DUO principaliter inquirimus, in hac disput. Primum an detur in Deo subsistentia absoluta, (quibusdam ibidem suppositis,) & in quo consistat ratio subsistentiæ. Secundum an præter absolutam dentur tres relativæ. Subjungimus in fine quibusdam Corolariis.

QUÆSTIO PRIMA.

An in Deo, ut præintellecto tribus Personis admittenda sit subsistentia absoluta.

DE subsistentia, ut contra distinguitur ab existentia propriè acceptis modo loquimur, ne reducamus ad quæstionem de nomine, & ne etiam confundamus illam cum personalitate, ut statim explicabimus, unde subsistentia intrinsecè secundum propriam rationem formalem non importat præcisè rationem sistentiæ, sivè extrà nihil, vel extrà causas, quod convenit cuilibet enti adæquatè producto, ut nos dicimus, vel etiam inadequatè, ut dicunt alii contendentes existentias partiales; nec etiam sistentiam utcunq., sivè tanquam in subjecto, ut convenit accidentibus, sivè tanquam in toto, vel in composito, ut convenit partibus illius, sed sistentiam substantialis naturæ, hoc est ejus terminationem, & complementum, unde importat duo, scil. constituere illam independentem ab alio in sustentari sivè tanq. à subjecto, sivè tanquam à toto, quod solemus explicare per hanc vocem perseitas; cui additur deinde alterum munus, scil. incommunicabilitatis alteri, ut supposito. Hinc verò oritur gravis difficultas in præsenti, quomodo sit admittenda in Deo prout sic subsistentia, quæ utpotè absoluta, communis sit tribus personis, vel careat hoc posteriori munere.

§. I.

Quibusdam apud omnes suppositis referuntur sententiæ.

SUpponimus primò non dari personalitatem in Deo communem, & absolutam, sicut nec personam communem, & absolutam, nisi velimus quartam personam contra fidem, & mysterium trium personarum, & contrà id, quod canit Ecclesia in præfatione Trinitatis, *non in unius singularitate personæ.* Tum quià ut dicemus, & suppono communiter apud metaphysicos. Persona est rationalis naturæ individua substantia, idest omninò incommunicabilis, quod planè nequit in Divinis convenire alicui absoluto, unde non videtur ullo modo admittendum, quod ali-

qui

qui ad vitandum hoc inconveniens quartæ personæ, & indemne idem mysterium, dicunt eandem personam absolutam, & communem poni indistinctam realiter ab aliis tribus, & ideò non multiplicare, vel non ponere in numerum cum illis, nam eo ipso, quòd de conceptu ejus quiditativo est personalis incommunicabilitas, vel intrà lineam personaliter subsistendi, non potest non esse realiter distincta, sicut hac ratione distinguuntur tres ejusdem mysterii, si semel personalitas absoluta sufficit ad constituendam personam in sui linea. Tum quià communiter Theologi nomine personæ intelligunt subsistens intellectuale omninò incommunicabile, unde mysterium Trinitatis apud Concilia, & PP. consistit in hoc, quòd sit Deus unus in essentia, & trinus in personis, nunq. verò fit mentio de unitate in persona, sivè relativa, sivè non relativa. Tum quià cum errantibus (ut errant Judæi hac in re ponentes unam personam in Deo) nec etiam in vocibus possumus convenire juxtà regulam D. Hyeron. apud D. Tho. 3. p. q. 16. ar. 8., ne videamur eorum erroribus favere, vel consentire.

Secundò hinc etiã supponimus nec apud nos esse admittendam communem, vel absolutam rationẽ hypostasis, quia licet apud Græcos accipiatur pro essentia, aut usia, apud latinos tamen idem est, ac suppositum, vel persona, undè D. Th. in proæmio Opusc. 1. adversus errores Græcorum monet ad officium boni translatoris pertinere, ut ea, quæ sunt Catholicæ fidei, transferens, servet sententiam, mutet autem modum loquendi secundum proprietatem linguæ, in quam transfert, quià ut præmittit ibidem ad intentum nostri suppositi. *Multa quæ benè sonant in lingua græca, in latina fortassis benè non sonant. Dicitur enim apud Græcos rectè, & Catholicè, quòd Pater, & Filius, & Spiritus S. sunt tres hypostases: apud latinos autem non rectè sonat, si quis dicat, quòd sunt tres substantiæ*, (sive tres hypostases,) *licet hypostasis sit idem apud Græcos, quòd substantia apud latinos secundum proprietatem vocabuli. Nam apud latinos substantia usitatiùs accipi solet, quàm tam nos, quàm Græci unam in Divinis confitemur. Propter quod sicut Græci dicunt tres hypostases, nos dicimus tres personas, ut etiam Aug. docet in 7. de Trinit.* Ità D. Tho. Hac etiam ratione in præfat. Cat. aur. excusat se apud Sum. Pontif., quòd in assumendis testimoniis SS.PP. non semper referat verba, sed sensum dumtaxat, *propter hoc* (inquit) *quià translatio est vitiosa*. Quod fortasse non advertens recens Scriptor plùs nimiò cryticè non est veritus in dubium revocare, vel corrigere plures ejus in summa citationes PP. non sine gravi offensione, (ut crediderim) apud lectores, qui imposterum trepidare poterunt in eisdem adhibendis, cum tamen Concil. Trid. sine ulla exceptione, eadem summa cum eisdem citationibus usum fuerit. Et quod etiam vehementer urget contra eundem scriptorem, post strictissimum examen ejusdem summæ, cæterorumq. ejus operum sub S. Pio V. Quod obiter etiam dictũ sit ad immunitatem ejusdẽ S. Præceptoris.

Tertiò, & consequenter etiam supponimus esse in Deo admittendas tres personalitates relativas, nam cum sint juxtà fidem tres personæ, & nomen concretum substantivum non multiplicetur sine multiplicatione formæ, si una tantum esset personalitas, non plures, una tantum esset persona, sicut quià hoc nomen Deus est substantivum, & una tantum est Deitas, non plures, sed unus tantum est Deus. In hoc enim differt nomen substantivum ab adjectivo, ut insinuavimus, quòd licet conveniant in hoc, quòd ad pluralitatem utrinsq. requiratur pluralitas suppositorum habentium formam significatam per nomen, different tamen, quòd ad pluralitatẽ adjectivi sufficit pluralitas suppositorum, ad pluralitatem verò substantivi exigitur pluralitas suppositi, & formæ. Qua ratione dicimus, quòd in Deo sunt tres Divini, sed non tres Dii, sed unus tantum Deus, ut dictum est.

His suppositis prima sententia negat, quam sustinent plures ex antiquis relati à M. Herrera hic q. 29. ar. 2. dub. 2. Quos sequuntur Vasquez in præsenti disp. 125. c. 3. & 4. & disp. 156. cap. 2., Lorca 3. p. disp. 14., Aravio ibidem q. 3. ar. 4., & lib. 7. Metaph. q. 2. art. 3. n. 11., & alii externi: §. Secunda affirmat, quam sustinent communiter Thomistæ cum Capreol. in 3. dist. 1. q. unica ar. 3. ad argumenta Scoti, & Durandi contrà 4., & cum Cajet. 3. p. q. 2. ar. 2., & q. 3. ad ar. 3., & in hac 1. p. q. 3. ar. 3., & q. 26. ar. 4., & hic ar. 4., & infrà q. 39. art. 4., Jo: à S. Tho., Bannez, Ledesma, Alvarez, Cabrera, Zumel, Nazarius, Ferre, Illustriss. Godoii, M. Catalam q. 3. relata 3. p. dub. unico ad art. 3., Serra hic, Gonet, Salmantic., & ex Societate Molina, Suarez, & Granad., qui contrà Vasquez efficaciter ostendit non fuisse Cajetanum, primum Autorem hujus subsistentiæ, & meritò, quià ut statim constabit apertè traditur à D. Tho.

§. I.

Statuitur conclusio ex D. Tho:, & D. Augustino.

Admittenda est in Deo subsistentia absoluta, & communis tribus personis. Est expressa D. Th. q. 9. de pot. ar. 5. ad 13. ait enim proprietates personales distinguere personas Divinas, sed non esse principium subsistendi Divinæ essentiæ, quià Divina essentia est secundum se subsistens: & in 2. dist. 21. q. 2. art. 1. in corp. ait. Quòd hic Deus prædicat naturam Divinam de tribus personis, quæ etiam in se est habens esse subsistens nulla personarum distinctione intellecta. Idem docet Scotus in 3. dist. 1. q. 3., & Durand. q. 4.

Quòd si ad D. Tho. dicas loqui de subsistere, non ex vi subsistentiæ absolutæ, quæ de facto detur in Deo, sed ex vi personalitatis absolutæ, quæ esset in illo abstractis per impossibile subsistentiis personalibus distinctivis, quæ de facto sunt, tunc enim natura Divina haberet subsistentiam, sicut & personalitatem absolutam, quo in genere absoluto per se incommunicabiliter existeret, & constitueretur per illam individua personaliter, ut dicunt Judæi unam tantum personam admittentes in Deo absolutam cum exclusione trium relativarum, ut dictum est.

Contrà hoc est. Tum in primis, quià videretur deficiens, si solum intenderet resolvere quid Deo conveniret in tali hypothesi impossibili, & non quid de facto conveniat, quod est alienum, cum sit primum, & principale ejus intentum explicare mysterium prout de facto prædicatur de Deo: quidquid sit quòd post resolutionem rei de facto possit ulteriùs inquiri, quid convenire valeat de possibili, vel sub aliqua hypothesi impossibili ad pleniorem, & firmiorem resolutionem veritatis, ut inquiritur infrà de distinctione Spiritus S. à Filio, supposito per impossibile, quòd non procederet ab illo: §. Deindè excluditur hæc interpretatio manifestè ex textu in eadem solutione ad 13. Nam verba ejus sunt. *In Divinis proprietates personales hoc solum habent, quòd supposita Divina naturæ abinvicem distinguunt, non autem sunt*

principi um subsistendi Divina essentia. *Ipsa enim Divina essentia, est secundũ se subsistens. Sed è converso proprietates personales habent, quid subsistant ab essentia*. In quibus apertè loquitur de subsistentia, vel personalitate, quæ de facto convenit, non quæ convaniret in illa hypothesi, & hoc etiã est præcipuum ejus intantum, scil. ad explicandum numerum personarum prout est conveniens de facto, ut patet ex titulo art. *Utrum nempè numerus personarũ sit in Divinis*. Ad quod rectissimè conducit explicando, an, & quomodo sit de facto admittenda subsistantia, vel ipsum subsistare in Divinis, nam cum in personis utrumq. inveniatur, scil. subsistare, & subsistere incommunicabiliter, scil. cum incommunicabilitate, & distinctione ab opposito subsistente, primum dicit habere ab essentia, posterius verò à suis propietatibus personalibus; & sic optimè omnia consonant in eodem mysterio prout de facto expouitur à nobis, scil. cum unitate essentiæ, & numero trium personarum in ratione subsistendi, intra quam juxta exigantiam mysterii habent convenire, & distingui, ut salvatur eadem unitas, & trinitas.

Dicas id totum salvari juxta D. Tho. in sensu radicali, non formali, itaut solum valit, quòd proprietates personales habeant subsistere ab essentia non formaliter, sivè tanq. à ratione subsistendi, sed radicaliter, idest tanq. à principio radicali, à quo dicuntur metaphysicè emanare. Unde similiter dum ait, quòd natura Divina est secundum se subsistens intelligitur radicaliter non formaliter, quia ex se ipsa habet totum principium radicaliter requisitum ad subsistendum, ad differentiam rerum materialium, in quibus natura ipsa specifica non habet ex se ipsa omne principium radicaliter requisitum ad subsistendum, sed indiget aliquo superaddito, quià nampe ut subsistat debet esse individua, natura autem materialis, ut sit individua, seu singularis dependet à principiis individualibus realiter à se distinctis putà à materia signata quantitate, ut vidimus de ortu, & interitu. Qua ratione, sæpè ait D. Tho. quòd in rebus materialibus natura distinguitur realiter à supposito, secus in rebus immaterialibus, loquendo scil. de supposito radicaliter, ut explicant aliqui hujus nostræ sententiæ.

Sed hæc solutio præter quàm quòd videtur iterum constituere D. Tho. deficiantem, dum in re tam gravi, ac scitu necessaria, quando ex professò agit de eadem, ac de mysterio ob gravissimos errores contra illud, omittat explicare proximam, ac formalem rationem subsistendi adeò requisitam ad numerum personarum, & unitatem ad perfectionem essentiæ: §. Deindè D. Tho. expressà asserit, quòd proprietates personales hoc solum habent, quòd distinguant personas, rationem verò subsistendi, quòd habeant ab essentia, ergo sentit essentiam non solum radicaliter, sed etiam formaliter habere in se, quòd subsistat de linea absoluta, & communi. Prob. conſ. quià loquitur ibi contra positivà, itaut quod concedit essentiæ in linea subsistendi negat proprietatibus personalibus, & quod istis concedit in linea distinguendi negat ipsi; sed juxtà D.Th., & omnes, proprietates personales non sunt præcisè distinguendi principium radicale, sed proximum, & formale, ergo juxtà eundem non solum erit essentia principium radicale subsistendi, sed etiam proximum, & formale, ac proinde non solum erit in se ipsa radicaliter subsistens, sed etiam formaliter.

Urg. hoc ex eodem D. Tho. in 3. dist. 6. q.2. ar. 2. ad 2. ubi inquit. *Dicendum, quòd aliud est de Deo, & de omnibus aliis rebus; quià in Deo ipsa essentia subsistens est, unde sibi secundum se debetur esse, immò ipsa est suum esse subsistens*. Ex quo, ut explicet unionem humanitatis cum hoc esse subdit. *Quamvis ergo unum sit esse, potest tamen esse considerari, vel prout est essentia, & sic non unitur humanitas in esse Divina*, (scil. immediatè) *unde non unitur Patri: vel potest considerari prout est persona*, (scil. appropriatum ut dictum est) *& sic unitur in esse Divina*. Ità D. Tho.

Ex quibus instatur sic. D. Tho. contra positivè iterum loquens de essentia Divina ad omnem aliam rem, vel naturam creatam, tribuit illi tale subsistere, eiq. taliter debitum secundum se, ut nulli alteri conveniat, ut patet ex verbis ejus, sed juxtà solutionem, vel Authores illius per se subsistere convenit naturæ creatæ immateriali radicaliter, licet non formaliter, ergo juxta eundem Divinæ essentiæ non solum per se radicaliter, sed etiam proximè, & formaliter conveniat ut distinctæ à persona.

Quod si his opponas eundem S. D. q.8. de pot. ar.3. ad 9. ubi expressè ait, *quòd sicut relatio in Divinis non solum est relatio, sed est secundum rem ipsamet Divina substantia, & ideò potest constituere aliquid subsistens, & non solum aliquid relativum*. Et deinde ad 9. subdit *Dicendum quòd relatio distinguit in quantum est relatio, constituit verò hypostasim in quantum est Divina essentia, & utrumq. facit in quantum est Divina essentia, & relatio*. In quibus videtur manifestè docere, quòd Divina essentia solum identicè, vel radicaliter sit ratio subsistendi non proxima, vel formalis, nam si ità est, quòd relatio non solum distinguat, sed etiam constituat subsistens, cum hoc posteriùs nequeat illi convenire tanquam radici, hoc modo tantum conveniet essentiæ, relationi verò formaliter, aliàs nullo modo conveniret illi constituere subsistens, sivè hypostasim, quod est apertè contra literam unde ly *in quantum* (si velimus utrumq. componere), solam radicem reduplicabit ex parte essentiæ, & rationem formalem subsistandi ex parte relationis, vel personalitatis.

Sed contrà hoc est; nam expressè D. Tho. ut vidimus q.9. seq. art.5. ad 13. de relationibus, vel proprietatibus personalibus inquit. *Hoc solum habent, quòd supposita Divinæ naturæ ab invicem distinguunt, non autem sunt principium subsistendi Divina essentia*. *Ipsa enim Divina essentia est secundum se subsistens*. *Sed è converso proprietates personales habent, quòd subsistant ab essentia*. Sic ad literam S.D. ergo nisi velimus sibi veluti immediatè contradicere, tenemur priorem locum explicare ut suprà, quòd in ratione subsistendi sit natura non solum radicale principium, sed etiam formalis ratio, ac proindè subsistens non tantum radicaliter, sed etiam formaliter de linea propria, relatio verò sit principium, vel ratio subsistendi incommunicabiliter, itaut quoad priorem rationem subsistendi sit principium in sensu tantum identico, quoad posteriorem verò in sensu formali. Quod videtur satis indicare, dum in utraq. solutione in tantum asserit non solum distinguere, sed etiam constituere, quià secundum rem est Divina essentia, quod, ut patet, indicat tantum sensum identicum, ac proindè quòd ratione essentiæ, ut rationis formalis subsistendi habeat hoc ipsum, ut dictum est. Et sic omnia consonant, nempà quòd ratione sui constituat hypostasim secundum posterius munus subsistendi, scil. secundum perseitatem incommunicabilitatis, ratione verò essentiæ secundum prius, sivè secundum perseitatem independentiæ. Utramq. enim perseitatem importat hypostasis, & secundum unam constituitur per absolutum, ut appropriatum perso-

personæ, & secundum aliam per relativum. Hanc etiam esse D. Tho. mentem docent Capreol., Ferrara, & alii recentiores.

Clarius etiam exprimit hanc sui mentem, vel priorem distinctionem ferè in terminis idem Angelicus q. 9. proximè cit. ar. 6. in solutionibus, nam ad 3. inquit. *Dicendum quòd nomen persona non designat hoc solum, quod est subsistere, quod videtur ad essentiam pertinere, sed etiam hoc quod est distinctum esse, & incommunicabile, quod est per proprietates relativas in Divinis.* Deindè ad 4. *Dicendum* (inquit) *quod forma significata per nomen persona non est essentia absolutè, sed illud, quod est principium incommunicabilitatis, sivè individuationis.* Deniq. ad 5. *Dicendum* (subdit) *quòd hoc nomen Persona significat subsistentem in natura cum distinctione, & incommunicabilitate.* In quibus clarissimè aperit sensum suum juxtà distinctionē datam utriusq., perseitatis, alteram refundens ad solam naturam, scil. præcisè subsistere, alteram verò ad relationem, nempè subsistere, incommunicabiliter. Per quod evitatur omnis contradictio in Doctrina ejus, & faciliùs etiam explicatur, & percipitur tam sublime mysterium ad componendam mirabilem illam unitatem, & pluralitatem, vel trinitatem illius.

Huic explicationi, & menti D. Tho. favet etiam tom. 3. D. Aug. 7. de Trinit. c. 4. ad finem. *Sicut ab eo, quod est esse (inquit) appellatur essentia, ità ab eo, quod est subsistere, substantiam dicimus. Absurdum est autem ut substantia relativè dicatur; omnis enim res ad se ipsam subsistit, quantò magis Deus?* Ex quo deindè infert c. 5. seq. non longè ab initio. *Unde hoc est Deo esse, quod subsistere, & ideò sicut una essentia Trinitas; una etiam substantia.* Quià scil. tam esse, quàm subsistere est absolutum, & ideò unicum. Subsistere ergo secundum mentem utriusq. S. Doct., ut importat perseitatem essendi cum præfata independentia est adæquatè aliquid absolutum, & ad se dicitur, non relativè, ut inquit Aug., unde tam radicaliter, quàm formaliter ab essentia accipi debet, licet quoad aliud munus incommunicabilitatis à relatione sumi debeat, ut omnia cohæreant, ut dictum est, in eodem mysterio, & in utriusq. Doctrina.

§. III.

Ratione prob. conclusio.

PRob. 1. ratione à priori. Essentia Divina, ut prævenit personas, sivè hìc Deus ut illis præintellectus est simpliciter infinitè perfectus, & principium quod operationum ad extrà, ergo est subsistens. Ant. est certum, quià est purissimus actus, & principium operationum communium ad extrà; cons. verò prob. Quia subsistentia est perfectio simpliciter, & operatio supponit ex natura rei subsistentiam, cum operationes sint subsistentium, ut suppono communiter apud metaphysicos. De quo Mag. Ledesma q. 3. de Divina perfectione ar. 1. concl. 1., & M. Catalam ubi suprà ante 1. Conclus.

Dices ità esse, quòd hìc modus perfectissimus essendi per se pertineat ad perfectionem naturæ, vel essentiæ Divinæ, at non esse necessarium, ut dictum est, quòd in illo conceptu, aut præcisione conveniat illi formaliter, sed satis esse, quòd præhabeat radicaliter, & deinde formaliter, & completivè à relationibus: tum quià sunt ab illa realiter indistinctæ. Tum quià licet dicamus actum volendi pertinere ad perfectionem naturæ intellectualis, non propterea tenetur habere illum formaliter, sed sufficit, quòd habeat radicaliter sine omni imperfectione.

Sed hæc solutio jam sufficienter impugnata est, & præoccupatur argumento facto. Nam hæc perseitas independentiæ est prædicatum quidditativum Divinæ essentiæ, & absolutum, utpotè commune, sivè conveniens illi, ut principio operationum communium ad extra, ergo debet convenire formaliter, & non solum radicaliter, vel cum dependentia à relationibus dantibus illi rationem subsistendi formaliter completè. Ant. est certissimum quoad omnes partes, quoad 1., quòd sit quidditativum, quià ut vidimus, loquendo de constitutivo Dei, ut est pelagus infinitum essendi, conveniunt omnes, ipsum esse, seu subsistere in plenitudine essendi, esse ejus constitutivum: & iterum in communi sententia saltem est prædicatum transcendens, essentialiter in illa inclusum, licet non per modum specifici constitutivi. Quoad 2. est D. Aug. ubi suprà, nam res omnis, ut ait, ad se ipsam subsistit, quantò magis Deus? ergo est quid absolutum, sivè ad se non ad aliud, ut terminum. Sed simul prob. cum tertia, quia hìc Deus, ut prævenit personas, vel relationes, intelligitur ut principium operationum communium, at istæ, ut dictum est, sunt subsistentium, ergo conveniunt illi tanquam prædicatum commune, & in ratione principii operativi communis. Cons. verò prob. quià prædicatum constitutivum, vel essentialiter conveniens absolutè in ratione essendi, & operandi est prævie conveniens ante totum genus relativum, cum istud supponat esse, nec sit operativum, sed purè respectivum, ergo si tale est subsistere respectu essentiæ debet illi convenire formaliter, & non solum radicaliter ante omnem relationem.

Secundò impug. Natura Divina, ut prævenit personas, non solum radicaliter, sed etiam formaliter est actus purus in genere essendi, prout non solum radicaliter, sed etiam formaliter est subsistens; prob. cons. Quià in hoc consistit formaliter conceptus actus puri in hoc genere, quòd sit ipsum subsistens in plenitudine essendi, sivè quòd exhauriat omnem actualitatem in hoc genere, ergo si in eadem prioritate est actus purus formaliter, erit subsistens formaliter.

Tertiò Quià in eadem prioritate, ut jam insinuavimus, intelligitur creans, & principium *quod* operationum ad extrà, cum opera Trinitatis ad extra sint indivisa, & communia toti Trinitati, & consequenter debent esse à principio communi, at nequit prout sic intelligi principium operans sine formali subsistentia, ut præter communem consensum Metaphysicorum tradit D. Tho. infrà q. 75. art. 2., & ratio est, quià subsistentia, ut dictum est, est actus substantialis ultimò complens naturam in genere substantiæ, ergo nequit illi convenire operatio non prævie subsistenti; cons. tenet, tum quià operatio ex communi conceptu sui non est actus substantialis, ut patet in nobis. Tum quià ex natura rei supponit esse, ac proindè principiū operans in suo genere completè perfectum. Et per hęc patet etiam ad id, quod dicitur de actu volendi.

Secundò etiam prob. principaliter concl., & urgetur præcedens ratio cū suis replicis. Natura Divina pro priori ad relationes est ità completa in genere essendi, ut nō indigeat ulteriori complemēto à priori, ut exercitè existat, ergo est subsistens, at non subsistentia relativa, ergo absoluta. Hæc posterior cons. tenet; mi. subsumpta etiam constat, quià in priori ad relationes solùm veniunt prædicata absoluta; prima etiam patet, quià

quià idam est subsistere, ac ità esse completum in linea essendi, ut aliud à priori complementum non expectet ad exercitè existendum, ut suppono ex communi conceptione. Ant. autem prob. quià pro eodem priori debetur ei, utpotè actui purissimo perfectissimum, sivè actualissimum existere, sed istud est exercitè existere, sivè in actu ultimo, ergo ità debet esse completa pro eodem priori in genere essendi, ut expectare nequeat ulterius complementum à priori ad exercitè existendum.

Dices ità esse in creatis, non in Divinis, quià nempè in creatis immediatum susceptivum existentiæ est ipsum subsistens, quia fieri ut quod est subsistentis, ac proinde ipsum esse, quod habetur in creatis est per fieri; in Divinis verò esse est actus immediatus naturæ, sicut esse ut *quod* in creatis, ast proprium suppositi, secus verò in Divinis.

Sed contrà hoc ast; & in primis solutio æquivocat utramque rationem factam, & committit fallaciã accidentis, vel non causæ, ut causæ. Nam vis utriusq. rationis (quæ ferè in idem coincidunt) in eo potissimum consistit, quòd natura Divina, sivè hic Deus, ut præintellectus personis debet esse simpliciter infinitè perfectus in genere substantiæ, & principium quod operationum ad extra, ergo debet esse subsistens, quia subsistentia est perfectio simpliciter, & operari supponit ex natura rei subsistentiam. Patet autem per accidens, hoc ipsum se habere, quòd habeatur per productionem, vel per fieri, ut in nobis, ob potentialitatem naturæ creatæ, quià non est actus purus, vel per summam identitatem, & à se, ut in Deo ob summam actualitatem nsturæ.

Ex quibus instatur sic. Natura Divina, vel hic Deus in priori ad relationes est simpliciter infinitè perfectus in utroq. genere, ergo ità debet esse cõpletus, vel in utroq. ità completè in actu, ut ulteriùs nõ indigeat compleri ad exercitè existendum, ac proindè subsistens, quamvis hoc ipsum non habeatur per fieri, sed à se, cons. tenet, quià aliàs deesset perfectio simpliciter: §. Urg. hoc. Ideò in creatis nequit intelligi natura substantialis completè existens, sivè existens, ut *quod*, vel ultimò completa in genere essendi sinè eo quòd sit subsistens quia prout sic se habet per modũ habentis existentiã, nam quod se habet per modum habentis subsistens est, sed hæc ratio militat longè à fortiori in Divinis, vel in natura Divina in eodem priori, cum infinitè perfectior sit, quàm creata, ergo non potest eidem denegari ratio subsistentis in eadem prioritate ad relationes. Sicut ergo in creatis existere ut quod est proprium subsistentis, ut acquisitum per fieri ob prædictam creaturæ potentialitatem, ità in Divinis est proprium subsistentis, ut sibi debitum, & à se cum exclusione totius fieri ob summam Divinæ naturæ actualitatem: unde sicut iterum in nobis in opinione non distinguente subsistentiam ab existentia substantiali, sivè naturæ substantialis, esse ut *quod* est proprium subsistentis, non purè materialiter, vel præsuppositivè, sed formaliter, vel constitutivè, in alia verò, & frequentiori Thomistarum opposita, idem esse ut *quod*, est subsistentis proprium præsuppositivè, quatenus immediatũ susceptivum existentiæ est subsistens, ità proportionabiliter affirmandum est in Divinis, itaut si natura pro priori ad relationes semel existit, concedendum est illi, quòd subsistat. Neque etiam in creatis, hoc quod est existere, vel operari ut *quod*, limitari debet ad rationem suppositi, sed vel suppositi, vel subsistentis, ut patet in anima rationali in statu separationis, in quo verè intelligitur existens, & operans ut *quod*, estò suppositum non sit, sed solum forma per se subsistens. Quidquid sit, quòd aliqui prout sic subsistentiam appellent semisuppositum, quod non opponitur priori doctrinæ.

Tertiò ex his omnibus probari potest conclusio comprehendendo utramq. rationem præcedentem. In natura Divina pro priori ad relationes admittendum est prædicatum, quod proportionabiliter in creatis habetur à subsistentia, ergo pro eodem priori est subsistens. Prob. ant. Quià hoc, quod est naturam substantialem esse ultimò completam ad exercitè existendum, & per quod constituitur immediatum susceptivum existentiæ habetur à subsistentia, ut patet ex dictis, non enim potest esse sic ultimò completa ad exercitium existentiæ, & non esse subsistens, ut suppono communiter ex metaphysicis; sed in natura Divina pro eodẽ priori datur tale complementum, ergo datur tale prædicatum. Prob. mi. Tum quià ut dicebamus, hoc prædicatum, cum sit veluti effectus formalis subsistentiæ, ast perfectio simpliciter, ergo non potest negari Divinæ naturæ, quod conceditur creatæ, cujus omnis perfectio debet esse in sua linea, participatio perfectionis Divinæ. Tum quià subsistentia, ut pariter dictum est, ast quidam modus essendi consistens in perseitate independentiæ ab alio, ut à sustentante, sivè in modo intrinseco completivo à priori ad idem exercitium existendi, sed in ustura Divina pro eodem priori utpotè actualissima, & perfectissima negari non potest hic modis essendi ergo. Tum denique quià prout sic, ut tenemur fateri omnes, est principium *quod* communium operationum ad extra, sed operatio, ut probatum est, supponit ex natura rei principium sui cum tali modo essendi, ergo prout sic est subsistens.

Expl., & urg. hoc. Ultimum hujusmodi complementum ad sic exercitè existendum, & operandum. scil. tanq. principium operationum communium, nequit haberi per aliquid de linea relativa, cum hæc supponat esse absolutum, nec præstare possit, quod est commune omnibus personis, ergo si sic existere, & operari supponit ex natura rei rationem subsistentis, debet supponere subsistens, subsistentia absoluta, vel communi.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. ex autoritate. Quià hoc nomen subsistentia apud Concilia, & Patres, idem latinè significa, quòd græcè hypostasis, ut patet ex Jo. Mazentio ex Græcis in sua confessione fidei, quæ habetur to. 5. Bibliot. Sacræ, sed nulla datur hypostasis absoluta præter tres relativas, ergo nulla etiam datur subsistentia absoluta: §. Urg. hoc. Nam sæpè PP., & præsertim Concil. Tolet. 6. & 11. in confessione fidei, ex eo quòd unio non sit facta in natura inferunt esse factam in persona, at hæc conseq. nulla esset si daretur subsistentia absoluta, sivè subsistens absolutum in Divinis pro priori ad relationes, vel personas, ergo. Prob. mi. quià tunc posset fieri in hoc subsistente absoluto, ut probatur 3. p: q. 3. ar. 3. ergo.

Resp. ad arg. dist., & simul explico ma. idem significat, secundum primam sui significationem, neg., secundum translatitiam, conc. Nam primò fuit impositum hoc nomen subsistentia ad significandum modum per se existendi, seù sistendi in se, vel essendi cum independentia ab alio, ut sustentante, ut dictum

est;

est, sed quià videmus in creatis eundam modum subsistantiæ utrumq. munus præstare, scil. perseitatis, & incommunicabilitatis, ascendendo ad Divina, Patres communiter utuntur tali numine non solum ad significandum perseitatem. sed etiam incommunicabilitatem, ut sic aliquomodo reluceat mysterium Trinitatis. Undè hoc nomen hypostasis, quod græcè hoc totum significat, latinè transferunt in subsistantiam. Solutio est D. Tho. in 1, dist. 26. q 1. ad 4. Ubi ex eodem advarto quòd quià apud usum PP. sumitur pro hypostasi, ne detur occasio arroris, non est absolutè dicendum dari in Divinis unam subsistentiam, sed aum addito, scil. absolutam, sicut ob eandem rationem, non dicimus absolutè dari tres subsistentias, sed cum additu, scil. individuas.

Sed instas. Si nomen subsistentie ex primæva sui significatione tantum significaret prædictum modum perseitatis, non esset fundamentum, ex quo illud hypostasis transferrant PP. in subsistentiam, ergu. Prub. ant. quia nomen hypostasis ex propriie significat distinctum subsistens, & incommunicabilile, ergo si ex primeva significationa solem significat perseitatem non apparet, cur in subsistentiam transfereudum sit illud hypostasis: §. Urg. hoc, nam quià hoc nomen substantie aliquando stat pru essentia, aliquando pro hypostasi noluerunt Græci uti illo ad exprimendam hypostasim, argo similiter quià nomen subsistentia mox absolutum, mox relativum significat, nun rectè potuissent uti hoc numine ad exprimendum hypostasim, quæ determinatè significat aliquid relativum, eò vel maximè, quòd illud ax prima sui impositione significat aliquid absolutum, præfatam nempè perseitatem.

Resp. neg. ant., cum enim nostra cognitio à creaturis ascendat in Deum, sivè in cognitionem Divinorum, sicut à sensibilibus modò in via ad spiritualia; & in creatis, ut dictum ast, utrumq. præstat idem indivisibilis modus, non sine fundamento translatum est nomen hypostasis per illud subsistentiæ: §. Ad confirm. dist. ant. quià stat, quomodocunq., neg., æquivocè, conc. Undè aptiùs ad tollendam omnem occasionem erroris facta fuit translatio per noman subsistentiæ, & non substantiæ, quià istud æquivocè significat essentiam; & hypostasim, ac proinde posset esse deceptio si absolutè diceremus tres substanties, non tamen dum dicimus tres subsistentias, quià istud subsistautiæ non stat sic æquivocè pro utroque, saltem in creatis, unde nequit ità indifferenter accipi pro essentia, & pro hypostasi, ut perperam quis inferre possit dari tres assentias, sicut profesimus dari tres hypostases.

Ad confirmat. principalis argumenti, quæ tangit difficultatem alibi examinandam de Incarnationa, q. 2. ad ar. 2., obiter tamen ut attinere etiam potest ad præsentem, resp. dist. mi., nulla asset, ax terminis, transeat, vel conc. Ad hominem, neg. Quià Patres, & Concilium procedebant contrà hæreticos, qui putebant non esse aliam unionem possibilem, vel alterius saltem non meminerant, nisi in natura, & in persona, & ideò rectè ad hominam inferebant, quòd si non est facta in natura, debet esse facta in persona.

Sed instas. Quià etiam D.Tho. infert ibidem eandem conseq. dicens. *Si ergo natura humana Verbo Dei non unitur in persona, nullo modo ei unitur*, ergo signum est non agnuscere in Deo hoc subsistens absolutum, quod contendimus, quià ut dictum est, posset in isto fieri talis unio: §. Huic instantiæ Mag. Herrera in manuscriptis, (ut refert ibidem M. Catalam dub. unico) concedit nullam esse conseq. D. Tho. prout proponitur à Cajet., quæ potest videri ibi. Sed fallitur (inquit hic posterior Mag.) quia D. Tho. ex eodem antec. infert. esse consequens, seù legitimè inferri, quòd sit facta unio in Persona Verbi, & nun in natura.

Resp. ergo cum eodem, quòd D. Tho. arguit supposita fide, quæ docet unionem humanitatis esse factam cum solo Verbo, quod patet ex titulo articuli, nampe an unio Verbi Incarnati facta sit in Persone. Tunc autem optima est conseq., quòd si est facta cum solo filiu, & non in natura, ergo in persona. Nam si immediatè uniretur individuo Deitatie non uniretur solum Verbo, sed tribus personis æqualiter, & eodem modo, ut explicatur ibidem q. 3.

Secundò arg. Si hìc Deus pro priori ad relationes intelligeretur ut subsistens, varè intelligeretur ut persona, sed hoc est falsum, quià aliàs daretur quarta persone, quod est alienum ab eodem mysterio, argu. Prob. ma., nam persona nihil aliud est, quàm subsistens in natura intellectuali, ergu. §. Dices personā non præcisè importare rationem subsistentis in eadem natura, sed incommunicabiliter, quod non convenit huic Deo in eodem priori, ut dictum ast.

Sed contra hoc est 1. Quià repugnat semel subsistere in natura intellectuali, & nun subsistere incommunicabiliter. Prob. ant., quià repugnat semel esse subsistens in natura intellectuali, & quòd rationalis naturæ individua substantia non sit, sed hoc est esse personam, ut paret ax illius definitione, nā persona definitur, quod sit rationalis naturę invidua substantia: §. Urg. hoc. Nam D.Tho. ubi suprà, ex eo quod In idem est, *quo est, & quod est* infert, quòd quidquid eorum, quæ Deo attribuuntur in abstracto, si secundum sa consideretur, erit aliquid subsistens, & per consequens persone utpotè subsistens in nature intellectuali, sed hæc conseq., ut patet, nulla esset, si semal in eadem nature admittitur subsistens, quod nun sit persune, ergo idem ast juxtà D. Tho. esse subsistens in eadem natura, & esse personam.

Resp. benè ibi. Ad 1. replicam dist. ant. mediatè, vel immediatè, sivè primò, aut secundariò, vel consequenter, conc., necessariò, & per se primò, neg., nam sicut ut insinuavimus, si unio humanitatis fuisset facta immediatè cum hoc Deo, hìc Deus ut subsistens in nature humane, non esset præcisè prout sic subsistens incommunicabiliter, vel persona, sed tantum secundariò, & ex consequenti, ità pariter ut subsistens pro eodem priori in natura, secundariò tantum, & ex consequenti est tres personæ. Ad prob. desumptam ex definitione personæ resp. ex Illustriss. Godoii eadem 3. p. q. 3. individuum dupliciter accipi, primò pro omninò incommunicabili, secundò pru singulari naturæ, in tali autem dafinitione priori modo accipitur; cæterum hìc Deus, ut subsistens in natura Divina pro priori ad relationes solum intelligitur habere rationem individui hoc posteriori modo, sicut solum intelligeretur habere in nature humanu, si immediatè eam terminaret, licet secundariò, & ex consequenti esset tunc, & sit modo, ut dictum est, individuum, vel subsistens incommunicabiliter, sivè persona, sed de his latè ibidem q. 4. seq.

Ad 2. replicam resp., quòd ut etiam innuimus, dupliciter loqui possumus de natura Divina ut sic subsistente pru eodem priori, primò ut ignorentur, vel ax hypotesi impossibili supponatur non dari in

Dea

Deo relationes personales. Secundò ut secundum nostrum modum imperfectum concipiendi, (quo ut dicebamus, divisim pluribus conceptibus intelligimus, quæ in se sunt unum, & idem,) concipiatur non intellectis, vel non consideratis eisdem relationibus. Si loquamur de illa priori modo, tunc pro eodem sumitur subsisteos intellectoale, & persona, & ità loquitoe D.Tho., ut patet in solut. ad 2., non tameo posteriori, ot purè præcisivè concipitur, oon excludeodo, aut ignorando illas, quià fides dictat tala subsistens intellactnala esse alteri communicabile tanq. supposito.

Sed iostas. Quià natora Divina in hoc posteriori seosu, ut concipitur à fidelibos, ità in se terminatur per relationes personales, ot compleatur per illas, ergo non tenentur supponere in illa præfatam subsistentiam, sivà perseitatem independentiæ ab alio, ut sustentante. Ant. est certum sopposito mysterio Trinitatis, aliàs in una tantum persona concipi posset completa, ut dicunt Judæi. Tum qoià relationes personales sunt modi essentialiter complentes natoram. Cons. verò prob. quià sustentari à supposito est ab illo compleri, ergo si relationes ità termioant, ut ab illis compleatur, non teoentur supponere talem perseitatem independentiæ, sed sustentabitur ab illis.

Resp. dist., & explico ant. ità terminatur, ut compleatur, ob aliquem sui defectum, vel indigentiam ad exercitè existendum, neg., ob solam sui fæcunditatem ad se communicandum, conc., qoià aliàs io genere substaotiæ, ut dictom est, non esset summè infinitè parfecta. De qoo videri potest Mag. Ledesma q. 3. de Divina perfectiooe ar. 1. concl. 1. Per quod patet ad utramq. probat.

Sed adhuc instas. Natora Divina ità terminatur, & per se existit in eisdem relatiooibus, ut sine illis non existeret, ergo ità tarminatur, & completur ab illis, ut non ob solã fæcunditatem commonicetur illis, sed per illas etiã subsistat, & per se exercitè existat. §. Resp. dist. ant, sine illis veluti à priori, sivè orta necessitate ex parte illarom, neg., ex eadem summa fęconditate, & iofinitate in essendo, & subsistendo, vel existando, conc., & neg. conseq., qoià id non oritur ex aliquo defectu perfectionis ex parte natoræ, sed qoià ex infiuita sui perfectione, & fæcunditate, nata est commonicari tribus personis, sicut io simili dicimus infrà, de omnipotentia Dei, quòd sine possibilitate creatorarum, vel atiam formicæ non sobsisteret, non qoasi à priori, ut ab illis dependeat in essendo, sed ob eandem Dei fæcunditatem ad extrà, sivè vim Illius infioitam effectivam, qua tenetur se extendere ad omne non repugnans, onde nulla hinc argui potest indigentia in illo, sivè ad intrà, sive ad extra, sed sola utrobiq. infinita fæcunditas.

Tertiò arg. impugnando rationem fundamentalem. Ex eo pro priori ad relationes est subsistens, quià etiam prout sic debet esse Infinitè perfecta, sed hæc ratio non videtur sufficiens, ergo. Prob. mi., quià ut intelligatur iofinitè perfecta sofficit intelligere eam cum omni perfectione de linea graduali, & essentiæ, vel naturæ, at subsistentia absoluta, si datur in Deo, non spectat ad hanc lineam, ergo. Prob. mi. Tum qoià quidquid absolutom datur in Deo præter essentiam Divinam est attributum, ot patet discorrendo per singola. Tum quià licet subsistentia sit terminus sobstantialis naturæ, sivè termious illius in genere substantiæ, non tamen dicit gradum natoræ, vel formæ, quæ dat aliquem modum essendi in genere substantiæ, licet lato modo possit dici causa formalis, quatenus ultimò terminat illam, ex quo etiam ioferimus non esse de ratione illius informare, ergo non spectat ad lineam gradualem, vel essentiæ, sed est extrà illam, ac proindà ex defectu illius non est arguendus defectus perfectionis intrà eandem lineam naturę, vel intra gradum illius.

Urg. hoc, & simul declaratur in nobis. Nam in supposito humano, v.g. Petro hæc omnia reperiuntur, nempe natura, seu esseotia hominis, conditiones individuantes, personalitas, seù subsistentia, & existentia, cum hoc tamen ordine, & continentia, ut oatura in ratione naturæ formaliter compleatur per formam substantialem, quæ ultimò dat esse homini in ratione hominis, cætera autem supervenientia, extra essentiam sunt, & ab illa, vel re, val ratione separari possunt, ex quo ioferimus illa omnia non esse actus dicentes in genere substantiæ gradum naturæ, determinantes naturam ad aliquam peculiarem rationem substantiæ, quapropter non constituunt unum ab alio formaliter, seù essentialiter distinctom, sed solum materialiter, sicut distinguuntur Petrus, & Jo: in ratione talium individuorum, & subsistentium, unde conditiones individuæ solom habent determinare naturam, ut sit hæc, non autem dant ei existentiam, vel incommunicabilitatem essendi, unde si Verbum dimitteret humanitatem assumptam, & sic illam dimissam conservaret sine persoaalitate, esset hæc humanitas, non verò esset per se sobsistens incommunicabiliter.

Ex quibus sic arg. & simul iterũ prob. eadem mi. Natura secundom gradum naturæ, vel perfectionẽ sui essentialem est completè perfecta sine subsistentia, vel præcisivè ab illa, aliàs hæc non esset extra gradum illius, vel extrà essentiam, sed intrà, & determinaret illam ad aliquam peculiarem rationem, vel modum substantiæ, quod est alienum à bona metaphysica, ergo ex defecto illius non est inferandum naturam Divinam non esse summè infinitè perfectam io genere substantiæ, & intra proprium sui gradũ essentialem.

Urg. ulterius totom hoc. Nam ideò natura Divina in linea intellectuali potest adhuc concipi summè actualis sine omni imperfectione potentialitatis, non concepta, vel non intellecta omni alia actualitate ejusdem lineæ, v.g. intellectus, vel intellectionis, ut latè ostendimos suprà de constitutivo illius, quià istæ non pertinent ad gradum illius, sed sunt extra ex proprio sui conceptu, vel quiditativo, scil. actualitatis proximæ, vel ultimæ, ergo à fortiori in genere substantiæ concipi potest summè infinitè perfecta sine sobsistentia, cum magis certum sit hanc esse extrà essentiam, & gradum illius; quamvis etiam valdè probabile sit de utraque prædicta actualitate.

Ad hoc neg. mi. Ad prob. dist. mi. Non spectat ad hanc lineam formaliter, seù tanq. formale prædicatum, seù constitutivum, conc., tanquam complementum, vel modus intrinsecos, neg., nam ut efficaciter ostendit Mag. Catalam q. 4. 3. p. art. 2. dub. 1. §. *pro hujus explicatione nota*. Licet subsisteotia non constituat, nec compleat natoram in ratione naturæ formaliter, nec in ratione hujus naturæ, tamen ità complet in ratione substantiæ, ut illam reddat io se perfectam, & independentem, & ab hac perfectione, & complemento habeat, ut sit, & dicatur prima, & maxima substantia, & primum substentaos, quapropter ità est de intrinseco conceptu illius, vel subjecti, ut nequeat concipi perfectum in sua ratione sine subsistentia, in

qoo

quo distinguitur ab existentia, quæ solum dat illi, ut sit extra causas, quod non est quid intrinsecum, seù de ultimo, & completivo conceptu illius, aliàs enim semper esset extra causas, sicut supposito, vel Petro v.g. semper convenit esse quid incommunicabile. Soli verò Deo existentia, intima, & connaturalis esse potest: quod adeò verum est, ut etiam in Angelis non sit de intimo eorum conceptu, & realiter distinguatur ab eorum natura. In quo, ut vidimus in logicis, potissimùm fundatur posse hanc esse speciem prædicabilem.

Ex his etiam patet ad utramq. mi. probationem. Præterquã quòd quoad primam, quòd nõ est præter essentiam, vel non dici attributũ, ut est rigorosè tale, ut vidimus supra, scil. per superadditionem perfectionis attributalis, quæ non sit de intrinseco conceptu illius, sed quandoq. tantum est explicatio perfectionis essentialis, ut dictum est de sanctitate, quæ dicitur attributum Divinæ naturæ, non quià superaddat perfectionem ad illam, sed tantũ, quià eam explicat sub alio munere; sic similiter dicimus de subsistentia Divina, quæ non ideò dicitur attributum essentiæ, quasi superaddat perfectionem ad lineam naturæ non pertinentem, sed quià non ingreditur formaliter conceptũ illius quiditativum, sed tantum ut terminus, vel modus ità ultimò illam complens in genere substantiæ, ut reddat in se perfectam, & independentem. Per quod etiam patet ad 1. confirmat. & ad rationem ex eadem deducta.

Ad 2. confirm. resp. quòd in prædicta opinione constituente naturam Divinam per intelligere radicale, proximæ actualitates, scil. intellectus, & intellectionis considerantur ut aliquid extrà conceptum illius quiditativum, & non ut explicatio, vel complementum intrinsecum perfectionis illius, sed magis ut superaddens perfectionem attributalem, quam natura, ut natura est, non tenetur formaliter habere, sed ratione attributi, quod radicat, nempe intellectua, & intellectionis.

Quartò etiam principaliter arg. Si in Deo esset subsistentia absoluta superfluæ essent relativæ, sed hoc non admittitur utpote contra Concilia, & PP. Prob. sequela, 1. quià subsistentia absoluta adequatè præstaret omnia, in genere subsistendi, sicut una existentia absolura præstat adæquatè omnia in linea existendi, ergo. Secundò quià natura Divina per illam haberet esse ut *quod*, ergo haberet esse independenter ab alio non solum tanquam à subjecto, vel sustentante, sed etiã ut à supposito, ergo non posset ampliùs supponitari, vel personari ab aliis subsistentiis relativis, vel personalibus. Tertiò si natura Divina esset subsistens ut *quod*, jam relationes advenientes non unirentur naturæ, sed habenti naturam, ergo sustentarentur ab hoc Deo subsistente, & consequenter non essent subsistentiæ. Patet hæc posterior conſ. quià subsistens nequit ab alio subsistente sustentari. Prima verò prob., quià prædicata, quæ supponunt naturam subsistentem non uniuntur in natura, sed in habente naturam, sivè supposito. Hoc argumentum reddit satis difficile præsens punctum de subsistentiis Divinis tam absoluta, quam relativis. Pro cujus solutione sit.

QUÆSTIO II.

Utrum in Deo dentur tres subsistentiæ relativæ præter absolutam.

Capreolus in 1. dist. 26. q. 1. ar. 1. concl. 3., & in 3. dist. 1. q. unica ar. 3. ad argumenta Scoti, & Durandi contrà 4. videtur tantum admittere in Deo subsistentiam absolutam, & præter illam, nullam aliam relativam. Ità etiam Ferrara 4. cont. Gent. c. 26. Paludanus in 4., ubi suprà q. 2. in fine. Scotus q. 2., & Durand. in 1. dist. 13. q. 2. existimans tres Personas Divinas non desumere incommunicabilitatem à subsistentiis relativis, sed à relationibus, & ideò illas esse omninò superfluas. Oppositum tamen tenent jam communiter Discipuli D. Tho., & alii Theologi: & relati Thomistæ explicari possunt de subsistentiis quantum ad munus perseitatis independentiæ, non incommunicabilitatis, cum hæc ut dictum est, in Divinis nequeat haberi per aliquid absolutum, sicut in creatis ob eorum limitationem, & finitatem.

§. I.

Statuitur conclusio.

IN Deo præter subsistentiam absolutam tribuentem perseitatem independentiæ dantur tres relativæ tribuentes incommunicabilitatem. Sumitur ex Patrum, & Concil. testimoniis, præcipuè verò ex 6. synodo generali art. 11. ibi. *Sanctissima Trinitas numeralis facta est personalibus subsistentiis*. Id ipsum habetur apud Illustris. Godoii hic §. ult. in Concil. Nicæno 2. in exemplari litterarum Theodori Patriarchæ Hyerosolimitani, & in Concil. Lateran. particulari approbato à Martino Papa I. Consultatione 5. Can. 1. Et ex PP. etiam docet Cyrillus Alexandrinus Dialogo de Trinitate lib. 3. circa finem. Nazianzenus orat. 25. Ad Arianos, Chrisost. ad Hebr. 1. homil. 2., Athanas. tom. 5. in quæstionibus q. 7. dicens. *Tres personas confiteor tres subsistentias, tria propria*. Damasc. lib. 1. fidei cap. 9. in fine, ubi ait. *Filius habet propriam subsistentiam præter eam, quæ Patris est*.

Deinde aliis omissis expresè tradit eam D. Tho. hìc q. 29. ar. 2. ad 2. *Dicendum* (inquit) *quòd sicut nos dicimus in Divinis tres personas, & tres subsistentias, ità Græci dicunt tres hypostases*. Et infrà q. 39. ar. 3. *Persona Divina nihil aliud est, quàm distinctum relatione subsistens*. Quod etiam tradit q. 9. de pot. ar. 2. ad 8.

Ratione prob. à priori. In Deo dantur tres termini Divinæ naturæ inter se realiter incommunicabiles, ac personarum constitutivi, sivè penès quos constituuntur personæ, ergo dantur tres subsistentiæ relativæ, sivè incommunicabiles; conſ. tenet, quià nihil aliud potest venire nomine subsistentiæ relativæ §. Dices non satis esse ad rationem subsistentiæ, quòd præcisè tribuat modum, seù munus incommunicabilitatis, sed quòd etiam det perseitatem existendi, hoc enim indispensabiliter importat subsistera, nisi velimus abuti significatione hujus vocabuli, licet verò relationes tribuant primum, non tamen tribuere possunt secundum, ut satis patet ex dictis, & ex proprio conceptu relationis, qui est tendere ad aliud, non sistere. Tum quià etiam supponunt naturam, ut nos dicimus, completè, & adequatè per se existentem, seù

cum plena perseitate existendi, aliàs iterum teneremur admittere ulteriorem existentiam, seù relativam præter absolutam, ut alii dicunt.

Sed contra hanc solutionē, in qua videtur consistere præcipua vis sententiæ oppositæ infratur sic. Conceptus proprius, & adæquatus subsistentiæ, sivè in creatis, sivè in Divinis nequit haberi per solā perseitatem, sed indispensabiliter etiam importat incommunicabilitatem, ergo cum in Divinis nequeat hæc haberi per aliquid de linea absoluta, tenemur recurrere ad illam habendam, ad subsistantiam relativam, ac proinde non tantum tribuet eam relatio, ut relatio est, sivè sub præciso munere modificativi subsistentiæ, sed verè sub illo subsistentiæ.

Expl., & urg. hoc. Nam linea subsistendi non clauditur adæquatè intrà conceptum per se existendi, sed utrumq. quiditativè importat, scil. per se existendi, & existendi incommunicabiliter, ut etiam patet in mysterio incarnationis supposita fide incarnationis solius Verbi, ergo quod in Divinis præstat incommunicabilitatem, debet ad hanc lineam in recto pertinere tanq. subsistentia, & non quasi tantum in obliquo per modum modificativi, ergo si sola relatio illam præstat in Divinis, verè obtinet conceptum subsistentiæ, & non puri modificativi subsistentiæ.

Expl., & urg. ulteriùs. Sicut in creatis in linea subsistendi, incommunicabilitas necessariò requisita ad hanc lineam habetur ratione limitationis, vel finitatis, ità habetur in Divinis ratione relationis, sed ratio finitatis in nobis inadæquatè pertinet ad conceptum subsistentiæ, itaut secundum alterum munus ingrediatur conceptum quiditativum illius, prout explicant metaphysici, ergo ità pariter quiditativè ingredietur illū relatio in Divinis. §. Secundò impug. eadem principalis solutio. Ut multiplicentur personæ in Divinis non sufficit multiplicare modificativa subsistentiæ, ergo præter absolutam tenemur admittere tres subsistantias relativas. Prob. ant. Ut multiplicentur personæ tenemur multiplicare personalitem, ergo tenemur etiam multiplicare subsistentiam, & non tantum modificativum illius. Ant. est certum, quià repugnat multiplicare constitutum non multiplicato constitutivo illius, ut patet inductivè. Cons. verò prob., quià subsistentia est quid superius ad personalitatem, addit namq. ad illam, incommunicabilitatem, & quòd sit terminus non cujuscunq. naturæ, sed intellectualis juxtà meritum, vel exigantiam personæ contrapositivè ad purum suppositum, ergo ut multiplicetur persona tenemur etiam multiplicare subsistentiam, cons. tenet, quià multiplicato inferiori necesse est multiplicari superius, quod est commune communitate rationis, ut patet in animali respectu hominis, & equi.

Urg. hoc. Nam personalitas, ut proximè innuimus, & explicat hic D.Th. ar.2. nihil aliud est, quàm subsistentia in natura rationali, vel intellectuali, ergo si in natura Divina, quæ est supremum analogatum hujus naturæ repugnat multiplicari personam non multiplicata personalitate, itaut non sufficiat multiplicari istam solum pro connotato, vel secundum aliquem modum, sed etiam secundum personalitatis substantiam, nec pariter sufficiet multiplicari subsistentiam secundum aliquem modum, sed erit necessaria multiplicatio illius in recto, & secundum substantiam, sivè pro forma, seù formali ratione subsistendi, Et planè hæc videtur esse expressa mens Patrum, & Conciliorum, quando absolutè dicunt esse plures subsistantias, & personalitates in Divinis, nam si solum proferrent hanc pluralitatem ex parte connotati, aut modificativi subsistentiæ, non quoad illius substantiam, aut rationem formalem subsistendi, non verificaretur absolutè, & simpliciter esse tres, cum rea absolutè, & simpliciter non dicatur multiplicari, ex eo quòd solum multiplicetur ut modificata, vel connotativè tantum ad aliquem sui terminum. Tum quià juxta communem regulam D. Aug. sicut verba Sac. Scripturæ, ita Conciliorum, & PP. in sensu formali, & proprio intelliganda sunt, nisi obstet aliquod inconveniens, quod nullum est assignabile in casu.

Ex his prob. iterum à priori concl., & simul urgentur hæc omnia. Quod est formaliter ratio essendi perseitate incommunicabilitatis alteri ut supposito, est formaliter ratio subsistendi, sed in Deo sunt tres formaliter relativæ rationes essendi hujusmodi perseitate, ergo sunt tres rationes formaliter subsistendi, & consequenter tres subsistentiæ relativæ: utraq. cons. tenet: mi. etiam constat, quia eadem perseitas essendi incommunicabiliter nequit ut dictum est, formaliter haberi in Deo à ratione aliqua absoluta, utpotè communi omnibus. Ma. verò prob. Nam subsistere, ut vidimus ex D.Tho., & iterum patet ex ipsa significatione vocis, est sistere in se, seù per se, & non in alio existere, at hoc dupliciter contingit, scil. vel perseitate excludente dependantiam, vel perseitate excludente communicationem; sicut esse in alio dupliciter fiat, scil. vel secundum dependentiam ab illo, vel per puram communicationem sine dependentia, ut patet de anima rationali existente in materia sine dependentia ab illa, ergo quod est formalis ratio essendi perseitate excludente puram communicationem alteri ut supposito, verè erit formalis ratio subsistandi, & non purum connotatum, vel modificativum subsistentiæ.

Ultimò prob. concl. à posteriori. Si in Deo daretur una tantum subsistentia absoluta non magis esset facta unio humanitatis in persona Filii, quàm Patris, & Spiritus S., consequens est contra fidem, ergo. Prob. ma. Unio humanitatis est facta immediatè in subsistentia, vel ratione illius, sive ad immediatè subsistendum per illam in Deo, ut suppono ex communi consensu, & ex eadem fide; sed subsistantia absoluta est communis tribus, ergo non magis esset facta in persona Filii, quàm Patris, & Spiritus S. §. Dices ut suprà fuisse factam ratione quidam subsistentiæ absolutæ non tamen præcisè ut talis, & communis, sed ut modificatæ à relatione Verbi, & appropriatæ illi, unde non oportet, quòd sit facta in omnibus personis.

Sed contra hoc est. Nam prædicta unio, ut fatemur omnes, est immediatè facta in subsistantia, vel ratione subsistentiæ, ergo si nullum relativum obtineat rationem subsistantiæ, sed tantum absolutum, ratione alicujus absoluti, ut talis, vel communis, est immediatè facta magis, quàm relativi, ac proinde non magis cum Filio, quàm cum Patre, & Spiritu S. §. Urg. hoc. Quià quidquid convenit huic Deo ut communi tribus personis, non rationc personæ, aut proprietatis relativæ, sed per se primò, simpliciter, & sine ullo addito convenit tribus personis, at si nulla datur subsistentia relativa, sed tantum absoluta, unio per se primò convenit huic Deo ut communi tribus personis, ergo non magis una, quàm alia esset incarnata; mi. constat, quià per se primò convenit illi ratione alicujus absoluti, quod solum per se primò potest Deo convenire Deo, ut communi tribus. Sed prætereà prob. simul cum ma. Nam quià creare, justificare,

care, & alia opera ad extrà conveniunt illi ratione alicujus absoluti, per se primò conveniunt illi ut communi tribus personis, & non ratione personæ, aut proprietatis personalis, vel relativæ, & verè omnibus dicuntur convenire simpliciter, & sine ullo addito, & ideò dicuntur indivisa toti Trinitati, itaut de qualibet persona dicitur simpliciter, & sine addito, quòd creat, justificat &c. ergo de qualibet pariter deberet dici simpliciter & sine addito ob eandem rationem, quòd esset humanitati unita, vel incarnata: §. Ex quo efficaciter infert sæpe laudatus Mag. Catalan ubi supra ad art. 2. dub. unico contra Durandum non admittentem subsistentias relativas, sed unam tantum absolutam, sequi hinc quòd prima ratio terminandi naturam humanam sit aliquid absolutum, sive subsistentia absoluta, quià nempe est assumpta ad subsistendum, ac proindè quòd quælibet persona modo de facto sit simpliciter, & sine ullo addito homo. Nam quòd sit facta unio humanitatis cum Verbo non tollit, quin per se primò, & non ratione personalitatis Verbi hic Deus ut communis subsistat in humanitate, ergo nec tollit, quin per se primò, & non ratione personalitatis Verbi conveniat huic Deo ut communi esse hominem, & per consequens tribus personis.

§. I. I.

Solvuntur argumenta.

AD quartum superius argumentum, quæ fuit occasio hujus quæstionis resp. ex dictis neg. ma., ad 1. prob. dist. ant. adæquatissimè præstaret omnia, quantum ad perseitatem independentiæ, conc., incommunicabilitatis, neg., supra enim vidimus, quòd in creatis eadem subsistentia absoluta utremq. perseitatem tribuere potest, non tamen in Divinis, cum penès absolutum haberi nequeat realis distinctio necessaria ad salvandam Trinitatem Personarum, unde subsistentia absoluta in Deo solum est ratio formalis, propter quam Divina natura est principium quod operationis ad extra; & per modum complementi intrinseci, ut dictum est, tribuit illi priorem perseitatem independentiæ, non tamen incommunicabilitatem ad intrà respectu Divinarum personarum, sed solum respectu suppositi extranei realiter à se ipsa distincti, ut ostenditur 3. p. ubi suprà, & ideò ad habendam in Deo formalem rationem subsistendi incommunicabiliter, tenemur recurrere ad subsistentias relativas suppositâ fide ejusdem mysterii, sivè trium personarum cum unitate essentiæ. Per quod etiam patet ad paritatem de existentia, quià hæc non ponitur ad multiplicandas personas, nec ad tribuendam incommunicabilitatem, cum in ratione existendi non opponantur, sicut in linea personalitet subsistendi, & ideò non oportet, quòd ut sint tria *quod* in linea personali gaudeant distincta existentia, aut quòd hæc multiplicetur in illis, sicut subsistentia, sed sicut sunt unius essentiæ, ità pariter sunt unius existentiæ.

Ad 2. prob., quæ potest esse replica dist. ant., haberet esse, ut *quod*, communicabiliter ad intrà, & solum incommunicabiliter alteri, ut supposito ad extra, cōc., secus, neg., & dist. 2. consequens, non supponeretur ab aliis, ad intrà ob indigentiam, & ad extra ob incompossibilitatem cum supposito extraneo, conc., ob fœcunditatem ad intra, ut dictum est, neg., quià supposita fide ejusdem mysterii, & infinitate naturæ, oportet, quòd communicetur tribus relationibus, quibus constituuntur personæ, & quòd sit unus in illis tribus. Ad extra verò si hic Deus ut præintellectus personis immediatè, vel per se primò uniretur humanitati, licet præcisè ex vi unionis ratione subsistentiæ absolutæ cum illa non esset persona, sicut non est persona ut subsistens in Divinitate præintellectus relationibus, non tamen esset communicabilis personalitati ajus, nō ob defectum infinitatis ex parte sui, sed quià repugnat naturam creatam, vel humanam existere, & dependere ab ipso tanq. à sustentante, & simul subsistere per se in proprio supposito, nam esset in alio, & non esset, dependeret ab alio, ut à supposito sustentante, & non dependeret, quod implicat, & ideò per subsistentiam absolutam necessariò impeditur personalitas creata, sed de his ibidem.

Ad 3. dist. ant. claritatis gratia, non unitur naturæ, sed habenti naturam, tanq. principium *quo* principio *quod*, neg., ut principium *quod* relativum, principio *quod* absoluto, conc., relationes ergo advenientes nostro modo intelligendi uniuntur huic Deo propter summam identitatem, & infinitatem naturæ ultimò intrinsecè completæ in genere substantiæ, ac proinde jam subsistenti, undè non adveniunt, nec præcisè intelliguntur uniri illi, ut *quo*, at dicitur de humanitate respectu Verbi Divini, sed tanquam *quod* ob eandem illius infinitatē communicabili illis, & intelliguntur uniri eidē ut *quod* relativum, alteri *quod* absoluto, unde non sequitur, quòd Deus subsistat relationi, aut sustentet illas vel è contrà, sed quòd Deus subsistat Deitati, & relatio relationi, ac per consequens non habebit relatio sustentari ab habente Deitatem, sed tantum summè identificari cum illo.

Secundò etiam principaliter arg. Subsistentia secundum sui rationem differentialem non tantum importat, sed etiam significat modum essendi per se, sed hoc repugnat conceptui quiditativo relationis, ergo nequit relatio obtinere formalem rationem subsistentiæ. Ma. patet ex dictis, & ex eadem significatione vocis, nam subsistere nihil aliud exprimit, vel significat, quàm per se existere, vel in se sistere, vel non transire ad aliud dependenter ab illo, mi. etiam, quià relatio ex proprio sui conceptu definitivo ad aliud est, sed ad aliud ut tale opponitur huic, ut patet, quod est in se esse, & ad se, & præsertim cum repugnantia transeundi ad aliud cum dependentia ab illo, ergo.

Dices in relatione Divina, quæ non est accidens, duos esse distinguendos conceptus, alterum, secundum quem concipiatur ad modum substantiæ, alterum verò ad modum relationis, & licet secundum istum posteriorem sit, & concipiatur, vel significetur ad aliud, secundum priorem tamen in se est, & ad se ex parte modi significandi cum fundamento in re, cum verè in se substantia sit, & ideò rectè potest secundum istum obtinere veram, & formalem rationem subsistentiæ, & tribuere munus illius, saltem inadæquatè ut dictum est, secundum perseitatem incommunicabilitatis.

Sed contra hoc est. Nam si hic modus significandi sufficit ad constituendam subsistentiam relativam pariter sufficiet ad constituendum existentiam in eadem linea, consequens non admittitur à Thomistis, utpotè contrà D. Tho. ut vidimus, ergo. Prob. ma. Nam tota ratio, ob quam Thomistæ negant existentias relativas in Deo est, quià cum existentia sit ultimus actus rei constituens illam extra causas debet significari ut ponens aliquid in re, quam facit existere, scil. ultimatè, & ideò cum repugnātia transeundi ad aliud,

sive ad ulteriorem actum, vel terminum, sed hæc ratio videtur nulla, si semel relatio subire potest utrumq. prædictum conceptum, scil. significari ad modum substantiæ, & ad modum relationis, & secundum prioram substantię sit ad se, & non secundū posteriorē, ergo. Prob. mi. quià similiter dici poterit, quòd significata ad modum substantiæ subire possit munus existentiæ, non verò significata ad modum relationis.

Urg. hoc. Nam si pront sic significata ad modum substantiæ sufficiens est ad obtinendum munus subsistentiæ naturæ Divinæ tenebitur actuare illam, antequàm intelligatur existens, consequens non solum est iterum contra Thomistas, sed etiam impossibile. Ma. constat, quià cum existentia sit ultimus actus essentiæ debet in natura præcedere omnis alios actus, aliàs esset ultimus actus illius, & non esset, ut patet, unde hac ratione ut vidimus in t. Phys. dicitur veluti terminus formalis, quià cætera in subjecto comparantut ad illam tanq. quid materiale respectu formalis. In hoc enim distinguimus existantiam à subsistentia, quòd hæc habet rationem veluti termini materialis, non quià à materia potissimùm oriatur, ut asserit Suarez in sua Metaph. disp. 34. sect. 3., sed quià subjectum constituit, & quasi proximam materiam actus secundi essendi, existentia verò est veluti terminus formalis, quià solum advenit, non ut subjectum constituat in ratione subjecti, sed ut illi det esse scil. ultimum in genere essendi, vel existendi.

Urg. ulteriùs. Quià si semel pront sic significata est potens obtinere rationem subsistentiæ, tenetur etiam dare eidam naturæ ipsum subsistere, & perficere illam, sed primum est expresse contra D. Tho., posterius verò non admittitur à nobis, qui negamus perfectiones relativas, ergo. Mi. etiam quod 1. p. constat, quià q. 9. de pot., ut vidimus, ar. 5. ad 13., inquit. *Relationes Divinæ hoc solum habent, quòd supposita distinguunt, non verò sunt principia subsistendi Divinæ naturæ, sed è converso proprietates personales habent, quòd subsistant ab ipsa essentia.* Ma. verò prob. Nam quælibet forma debet tribuere subjecto, quod illi convenit secundum propriam rationem formalem, aliàs frustra unitur, vel actuat illud, ergo.

Quòd si dicas ut supra, quòd subsistere importans perfectionem simpliciter, non est subsistere utcunq., sed tantum absolutum, non purè relativum, & hoc posterius tribuit solum relatio significata ad modum substantiæ, nam primum, ut dictum est, habetur à subsistentia absoluta, & ideò est omninò necessaria in Deo. Præter illam tamen ut probatum est, admittendæ sunt relativæ ad habendum subsistere incommunicabiliter.

Contra hoc est. Nam ex eo ratio perfectionis simpliciter simplicis tribuitur subsistentiæ, quià proprium illius munus est dare esse independenter ab alio tanq. à sustentante, & tanquam à subjecto, sed hoc ipsum tenetur præstare relatio semel obtinens formalem rationem subsistentiæ, nam quod convenit rationi superiori ut sic, debet convenire cuilibet inferiori, vel communicanti in eadem ratione superiori, ut patet inductivè, & specialiter à simili in ipsa existentia, nam quià rem ponere extra causas est perfectio conveniens existentiæ secundum propriam, vel formalem rationem illius, quælibet existentia semel communicans in hac ejus ratione formali, habet hanc perfectionem, sivè absoluta sive relativa esse fingatur, imò quià linea relativa est incapax illius, vel nequit communicare in eadem ratione formali, pariter est incapax existentiæ, secundum proprium, vel quidditativum conceptum illius præsertim in Deo, ut nos contendimus, ergo eadem ratione, vel non est admittenda subsistentia relativa in illo, vel si semel admittitur secundum propriam, vel formalem rationem subsistentiæ, tenetur esse perfectio simpliciter simplex, & perficere naturam Divinam.

Ad hoc, quod iterum tangit præcipuum punctum difficultatis patet ex dictis diminutè procedere circa conceptum subsistentiæ, qui omninò limitari, vel claudi nequit adæquatè in Deo intra lineam absolutam, neque intrà relativam, sed tenemur indispensabiliter extendere ad utramq., cum altera, ut dictum est, sit in capax dandi perseitatem independentiæ, altera verò incommunicabilitatis. Unde dicimus rectè ibi dictum esse juxta D. Tho. in 1. dist. 26. qu. t. art. 2. ad t. scil. *Dicendum quòd in Divinis est accipere absolutum, & relatum, sed relatum non advenit absoluto, ut distinguens ipsum, sed per omnimodam identitatem rei, sed id, quod distinguit relationem est ipsa relatio, & hoc potest significari per modum subsistentis, & sic significatur nomine personæ, vel hypostasis.* Ità D. Tho. cujus verba, (subdit hìc M. Ferre §. 12.) sunt valdè notanda, quià per illa, radix ponendi subsistentias relativas in Deo habetur. Etenim ex hoc, quòd relatio adveniens Deo absolutè subsistenti non habet Deum distinguere, sequitur, quòd ipsa relatio ut *quod* ab alia relatione opposita distinguatur, quià ut *quod* ab altera distinguitur, admodum subsistantis significatur, non quidem subsistentis subsistentia absoluta, quæ non distinguitur ab aliis subsistentiis, sed subsistentis subsistentia relativa, quæ se ipsa ut *quod* à relatione sibi opposita distinguitur.

Ad replicam neg. ma. Ut enim patet ex dictis, cum existentia ad distinctionem non faciat, sicut subsistentia, quæ præstat incommunicabilitatem, impossibilam haberi per aliquid absolutum in Divinis tenemur omninò recurrere ad subsistentias relativas, unde plura realiter distincta ibidem possunt convenire in unitate existentiæ, sicut conveniunt in unitate essentiæ, non tamen in unitate subsistentiæ. Ad prob. neg. suppositum mi. quòd ideò relatio Divina significari potest ut subsistens se ipsa, quià præcisè significari potest per modum substantiæ, sed quià se ipsa, ut ait D. Tho., est distincta à relatione sibi opposita, & ex hoc habet, quòd possit significari per modum substantiæ, idest subsistantis, & quòd se ipsa sit subsistens, ut *quod* incommunicabile, unde sicut ad rationem subsistentiæ relativæ non sufficit relationi præcisè significari ad modum substantiæ, sed etiam ut quid se ipsa distinctum à termino sibi opposito, ità hoc etiam erat necessarium ad habendam rationem existentiæ relativæ, itàut multiplicari posset, vel existere relativè, sicut multiplicatur, vel subsistit relativè, quod tamen censetur impossibile in Divinis, cum in ratione existendi non sit talis distinctio, vel oppositio inter illas, sicut est in ratione subsistendi, ut dictum est. Unde etiam hæc replica videtur peccare fallacia accidentis, sivè non causæ, ut causæ, non enim præcisè ex hoc, quòd ut ultimus actus ponens aliquid in re, quam facit existere reiicitur existentia relativa in Deo, sed quià id præstat sine distinctione, & oppositione, & ideò adæquatur per unum tantum munus, ejusq. propterea conceptus in indivisibili dicitur consistere, quòd non militat de subsistentia ob præfatam incommunicabilitatem, quam tenetur tribuere, & ab absoluto in Divinis ad intra haberi non potest, & partitur necessariò in

illa

illa duo munera, perseitatis scil. independentiæ, quam tribuit subsistentia absoluta, & alteram incommunicabilitatis, quam tribuit relativa. Et per hæc patet ad alia, quæ subduntur in favorem utriusq. præmissæ.

Ad 1. confirm. neg. ma. Ad prob. dist. ant. debet in natura præcedere omnis alius actus, quo natura constituitur capax existentiæ conc., quo non constituitur capax illius, neg., in Deo autem, solum per subsistentiam absolutam constituitur capax ut existat, undè hanc solam tenetur supponere existentia, non relativam, quæ non conducit ad hoc, sivè ad dandam perseitatem ad existendum, sed solam incommunicabilitatem personalem.

Ad 2. quæ sumitur ex D.Tho. neg. in primis suppositum ma. quoad 1. p. de subsistere, nampè quod natura Divina sit capax subsistendi formaliter relativè, scil. ut quid distinctum, & incommunicabile alteri relativè subsistenti, undè relatio advenit illi, ut ait in primo proximè relato, nō ut distinguens, sed per omnimodā identitatem, natura enim Divina à nullo subsistēte formaliter relativè, sivè à nulla persona, distinguitur sivè ut *quo*, sivè ut *quod*, cum nullā omninò habeat oppositionem cum illis, & sic tantum dici potest, quòd subsistat relativè identicè, in quantum subsistens absolutum, summè identificatur cum subsistentibus relativis, & sic dicimus naturam Divinam esse in tribus suppositis, non quià sustentetur, aut indigeat sustentari ab illis, sed propter summam sui fœcunditatem, & infinitatem, vel identitatem, ut expressè asserit D. Tho. in autoritate, quæ opponitur. §. Hinc etiam rectè intelligitur, quod addit, nempè proprietates personales habere ab illa, quòd subsistant, non quasi habeant ab illa, quòd subsistant intra propriam lineam formaliter, sive relativè, (hoc enim est impossibile, quòd præstetur ab aliquo absoluto summè communicabili, & identificato cum omnibus Divinis,) aut quòd formaliter etiam subsistentia absoluta, qua subsistit essentia, cum se ipsis ut *quod* subsistant, ut asserit D. Th. in eodem primo: tum quià aliàs in ratione subsistendi formaliter, essent aliquomodo quid adinvicem communicabile, sed in hoc sensu, quòd cum relationes sint veluti modi Divinæ essentiæ, nisi identificarentur cum Divina natura subsistente, subsistentes non essent. Per quod etiam patet ad illius probat. Debet enim supponi capacitas in subjecto.

Quoad aliam verò partem de perficere resp. benè ibi dictum esse. Ad replicam dist. ma., tribuitur subsistentiæ, quià dat esse independenter, omnimoda independentia, vel adæquata, conc. inadæquata, vel non omnimoda, neg., & dist. mi., tenetur hoc præstare relatio semel subsistens, cum omnimoda independentia, neg., cum aliquali à subsistentia absoluta, conc. Nam cum relationes ut dictum est, concipiantur ut modi Divinæ essentiæ, concipiuntur etiam cum aliquali dependentia à subsistente absoluto, unde licet obtineant rationem formalem subsistendi, vel subsistant relativè, non tamen omninò independenter à subsistentia absoluta, ac proinde nec ex propriis habere possunt rationem perfectionis simpliciter simplicis, quià hæc cum sit pura perfectio, sive nullam habens admixtam imperfectionem, vel dependentiam, concipi nequit cum fundamento in linea, quæ concipi non potest cum omnimoda independentia, qualis est relativa respectu absoluti.

Ex his etiam respond. ad prob. annexam. Nam iterum negamus suppositum, quòd de ratione subsistentiæ ut sic, sit esse perfectio simpliciter simplex, sed tantum hoc convenire potest subsistentiæ absolutæ, vel rei, quæ tribuit omnimodam perseitatem independentiæ, non modi, vel relativæ, quæ solum tribuit esse *quod* distinctum, & incommunicabile, non omninò independens ab absoluto, cum sit vel concipiatur, ut modus illius, & in ipso esse absoluto gaudeat illa; sicut in creatis sola subsistentia substantiæ, quæ tribuit illi omnimodam independentiam dicitur perfectio simplex, non illa accidantis, quæ nequit ex propriis dare illi independentiam ab alio tanq. à subjecto: §. Ad paritatem autē existantiæ patet etiam ex dictis, quòd cum sit ultima actualitas tanq. formale omnium præcedentium non expectans ulteriorem actum, à quo perfici possit, ab ipsa cujuscunq. rei perfectio desumi debet, ac proinde non potest non esse perfectio, quod non militat in subsistentia, ut explicatum est, & sic licet dicatur omnem existentiam esse perfectionem simpliciter, non tamen omnem subsistentiam.

Ultimò arg., & est replica contra superiora. Relationes Divinæ si semel obtinent rationem formalem subsistentiæ, essent tales respectu naturæ Divinæ, sive hujus Dei absoluti, at non sunt subsistentiæ respectu illius, ergo nullo modo sunt subsistentiæ. Ma. patet, quià sunt subsistentiæ Divinæ, ergo Deum constituerent subsistentem, aliàs essent superfluæ, si ut tales non tribuunt suum formalem effectum subjecto, vel naturæ, cujus sunt subsistentiæ, reddendo eam subsistentem. Mi. verò prob. quià nec tribuunt illi perseitatem independantiæ ab alio sustentante, quià hanc habet adæquatè, ut nos dicimus, à subsistentia absoluta, nec etiam perseitatem incommunicabilitatis, sive ad intra, quià relatio paternitatis relinquit eam communicabilem Filio, & Spiritui Sancto, & sola ipsa paternitas est illis incommunicabilis; sive etiam ad extrà, ut insinuavimus, nam quòd natura Divina, vel hic Deus subsistens subsistentia absoluta ut prævenit relationes, sit ad extra incommunicabilis alteri ad extra ut supposito extraneo, hoc etiam per nos habet per eandem absolutam, ergo nullum munus realiter distinctum tribuit eidem, conseq. tenet, quià per utrumq. munus ut dictum est, adæquatur conceptus formalis subsistantiæ.

Huic argumento, quod sibi specialiter obiicit resp. M. Perre negando mi. Ad prob. negat iterum ant. quoad 2. part., quià per tres relationes personales sic Deus absolutè sumptus adæquatè terminatur, quòd non restat ulteriùs communicabilis, & licet paternitas relinquat Deum communicabilem Filio, & Spiritui Sancto, hoc non est, inquit, quià Deo incommunicabilitatem non tribuat, sed est, quià Deus non adæquatè terminatur per paternitatem, unde relinquit locum, ut possit aliis duobus suppositis communicari. Tres autem relationes adæquatè sic Deum terminant, quòd Deus illis actuatus omninò incommunicabilis redditur. Ità idem Mag. §. Sed licet hæc solutio non solum quoad rem vera sit sed etiam contineat ejusdem mysterii fidem, videtur tamen pati difficultatem, nam si loquamur de incommunicabilitate ad intra, quæ tribuitur naturæ per adæquatam terminationem trium relationum, magis videtur oriri à priori ex parte naturæ, quàm relationum, quià nempè juxta exigentiam mysterii est fœcunda, vel communicabilis tribus, & ideò videtur magis verificari, quòd adæquatè permittant ei communicabilitatem, quàm quòd tribuant illi incommunicabilitatem, præsertim quià hæc ibi ad intrà est de subjecto non supponente, cū sit impossibilis alia persona, cui possit communicari, & aliàs prædica-

tam incommunicabilitas in Divinis sit repugnans conceptui cujuscunq; absoluti, ut dictum est, nisi fortè dicatur, ut alibi insinuat idem Mag., quod ità communicatur Patri, (& idem est de aliis duabus personis,) ut per paternitatem ità modificetur, aut determinetur, ut non sit eodem modo communicabilis Filio, & Spiritui Sancto, nempe ad hunc sensum, quòd in Patre tantum faciat Patrem, & non Filium, nec Spiritum Sanctum. Cæterum hoc iterum videtur solum arguere modum determinatum communicabilitatis, sive inadæquatam communicabilitatem juxtà meritum ejusdem mysterii, non verò incommunicabilitatem, utpotè repugnantem perfectionibus absolutis, & præsertim naturæ, quæ ex eodem sui conceptu absoluto taliter communis est, ut eadem communicata à Patre, Filio, vel à Patre, & Filio, Spiritui Sancto, persona procedens per circuminsessionem tanta sit, quanta est Persona, à qua procedit.

Si autem sit sermo de incommunicabilitate illius ad extra, iterum est de subjecto non supponente respectu naturæ creatæ, quià respectu illius nullam dant eidem incommunicabilitatem, sivè quælibet relatio seorsim, sivè tres simul, sed perpetuò est illi communicabilis, ut insinuatum est, & latè ostenditur à nostris 3. part. ubi supra, & solum, ut vidimus, est incommunicabilis ad extra respectu suppositi, sed hanc incommunicabilitatem ut dictum est, habet sufficienter à natura per subsistentiam absolutam, unde nulla videtur assignabilis sivè ad intra, sive ad extra perseitas incommunicabilitatis, quæ tribui possit naturæ, vel huic Deo ab eisdem relationibus, & consequenter quòd obtinere possit formalem rationem subsistentiæ.

Hac ergo solutione in sua subtilitate pro nunc prætermissa, resp. primò ex D. Tho. ubi supra in primo, quòd relatio in Divinis necessariò obtinet formalem rationem subsistentiæ, non quià det, aut teneatur dare naturæ Divinæ, seù huic Deo quasi solitariè sumpto, seù contradistincto à relativis, perseitatem independantiæ, vel incommunicabilitatis, sed quià dum naturam terminant, vel modificant, se ipsas distinguunt, & constituunt subsistens *quod* relativum ab alio subsistente *quod* relativo distinctum, hoc (inquit D. Tho.) significari potest per modum subsistentis, & sic significatur nomine personæ, vel hypostasis. Sicut ergo subsistentia absoluta terminans Divinam naturam intrà lineam absolutam constituit subsistens *quod* absolutum, & hac ratione etiam verè obtinet intra eandam quiditativum, vel formalem conceptum subsistentiæ, ità similiter relativa terminans, vel modificans illam intrà suam relativam constituit subsistens *quod* relativum, & hac ratione optimè potest obtinere intra illam, conceptum formalem subsistentiæ: §. In forma ergo dist. ma., deberent esse tales respectu naturæ modo explicato juxta D.Tho., conc., dando perseitatem, ut intendit argumentum, neg., imò etiam suppositum, quòd teneatur sic dare illam, sed tantum terminando, vel modificando naturam distinguere se ipsas, & constituere subsistens quod intrà propriam lineam ab alio subsistente opposito intrà illam distinctum. Per quod patet ad alia, quæ subduntur ibidem.

Secundò resp. (per quod etiam sit satis ad id, quod subditur de incommunicabilitate ad extra,) quòd licet natura Divina per subsistentiā absolutam habeat hanc incommunicabilitatē, ut communicari non possit supposito extraneo à se realiter distincto, non tamen habet personalem, ità ut eidem personaliter communicari nequeat, cum subsistentia absoluta personalitas non sit, nec suppositum, aut constituere non possit, aliàs hic Deus pro priori ad relationes esset suppositum, vel quarta persona, quod est alienum, unde si prout sic esset immediatè, vel per se primò terminans humanitatem, esset quidem per se primò subsistens, in illa, non tamen persona, sicut non est persona, ut sic subsistans in natura Divina, sed solum esset persona in ratione termini secundarii, quià tunc secundariò tres simul terminarent illam.

§. ULTIMUS.

Corolaria ex dictis.

Colligimus primò multiplex discrimen inter subsistentiam, & existentiam, & cur hæc multiplicari non debeat in personis Divinis, benè verò subsistentia; nam in primis existentia non habet, quòd sit formale constitutivum personæ, sicut subsistentia, ut patet in mysterio Incarnationis, in quo conveniunt omnes quoad subsistentiam, quòd humanitas non habet propriam, ne cogantur admittere cum Nestorio duas personas in Christo; quod tamen non timent de existantia, unde plures ei tribuūt propriam: secundò quià nomine Divinæ personæ formaliter, & directè significatur subsistens, non verò existens: quidquid sit an subsistentiam, vel relationem importet de materiali, an etiam de formali; quod tamen explicari potest cum Nazario, importare illam de materiali ex parte modi significandi, & concipiendi, sive prout *materialiter*, idem est, ac non explicitè; de formali verò ex parte rei conceptæ, & implicitè. Tertiò quià existentia uno tantum modo dici potest, subsistentia verò dupliciter, & ideò illa dicitur in indivisibili consistere, præstans adæquatè unum tantum munus, quod est rem ultimò, vel adæquatè constituere extra causas, vel extra nihil; hæc verò habet latitudinem, & partitur in duo munera, scil. perseitatis independentiæ, & incommunicabilitatis, quæ cum in Divinis, ut dictum est, haberi nequeat per aliquid absolutum, necessariò recurrendum est ad subsistentias relativas, ut multiplicentur personæ.

Secundò hinc etiam colligitur, quòd suprà dicebamus, scil. non posse relationes, seù has relativas subsistentias importare perfectionem de propria linea superadditam essentiæ, quià conceptus perfectionis, ut ostensum est, sumitur potissimè ex perseitate independentiæ, non incommunicabilitatis, quam solam tribuere potest subsistentia relativa. Nulla enim relucet perfectio in hoc, quod est alteri non esse communicabile.

Tertiò colligimus, quòd licet subsistentia absoluta in Divinis, & relativa personalitas sint idem realiter, tamen non sunt idem eodem modo, quo forent personalitas, & subsistentia, si Deus tantum esset una persona, nam tunc personalitas, & subsistentia essent omninò idem adæquatè, & convertibiliter, quià cum quocumq; esset idem subsistentia, & natura Divina, esset idem personalitas, & è contrà; & hic Deus esset persona formaliter: nunc verò hic Deus non est persona, & cum aliquo est idem natura, & subsistentia, cum quo non est idem personalitas, aut persona, siquidem persona, una ab alia realiter distinguitur, neutra, verò realiter distinguitur à natura, & subsistentia communi. Quòd autem sola distinctio rationis sufficiat, ut subsistentia absoluta, (& hoc obiter dictum sit ad pleniùs percipiendum tam sublime mysterium

de

de quo egimus in præsenti, & ad intimiùs etiam penetrandum non solum rationem formalem, seù conceptum quidditativum subsistentiæ ut sic, sed utriusq. etiam Divinę, scil. absolutę, & relativę,) possit per se primò terminare humanitatem, relativa solum secundariò terminante, patet, quià eadem distinctio sufficit, ut de facto per se primò terminet relativa, & solùm secundariò absoluta; ità tamen, quòd quia hęc formaliter eminenter continet personalitatem creatam quoad rationem subsistendi, seù quoad perfeitatem independentię, hanc per se ipsam in eodem mysterio immediatè suppleat, ut insinuavimus; rationem verò personalitatis, seù incommunicabilitatis personalis per relativam personalitatem, cum qua identificatur, & sic omnia consonant in utroq. mysterio cohęrentes ad fidem utriusq.

Quartò colligimus, (& hoc obiter iterũ pro metaphysicis ad idem motivum) quòd natura respectu propriæ subsistentiæ non se habeat merè passivè, vel tantum ut causa materialis, quià subsistentia habet intrinsecam connexionem cum natura, multò magis, quàm proprietas; & posita natura ex vi ejusdem actionis, qua ipsa fit, naturaliter resultat in natura subsistentia, ergo natura non se habet merè passivè respectu illius; unde si Verbum deponeret, vel dimitteret humanitatem, naturali sequela sine nova actione consurgeret, vel resultaret in ipsa propria personalitas, ergo humanitas, vel natura virtutem habet activam, aut formalem respectu propriæ personalitatis, sicut proportionabiliter dictum est in physicis de essentia respectu suarum passionum. Nam ex vi causæ merè passivæ non sequitur effectus. Hoc ipsum etiam docent Cajet. 3. part. q. 4. ad ar. 3. in fine, & expressè D. Tho. in 3. dist. 5. q. 3. ar. 3. ad 3., ubi ait, quòd si Verbum humanitatem deponeret, hoc ipso haberet rationem personæ. Et eadem 3. p. q. 11. in corp., & ad 1. docet personalitatem creatam causari ex principiis intrinsecis naturæ humanæ, quod satis impropriè explicatur de causalitate passiva. Et q. 17. ar. 2. ait, esse pertinere ad naturam, ut ad id, quo suppositum est; ad suppositum verò ut ad id, quod est, esse verò id, quo est, esse causam formalem ipsius esse. Et 2. cont. Gent. c. 54. ait. Formam comparari ad esse, sicut lux ad lucere, & albedo ad album esse, & c. 55. ait. Esse per se consequi formam. Ex quibus Ferrara ibidem probat esse existentiæ formalem effectum esse secundarium formæ, Eadem autem est ratio de subsistentia. Videri etiam potest Mag. Ledesme q. 4. de Divina perfectione ar. 3. dub. post 2. conclus.

Quintò colligimus de ratione subsistentiæ ut sic, non esse informare, nam sicut in simili dicebamus supra de visione, non esse de ratione speciei intelligibilis ut sic informare intellectum, & constituere illum in actu intelligentẽ, sed determinare objectivè, seù secundum habitudinem specificam ad objectum, & ideò posse suppleri ibidẽ ab essentia Divina, ità etiam proportionabiliter non est de ratione subsistentiæ informare naturam, sed intimè tantum terminare illam, & complere in genere substantiæ, quià nempè ut dictum est, non dicit gradum naturæ, vel formæ, quæ det aliquem modum essendi in eodem genere, aut illã compleat in ratione naturæ formaliter, vel in ratione hujus naturæ, sed tantum complet in ratione subsistentiæ, ut explicatum est, scil. ut illam reddat in se perfectam, & independentem, & alteri omninò incommunicabilem, & ab hac perfectione, & complemento dicatur, & sit prima, & maximè substantia, & primum sustentans. Et hinc iterum sumitur superius illud discrimen inter subsistentiam, & existentiam, nempè quòd illa subit munus, vel habet rationem termini quasi materialis, non quià ut dictum est contra Suarez, à materia potissimùm oriatur, sed quià subjectum primum constituit, & quasi proximã materiam actus secundi essendi, existentia verò est veluti terminus formalis, quià solum ad venit, non ut subjectum constituat in ratione subjecti, sed ut det illi esse in ratione existentis, & ideò tenetur etiam omninò supponere subsistentiam.

Ultimò tandem ex his omnibus colligimus quomodo prædicta subsistentia absoluta, & si non sit actus in genere substantiæ dicens gradum naturæ determinans illam ad aliquam peculiarẽ rationem subsistentiæ, nec suppositum, vel personam constituat, nihilominus sit formalis ratio, propter quam naturæ Divina sit principiũ *quod* operandi ad extra, illamq. reddat incommunicabilem supposito extraneo realiter distincto, quià ità illam terminat, ut ultimò illam compleat in ratione per se subsistendi. Actiones autem, ut probatum est, sunt subsistentium, & non præcisè suppositorum, & natura creata, vel humana semel subsistens per se in proprio supposito, non est ampliùs capax ut subsistat in Deo, & ab ipso dependeat tanq. à sustentante, quià ut dictum est, & latè ostenditur 3. part. ubi suprà, simul esset, & non esset in alio, dependeret ab alio, ut à supposito sustentante, & non dependeret, quod implicat. Et ob utramq. etiam rationem sufficienter distinguitur iterum ab existentia, ad quam non pertinet sic constituere naturam formaliter in ratione principii *quod* operandi, & reddere incommunicabilem, sed solum tribuere rei, vel supposito, quòd sit extra causas, quod non est, ut vidimus, quid intrinsecum, seù de ultimò, & completivo conceptu illius, aliàs res, vel suppositum semper esset extra illas, sicut semper convenit supposito esse quid incommunicabile, unde soli Deo, & nulli creaturæ potest esse intime & connaturalis, seù de intimo illarum conceptu, quod non militat de subsistentia, ut dictum est: §. Ex quo etiam inferimus non rectè aliquos distinguere subsistentiam ab existentia substantiali, quòd hæc tribuat naturæ esse personæ, independenter à subjecto inhæsionis, illa verò esse incommunicabiliter, & independenter à supposito sustentante, ut hinc inferant non posse hanc Deum per subsistentiam absolutam, & communem (eadem etiam admissa) posse per se primò, & immediatè terminare naturam creatam, vel humanitatem. Sed quià utraq. ratio per se convenit subsistentiæ, non verò existentiæ ut explicatum est, præter alia superiora discrimina, quæ valdè notanda sunt ad plures alias difficultates tam in Physicis, ac metaphysicis distinctè, & sine æquivocatione resolvendas. Tum quoq. ut præsens quæstio, (quæ plurimum etiam confert ad insinuatas de Incarnatione) reducatur ad quæstionem de nomine. Et hoc etiam fuit necessarium paulò prolixiùs immorari ad præsentem examinandam.



DISPU-

DISPUTATIO QUARTA.

De pertinentibus ad unitatem, & pluralitatem in Divinis.

Unica quæstione absolvimus hanc disputationem, quià tota reducitur ad rectam instructionem proferendi quasdam voces in Divinis, an pluraliter dici possint de Deo, vel quomodo ad vitandam omnem offensionem contrà tam sublime mysterium.

QUÆSTIO UNICA.

Quomodo proferendæ, vel admittendæ sint aliquæ propositiones in Deo.

PRopositiones, vel voces, de quibus est præcipua difficultas, sunt istæ, scil. *substantia, essentia, ens, veritas, Persona*, & similes, an dici possit in Deo esse tres substantias, tres essentias, tria entia, triplex persona &c. Additis quibusdam corolariis.

§. I.

Expeditur de nomine substantiæ.

DIco primò. Hęc propositio. In Deo sunt tres substantię non est absolutè concedenda, sed priùs distinguenda, nempè quòd si sermo sit de substantia prout dicit naturam communem, tunc est neganda, si verò ut dicit hypostasim, tunc est concedenda. Ità D. Tho. in præsenti, & q. 9. de pot. ar. 4. Et patet ex regula ante prędicamentali, nam ęquivoca sunt priùs distinguenda, quàm definienda, idest in prędicatis ęquivocis, tenemur priùs distinguere, antequam aliquid affirmetur, vel negetur de subjecto, sed hoc nomen substantię est æquivocum, nam quandoque per illud significatur essentia, quandoq. verò hypostasis, ut tradit hic q. 29. ar. 2. ad 2. ubi sic infert. *Sed quià nomen substantiæ, quòd secundum proprietatem significationis respondet hypostasi æquivocatur apud nos, cum quandoq. significet essentiam, quandoq. hypostasim, ne possit esse erroris occasio, maluerunt pro hypostasi* (*scil. latini*) *transferre subsistentiam, quàm substantiam.* Et ità videtur sentire, quoties illi occurrit hoc nomen *substantia*, unde art. 4. seq. ad 1. postquam ait personam significare relationem non per modum relationis, sed per modum substantię, subdit immediatè, *quæ est hypostasis*. Et ob id etiam de pot. ubi suprà in fine corp. similiter inquit. *Et propter hoc potest dici, quòd persona significat relationem per modum substantiæ, non quæ est essentia, sed quæ est hypostasis.*

Ex quibus haberi potest recta intelligentia plurium autoritatum, tum Conciliorum, tum PP., in quibus dicitur, quòd non prædicamus in Divinis tres substantias, cum substantia differat à subsistentia, quòd substantia est sola natura communis, subsistentia verò est suppositum sub illa contentum. Libenter enim concedimus non posse, aut non debere dici absolutè, quòd sunt tres substantię, posse tamen cum addito determinante ad hypostases, vel subsistentias, ut si dicamus esse tres substantias, scil. relativas, sicut dicimus esse tres hypostases, seù personas, vel tres subsistentias personales.

Quòd si hinc inferas, neq. hanc esse absolutè concedendam, sed priùs similiter distinguendam, *In Deo est una substantia*, nam eadem est ratio, scil. æquivocatio nominis, ergo si ob istam nequit absolutè affirmari, quòd sint tres, nec erit absolutè affirmandum, quòd est una. §. Resp. neg. sequelam, quià non est idem periculum errandi circa unitatem illius, sicut circa pluralitatem, nam contra istam tot ortæ sunt hæreses, & adhuc vigent in offensionem mysterii Trinitatis, quæ tamen non sic militant contra naturam unam communem, quam significat idem nomen, dum dico, *est una substantia*. Tum quià sivè hæc propositio referatur ad naturam, sivè ad hypostasim utroq. modo adhuc verificatur, nam ubi sunt tres hypostases, verè adhuc subsistit, quod est una hypostasis, ac proindè nullum est periculum erroris ex vi illius; sed dum dico sunt tres substantię, si referatur ad naturam, est manifestus error, unde non est eadem necessitas priùs distinguendi, dum profertur in singulari, ac dum profertur in plurali, nam hujusmodi necessitas oritur ut dictum est, ex periculo errandi. Fateor tamen quòd si etiam in singulari proferretur, cum particula v.g. exclusiva, dicendo In Deo est tantum una substantia, tunc ob idem periculum, opus esset priùs distinguere de substantia prout dicit naturā, vel de illa, ut dicit hypostasim, & priori modo concedere, posteriori verò negare.

§. II.

Expeditur de nomine essentiæ.

CIrca hoc nomen non desunt, qui affirment posse pluraliter dici de Deo, non quidem absolutè, sed cum superiori addito, scil. sunt tres essentiæ relativæ, sicut dictum est de nomine substantiæ, sed oppositum verius est, & tutius; unde dico secundo. Hæc propositio est falsa. *In Deo sunt tres essentiæ*, etiam cum addito *relativæ*. Sumitur ex Concil. Later. sub Innoc. III. cap. 1. ubi definitur tres personas esse non essentias; & ex D. August. 2. de Civit. cap. 12., ubi docet hoc nomen *essentia* idem prædicare de Deo apud Latinos, quod usia apud Græcos, sed usia nequit pluraliter dici, ut patet ex illo Ecclesiæ, *sive dicas tres, vel tria, simplex tamen est usia*, ergo neq. etiam cum addito potest nomen *essentia*, pluraliter dici in Divinis.

Ratione deinde prob. Si posset pluraliter dici, ita ut relationes essent essentiæ, & consequenter essent plures essentiæ, sicut sunt plures relationes, verè Filius non solum esset alius à Patre, scil. masculinè, sed etiam aliud, scil. neutraliter, at in Divinis non admittitur pluralitas neutralis, ut patet ex illo *Ego & Pater unum sumus*. Ergo nequit pluraliter dici etiā cum prędicto addito. Prob. ma. Nam ex eo probatur infrà cū

D. Tho.

D. Tho. Filium non esse aliud neutraliter à Patre, sed solum alium masculinè, quia aliud neutraliter importat alietatem in essentia, & natura, (ut etiam explicatum est in logicis cap. de differentia;) & non præcisè in persona, ut dicit alius masculinè: ergo si semel admittitur talis pluralitas, personæ Divinæ essent distinctæ non solum personaliter, sed etiam essentialiter, vel naturaliter, sivè secundum essentiam, & naturam, quod est alienum; .

Urg. hoc. In Divinis nequit pluraliter affirmari Deitas etiam cum eodem addito, dicendo *quòd in Deo sunt tres Deitates relativæ*, ergo nec similiter quòd sunt tres essentiæ relativæ. Ant. patet ex illo Athanas. *Non tres Dii, sed unus Deus*; & suppono ex communi consensu juxtà superiorem illam regulam traditam à D. Tho. infrà, ut vidimus, q. 36. ar. 4. in corp., & ad 7., & q. 39. ar. 3., quòd ad pluralitem nominis substantivi requiritur pluralitas formæ significatæ per nomen, certum est autem in Deo esse unam tantum Deitatem. Hinc etiam prob. cons. Nam sicut communiter affirmamus præscindendo ab omni addito, in Deo esse unam tantum Deitatem, ità pariter esse unam tantū essentiam, vel naturam, ergo sicut non licet pluraliter affirmare Deitatem de illo etiam cum tali addito, nec licebit etiam cum eodem affirmare pluraliter essentiam. Doctrina est D. Th in 1. dist. 25 art. 4. in corp., ubi explicato discrimine inter utramq. hanc vocem *ens*, & *res*, sic prosequitur. *Sed quiditas, sivè forma, à qua sumitur nomen rei in Divinis consideratur dupliciter, aut ut forma absoluta, ut essentia, vel Deitas, & hujusmodi, quæ non multiplicantur in Divinis. unde & nomen rei, quod à tali forma sumitur, pluraliter non prædicatur, sed singulariter, prout dicitur, quòd Pater, & Filius sunt una res*. Sicut ergo juxtà D. Tho., & veritatem Deitas non multiplicatur, & hac ratione nequit pluraliter dici de Deo etiam cum addito, quià pariter nec multiplicatur essentia, non poterit hæc pluraliter dici de illo etiam cum addito.

Sed contra hanc doctrinam, & principalem resolutionem instas primò ex eodem D. Tho ibidem ad 2., ubi inquit. *Si autem per quiditatem intelligitur non solum natura absoluta, sed ratio, vel intentio cujuscunq. vel substantiæ, vel accidentis, vel relationis, sic in Divinis quamvis sit una quiditas absoluta, tamen sunt plures rationes relationum realium, & ita plures quiditates quodammodo*. Ex quibus arg. sic. Essentia, & quiditas sunt prorsus idem, sed juxtà D. Tho. dici possunt de Deo tres quiditates, ergo pariter tres essentiæ saltem cum addito relativæ juxtà pluralitatem relationum, conseq. tenet, quià ob hanc pluralitatem concedit D. Tho. pluralem prædicationem quiditatum. Ma. etiam constat, nam communiter apud Metaphysicos videtur accipi conceptus essentialis, & conceptus quiditativus, & proinde etiam prædicata essentialia, & prædicata quiditativa, ergo: §. Expl., & urg. hoc. Ex eo admittitur posse substantiam pluraliter dici cum addito, quià vitatur periculum errandi, & determinatur pluralitas ad lineam relativam, quæ multiplicatur, vel est capax illius in Divinis, ergo cum eodem addito poterit sine periculo prædicari etiam pluraliter nomen essentiæ. Prob. cons. Quià juxtà D. Tho. ibidem sicut nomen substantiæ, ita illud quiditatis potest utroq. modo accipi, & absolutè, & relativè, ut patet ex verbis ejus ergo &c.

Huic instantiæ dicimus in primis, quòd nisi velimus statim sibi contradicere, tenemur asserere, quòd nomen quiditatis non accipiat pro eodem, quòd essentia in eadem solutione, dum in corp., ut vidimus, expressè dicat essentiam non multiplicari in Divinis, sicut nec Deitatem, ac proindè determinet ad standum pro forma absoluta, sicut stat Deitas; unde sicut hæc prædicari nequit pluraliter etiam cum addito, quòd sunt tres Dii, vel Deitates relativæ, nec similiter prædicari poterit essentia, quòd sint tres essentiæ relativæ: §. Resp. ergo in plùs se habere essentiam, quàm quiditem, quamvis enim omnis essentia sit quiditas, non tamen è converso, undè non dicuntur mutuò convertibiliter, nam ad habendum conceptum quiditatis, vel distinctum conceptum quiditativum, satis est, ut patet ex superioribus, distinctus conceptus definitivus, qui sufficienter habetur, vel ex diversitate lineæ, vel ex propriis rationibus formalibus, ut explicatum est de distinctione attributorum. Sed ad conceptum essentiæ requiritur quòd sit aliquid veluti completum per modum radicis, aut quasi principii existentiæ, quod munus in Deo solum obtinet forma absoluta, seù determinata ad solam lineam absolutam, sicut similiter ad illam determinata est Deitas, & ideò de his meritò dicit in corp. non multiplicari in Divinis. Colligitur hoc ipsum ex verbis solutionis, nam loquens de quiditate non nominat eam sub expressione essentiæ, ut facit in corp. sed sub alia scil. rationis, vel intentionis cujuscunq., vel substantiæ, vel accidentis, vel relationis, quod ferè idem est, ac ratio formalis, quæ per utrumq. genus divagatur, adeò ut etiam in genere absoluto inter attributa multiplicatur per rationem ut dictum est.

Ex his ad arg. factū neg. ma., ad prob. dist. claritatis gratia, largè loquendo, vel in phylosoficis, & ubi non adest necessitas distinguendi unum conceptum ab alio, transeat, vel conc., propriè, & rigorosè loquendo, & in Divinis, ubi est necessitas distinguendi, neg. Et per hæc patet etiam ad confirmat., quià non est eadem æquivoca significatio in nomine *essentiæ*, sicut in illo *substantiæ*, vel quiditatis, quod extenditur significativè ad lineam absolutam, & relativam; sed illud essentiæ præsertim in Divinis determinatur ad absolutam, quæ sola est capax, (ut probatum est) existentiæ. Quidquid sit in creatis, ubi relatio dicitur obtinere rationem essentiæ, & naturæ, quià nempè non tantum explicatur per definitionem, seù per conceptum quiditativum definitivum, sed suo modo etiam est radix existentiæ per ordinem ad subjectum, cui inhæret. Et hac ratione etiam, ut dictum est in logicis, constituit prædicamentum distinctum à cæteris absolutis tanquam quid completum in genere entis, nam entia incompleta cum non habeant sic originare existentiā magis dici debēt partes essentiæ, aut quiditates, non tamen essentiæ, nam hoc nomine designatur natura, vel radix existentiæ, vel radix attributorum, quæ una numero est, non multiplicata in Divinis, sicut & una est Deitas, ut ait D. Tho.

Secundò instas, & potest esse replica. Tres personæ Divinæ dicuntur propriè tres res, ergo propriè etiam dici possunt tres essentiæ. Prob. cons. Nam conceptus proprius, qui habetur de re explicat rei essentiam, ergo si de personis, vel relationibus affirmatur pluralitas rei, pariter affirmanda est pluralitas essentiæ correspondens pluralitati rei, vel conceptui proprio illius: §. Urg. hoc. Nam prædicata essentialia constituunt essentiam rei, sed Divinis relationibus conveniunt prædicata essentialia, ergo constituta per illa erunt tres essentiæ, cum repugnet non adesse

vel non multiplicari constitutum, existente, & multiplicato constitutivo.

Huic instantiæ similiter resp. sicut ad præcedentem, quià nomen rei non ità determinatur significativè ad lineam absolutam, sicut illud essentiæ. Ait enim D. Tho. infra q.39. ar. 3. ad 3. *Quòd hoc nomen res est de transcendentibus, unde secundum quòd pertinet ad relationem, pluraliter prædicatur in Divinis, secundum verò quòd pertinet ad substantiam, idest ad lineam absolutam, singulariter prædicatur.* Unde conc. ant., & neg. cons. Ad illius prob. dist. ant., explicat rei essentiã, completus conc., quando tantum est ratio formalis, vel ut modus essẽtiæ, ut contingit in relationibus Divinis, neg.: §. Ad confirm. dist. ut supra, ma. si sint essentialia, propriè, & rigorosè, conc., si indifferenter, vel indiscriminatim accipiantur pro essentialibus, & purè quiditativis, vel definitivis, neg., hæc enim licet sufficiant ad constituendam quiditatem, vel definitionem, qua gaudet quodlibet prædicatum, vel attributum distinctum ex propria ratione formali ab alio, non tamen sufficit ad constituendam essentiam propriè, & rigorosè talem, ut modo loquimur, Per quod patet ad prob. annexam.

Tertiò instatur, & simul impugnatur superior ratio facta ex inconvenienti alietatis neutralis, & immediata præcedens solutio, Ex eo nomen essentiæ nequit pluraliter dici in Divinis, quià aliàs sequeretur alietas neutralis unius personæ ab alia non admittenda inter illas, sed hoc inconveniens sequitur admissa in relationibus pluralitate quiditatum ergo vel est utraq. neganda, vel si nihilominùs sine omni inconvenienti admittitur posterior quiditatum poterit etiã admitti prior essentiæ. Ma. constat ex eadem ratione. Mi. verò prob. Quià in tantum multiplicatis essentiis infertur alietas neutralis, quià illis multiplicatis multiplicantur voces, vel prædicata informia, (ut sunt vox *essentia*, & vox *aliud*, utpotè neutrum) & non ultimò determinata, sed non minùs hoc prædicatum, vel hæc vox *quiditas* est informis, quàm *essentia*, ergo si semel ex pluralitate essentiæ infertur prædicta alietas, pariter inferri debet ex pluralitate quiditatis.

Urg. hoc, Non minùs multiplicata quiditate infertur, & multiplicatur *quid* est rei, quàm infertur, & multiplicetur multiplicata essentia, ergo sicut hac multiplicata infertur, *aliud*, & *aliud*, pariter inferri debet, & multiplicari multiplicata quiditate: §. Expl. hoc, Nam cum quiditas sit id, per quod respondetur ad quæsitum quid, non ad illud *quis*, vel *quale*. (nam ad hæc duo si sit quæsitum de homine, respondetur, quòd est, Petrus, vel Paulus, vel quòd est albus, vel niger, vel similibus prædicatis accidentalibus; ad primum verò, quod est animal rationale,) non stat multiplicari quiditates non multiplicatis *quid*, ac per consequens quòd ex earum multiplicatione non minùs inferatur, & multiplicetur aliud, & aliud in Divinis, quàm ex multiplicatione essentiarũ.

Huic instantiæ resp. ut suprà, undè neg. mi. ad prob. dist. ant., non minùs &c. sumpta quiditate indifferenter prout coincidit cum essentia, conc., sumpta purè definitivè, sive prout determinatur ad purum conceptum definitivum, vel pro omni eo, quòd hac voce significari potest, neg. Nam hypostasis v. g. est quædam quiditas, cum propria gaudeat definitione, & tamen non est prædicatum informe, sed distinctum, & determinatum, unde non importat aliud, & aliud in Divinis, sivè alietatem neutralem, sed tantum masculinam. Non ergo *quid* sufficit ad priorem alietatem, sed illud tantum, quod oritur, vel habetur à quiditate completa, seù quæ convertibiliter dicitur cum essentia, seù radice existentiæ, ut dictum est. Hæc enim est quid absolutum, & unum immultiplicabile in Deo, ut dicit D. Tho. sicut Deitas, vel natura.

Ex his ad confirm. neg. suppositum ant. Quòd quiditas sumpta posteriori modo, sivè pro omni eo, quod potest hoc nomine significari, importet *quid*, præsertim sufficiens ad satisfaciendum interrogationi factæ per *quid*, nam cum verificetur, ut dictũ est, de eo quod tantũ gaudet propria definitione, & consequenter de modis, & aliis hujusmodi incompletis, non posset per illam prout sic sufficienter, aut plenè innotescere essentia rei, ut desideratur ex vi ejusdem interrogationis, scil. radix existantiæ, vel aliarum proprietatum illius, quæ est aliquid completum, & non pura ratio formalis, vel definitiva cujuscunq. suo modo definibilis.

Sed instas. Quià hæc solutio videtur ludere verbis. Nam ut tradunt Dialectici definitio est oratio explicans naturam rei, ergo quod habet propriam definitionem debet habere propriam naturam, aliàs ejus definitio est de subjecto non supponante, ergo debet etiam habere propriam essentiam, seù propriè talem, prob. hæc cons., quià idem sunt essentia, & natura, & pro eodem accipit D.Tho. ubi suprà, ergo non videtur subsistens prædicta distinctio quiditatis ab essentia ad salvandum, quòd possint multiplicari quiditates non multiplicatis essentiis.

Resp. quòd ut in superioribus insinuatum est, principia, vel doctrinæ Dialecticæ, debent ità intelligi, & explicari, ut non lædant, sed magis deserviant his mysteriis fidei; patet autem, quòd si definitio haberet pro definito naturam propriè, & strictè dictam, deberet hæc multiplicari in Divinis multiplicata persona, cum hæc ut dictum est, sicut & relatio habeant suam propriam definitionem: unde dicimus, quòd natura in definitione rei non accipitur determinatè pro aliquo essentiali completo, sivè pro essentia strictè, & rigorosè tali, seù quæ se habet per modum radicis, ut explicatum est, sed pro quiditate cujuslibet definibilis, sivè sit quid completum, sivè incompletum, aliàs etiam modi naturæ, quæ suo modo gaudent propria definitione haberent rationem naturæ; quod est alienum.

§. III.

Resolvitur de nomine entis.

Difficilior est resolutio circa hoc nomen propter autoritates D.Tho., qui sæpè videtur negare tres personas dici plura entia substantiuè, licet tria prædicet adjectiuè, ut in 1.dist.25. q. 1. ar. 4. in corp. ubi ait. *Sed nomen entis sumitur ab esse rei, & ideò cum unum, & idem sit esse trium personarum, si ens sumatur substantivè non potest pluraliter prædicari de tribus personis, quià forma, à qua imponitur, scil. esse non multiplicatur in eis. Si autem sumatùr participialiter, & adjectivè sic pluraliter prædicari potest, quià hujusmodi accipiunt numerum à suppositis, & non à forma significata.* Et in solut. ad 1. subdit. *Dicendum, quòd nomen entis nullo modo sumitur ab aliqua relatione, sed ab esse, quod absolutum est simpliciter in Divinis, & ideò non prædicatur pluraliter ex forma sua, sed ex supposito, prout est adjectivum, vel participium.* Quod etiam docuit ad Annibal. in 1. iterum eadem dist. 5 q. & art.

Ens

Ens (inquit) *secundum Avicen. ab esse imponitur, sicut res à quiditate, in Divinis autem unicum est esse. Et ideo quantum ad id, à quo nomen entis imponitur, non prædicatur in Divinis pluraliter. Sed quià diversimodè impositum est ad esse significandum, scil. adjectivè & substantivè, adjectivum verò numerū recipiat à suppositis; substantivū autem à forma, à qua imponitur, ideò hoc nomen ens, si substantivè sumatur, non prædicatur nisi singulariter in Divinis*. In quibus expresè negat posse idem nomen substantivè acceptum pluraliter dici in Divinis, licet tria prædicet adjectivè.

Idem asserunt D. Bonaventura, Alensis, & ex nostris Capreol., Bannez, Nazarius, & alii. §. Oppositum tamen quòd dicatur pluraliter substantivè sustinent Torres, Molina, Vasquez, Ruitz, & Suarez lib. 3. de Trinit. cap. 6., & tom. 1. in 3. par. disp. 11. sect. 2. Alii verò media via procedunt, & videntur utramq. partem componere, distinguendo de ente, scil. secundum quòd est tale simpliciter, & absolutè, & secundum quòd est tale solum cum addito: de illo, priori modo negant posse pluraliter dici; affirmant verò hoc posteriori. Ens absolutè tale dicitur, quod vel dicit existentiam, vel originat, aut radicat illam; cum addito autem, quod opponitur nihilo, sivè prout dicit capacitatem existendi realiter, sivè propria, sivè aliena subsistentia. Ità Salmantic., Serra, Gonzales, Farre, Gonet hìc disp. 6. ar. 2., & alii.

Dico tertiò. Nomen entis si sumatur ens substantivè absolutè & simpliciter, sivè ut est concretum essentiæ, vel existētiæ in Divinis nequit pluraliter dici: unde hæc propositio non est concedenda. Tres personæ sunt tria entia. Est expressa mens D. Tho:, ut patet locis relatis, ubi etiam tradit rationem fundamentalem. Quià nempè nomina substantiva, (ut etiam suprà insinuavimus,) accipiunt suam unitatem, vel pluralitatem à forma significata, vel à qua imponuntur, sed forma significata per hoc nomen ens substantivè, absolutè acceptum non multiplicatur in Divinis scil. essentia, vel existentia, ut constat ex dictis, ergo nequit prout sic pluraliter dici.

Expl., & urg. hoc. Nam hoc nomen ens substantivè, absolutè acceptum, illud est quod sumitur ab existentia, vel dicit essentiam prout originat existentiam, vel est existendi principium, sed istud nequit pluraliter dici, cum non multiplicetur in Deo, sicut non multiplicatur essentia, nec existentia, ut probatum est, ergo non potest sic acceptum dici pluraliter de Deo. Prob. ma. Ens substantivè, absolutè, & simpliciter illud est, à quo originantur, vel de quo verificantur passiones entis, scil. *res, verum, bonum, aliquid, unum*, sed istud est ens, ut est concretum essentiæ, vel existentiæ, sivè quod sumitur ab existentia, vel dicit essentiam, ut est principiū existendi, ergo. Ma. est communis acceptio apud Metaphisicos, & patet, nam illud est absolutè, & simpliciter homo, à quo originantur, vel de quo verificantur passiones hominis, & sic de aliis. Mi. verò prob. Quamvis de aliquo alio verificari possint aliquæ ex eisdem passionibus, non tamen omnes, ergo de solo illo, quod est substantivè, absolutè, vel simpliciter tale possunt verificari omnes, itàut illud solum sit propriè concretum existentiæ, vel essentiæ immultiplicabile prout sic in Divinis.

Exp. ulterius, & simul prob. hoc ultimum ant. Quamvis hæ duæ passiones, scil. *res*, & *unum* convenire possint cum omni quiditate, & ratione formali, vel converti cum illis, non tamen istæ, *bonum*, & *aliquid*, nam relationes Divinæ nec habent bonitatem, sicut nec perfectionē de propria linea, nec *aliquid* sunt. Non quidem primum, quià bonitas, & perfectio sumitur ab *esse*, quo carent de propria linea, ut probatum est, sive ex sui formali ratione relationis; nam hoc est discrimen inter alia genera, & genus relativum, quòd in aliis generibus (ut inquit D. Tho. hìc q. 28. ar. 2.,) etiam propria ratio generis accipitur per comparationem ad subjectum, sed ratio propria relationis non accipitur secundum comparationem ad illud, sed per comparationē ad aliquid extra, & ideò ad propriam rationem relationis consequi non potest perfectio, vel bonitas, sicut in illis, in quibus præter entitativam perfectionem, vel bonitatem, quæ consequitur ad esse, admittitur etiam alia consecuta ad eorum propriam rationem: §. Tum quià hoc ipsum tradit etiam hic q. 30. ar. 2. ad 4. ubi inquit. *Dicendum, quòd ratio illa procederet, si Spiritus S. haberet aliam numero bonitatem à bonitate Patris; oporteret enim, quòd sicut Pater per suam bonitatem producit personam Divinam, ità & Spiritus S.; sed una, & eadem bonitas Patris est, & Spiritus S. Neq. etiam est distinctio nisi per relationes personarum*. Quibus expresè negat bonitatem relativam, ut distinctam ab entitativa, & communi desumpta ab *esse*, quod est commune omnibus.

Secundum verò, quòd nequè sint *aliquid* apertè etiam docet D. Tho. q. illa 2. de pot. art. 5. in corp., ubi, ut vidimus, inquit. *Nec tamen sequitur, quòd quamvis paternitatem Filius non habeat, quam Pater habet, aliquid habeat Pater, quod non habet Filius*, nam ipsa relatio secundum rationem sui generis in quantum est relatio non habet, quòd sit *aliquid*, sed solum, quod sit *adaliquid*. Et ratio est, quia *aliquid*, ut alibi docet de veritate, idem est, quod *aliud quid*, relatio autē ex propria sui ratione non dicit *aliud quid*, aliàs Filius esset *aliud quid* à Patre per sui relationem, & non præcisè *alius*, quod ut dictum est, non admittitur inter Divinas personas.

Dico quartò. Si ens sumatur præcisè pro eo, quod est capax existendi, sivè propria, sivè aliena, sivè alterius existentia, idest ut est concretum entitatis oppositæ nihilo, & capacis utcunq. realiter existere, potest pluraliter substantivè dici Deo. §. Prob. Nam verè dantur in Deo tres res capaces existendi existentia reali substantiali saltem absoluta, scil. tres relationes, ergo sic acceptum potest pluraliter substantivè dici de illo: conseq. tenet quià nihil aliud intelligimus nomine entis substantivè sic accepti: §. Expl. hoc, & præoccupatur solutio. Quamvis essentia, vel existentia, per quam dicuntur relationes existere sint tantum de linea absoluta, & immultiplicabili, capacitas tamen existendi per illam non determinatur de eadem linea, sed habetur etiam ex propriis relativæ, unde ut vidimus, licet relationes Divinæ non gaudeant existentia de propria linea, exigunt tamen existere per absolutam, & ab illa trāscendi, ergo sumpto ente pro concreto entitatis capacis existendi sivè existentia propria, sivè aliena, vel alterius lineæ, sicut dantur tres res capaces sic existendi, dari etiam possunt tres entitates, vel tria entia prout sic, pluraliter substantivè: fateor tamen ad evitandam omnem æquivocationem, & occasionem erroris, tutius esse non esse pluraliter prædicandum ens substantivè in Divinis, nisi cum addito, scil. relativè; dicēdo tres personæ sunt tria entia substātivè relativè.

Secundò prob. hoc dictum, & simul urgetur totum hoc. Nam quià ens substantivè absolutè sumptum sumitur ab *esse*, quod est absolutum, & immulti-

tiplicabilis in Divinis, nequit pluraliter substantivè dici de Deo, ut probat D. Tho., & fatentur Authores primæ sententiæ, qui videntur huic quartæ conclusioni repugnare, ergo quià hoc posterius ens substantivè, scil. ut contradictoriè opponitur non enti, vel nihilo sumitur à capacitate essendi, quæ est etiam relativa, & multiplex, poterit sinè offensione mysterii pluraliter prædicari de illo saltem cum addito relativè: §. Urg. hoc ex D. Tho. ibidem in 1. Nam quià idem ens substantivè, si sumatur participialiter, & adjectivè attenditur penès suppositum, quod est multiplex, & non penès formam significatam, quæ est tantum una, scil. eadem existentia, vel essentia, ut est principium existendi, dicitur pluraliter de illo, ergo pariter quià posteriori modo attenditur penès prædictam capacitatem, quæ multiplicatur in Divinis potarit pluraliter dici de eodem: §. Urg. ulteriùs, & præsertim prima ratio facta. Sicut *res* sumitur à realitate, ità ens contradictoriè acceptum ad non ens, vel nihilum à capacitate essendi, vel existendi propria, vel aliena existentia, sed quià realitas in Divinis est multiplex, pluraliter *res* dicitur de Deo, scil. tres personæ sunt tres, ut dictum est, ergo quià etiam capacitas essendi multiplex est ibidem, poterit dici pluraliter de illo, nempè tres personæ sunt tria entia saltem cum eodem addito, *relativè*,

§. IV.

Salvantur instantiæ contrà præcedens 4. dictum.

Primò instas, & simul impugnatur prima ratio. Ex eo quòd in Divinis prædicetur pluraliter *res*, sivè quòd tres personæ dicantur tres res non rectè infertur, quòd possint pluraliter dici tria entia, vel quòd nomen entis possit pluraliter dici de Deo, ergo in subsistens est prædicta ratio, Prob. ant. quià aliunde sumitur conceptus, vel denominatio rei ab illa entis, nam hæc sumitur ab *esse*, ut ait D. Tho., illa verò à quiditate, vel realitate, unde non explicatur, vel non exprimitur per hoc nomen *ens*, sed per illud *quiditas*, vel *realitas*, ergo ex pluralitate rei non rectè infertur pluralitas entis: §. Urg. hoc, nam D. Tho. ex professo examinans hanc rem nullam mentionem faciat de hoc ente non simpliciter, & absolutè tali, sed tantum de secundum quid, vel modaliter, ut aiunt Autores hujus dicti, vel quartæ conclusionis, sed solum de eo, quod attenditur ut vidimus, penès *esse*, vel penès supposita, negans de illo, & affirmans de isto ob pluralitatem suppositorum, ergo signum est non agnoscere in Deo aliam rationem entis posse pluraliter dici de illo præter idem participialiter, & adjectivè acceptum. Conf. tenet, quià aliàs videretur diminutè procedere, vel insufficienter explicare in re tam magni momenti ad vitandam omnem occasionem erroris in hujusmodi prædicationibus.

Urg. ulteriùs. Quià hæc ratio entis non simpliciter, & absolutè talis, sed tantum secundum quid, vel modaliter, & cum sola capacitate essendi videtur derogare summæ perfectioni entis Divini, quod est supramum analogatū in hoc genere summè actuale, & omnino independens, seu ens per essentiam, sive subsistens in ipsa plenitudine essendi, ergo magis videtur de subjecto non supponente, quòd ratio entis in tali acceptione possit pluraliter dici de Deo. Prob. conf. simul cum ant., quià tale ens nequit concipi nisi cum aliqua dependentia ergo. Prob. ant. quià ubi sunt duo extrema participantia rationem aliquam commonem, alterum simpliciter, & alterum secundum quid, hoc posterius participat dependenter à primo. Unde non tenemur admittere in Deo analogiam attributionis, quæ (ut dictum est in logicis, & metaphysicis) est secundum veram dependentiam unius, vel plurium ab uno ergo,

Resp. ad instantiam neg. ant. Ad prob. dist. ant. Ab illa entis, de quo loquimur in hoc 4. dicto, neg., entis absolutè, & simpliciter talis, conc., nam loquimur in eodem, ut explicatum est de ente ut capaci existendi realiter, sive propria, sive aliena existentia, unde coincidit cum ipsa realitate, vel non ponit in numerum cum eadem, ac proinde rectè infertur dari plura entia provt sic, vel enunciari pluraliter de Deo, si semel dantur plures res, vel enunciantur istæ pluraliter de illo,

Ad 1. confirm. dicimus in primis, quòd dum D. Tho. semel admittit posse aliquomodo ens pluraliter dici de Deo, scil. participialiter, & adjectivè sumptum, consequenter etiam admittit posse pluraliter dici secundum aliam acceptionem, in qua ratio significata sit multiplex, ut est capacitas existendi realiter, ut suprà arguebamus inferendo hanc posteriorem ex priori penes tria supposita: §. Deinde ut subtiliter etiam ponderat M. Ferre hìc §. 5. ad replicam, hoc ipso quòd D. Tho. non admittit existentiam relativam, sed tantum absolutam, & consequenter relationem existere per illā, sive alterius generis, apertè admittit ens Divinum per hoc solum, quod est capax existere per existantiam alienam, & sic agnoscit utramq. rationem entis substantivè dicti. Quòd verò expressam mentionem non faciat non est ex insufficientia Doctrinæ, sed quià specialiter agit de ente simplicitar, & absolutè tali, circa quod potissimùm esse potest occasio erroris, quidquid sit quòd ad ampliorem cautelam, vel intelligantiam possit ad id etiam deservire hæc nostra posterior acceptio, vel distinctio, præsertim cum præfato addito, relativè,

Ad 2. facilè respond. ex superioribus, quòd prædicta inconvenientia dependentiæ, & imperfectionis solum inferri possunt de ente non simpliciter tali, vel secundum quid in creatis, non in Deo, ubi est summa identitas in re inter utramq., sicut in simili dicebamus, de prædicato potentialitatis, & proximè etiam de illo existentiæ, vel perfectionis respectu relationum, quià licet non habeant illam de propria linea exigunt tamen, & summè identificantur, ut dictum est, cum illa alterius: & similiter licet non quodlibet attributum, vel perfectio Divina exprimat omnem actualitatem ex vi propriæ lineæ, ut dicebamus de intelligere radicali, implicat tamen, & cum omni summè identificatur, itaut etiā relativè opposita per circum insessionem identificent sibi omnia, quæ sunt in altero extremo relativo, adeò ut tantus sit Filius prout sic, quantus est Pater, quod satis est ad avadandam omnē imperfectionem, & potentialitatem.

In forma, ergo neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant. ad illius prob. dist. ant. participat dependenter à primo, si sit realiter distinctum ab illo, eiq. realiter subordinatum, ut contingit in creatis, conc., si in re sit summā in re identificatum cum illo, & omnem illius actualitatem, & perfectionem realiter implicans, ut sunt relationes Divinæ respectu entis Divini simpliciter talis, neg., nam supposita hac reali ideotitate, & intrinseca continentia totius perfectionis, & actualitatis entis absoluti, ejusq. exigentia, nulla potest argui

argui Imperfectio, vel defectus, qui solum arguitur ex carentia perfectionis, non præcisè ex eo quòd de propria illam non habeant, ut ostensum est, ac proinde nec dependentia, vel subordinatiu, quæ reperitur in analogatis analogia attributionis.

Secundò instas, & est replica. Repugnat ens Divinum esse subsistens in ipsa plenitudine essendi, & non identificare sibi omnem rationem entis, ergo nequeunt in illo admitti plura entia substantivè. Ant. patet ex terminis, aliàs non erit sic subsistens plenum, sed magis deficiens, si aliquam omittit in eadem plenitudine sibi non identificatam, & deindè etiam prob. simul cum conseq, inductivè, nam quià est subsistens in ipsa plenitudine existendi, ità tenetur sibi Identificare omnem existentiam, ut permittere nequeat pluralitatem existentiarum: similiter quià intelligere Divinum subsistit in plenitudine intelligendi identificat sibi omnia hujus lineæ sine ulla pluralitate reali ejusdem lineæ, unde substantia intelligens, intellectus, intellectio, species, & objectum nullo modo multiplicantur realiter in Divinis, ergo nec ullo modo relationes multiplicari possunt in ratione entis: § Urg. hoc. Id tantum multiplicari potest realiter in Divinis, in quo exercetur oppositio, sed in Divinis non habetur hæc in ratione entis, sed in sola ratione referendi, ut suppono, aliàs absolutè, & sine addito posset pluraliter dici de Deo, ergo sicut hac ratione non admittitur multiplicatio in ratione existendi, nec intelligendi, & sic de aliis non oppositis, nec admittenda est in ratione essendi.

Ad hoc neg. ant. Quià ad salvandam prædictam plenitudinem satis est ut vidimus, summa realis identitas cum eisdem tribus multiplicatis, sicut ob eandem salvatur in ratione realitatis, aliàs nec possent dici tres res. Ad prob. neg. causalem, sed quià linea existendi, & intelligendi solum est absoluta, & non abstrahit ab absoluto, & relativo, sicut linea essendi, cum relativa sit etiam capax realiter existendi ut dictum est, unde sicut quià est capax realitatis, tres relationes dicuntur tres res, ità dici possunt tria entia, sumpto ente pro capaci existendi realiter, sivè propria existentia, sivè aliena, vel absoluta: §. Ad confirm. dist. mi. non habetur in ratione entis, sumpto ente, ut præcisè dicit hanc capacitatem, neg., simpliciter, & absolutè tali, sivè ut dicit existentiam, vel essentiam ut radicem illius, conc., quamvis ergo non admittant oppositionem in ratione entis hoc posteriori modo, possunt tamen admittere illam priori modo, sicut admittunt in ratione realitatis, cum non minùs dentur tria entia capacia realiter existendi relativè opposita, quàm tria realia, cum eadem oppositione.

Tertiò instas, & est iterum replica contra hæc omnia. In Deo non admittitur ens purè intentionale alio aliàs esset summè identificatū cum ente naturali, ergo nec etiam datur purè capax realiter existendi, sivè secundum quid, licet dicatur esse summè identificatum cum ente simpliciter. Ant. supponitur ex superioribus de visione, & de scientia Dei, & deinde etiam prob. simul cum conseq., quià ens purè intentionale, utpotè diminutum ex propria ratione sui generis importat imperfectionem impræscindibilem à se ipso, ergo quia pariter ens purè capax realiter existendi, sivè secundum quid est aliquid diminutum comparativè ad simpliciter tale, ex propria ratione puræ capacitatis non poterit sine imperfectione admitti in illo, quamvis dicatur esse summè identificatum cum tali simpliciter, unde ut dicebamus, pluralitas ejus magis est de subjecto non supponente.

Resp. ex dictis ibidem, neg. suppositum ant., quòd genus purè intentionale, vel intelligibile possit summè identificari cum naturali, cum ex propriis sui generis, sit propter repræsentationem objecti, & ordinetur consequenter ad illud tanq. ad finem, unde natum est mensurari, & accipere aliquid, sivè specificari ab illo, qua ratione dicebamus non posse scientiam Dei immediate terminari ad aliquid extrà, sive ad verum creatum, sicut admittitur de omnipotentia, vel volitione Divina respectu voliti creati, quià omnipotentia ut explicatum est, est nata ad dandum, scientia verò ad accipiendum, cæterum in Deo cum ad salvandum mysterium Trinitatis teneamur admittere genus relativum, quod ut probatum est, nequit habere existentiam de propria linea, tenemur admittere illud cum capacitate existendi existentia absoluta, ac proinde quòd non solum non repugnet summè identitari cum ente simpliciter tali, sed etiam quòd illam exigat, ut dictum est. Undè ad probat. neg. causalem, ut adæquatam, sed ob discrimen assignatum inter utrumq. ens, scil. purè intentionale, & relativum capax realiter existendi, præsertim in Divinis.

Ultimò instas, & potest urgeri præcedens alia paritate. Nam quià Filius, est simpliciter, sivè naturalis Dei, nequit in illo admitti filiatio secundum quid, sivè esse filius adoptivus illius, ergo quià ens Divinum est simpliciter, & absolute tale, non poterit admitti in Deo prædictum ens secundum quid: §. Respond. neg. similiter suppositum ant., quòd filiatio adoptiva, vel secundum quid, utpote creata, & habita per gratiam habitualem possit summè identificari cum filiatione naturali, & increata sicut præfatum ens relativum cum absoluto, & simpliciter tali. §. Deinde neg. cons., quià ut docet D. Tho. 3. part. q.23. art. 4. corp. filiatio propriè convenit hypostasi, vel personæ, non autem naturæ, cum verò in Christo sit tantum una persona, scil. æterna, vel Divina, ut docet fides contrà Nestorium, non potest in illo esse nisi filiatio æterna, vel naturalis, & non adoptiva, quæ requirit suppositum extraneum à natura adoptantis: §. Ex quo etiam obiter inferimus, quòd quamvis gratiam habitualem ex natura rei consequatur filiatio adoptiva, non propterea neganda est illi eadem gratia, vel admittenda in illo hæc posterior filiatio, quià hæc non consequitur illam nisi in supposito extraneo, & capaci illius, non autem in incapaci, ut erat illud Christi. Imò nec fuit novum miraculum, quòd separaretur talis filiatio à gratia in illo, sed necessariò consequitur hæc separatio ex vi unionis humanitatis ad Verbum, quià filiatio adoptiva cum sit relatio non est effectus formalis primarius, nec secundarius gratiæ, licet in ea fundetur, sicut relatio similitudinis non est effectus formalis albedinis, sed eam sequitur ut fundamentum.

§. V.

Resolvitur de nomine Triplicitatis.

CIrca nomen *Triplicitatis* contendunt plures iterum ex Societate suprà relati admittendum esse in Divinis, non quidem ut affirmandum de Deo, sed de Persona Divina, undè licet hæc falsa sit, Deus est triplex; hæc tamen vera est, Persona Divina est triplex: §. Dico ergo quintò. Nec de Deo, nec de Persona enunciari posse idem nomen. Ità D. Tho. hic q.31. ar.1. ad 3., & in 1. dist. 24. qu.2. ar.1., & communiter

ter ejus Discipuli. Et sumitur ex Concil. Tolet. 11. in confessione fidei, ubi axplicans quibus nominibus utendum sit ad exprimendam pluralitatem personarum inquit. *Hæc est Sancta Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, sed Trinitas & dici, & credi debet:* §. Nec juvat, quod ait Vasquez esse intelligendum relativè ad Deum, non ad personam; quià nempè hæc vox *triplex* multiplicat terminum, de quo dicitur, unde si referenda esset ad Deum, daretur intelligi, quòd essent tres Dii, vel tres Deitates quod est inconveniens, nullum autem est, imò juxtà fidem, quòd multiplicet illius, & sint tres personæ; §. Non inquam juvat. Nam Concilium intendit explicare usum hujus nominis, vel similium, ubi potest esse difficultas, vel æquivocatio illorum in Divinis, ut patet legenti contextum. sed hæc solum poterat esse circa personam, non suprà Deitatem, vel Deum, cum nullus de hoc dubitet, aut dubitare possit sicut dubitatur de personis, cum sint plures, & patet ex verbis relatis, ergo non præcisè à Deo, vel Deitate, sed à persona intendit excludere usum illius.

Sed deindè prob. ratione ex D.Th. hìc ad 3., & simul iterum impugnatur eadem interpretatio. Sic enim inquit. *Dicendum, quod Trinitas absolutè dicitur: significat enim numerum ternarium personarum, sed triplicitas significat proportionem inæqualitatis, est enim species proportionis inæqualis, sicut patet per Boetium* (*scil. lib. 1. c.24.*) *in Aritmetica, & ideò non est in Deo triplicitas, sed Trinitas.* Ex quibus sic arg. secundum communem consensum Aritmeticorum vox *triplex* significat proportionem inæqualitatis penès majus, & perfectius, ut ex eodem ait D. Tho., sed in Divinis talis proportio est impossibilis, cum personæ ibi sint omninò æquales, ergo nequit de illis prædicari.

Urg. hoc ex D. Aug. lib. 6. de Trinit. c. 7. Nec quoniam *Trinitas est,* (*inquit*) *ideò triplex putandus est, alioquin minor erit Pater solus, aut Filius solus, quàm Pater simul, & Filius.* (En proportio inæqualitatis) & cap. 8. *In ipso igitur Deo* (subdit) *cum adhæret æquali Patri Filius æqualis, aut Spiritus Sanctus Patri, & Filio æqualis, non fit major Deus, quàm singuli eorum, quià non est, quo crescat illa, & ideò Trinitas potiùs, quàm triplex.* Et lib. 15. c. 3. *Etiam in hoc libro apparuit Trinitatis æqualitas, & non Deus triplex, sed Trinitas, nec quasi aliquid duplum esse Patrem, & Filium ad simplum Spiritum Sanctum, ubi nec tria plus aliquid sunt, quàm unum horum.* En iterum quòd hìc etiam S. Pater excludit eandem vocem à Divinis, quià importat præfatam proportionem inæqualitatis omninò ibi reiiciendam à Deo sivè in absolutis, sivè in relativis, ac proindè non solum non prædicandam de Deo, sed neq. de Persona.

Vidit Vasquez hanc esse expressam mentem utriusq. S. Doctoris, & utrumq. convinci ob rationem factam, & expressam in eorum textu, nihilominùs eidem se opponit primò. Quià si aliquid convincit, convincit etiam nec posse Deum dici trinum, consequens est contrà fidem, ergo. Prob. sequela, nam Trinum etiam dicit numerum ternarium, & consequenter excessum suprà unitates, cum hìc numerus sit quid maius qualibet ex illis seorsim sumpta. Quis enim, (clamat idem,) negare poterit, quòd in Divinis numerus ternarius non excedat binarium, & hic unitatem personæ; duæ enim personæ pauciores sunt, quàm tres, ergo per hanc etiam vocem, *Trinus* importaretur talis excessus, seu proportio inæqualitatis, ac proinde neç usus illius esset admittendus in Divinis, si semel excluditur usus alterius, scil. *triplex.*

Hanc instantiam præoccupavit D. Tho. q. 30. antec. ar. 3., ubi duplicem distinguit numerum, alterum excludens à Divinis, scil. qui est species quantitatis, & fit per additionem: alterum verò, qui sumitur à multitudine secundum quòd est transcendens, & hic solam importat negationem divisionis. *Termini ergo numerales* (inquit) *significant in Divinis illa, de quibus dicuntur, & super hoc nihil addunt nisi negationem, ... ut cum dicimus essentia est una; unum significat essentiam indivisam. Cum dicimus, persona est una significat personam indivisam. Cum dicimus, personæ sunt plures, significantur illæ personæ, & indivisio circa unamquamque earum: quià de ratione multitudinis est, quòd ex unitatibus constet.* Ità D. Th. ex quibus patet instantiam esse de subjecto non supponente, quasi vox, vel numerus Trinitatis sit in Deo per additionē, & consequenter per axcessum, sicut importat illum *triplicitas*, aliàs oporteret etiam excludere aliam *pluralitatis*, quòd tamen est falsum, ut egregiè explicat ibidem D. Tho., & hic, ut vidimus, ad 3. §. In forma ergo neg. ma. Ad prob. dist. ant. importat numerum ternarium, qui est species quantitatis; loquendo de numero in Divinis, neg., qui sumitur à multitudine secundum quòd est transcendens, conc., & neg. cons., quià cum hic non sit per additionem, nec potest consequenter esse per excessum, quidquid sit in creatis materialibus, & quantitativis, quantitate molis, secundum quam fit additio. Cæterum hæc vox triplicitas non dicit præcisè numerum, sed proportionem prædictam inæqualitatis, ut probatum est ax communi consensu, & docet uterq. S. Doctor, quæ nullo modo admitti potest in Deo. Per quod patet ad id, quod subditur de termino excedante quamlibet unitatē seorsim, cum nulla sit ibi additio, sed sola res significata per negationem divisionis, ut explicat D. Tho., cum tantus sit Pater, ut vidimus, quanta est tota Trinitas, & in una persona ut dictum est, ratione essentiæ continuatur quidquid in tribus, unde nullus potest esse excessus in re, vel numero numerato ab intrinseco; quidquid iterum sit in numero, vel intellectu numerante, sivè ab axtrinseco.

Instas 2. Ad probandum quòd possit Deus dici multiplex ex eodem. Nam ratio D. Tho. tantum convincit non posse dici triplicem, non tamen quòd dici non possit *multiplex*, cum istud non sit nomen proportionis, sed multitudinis, ergo assignanda est ratio, quarè neutrum prædicari possit, si semel alterum non importat inæqualitatem.

Huic instantiæ patet ex D. Tho. ibidem falsum supponere, quòd sola vox *triplex*, & non *multiplex* importet excessum, vel proportionem inæqualitatis, quià solum nomen numerale, quod præcisè significat rem unà cum negatione divisionis caret hujusmodi excessu, vel inæqualitate, ut subtiliter explicat ibi, ut vidimus, & hac ratione admittitur vox *Trinus*, vel *Plures*; quod verò dicitur relativè ad aliud, ut aliquid minus in numero, ut sunt *Triplex*, & *Multiplex*, non possunt præscindere à tali excessu, cum illud, quod in plus se habet respectu alterius, manifestè excedat illud, ut patet ex terminis. Sic autem comparantur hæc duo posteriora, ut patet ex ipsa voce, cum solo discrimine, quòd *Triplex* importat excessum determinatum, quem habet res, quæ dicitur triplex ad ea, respectu quorum dicitur talis; *Multiplex* autem indeterminatum, & ideò neutrum est prædicabile de Deo:

Quibus addo in confirmationem solutionis, quòd

hanc

hanc etiam instantiam adhuc specialiter de hac voce, *Multiplex* preoccupavit D. Tho. in primo relatu in corp. ubi inquit. *Dicendum quod circa fidem Trinitatis fuerunt duæ hæreses, scil. Arii, qui induxit pluralitatem essentiæ, & Sabellii, qui abstulit pluralitatem personarum: quorum utrumq. concedit fides catholica, & ideò oportet concedere, quæ utriq hæresi adversantur, & negare, quæ utriq. sunt consona. Unde contra Arrium quatuor ponit Ecclesia, & essentiæ unitatem, & ex hoc confitetur Deum unum, & negat diversitatem.* Et deinde ad rem nostram subdit. *Secundò essentiæ Divinæ simplicitatem, & ideò confitetur simplicem, & negat multiplicitatem, vel divisionem, quæ ponit rationem totius, & partis, quæ simplicitati adversantur, & similiter separationem.* En iterum excessus, quem importat hæc vox *multiplex*, cum oppositione ad simplicitatem Divinam, quam non dicit hæc vox *Trinus*, vel *plures*, sed præcisè significant, (ut ait hic D. Tho.) rem significatam, *unam*, cum indivisione. Ex quibus fit argumentum in favorem utriusq. præcedentis conclusionis, & solutionis ad utramq. instantiam. Hæ voces, *triplex, multiplex*, juxtà D. Tho., & veritatē important aliquid repugnans simplicitati Divinæ, (scil. divisionēm, quæ ponit rationem totius, & partis adversam eidem simplicitati, ratione cujus Deus neq. in essentia, neq. in personis admittit compositionem totius ex partibus, ergo neutra potest prædicari de Deo.

Instas tertiò ex eodem, & est replica contra præcedentem doctrinam, & rationem D. Tho., quam tamen fatetur esse desumptam ex Ambrosio, & Bernardo. Quamvis hæc vox *multiplex*, (& idem proportionabiliter est de alia *triplex*,) secundum acceptionem, qua dicit compositum tanquam totum ex partibus, vel importat divisionem, non sit prædicabilis de Deo, vel illi repugnet, secus tamen ut præcisè dicit multitudinem, vel multiplicationem plurium: quis enim negare potest relationes in Deo multiplicari, & similiter personas usq. ad tres: ergo non sunt omninò rejiciendæ à Deo: §. Urget hoc ex eodem D. Th. q. 10. de pot. ar. 2. in corp. paulò post initiū, ubi utitur voce simili, scil. *duplex* ad significandam multitudinem, sivè pluralitatem processionum in Divinis, sic enim ait. *Et ideò ad hujus erroris exclusionem necessarium fuit, quòd Doctores nostri manifestarent, quòd Divina natura potest communicari duplici processione:* §. Similiter Nazianzenus Filium, & Spiritum Sanctum appellat geminum Patris *radium*, quod idem sonat, ac *duplicem radium*. Ex quibus sic arg. Quamvis hæc vox *duplex* accipi possit secundum utramq. significationem, scil. divisionis, vel compositi totius ex partibus, & alteram multitudinis, nihilominùs à D. Tho. & Nazianz. accipitur, & admittitur in Deo secundum hanc posteriorem præcisivè à prima importante imperfectionem divisionis, vel compositionis Deo repugnantem, ergo similiter sine ullo inconvenienti poterunt accipi, & admitti istæ aliæ *triplex*, & *multiplex* t cons. tenet, quià non videtur assignabilis dispar ratio.

Resp. neg. ant., vel suppositum, quòd accipi possint præcisivè in Deo, & admitti in illo secundum utramque significationem, aliàs Concil. & Patres non ità excluderent illas à Deo, sicut non excludunt hanc multitudinis, & pluralitatis, sicut nec dualitatis, & Trinitatis; non ob aliam planè rationem, nisi quam assignat D. Tho. ubi suprà, quià nempè non significant præcisè rem unam indivisam, seù cum negatione divisionis, sicut istæ, sed divisionem in ipso, vel compositionem, & ideò rectè concludit cum Boet., & cæteris Aritmeticis, quòd determinatè sunt voces secundum proportionem inæqualitatis omninò repugnantis Deo. Et quidem hac in re post tot hæreses, (quas ibidem de pot. impugnat D. Tho.) magis standum est menti, & sensui Patrum, quàm cæterorum.

Ad confirmat. ex eodem D. Th. patet ex contextu non accipere prædictam vocem strictè, & rigorosè, prout nunc de illa loquimur, sed largè, prout idem sonat, *ac duæ*, ut præmittit *in argum.* sed *contrà*, ubi ex D. Aug. 5. de Trinit. incipit statuere concl. Catholicam, scil. *In Divinis sunt tantum duæ processiones.* §. Ad D. verò Nazianz. resp. quòd nec ipse etiam loquitur de processione Filii, & Spiritus S. ad intrà, sive secundum processionem ab alio; sed ad extra, sive secundum processionem in alterum, scil. in creaturas, ut etiam sonat vox illa *radius*, quæ exprimit effluxum lucis in alios, unde sensus illius est, quòd Filius, & Spiritus S. procedunt, idest mittuntur ad extrà ad causandos diversos effectus; Filius quidem per Incarnationem, Spiritus S. verò per sua dona, & Charismata. Unde aliud est, quòd Filius, & Spiritus S. in se sint duplex, vel duplici processione procedant tanq. duplex, aut geminus radius; aliud verò, quòd habeant duplices effectus ad extra. Primum est falsum, secundum, verum: §. Doctrina est D. Tho. ibidem de potentia, ubi explicat aliam autoritatem sibi objectam ex D. Dionisii: ad prob. plures esse processiones, quàm tres, Quià nempe *ad Divinam bonitatem pertinet ut procedat*, (ut ait D. Dionisii: c. 4. de Divin. nominibus) *sed Pater est summè bonus, ergo procedit. Sunt ergo in Divinis tres processiones, una*, qua procedit Pater, & alia, qua procedit Filius, & tertia, qua procedit Spiritus S.: §. Cui resp. Ad 3. (scil. *sed contrà* sive ultimum totius art.) *Dicendum quòd aliud est procedere in alterum, & aliud est procedere ab alio. Procedere enim in alterum est suam similitudinem alteri communicare, & per hunc modum est intelligenda Divinæ bonitatis processio in creaturas secundum Dionis. Procedere autem ab alio, est esse ab alio habere, & sic loquimur hic de processione, secundum quem modum constat. quòd non convenit Patri procedere.* Ità D. Tho. sicut ergo de hujusmodi processione ad intra dicimos secundum eundem, & communem consensum, quòd sunt tantum duæ in re, & non plures, ità etiam secundum eundem, & PP., quòd sint duæ, & non duplices.

Ex his etiam solvuntur aliorum PP. similes autoritates, dum utuntur eisdem vocibus in Divinis, præsertim Cyrili Alexandrini in Dialogo lib. 3. colum. 4. ubi de Deo Patre, Filiuq., inquit. *Duplex est in subsistentiis*, & paulò inferiùs. *Dupliciter in subsistentiis.* Et iterum Nazianz. Orat. 25. ad Evagrium Monacum dicentis. *Deum cum dico, uno, eodemq. triplici lumine perstringamini; triplici quidem, quantum ad proprietates, sivè hypostases; unum autem, quantum ad substantiæ, hoc est Divinitatis rationem.* Intelligendi sunt enim in eodem lata significatione, prout præcisè significant multitudinem, vel numerum, quod satis est ad eorum intentum, scil. ad manifestandam substantiam mysterii, nempe unitatem in essentia, & Trinitatem, vel pluralitatem in personis, non ad disputandum de strictò, & rigoroso sensu, vel significato earum. Et de D. Cyril. manifestiùs patet, dum ibidem ait. *Prædicat quidem* (scil. fides) *quàm unus sit Deus, & nullo modo dilatat &c.*

§. ULTI-

§. ULTIMUS;

Corolaria ex dictis,

PRimò colligimus; quòd quià in Divinis essentia, (& idem est de absolutis) utpote carens oppositione non multiplicatur, bene verò Personæ, earumq. proprietates personales ob relativam oppositionem inter se, statuitur hæc regula à Theologis ad dignoscendum, quæ singulariter, vel pluraliter dicantur in Deo, nempe ea singulariter tantum dici de personis, quæ conveniunt ratione essentiæ; pluraliter verò,quæ conveniunt illis ratione proprietatum personalium: quæ verò ratione utriusq. utroque modo dicuntur.

Ex qua secundò colligitur,quòd tres personę dicantur in Divinis,& nullatenus una,quià nempe non dicitur persona ratione essentię,sed ratione proprietatis personalis, sive ratione relationis subsistentis, pro qua accipitur ratio personæ; unde cum modo communiter in Ecclesiis accipiatur pro eodem, persona, & hypostasis, sicut in Divinis dicimus tres esse Personas, & non unam, pariter dicimus tres hypostases, & non unam. §. Nec refert, ut vidimus, quòd præter tres relationes subsistentes, siva tres subsistentias relativas detur subsistentia absoluta, & etiam alia relatio, scil. Spiratoris; nam subsistentia absoluta, ut dictum est, nulli Personæ opponitur, sed communis est illis. Relatio verò spiratoris, & si sit de linea relativa non tamen est proprietas personalis conveniens uni tantum Personæ, sed communis Patri, & Filio, & ideò neutra constituit distinctam à tribus.

Hinc colligitur 3. quòd subsistentia Divina dicitur una, & conceduntur simul plures, una quidem, communis conveniens ratione essentiæ omnibus Personis 3. sumpta scil. pro perseitate independentiæ. Plures verò prout important perseitatem incommunicabilitatis illis convenientem ratione relationum, seù proprietatum personalium, quibus constituuntur, & distinguuntur inter se Divinæ personæ, ut explicatum est: §. Ex quo etiam sequitur non esse inconveniens quamlibet Personam Divinam subsistere subsistentia communicabili ratione essentiæ, & incommunicabili ratione relationis. Neq.ex hoc infertur duplici ultimo termino terminari, nam subsistentia absoluta, & essentialis, sicut non est incommunicabilis, ità nec habet rationem termini ultimi, sed tantum constituentis naturam ut *quod*, & nostro modo intelligendi reddentis illam proximè capacem existentiæ, & veluti susceptivam illius, & potentem operari. Unde quod ait D. Tho. q. 9. de pot. ar. 3. ad 5. *Ex hoc quòd aliquid est subsistens, habet quòd de pluribus prædicari non potest*, intelligendum est de subsistente incommunicabili; Deus verò ut sic non est subsistens subsistentia incommunicabili, quæ suppositum, & naturam constituit, sed communicabili, quæ eatenus dicitur subsistentia, quatenus modo prædicto secundum nostrum modum intelligendi complet, & terminat naturam Divinam. Unde licet subsistens sit, de pluribus prædicari potest, & non potest persona dici, aut suppositum, nec cum suppositis incommunicabiliter subsistentibus ponit in numerum. Neq. etiam dicendi sunt quatuor subsistentes, sed unum subsistens communicabiliter, & tres subsistentes incommunicabiliter.

Quartò colligitur non posse hoc nomen *Individuum* pluraliter dici in Divinis, ac proinde concedendam non esse hanc propositionem, *Tres Personę sunt tria individua Divinæ naturæ*. Quià cum sit nomen substantivum nequit pluraliter dici, non multiplicata forma,etiam cum addito *personaliter*, sicut hac ratione dici nequit, quòd sint tres Dii, etiam cum eodem addito juxta superiorem regulam sumptam ex discrimine inter nomen substantivum, & adjectivum, quòd ad istud sufficit multiplicatio suppositorum, ad illud verò est necessaria multiplicatio formę significatę per illud. Hæc verò in Deo est una, & eadem numero immultiplicabilis, scil. natura Divina, & ideò concedimus esse tres, vel tria Divina, non tamen tres Deos.

Quòd si opponas. Persona est individua substantia, ergo si dantur tres Personæ, negari non possunt tria individua saltem cum addito *personaliter*, ut concedit noster Herrera in manuscriptis ad art. 1. qu. 30. dub. unico in solut.ad 1, apud Illustriss. Godoi hic §.ult. §. Urgeri potest hoc ipsum primò ex D. Th. de verit.q.4. ar.2.ad 3., & in 4.dist.12.q.1.ar.3. ad 3. Nam ut docet ibidem, *individuum est, quod est indivisum in se, & divisum à quolibet alio*. Sed hoc convenit cuilibet personæ, cum sint tres res, quarum quælibet est indivisa in se, & divisa à quolibet alio, ergo sunt tria individua saltem personaliter: §. Secundò. Quià individuum non constituitur per naturam, sed per conditiones individuantes, (aliàs Christus non posset dici absolutè unum individuum. Sic enim significaretur habere unam tantum naturam, & non duas, ut docet fides,) sed tres Personę habent tria principia individuantia, scil.tres relationes, ergo sunt tria individua, saltem personaliter: §. Tertiò. Quià in Divinis sunt tres unitates singulares, & tres singularitates, ergo tres unitates individuales, ac proinde tria individua, nam unitas numerica, & individualis individuum constituit, & consequenter eadem multiplicata multiplicare debent individua.

Ad hæc patet ex discrimine proximo, & in superioribus, & 3.p.q.3. ar. 7. jam insinuato inter unitatem, & pluralitatem nominis substantivi, & adjectivi sumpto ex Cajet. infrà qu. 39. ar.3. §. ad 1. dub. nempe utrumq. nomen in hoc quidem convenire ut dictum est, quòd ad pluralitatem utriusq. requiritur pluralitas suppositorum habentium formam significatam per nomen, ut etiam docet D.Tho.3. p. ibidem ad 2. Sed differunt in hoc, quòd ad pluralitatem adjectivè sufficit pluralitas suppositorum, ad pluralitatem verò substantivi exigitur pluralitas suppositi, & formæ; cum hoc etiam discrimine, ut vidimus ex Ferrar.4.contrà Gent.c.11.§.*ad* 1. *Dico*. Quòd pluralitas formæ ad pluralitatem ejusdem nominis substantivi exigitur ut ratio formalis constituens pluralitatem, pluralitas verò suppositorum ut conditio intrinseca sine qua non constituit pluralitatem,unde quando D.Tho.infrà q.39. ar. 3. ait pluralitatem nominis substantivi attendendam esse secundum formam significatam per nomen, intelligendus est tanq. rationem formalem, non quasi excludat à pluralitate illius pluralitatem suppositorum, ut conditionem intrinsecam.

Ex his ad 1. dist., & explico ant. Est individua substantia, formaliter, neg., materialiter, conc., & nego conseq., quià individuum,quod est nomen substantivum, de formali importat naturam, substantia autem individua, quæ ponitur in definitione personæ, non importat naturam de formali,sed personalitatem, unde licet de qualibet dicatur, quòd est individua substantia, sicut dicitur, quòd est Persona non tamen quòd est formaliter individuum, etiam cum addito, perso-

personaliter, quià hoc additum solum materialiter appellat suprà uaturam, à qua formaliter constituitur individuum.

Ad 2. confirm. dist., & simul explico ma. Indivisum, & divisum, divisione formæ, val uaturæ juxtà meritum nominis substantivi, conc; personali tantùm, ueg., & eodam modo dist. mi. conveuit cuilibet Persouæ, scil. divisio personalis, couc., uaturæ uego:

5. Ad 2. quæ potest essa replica, uego, ma. in seusu formali. Ad prob. annexam de Christo patet ex proximè dictis, quòd ad pluralitatem substautivi requiritur etiam pluralitas suppositorum ut conditio intrinseca, sine qua nequit pluraliter dici, unde licet in Christo siut duæ uaturæ, est tamau uuum tantum suppositum Divinum, & ideò singulariter tantum dicitur, quòd Christus ast uuum individuum, & adhuc singulariter tantum dicaretur, quòd est uuum, val unus homo, si etiam assumpsisset duas humanitates: & quamvis D.Tho.in 3.dist.1.q.2.art.1.ad 2., & 3. oppositum ut probabile docuerit, scil. nou esse in eo casu unum hominem, sed plures, nihilominus 3. p. in eadam solut. ad 2. axpressè tenet esse uuum tantum, & probat, quià juxtà communem modum loquendi nomen coucratum desumptum à forma non dicitur pluraliter, nisi adsit pluralitas suppositorum, ut patet inductivè; nam Petrus indutus duabus vestibus nou dicitur pluras, sed unus vestitus: & similitar habens plures qualitates, etiam diversarum specierum, uon dicitur plura, sed unum quala. Et Pater æternus quamvis habeat plures proprietates, vel relationes, dicitur unum principium Spiritus S., non plura, quià implicaret pluralitatem suppositorum, ut docet S.Doctor infrà q. 36. ar. 4. ad 2. ergo si pariter eadem Parsona assumerat plures humauitates nou diceretur plures, sed unus homo, quià uon essent plura supposita, sed ex omnibus illis constituaretur aadem persoua. Quià uempè juxtà modum significaudi, & consignificandi utendum est nominibus secundum quòd apud nos sunt imposita ad significandum.

Sad obitar instas ad ma. intelligentiam rei præsentis. Par terminum unitatis adjunctum uomini substantivo uon uumerantur supposita habautia naturam, sed natura in supposito habente, ut uos etiam fatemur, ergo per terminū pluralitatis uon uumerabuntur supposita, sed natura in supposito, ergo habeus plures naturas, vel humanitates, unn poterit dici unum individuum, vel unus homo, sed plures. Aut. patet ex dictis. Nam ideò tres Personæ Diviuæ dicuntur unus Deus; & si haberent eandam humauitatem dicerentur unus homo, quià ly *unus* uon uumerat supposita, sed uaturam.

Resp. neg. couseq., quià ut aliqua sint unum substantivè sufficit ut in natura substantiali, quæ ex se ast uua, uniantur, quamvis aliàs sint plura supposita, at verò ut siut plura requiritur, ut absolutè, & simpliciter multiplicentur, uac uuiautur ad compouendum unum substantialiter. Quià argo plures uaturæ, vel humanitates assumptæ ab eadem persoua, substantialiter iu ea unirentur ad compoueudū uuum hominē, ideò non constituerentur plures homines. Quod patet, quià si essent plures homines, unus uon esset alius: v.g. si verbum ut subsistit iu humanitate una diceretur Joannes, & ut subsistit in alia diceretur Jesus, verè diceretur, quòd Joannes uon est Jesus, & è contrà.

Ad ult. confirm. principalis instantiæ, dist. ant. sunt tres unitates singulares de liuea personalitatum, conc., de liuea naturæ, nego. Et similitar dist. 1. conseq., tres uuitates individuales, de priori linea, sivè persouali, conc., naturæ, neg., & secundam etiam, quæ sub infertur, uon anim quæcuuq. uuitas numerica, vel individualis constituit, & multiplicat individuum, sed quæ se tenat ex parta uaturæ, ut dictum est, quià individuum utpotè nomen substantivum attanditur ut dictum est penès formam tanquam rationem formalem constitutivam.

Quiutò ex his colligimus uec posse hoc uomen, vel prædicatum *aliquid*, multiplicari, aut pluralitar dici iu Diviuis relationibus, quià pariter est substantivum depeudans principaliter à uatura, ut à forma, val ratioue sui formali coustitutiva. Unde D. Tho. q. 2. de pot. art. 5. iu corp. uegat hanc cons. *Paternitatem habet Pater, quam non habet Filius, ergo aliquid habet, quod non habet Filius*, & rationem subdit. Nam ipsa relatio secuudum relationem sui geuaris, in quantum est relatio uou habet quòd sit *aliquid*, sed solum quòd sit *adaliquid*. At si *aliquid* multiplicaretur in Deo, *aliquid* haberet Patar, quod uon haberet Filius, ergo nou multiplicatur, uec pluraliter dicitur iu Deo.

Urg. hoc. Quià ut supra iusiuuavimus, & tradit hìc D.Tho. q.31. ar.2., licet Filius dicatur *alius* à Patre, uon tameu *aliud*, quià alietas neutralis ut dictum ast, appellat supra naturam, quæ ast eadam in Patre, masculiua verò suprà persouā, quæ multiplicatur, ergo nec potest dici, quòd sit *aliquid*, ut distinctus à Patre, prob. cons. uam *aliquid*, idem est, quòd *aliud quid*, unda ibidem de pot. post negatam prædictam couseq. sic coucludit. *Unde cum id, quod est absolutum, communiter sit in Patre, & Filio, non distinguuntur secundum* aliquid, *sed secundum* adaliquid *tantum: unde non potest dici, quòd aliquid habet Pater, quod non habet Filius, sed quòd aliquid secundum unum respectum convenit Patri, & secundum alium aliquid Filio*. En quòd ly *aliquid*, substantivè tantum, & immultiplicabiliter accipitur, sivà singulariter, noo pluraliter, uisi secundum diversos respectus, sicut priùs de essentia, quæ est uua, & non plures, diversimodè, vel secuudum diversum respectum dicit essa in Patre, & in Filio. *Unde potest dici* (iuquit) *quòd Paternitas est Divina essentia prout est in Patre, non prout est in Filio. Non enim eodem modo est in Patre, & Filio, sed in Filio est ut accepta, in Patre autem non*. Ex quo tamen uullus infert posse aandam essentiam pluraliter dici de illis, quià ut repetit ad 5. licat *sit una, & eadem essentia trium Personarum, non tamen sub eadem relatione, vel secundum eundem modum existendi est in tribus Personis*. Unde similitar dicimus da ly *aliquid*, & de aliis uominibus, vel prædicatis substantivis, ut de omnipotentia &c. ut tradit ibidem D. Tho.

Urg. hoc. Nam ita comparantur inter sa hæc duo, *aliquis*, & *aliquid*, sicut *alius*, & *aliud*, sed quià *aliquis* idem exprimit quòd *alius quis*, scil. persouam multiplicatam iu Divinis, dicitur pluraliter de illis, argo quià *aliquid* idem exprimit, quòd *aliud quid*, ut etiam docet D. Tho. q. 1. de veritate, scil. substantivum immultiplicatum, singulariter tautum poterit affirmari da illis.

Pulchrè ad hæc succinit idam S.D. axplicans illud Io. 16. *Si quid petieritis Patrem &c.* Quià cætera respectu bonorum spiritualium, quæ hortabantur petere, nou possunt jure dici *quid*, val *aliquid*, uisi referantur ad hæc posteriora, vel æterna. Hæ enim voces ut dictum est, exprimunt aliquod magnum, sive substantivum, quod in Diviuis utpotè absolutum,

non est capax pluralitatis. *Dicendum* (inquit) *quòd temporale petitum, relatum ad spirituale jam est aliquid*, & si in se, vel seorsim acceptum *nil sit juxtà illud, Divitias nihil esse duxi in comparatione illius*. Sap. 7. ut præmittit ibidem. Et deinde S. seq. *Hic hortatur eos &c.* ad illud *usque modo non petistis quicquam &c.* licet aliqua jam petiissent, vel obtinuissent Luc. 10. *Domine in nomine tuo etiam dæmonia subiiciuntur nobis* subdit. *Quod scil. esset aliquid: idest magnum. Nam petitiones curationum corporalium modicæ sunt in comparatione ad alia magna, sive spiritualia*. Quæ obiter dicta sint ad confirmationem significati prædictæ vocis *aliquid*.

Sextò colligimus hanc vocem *solus*, (in qua committit potest multiplex æquivocatio) non semper esse in Divinis exclusivam, sed solùm quando exprimit, vel ubi adest oppositio relativa inter extrema, quibus applicatur. unde etiam si diceretur, quòd Spiritus S. à solo Patre procedit, non tamen excluderetur Filius à ratione spiratoris illius, quià in ratione spirandi non opponuntur Pater, & Filius. Ex quo etiam inferimus, verissimum esse, quòd dicitur Io. 17. v. 3. *Vt cognoscant te solum Deum verum*, & Matt. 11. v. 27. *Nemo novit Filium nisi Pater*, quià hæc dictio *solus*, & hæc *nemo*, quæ similiter est exclusiva, ob eundem defectum oppositionis excludere nequeunt Filium, & Spiritum S. à ratione Deitatis, & cognitionis, in qua ibi non opponuntur. Et quià etiam ut docet D. Tho. ar. 4., & supra etiam insinuavimus, licet eadem dictio solus syncategorematicè sumpta, idest ut adiacet, vel adjungitur termino personali excludat à consortio prædicati, alium neutraliter, non tamen excludit alium, masculinè. Quæ tamen si sumatur categorematicè, scil., ut per se stans nequit prædicari de aliquo in Divinis, vel alicui termino addi, quià sequeretur Deum esse solitarium, contra illud Io. 8. v. 16. *solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater*. Unde solum syncategorematicè adjungi potest termino personali modo explicato, vel etiam essentiali, ut patet ex illo Luc. 18. ver. 18. *Nemo bonus, nisi solus Deus*. De quo D. Th. hic art. 3. q. 31.

Deniq. colligimus hoc nomen Persona univocè dici non analogicè de tribus Personis, ut quidam existimant cum Scoto in 1. dist. 23. q. unica. Ratio est, quià tribus Personis non solum est commune hoc nomen *Persona*, sed etiam ratio huic nomini accomodata. Cuilibet enim illarum quiditativè, vel univocè convenit subsistere in natura Divina sine ulla dependentia, aut inæqualitate. Unde quidquid sit, quòd in creatis ob limitationem, & Imperfectionem, aut dependentiam unius ab alio non possit à primò diversis abstrahi una ratio communis univoca, secus tamen ob rationem oppositam in Divinis, ut statim iterum dicemus. Non tamen potest hæc ratio communis univoca dici genus, aut species ut docet D. Tho. hic ar. 4. q. 30., nec pertinere ad aliquod ex quinque prædicabilibus, quià hæc important naturam aliquam substantiæ, vel accidentis, quam de suis inferioribus enunciant; ratio autem communis personæ non dicit naturam aliquam, sed modum naturæ scil. modum incommunicabiliter subsistendi, in quo ultima constitutiva, & distinctiva Divinarum Personarum convenire possunt. Unde quamvis iterum dicamus, quòd ea, quæ sunt primò diversa non possint convenire in aliquo conceptu univoco naturæ, benè tamen in aliquo modali officii, & modi, sicut differentiæ specificæ, licet sint primò diversæ univocè, tamen conveniunt in officio, scil. constituendi speciem, & dividendi genus. Et sicut in simili etiam dicebamus de ente, quod in ratione objecti metaphysicæ, sivè in officio specificandi univocè convenit cum cæteris aliarum scientiarum, quià prout sic natum est, sicut cætera inferiora, terminare, & specificare scientiam, quæ est una, specie, quidquid, sit quòd in prædicando, vel in ratione superioris, analogicè tantum dicatur de illis. Videatur hac de re Cajet. supra q. 29. art. 4.

DISPUTATIO QUINTA.

De cognitione Divinarum Personarum.

TRia principaliter inquirimus. Primum an per rationem naturalem etiam supposita revelatione Divina possit evidenter cognosci, vel demonstrari mysterium Trinitatis additis corolariis. Secundum, an possit extra visionem beatam communicari clara visio Dei. Tertium de numero notionum.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum supposita revelatione Divina possit ab Angelo, vel ab homine purè viatore evidenter cognosci per rationem Mysterium Trinitatis quo ad an est, sivè existentia illius.

NON loquimur de ratione naturali, undè sumpta, sed confortata per extrinsecam assistentiam luminis fidei, vel intrinsecùs elevata per lumen aliquod supernaturale, quod tamen beatificum non sit, sed vel propheticum, vel scientia infusa per se, vel aliud hujusmodi, & sensus est, an ratio naturalis in hoc statu viæ postquam per Divinam revelationem cognovit Deum esse unum, & trinum, possit invenire aliquid argumentum efficax ad evidenter, vel demonstrativè concludendum hoc mysterium. In qua re prima sententia affirmat. Pro qua referuntur Riccardus à S. Victore lib. 1. de Trinit. c. 4., & lib. 3. c. 5., & lib. 9. c. 1. Henricus quodlibet 8. q. 14., & Gerson. Alphabetto litt. H. Secunda extremè negat, sivè

sivè ante, sivè post revelationem, vel eadem supposita. Hanc Illustriss. Godoii hic §. 4. concl. 2. ait esse communem Theologorum, & in eo gradu certitudinis, ut opposita à pluribus censeatur hæretica, & ab omnibus saltē omninò indefensabilis indicetur.

Tertia, & media consentit priori, supposita sola assistentia, vel revelatione extrinseca, asserit tamen posse concedi homini viatori claram cognitionem Trinitatis, dummodo intellectus lumine supernaturali intrinsecè elevetur, & illustretur. Pro hac referuntur Cajet. 2. 2. q.171. ar.3., & 3. p. qu.11. ar.1. Cabrera ibidem, & favet ibi etiam M. Catalam dub. 3. Gonzales hìc sect.2., & alii recentiores, quam etiam tuetur Durand in. 3. dist. 23. q. 9.

§. I.

Præmittitur suppositum.

SUpponimus primò non posse hoc mysterium solo rationis naturalis ductu, sivè excluso quocunq. supernaturali lumine cognosci. Ità communiter Scholastici cum D. Tho. hic q.32. ar. 1., & in 1. dist.3. q.1. ar.4 & in 1. ad Hannib. dist.3.q.2. ar.1. Et prob. ratione ejus. Nam solo rationis naturalis ductu tantum cognoscitur Deus ex creaturis, sed nequeunt creaturæ nos ducere in cognitionem Dei, ut Trini excluso quocunq. superiori lumine, ergo. Prob. mi. quià solum possunt ducere in cognitionem illius, ut est causa earum; sed non ut Trinus, sed ut unus, idest non ratione prædicati relativi, sed absoluti est causa earum, ergo solo lumine naturæ non potest ex illis haberi cognitio hujus mysterii. Quod adeò certum aliqui existimant, ut oppositum sit error in fide. Quià aliàs Angelus cum naturaliter perfectissimè, & comprehensivè cognoscat naturales effectus posset naturaliter cognoscere Deum esse Trinum, quod ut erroneum reiicitur à Thologis.

Urg. hoc. Nam ut rectè ostendit D. Tho. hìc, Deum esse primam causam sivè naturalium, sivè supernaturalium affectuum per se convenit Deo ut uni, ut præintelligitur relationibus, quibus constituuntur Personæ, ergo per creaturas ut effectus procedentes à Deo ut prima causa nequit cognosci Deus ut trinus, sed tantum ut unus. Conseq. tenet, quià ex cognitione effectus ut affectus est, solum cognoscitur id, quod est per se illius causæ, sivè quod per se convenit huic, ut est causa illius. Ant.etiam est certū, quià relationes non sunt principiū producendi aliquid, & Divina virtus productiva rerū absoluta est, & ideò opera ad extra dicuntur indivisa, quià procedunt à Personis, non ut inter se distinctis, sed ut sunt unus Deus ejusdem essentiæ, & virtutis.

Hinc etiam infertur non solum non cognosci per illas ut procedunt ab eodem ut prima causa efficiente; sed neq. etiam ut ordinantur ad illum, ut ultimum finem si præcisè considerentur, ut sic procedunt, & ordinantur ad illum. Quià sicut primam causam efficientem per se respiciunt Deum ut unum præintellectum relationibus, ità eodem modo respiciunt eundem ut ultimum finem, quià ei per se convenit ratio ultimi finis, cui per se convenit ratio primi efficientis; nec minùs illa est ratio essentialis communis tribus, quàm ista. Itaq. relatio creaturarum ad Deum ut primum efficiens, & ultimum finem terminatur ad illum per se formaliter ut unum communem tribus Personis, secundario verò, & materialiter ad tres Personas æqualiter, quatenus sunt idem numero Deus. Cujus signum est, quià & si Deus per impossibile, ut Judæi ponunt, non esset trinus, sed unus tantum, eadem esset relatio ad Deum, ut ad causam efficientem, & finalem, unde eosdem effectus causare posset, & finalizare, quas modo causat, & finalizat. Quià ergo ad perfectam cognitionem relationis sufficit per se cognoscere terminum, quem per se formaliter respicit, ideo ex cognitione creaturarum non infertur cognitio Trinitatis Personarum, sed Dei ut communis tribus.

Quòd si dicas, Deum in re non distingui à Personis, unde non stat relationem creaturarum terminari in re per se primò ad Deum ut unum, & non terminari ad illum, ut trinum, & ideo ducere etiam in cognitionem Trinitatis: §. In contra est, quià ut per se primò terminetur ad Deum ut unum, & non ut trinū sufficit, quòd hic Deus virtualiter distinguatur à Personis, sicut sufficit ut dicebamus, realiter communicari naturam Filio non communicata paternitate; sed ut patet etiam ex dictis, hic Deus, utpotè importans quid absolutum, gaudet hac distinctione, ergò ex ejusdem relationis cognitione, cognosceretur solum ut unus, & non ut trinus.

Dixi loquendo etiam de affectibus supernaturalibus, si præcisè considerentur ut effectus procedentes à Deo, ut prima causa, vel ut ordinati ad ipsum, ut finē ultimum, quià licet admittatur possibile esse per aliquos effectus supernaturales non posse quiditativè cognosci, Deo non cognito, ut tri no, hoc tamen non habent, ut effectus prout sic considerati, sed quià secundum propriam rationem respiciunt Divinas Personas distinctè, vel ut objectum cognitum, (ut dicitur eas respicere visio beata,) vel ut terminum substantialem, ut eas respiceret humanitas, si à tribus personis assumeretur. De quo specialiter 3. p. ad prædictam q, 11.

Quòd si secundò rationi factæ dicas cum Scoto tantum concludi, quòd non possimus ratione naturali scientificè, vel demonstrativè cognoscere hujusmodi mysterium, quià nempè omnis scientifica cognitio naturalis de Deo, debet procedere ex effectibus, qui non sunt sufficientes ad ducendum in cognitionem Dei ut trini; non tamen quòd si Deus infundat nobis, vel Angelo speciem repræsentativam Trinitatis non possimus illud cognoscere simplici notitia. Existimat enim, (ut videre est apud ipsum) in 4.dist.43. q.2. saltem posse dari in Angelo speciem intrinsecè naturalem, per quam habeat evidentem cognitionem Trinitatis, quam vocat simplicem notitiam illius, de qua tamen subdit, esse extrinsecè supernaturalem, idest ex modo conferendi illam, quatenus non esset illi debita.

In contra hoc est. Nam talis species nec mediatè, nec immediatè repræsentat Trinitatem ergo nequit per illā cognosci. Ant. quoad 1.p. patet ex dictis supra de visione. Quoad 2. prob., quià illud creatum mediāte quo repræsentaret, aut esset ordinis naturalis, vel supernaturalis, sed neutrum deservire potest ad illam repræsentandam intellectui non elevato intrinsecè per aliquod lumen supernaturale ergo: mi. quoad 1. p. patet ex dictis, quià nullus effectus naturalis habet connexionem, vel proportionem cum Deo ut Trino ad illum prout sic repræsentandum. Quoad 2. verò prob. ex eadem improportione inter intellectum nudè sumptum, & speciem illam supernaturalem; nam sicut species naturalis ob improportionem cum ob-

acto supernaturali insufficiens est ad istud repræsentãdum, ita pariter vis intellectiva naturalis impotens erit ob eandem improportionem cum specie supernaturali ad intelligendum per illam objectum supernaturale, sive scientificè, sivè simplici notitia excluso omni lumine elevante, & proportionante illam.

Ex quibus omnibus formari potest ratio ad probandum universaliter de hoc mysterio, & cæteris gratiæ, & simul urgeri præcedens replica; nam istud mysterium (& sic de alijs) est omninò supernaturale, nec continetur in principiis causis, vel effectibus naturalibus, ergo nullum est medium, quo possit naturalis ratio sibi relicta ad illud pervenire, sive per simplicem notitiam, sivè scientificam, vel istud ostendere non solum quoad an est, sed neq. ut possibile. Unde Ambros. ad illud 1. Corint. 5. *Sapientiam in mysterio, quæ abscondita est*, subdit. *Abscondita est ergo Dei Sapientia dum non verbis, sed in virtute est, non humana ratione possibilis, sed Spiritus efficacia credibilis*. Hanc etiam veritatem probant, quæ 1.2. q.109., & 22.q.1. adduci solent ad probandum eadem supernaturalia mysteria non posse aliter attingi; præsertim ex Scripturis, & PP. testimoniis, de quibus videri possunt Interpretes ibidẽ & Cabrera 3.p.q.1.ad ar.1.disp.5. Valentia tom.4.q.1. punct.2. & alii recentiores in præsenti.

§. II.

Præfertur aliud suppositum.

SEcundò supponimus quòd licet sit supra, non tamen est hoc mysterium contra, vel rationi naturali contrarium. Tum generali ratione, quià ea, quæ pertinent ad ordinem gratiæ licet superent omnem vim intellectivam naturalem, non tamen destruunt, sed magis perficiunt illam; gratia enim non est ad destruendum, sed ad perficiendam naturam. Tum iterum generaliter. Nam verum vero non contradicit, sed hoc mysterium est verum, utpotè traditum per fidem, cui impossibile est subesse falsum etiam de potentia absoluta, cum impossibile sit Deum negare se ipsum, quippe non solum, quià verax est, sed etiam ipsa veritas, ergo non potest rationi naturali, quæ etiam est vera, repugnare.

Expl., & urg. hoc. Quod non repugnat vero, nec potest repugnare objectu rationis naturalis, cum illius objectum sit verum, utpote ejusdem perfectivum, sed quod non repugnat ejus objecto, non potest eidem repugnare; quod enim non repugnat perfectivo, nec potest repugnare perfectibili, ergo impossibile est de primo ad ultimum esse aliquam repugnantiam inter hoc mysterium, & rationem naturalem: §. Urg. ulteriùs. Non potest rationi naturali repugnare, quod non repugnat termino inclinationis naturæ, ut rationalis est, sed huic non repugnat hoc mysterium, ergo nec rationi naturali. Ma. constat quià natura ut rationalis non est ad aliquid sibi repugnans, ergo nec potest sibi repugnare, quod non repugnat termino suæ inclinationis, ut rationalis est. Unde ut infrà dicimus de vitiis, & peccatis ad q. 71. 1.2. in tantum peccatum repugnat naturæ rationali, quià repugnat termino naturalis inclinationis ejus, ut appetitiva est, & moraliter activa, scil. virtuti. Mi. vero prob. ex proximè dictis, nam terminus inclinationis naturæ ut rationalis est, sivè intellectiva, est verum, sicut terminus naturalis inclinationis ejus, ut appetitivæ est bonum, quidquid sit quòd sicut hæc quoad elicientiam, vel in exercitio potest ferri in malum, pariter illa possit assentiri falso, neutra tamen quoad sui naturalem inclinationem, vel secundum sui rationem formalem, qua respiciunt objectum sui specificativum, cum prout sic respicere nequeant nisi verum, & bonum ut latè alibi ostenditur in metaphysica. Sed hoc mysterium ut probatum est, non repugnat vero, ergo nec repugnat termino naturalis inclinationis.

Instas. Lumen naturale inclinat in principia, quibus repugnat hoc mysterium, ergo repugnat inclinationi ejus. Prob. ant., quià idem lumen inclinat in hæc duo principia scil. quæ sunt eadẽ uni tertio sunt idem inter se &c. Et impossibile est de eodem simul affirmari, & negari, sed hoc mysterium destruit utrumq. Primum quidem quià hìc syllogismus nihil valet. Pater est essentia Divina. Filius est essentia, ergo sunt inter se idem; præmissæ enim sunt veræ, & consequens falsum. Secundum verò, quià de eadem Divinitate dicitur, quod communicatur, & non communicatur, nam essentia Divina, & paternitas sunt in re idem, & tamen altera communicatur Filio, & altera non, ergo: §. Urg. hoc. Nam idem lumen pariter inclinat in objectum virtutis, à qua perficitur, sed istud quandoque est falsum, ut patet in opinione, quæ est virtus intellectus, & sæpè præbet assensum erroneum, vel falsum, ergo non semper natura rationalis inclinat ut talis in assensum, vel objectum verum, ac proinde potest hoc mysterium esse illi contrarium, vel subesse illius judicio falsũ, seù judicari ab illa impossibile.

Huic instantiæ patet ex superioribus falsum esse ant. Ad illius prob. neg. mi. Ad prob. annexam quoad priorẽ part., dico principium illud, quæ sunt eadẽ uni tertio &c. intelligendum esse, ut vidimus, quando sunt idem illi tertio, re, & ratione, non si solum re; distinctio enim rationis ratiocinatæ sufficit ad vincendam omnẽ contradictionem, imò etiam sola distinctio ratiocinantis sufficit ad idẽ ut explicatũ est. Vel etiã intelligitur ut dictũ est, quãdo non mutatur *quid* in *adaliquid*, sivè quando non fit transitus de absoluto in relativum, ut contingit in casu, unde immune relinquit idem principium, quidquid sit in creatis ob limitationem extremorum. Et per hæc etiam patet ad 2. part. Quià non est ibi affirmatio, & negatio secundum idem sub eadẽ indivisibili ratione absoluti, & relativi, sed tantũ quod communicatur sub priori, & non communicatur sub posteriori, quæ licet in re sint idem realiter formaliter, non tamen virtualiter, ut ostensum est.

Ad confirm. neg. mi. Ad prob. annexam de opinione nego suppositum illius, quòd illa sit virtus intellectus, ut declinat à vero, tunc enim cum non sit conformis rationi, nequit eam perficere, ut requiritur ad rationem virtutis: §. Quòd si instes in religione, quæ aliquando etiam ut virtus potest tendere in objectum falsum, ut ad hostiam adorandam in altari, quæ potest non esse consecrata, vel ex defectu intentionis Ministri, vel quià iste est fictus Minister ex defectu Ordinis: §. Resp. dist., & simul explico ant. in objectum falsum, speculativè, transeat, practicè, nego, quià cum practicè in illo actu adorationis innititur prudentiæ, vel ab illa iste reguletur, satis est ad veritatem talis objecti, & rectitudinem ejusdem actus, & virtutis, à qua procedit, quòd adoranti non constet de opposito, ut prudenter, & religiosè adoret, quidquid sit, quòd vitio alieno non sit consecrata. Non enim plus cognitionis requirit Deus ab homine, quàm patiatur humana fragilitas absq. fraude, ut scil. quod in se est dili-

diligenter facit, & consequenter, quòd talie cognitio sufficit homini, & ad vitandum peccatum aliunde quandoq. procedens, & ad salutam inde promerendam, si talis homo sit in gratia. Sicut à simili (& hoc obiter dixerim ad plures difficultates in materia probabilismi prudenter resolvandas) patet in Iudice, qui secundum allegata, & probata duorum, vel trium testium fideliter judicans, definitivamque sententiam absolutè proferens, & injustitiæ peccatum avitar, & existendo in gratia vitam æternam promeretur, etiam si testes revera falsum deposuissent, quià nempè in his ob præfatam nostrem fragilitatem plùe cognitionis à nobis non requirit Deus ad rectè procedendum, ut patet ex lege à se ipso tradita Deuter. 19. *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum*. Et testimonium duorum verum est. Jo. 8. Hocest testimonium duorum, vel trium debet esse verum, scil. in jure, vel varitate juris, esto in re, vel veritate facti possit esse falsum, quod sufficit ad rectitudinem hujusmodi actuum virtutis moralis, sivè justitiæ, sivè religionis &c. quæ innititur, vel regulatur secundum prudentiam. Sciebat enim Deus posse Sacerdotem, & similiter testes aliquando malitiosè procedere, ac proinde non tantum duos, vel tres, sed plures etiem posse mentire, & nihilominùs legem illam tulit hominibus, ut scil. demonstraret, se non quærere ab homine, ut dictum est, quàm patiatur ejus fragilitas, piè, ac fideliter procedens.

Ex quo obiter iterum inferimus primò, quàm odiosè, & immensum rigidè processerint, qui inter probabiles nec probabilissimam admittere volebant, & quam justissimè eorum propositionem percusserit Alex. 8. §. Secundò quàm temerè, ne dixerim impiè, unus ex eisdem ausus est censeri D. Thu. de errore, vel culpa veniali, quando docuit judicem teneri condemnare, quam privatim scit esse innocentem, sed reum in judicio probatum, dum in quodam sui opusculo contra hanc S. D. sententiam, supposito, quòd juri naturali adversetur, (quod tamen est falsum, cum jus naturale non dictet bonum privatum esse præferendum bono communi ab allagatis, & probatis in judicio pendenti, & non à privata scientia, ac proinde à judice ut persona publica, & ex debito, procedēte secundū scientiam publicam, non privatam, secundū quam posset corrumpere, & pervertere omne judicium contra idem commune bonum, ut facile consideranti constare poterit), inquit. *Si D. Tho. sic suam sententiam tradiderit securitatem dando, ad praxim ordinando &c. puto ego nec ipsum D. Tho. si tunc ab omni culpa excusaturum, ac dicturum potius cum Psalte regia*. Delicta quis intalligit? ab occultis mei munda me Domine, *quamvis certus sim, subdit non propterea eum de calo detrabendum, cum ad summum venialem tantum culpam in re illa ob scurissima admisisset, quàm facilè per pœnitentiam cum levioribus aliis diluisset*.

Sed mirum est hæc proferre non erubuisse de tanto Doct., tacitè illum de minori redarguendo intellectus perspicacia, quasi non potuerit rem hanc perfectè penetrare, qui tamen (ut ait Summus Pontifex) in omni ferè genere scientiarum extremas eorum difficultates adeò penetravit, ut absq. ullo prorsus errore exactissimè explanaverit. Et quamvis lex illa Divina respiciens ad fragilitatē humanam non videatur plenè urgere in Iudice privatim sciente accusati innocentiam, potissimùm tamen confirmat sententiā illius, si aliunde veritas ulla via innotescere non possit; tenetur enim post omnem adhibitam diligentiam veluti non habens talem notitiam, sequi dictamen legis obligantis illum ad judicandum secundum allegata & probata, cujus est executor ut persona publica, non ut privata. Unde Aug. citatus à D. Tho. 2. 2. q. 67. ar. 2. inquit. *Bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit, sed secundum leges, & iura pronunciat*. Quià nempe non judicat secundum propriam potestatem, sed sibi collatam à superiori secundum exigentiam legis. Sed detur venia huic brevi digressioni ad injustissimam injuriam repellendam, & pro immunitate non tantum nostri, sed etiam Ecclesiæ Doctoris, cujus Doctrinæ, vel ipse etiam scripto, erat summoperè adstrictus ad illam tuendam.

Adhuc tamen instas contrà solutionem ad præcedentem instantiam. Potest per nos mysterium Altaris, sivè hostiæ adorandæ, saltem per accidens, vel aliquando contrariari naturæ rationali, ut moraliter activa est, tendendo in objectum contrarium Religioni, sivè in cultum erroneum, ergo similiter præsens mysterium poterit aliquando eidem contrariari ut rationalis est, eliciendo saltem per accidens assensum erroneum de illo: §. Resp. neg. cons., quià mysterium istud nec speculativè, nec practicè potest eidem ut rationali esse contrarium, & ideo nunquam potest esse objectum falsi judicii illius, ut rationalis est, præsertim ut respicitur sub influxu, vel dictamine virtutis, quam specificat; imò nec prout sic potest habere tendentiam erroneam ad præcedens mysterium Altaris, nec ad aliud fidei Divinæ, sicut contingere potest respectu religionis ex vitio alieno, ut explicatum est: & disparitatem insinuet D. Tho. 22. q. 1. ar. 3. ad 4., ubi inquit: *Dicendum, quòd fides credentis non refertur ad has species panis, vel illas, sed ad hoc, quòd verum corpus sit sub speciebus panis sensibilis, quando rectè fuerit consecratum, undè si non sit rectè consecratum, fidei non suberit propter hoc, falsum*. Ità D. Tho. Relig. autem absolutè respicit illas, sivè hostiam adorandam, ut dictum est, nec plus cognitionis requiritur ad veritatem sui cultus, ut subtiliter etiam explicat ibidem M. Porrecta.

Quod clariùs quoque exprimit D. Tho. ad 1. tradens ulterius discrimen inter virtutes partis intellectivæ, & appetitivæ. *Dicendum* (inquit) *quòd quià verum est bonum intellectus, non autem est bonum appetitiva virtutis, ideo omnes virtutes, qua perficiunt intellectum excludunt totaliter falsum, quià de ratione virtutis est, quòd se habeat solum ad bonum. Virtutes autem perficientes partem appetitivam non excludunt totaliter falsum. Potest enim aliquis secundum justitiam, aut temperantiam agere habens aliquam falsam opinionem de eo, circa quod agit: & ita cum fides perficiat intellectum, spes autem, & charitas appetitivam partem, non est similis ratio de eis*. Ità iterum D. Tho. Nihilominùs quià sunt virtutes Theologicæ respicientes immediatè Deum, à quo solo specificantur, & in quo distinguuntur à cæteris inferioribus moralibus, qui solum in recto, vel immediatè respiciunt aliquid creatum, ut sui specificativum, ut Religio cultum Dei, non Deum in recto (& sic proportionabiliter de aliis) subdit. *Et tamen neque etiam spei subest falsum. Non enim aliquis sperat se habiturum vitam æternam secundum propriam potestatem, hoc enim esset præsumptionis; sed secundum auxilium gratia, in qua si perseveraverit, omninò & infallibiliter vitam æternam consequetur. Similiter etiam ad charitatem pertinet diligere Deum in quocunq. fuerit, unde non refert ad charitatem, utrum in ista sit Deus, qui propter Deum diligitur*. Ità D. Tho. quæ valdè notanda sunt ad plures difficultates tum in

in materia morum, tum mystica, & nedum fidei resolvendas, & ideò paulò prolixiùs exposita sunt.

§. III.

Statuitur 2. conclusio.

Supposita sola revelatione, vel extrinseca tantum assistentia fidei nequit homo, vel Angelus clarè cognoscere, vel evidenter demonstrare hujus mysterii existentiam. Sensus conclusionis est, quòd postquam homini, vel Angelo facta est revelatio per fidem, quòd Deus sit trinus, non possit solis suæ naturæ viribus clarè, vel evidenter cognoscere, aut demonstrare, quòd ita sit, sicut fides dictat. Sic explicate est D.Tho. hic q.32.ar.1.ad 2.,ubi expressè docet, quòd licet posita revelatione Trinitatis possit vis nostra intellectiva creata adducere rationes, quæ hujusmodi positioni congruant, non tamen,quæ sufficienter convincant Deum esse Trinum. *Dicendum* (inquit) *quòd ad aliquam rem dupliciter inducitur ratio. Uno modo ad probandum sufficienter aliquam radicem, sicut in scientia naturali inducitur ratio sufficiens ad probandum, quòd motus cœli semper sit uniformis velocitatis. Alio modo inducitur ratio, non quæ sufficienter probet radicem, sed quæ radice jam posita ostendat congruere consequentes effectus; sicut in Astrologia ponitur ratio excentricorũ & epyciclorum ex hoc, quòd hac positione facta possunt salvari apparentia sensibilia circa motus cælestes, non tamen ratio hæc est sufficienter probans, quia etiam fortè alia positione facta salvari possent. Primo ergo modo potest induci ratio ad probandum Deum esse unum, & simile. Sed secundo modo se habet ratio, quæ inducitur ad manifestationem Trinitatis, quià scil. Trinitate posita congruunt hujusmodi rationes; non tamen ita quòd per has rationes sufficienter probetur Trinitas personarum.*

Quod deinde exemplificat, & simul probat præoccupans aliquas objectiones contrariorum. *Et hoc patet per singula.* (subdit) *Bonitas enim infinita Dei,manifestatur etiam in productione creaturarum, quia infinitæ virtutis est ex nihilo producere. Non enim oportet* (id est quòd non tamen oportet) *si infinita bonitate se communicat, quòd aliquid infinitum à Deo procedat, sed secundum modum suum recipiat Divinam bonitatem, Similiter etiam* (idest ità similiter) *quod dicitur, quòd sine consortio non potest esse jucunda possessio alicujus boni locum habet, quando in una persona non invenitur perfecta bonitas, unde indiget ad plenam jucunditatis bonitatem bono alicujus alterius consociati sibi.* Ità D. Tho. quibus manifestè ostendit hujusmodi rationes posita Trinitate, vel sola supposita revelatione congruenter tantum, non clarè, & evidenter posse conducere ad notitiam hujus mysterii.

Ex his, & ratione qua suprà prob.secundò. Nam posita sola revelatione intrinsecè adhuc vis naturalis manet insufficiens ad talem cognitionem eliciendam, ergo non sufficit sola eadem revelatio ad illam. Prob. ant. Tum quià virtus naturalis sibi relicta solum à posteriori, vel ex creaturis, ut effectibus procedit ad cognitionem Dei, cum ad illius cognitionem à priori impossibile sit pervenire posse, sed soli Deo perfectissimè,vel comprehensivè cognoscenti se ipsum hujusmodi cognitio reservetur; sed ex illis præcisè ut talibus, sivè ut ab illo effectivè procedunt, sivè etiam, ut ad finem ultimum ordinantur,nequit habere clarã, vel evidentem cognitionem illius, ut trini, ut probatum est ob defectum necessariæ connexionis, vel dependentiæ ab illo ut trino, sivè naturales, sivè supernaturales sint, & cogniti per fidem, cum hæc non det illis talem connexionem, & dependentiam ab illo prout sic, sed relinquat illos in sola sui naturali dependentia, vel connexione cum eodem ut communi tribus Personis, ergo etiam supposita revelatione manet insufficiens ad evidentiam illius ut trini: §. Dicimus iterum si considerentur ut effectivè procedunt, vel ordinantur ad illum, ut ad finem ultimum, nam de illis ut relatis ad eundem ut ad objectum specificativum, vel ut ad terminũ unionis hypostaticæ dicemus infrà.

Secundò prob. idem ant., & urg. præcedens ratio. Nã clara, & evidens cognitio hujus mysterii debet esse intrinsecè supernaturalis,sed vis naturalis sibi relicta est omninò insufficiens ad hanc eliciendam sola etiam supposita fide, vel assistentia tantum extrinseca Divinæ revelationis, ergo hac etiam supposita nequit clarè, vel evidenter cognoscere illum, nam clara, & evidens cognitio hujus mysterii, (& idem similiter est de aliis mysteriis gratiæ) est supra omnem vim naturæ sibi relictæ, aliàs etiam ante revelationem solo lumine naturæ posset sic clarè,vel evidenter cognosci. Mi. prob. quià sola fides, vel assistentia extrinseca revelationis, vel alterius luminis non dat intrinsecè vires naturæ, vel intellectui, sed tantum illuminat extrinsecè, vel ex parte objecti, ergo si semel est ex se intrinsecè impotens, vel insufficiens ad elicientiam talis cognitionis solo extrinseco lumine superaddito quamlibet supernaturali, perinde se habebit, ac potentia visiva ad videndum objectum excedens virtutem sui naturalem, sola supposita ejus illuminatione extrinseca. Qua ratione in simili dicebamus de voluntate create, non posse per solam assistentiam extrinsecam Dei peccati ad dandum auxilium elicere actionem supernaturalem,quià per illam nil recipit intrinsecè, quo constituatur potens, vel potentior ad illam eliciendam, unde si semel est impotens anteq. Deus intelligatur sic tantum extrinsecè assistens, pariter manet impotens post talem assistantiam, & solum hæc juvare poterit ne dicatur actio ut sic dicamus, quantum est ex parte sui, impossibilis, non tamen ex parte voluntatis nihil recipientis intrinsecè sub sola eadem assistentia extrinseca.§.Dices utriq.præcedenti probationi non esse necessariam intrinsecam assistentiam superioris luminis dantis vires ad eliciendum supernaturalem cognitionem, per quam clarè, & evidenter attingat hujusmodi mysterium, sed satis esse lumini naturali extrinsecam directivam, quod præstat fides, vel lumen Divinæ revelationis, unde licet talis cognitio non sit supernaturalis elicitivè utpote elicita à solo eodem naturali lumine, est tamen supernaturalis directivè, sivè directa à superiori supernaturali, nam licet istud, cui conjungitur naturale non eliciat talem cognitionem, dirigit tamen illam, & firmat animum, vel intellectum ad illam, & ità saltem directivè ad talem cognitionem concurrit, sicut in simili dicitur in logicis, quòd licet ens rationis, vel secunda intentio intrinsecè non inhæreat intellectui, nec elicitivè concurrat cum illo ad cognitionem scientificam, quià tamen per modum regulæ,vel formæ syllogisticæ dirigit illum ne erret in tali cognitione, ab illo solo elicitur etiã si non det illi vires ad illam eliciendam unde sufficit eidem hæc directio ad habendam claram, & evidentem cognitionem objecti, ad quod per illam dirigitur.

Sed hæc solutio præoccupatur argumento facto, unde impugnatur sic. Talis cognitio supposita sola directio-

tectione extrinseca adhuc est purè, vel entitativè naturalis, cum sit elicita solo lumine naturæ sibi relicto, vel non elevato intrinsecè per aliquod superius lumen intrinsecè receptum, ut suppono, ergo sicut ante directionem nequit esse clara, & evidens cognitio ejusdem mysterii, nec potest esse post illam: vel sicut ante illam sola vis naturalis nequit clarè, & evidenter cognoscere illud, nec poterit post illam. Prob. conſ. quià ut dictum est, si nihil intrinsecè recipitur, quo constituatur potens, vel potentior intrinsecè, manet cum intrinseca impotentia, non enim pura assistentia extrinseca extrahit illam à propriis limitibus puri luminis naturalis, unde solum posset juvare supponendo vires in illa, ut iterum patet in eadem potentia visiva, in qua nisi supponantur vires ad videndum objectum illuminatum per lucem solis, sicut nequit ante istam videre illud, nec potest post illam etiam illuminationem. Utrobiq. enim est veluti de subjecto non supponente talis illuminatiu, vel directio ex parte potentiæ, non suppositis viribus in illa:

Secundò impug., & urg. præcedens replica. Talis cognitio esset, & non esset elicitivè supernaturalis, ergo est implicatoria. Ant. quoad 2. p. constat ex superiori: quoad 1. prob. Actio specificative tendens ad objectum supernaturale non solum est, imò est necessarium quòd sit elicitivè supernaturalis, sed talis actio præsertim si est clara, & evidens cognitio hujus mysterii, specificativè tendit ad objectum supernaturale, cum idem mysterium sit supremum in ordine supernaturali, & veluti fons cæterorum in illo, nec habet aliud prout sic specificativum, ergo est, imo debet esse elicitivè supernaturalis. Prob. ma. Nam supernaturalitas conveniens specificativè ex objecto est necessarium, quòd elicitivè conveniat illi ex principio sui effectivo, ut patet inductivè, & ex dictis in proœmialibus tom. 1. Et per hæc patet ad id de ente rationis cum non sit ibi talis excessus.

Tertiò, & iterum urg. utraq. superior replica. Nam quòd fides dictet Deum esse Trinū & unum, infert tantum, quòd lumen naturale firmetur, & certius fiat de hac eadem veritate, non tamen elevat, nec dat vires lumini naturali, ut quærat, & inveniat medium manifestativum illius, sed relinquit illud in sue vi naturali, cum intrinsecè non afficiat; sed vis naturalis sibi relicta non est sufficiens ad inveniendum tale medium, ergo, Prob. mi., quià medium, cui innititur hæc veritas scil. quòd Deus sit trinus & unus, est supernaturale, cum in nullo naturali principio contineatur, nec connectatur talis veritas cum illo, medium autem manifestativum alicujus veritatis, & præcipnè clarè & evidenter, debet esse proportionatum cum illa, ergo vis naturalis non est sufficiens ad illud inveniendum.

Secundò etiam prob. principaliter concl., & urg. etiam præcedens replica. Lumen naturale nudè sumptum, vel intrinsecè destitutum omni supernaturali lumine non potest per solam fidem uti effectibus creatis, sive naturalibus, sivè supernaturalibus ad indagandum, & clarè cognoscendū illud, ergo est insufficiens etiam supposita fide ad habendam hanc cognitionem illius, conſ. tenet, & ant. quoad 1. p. de naturalibus constat ex dictis, & quià etiam, ut insinuavimus, cum sit supremi, vel altissimi ordinis solum participatur ab aliquibus effectibus supernaturalibus: quoad 2. verò prob., cognitio, quæ habetur ex principiis supernaturalibus est necessariò supernaturalis, sed lumen naturale nudè sumptum, ut probatum est, nequit elicere cognitionem, vel demonstrationem supernaturalem; ergo neq. ex supernaturalibus sic nudè sumptum, vel sibi relictum potest pervenire ad claram, & evidentem notitiam illius etiam supposita fide.

Urg. hoc. Nam admisso etiam, quòd posset uti illis ut sibi traditis per fidem, adhuc non posset prout sic ad claram mysterii notitiam pervenire, ergo. Prob. ant. quià ex illis sic cognitis procederet ex per se obscuris, sivè ex præmissis per solam fidem cognitis, ergo non posset ex illis prout sic tantum cognitis deducere claram, & evidentem notitiā illius: conſ. tenet, nam ubi præmissæ sunt per se obscuræ, sivè per lumen obscurum tantum cognitæ, nequit conclusio esse evidens, ac proindè sine omni alio lumine intrinseco, sola supposita fide non poterit nunquam clarè, & evidenter cognoscere illud.

§. IV.

Solvuntur argumenta contra præcedentem conclusionem.

PRimò arg. ex Ricardo à S. Victore. Omissis aliis ex Raymundo Lullo, quippe ex dictis, & adhuc ex dicendis facilè solvendis. Lumen naturale supposita fide hujus mysterii per discursum naturalem cognoscit evidenter in omni creatura reperiri vestigia Trinitatis, & cognoscit creaturas intellectuales esse imagines illius, ergo ex his potest evidenter inferri dari Trinitatem in Deo.

Secundò. Lumine naturali cognoscitur, quòd productio verbi, & amoris pertinet ad perfectionem naturæ intellectualis, & quòd hujus naturæ autor sit Deus, ergo eodem lumine inferri potest, quòd hæc fœcunditas, sivè productio conveniat Deo ad intra: conſ. tenet, quià Deo tribuenda est omnis perfectio conveniens eidem naturæ.

Tertiò: naturaliter à nobis cognoscitur, quòd Deus est summum bonum, & quòd de ratione summi boni est, quòd se infinitè communicet; & etiam naturaliter cognoscitur, quod ad extrà nequit infinitè communicari, aliàs daretur ad extra infinitum in actu, quod lumen naturale judicat impossibile, cum creatura in omni sui prædicato sit simpliciter, vel essentialiter quid finitum, utpotè limitata participatio Dei. Tum quià ut in superioribus ostensum est, infinitas simpliciter, vel perfectiones, quæ in suo conceptu formali includunt infinitatē nequeunt creaturis communicari, ergo ex his potest vis naturalis inferre, quòd Deus ad intra se infinitè communicet aliis personis intrà lineā intellectualem, ac proinde per cognitionem productivā Verbi, & per volitionem productivam impulsus; seu termini spirati, vel Spiritus S.

Quartò. Quià etiam lumine naturali cognoscimus Deum in se ipso independenter ab omni creatura esse perfectè beatum, sed eodem lumine scimus ad perfectam beatitudinem requiri amicitiam, & societatem multorum, ergo supposita fide potest idem lumen se extendere ad Trinitatem Personarum: §. Urg. hoc. Quià eodem lumine cognoscimus, quòd Deus summè, vel comprehensivè cognoscit, & amet se ipsum, sed ec m pariter cognoscimus, quòd comprehensiva cognitio, & summus amor debet se extendere ad omne cognoscibile, & amabile in objecto contentum, ergo habita notitia Trinitatis per fidem poterit pervenire ad utramq. terminum productum.

Sed hæc omnia facilè ex dictis solvi possunt. Unde ad 1. dist. ant. quoad utranq. part. quoad 1. Reperiri vesti-

vestigia Trinitatis, quantum ad propria Personarum neg., quantum ad attributa communia, quæ attribuuntur Personis, ut sunt bonitas, sapientia, & potentia, conc. Ex quo solum infertur, quòd per creaturas solum cognoscat Deum, ut unum, non verò ut Trinum: §. Deinde quoad 2. esse Imagines Trinitatis, respectivè, vel ut Imagines illius sunt, neg., absolutè, vel ut solum referuntur ad Deum, ut unum, conc., & neg. cons., nam priori modo solum cognosci possunt per fidem, nam in ratione effectus, secundum quòd ex illis procedimus ad cognitionem Dei cum non habeant connexionem, nec dependentiam ab illo ut Trino, impossibile est, quòd prout sic cognoscantur formaliter in ratione Imaginis, vel cum relatione ad illum ut Trinum. Quòd si fides dictat animam rationalem esse Trinitatis Imaginem, tunc poterit formari ratio probativa Trinitatis quoad an est, non quæ sit evidens, sed tantum quòd sit demonstratio theologica sic: fides dictat animam rationalem esse Imaginem Trinitatis, ergo datur Trinitas. Verum de hac ratione Theologice non procedit difficultas, quià cum hæc procedat ex fide præmissæ, vel antecedentis, non demonstrat evidenter aneſt Trinitatis. Tum quià illatio ex præmissa, vel antec. de fide non est purè naturalis, ut dictum est, & de qua est quæstio, sed magis supernaturalis, unde difficultas procedit, an supposita fide, vel concomitanter, aut directivè tantum se habente, possit sola vis naturalis elicere clarem, & evidentem cognitionem, vel probationem hujus mysterii, quod judicamus impossibile, ut probatum est: §. Præterquam quòd ex eo quòd in anima rationali sit aliqua imago Illus, quatenus sunt tres potentiæ in illa, non tamen sufficiens est ad dandam evidentem ejusdẽ cognitionem, quià sicut sunt realiter distinctæ inter se, pariter distinguuntur realiter ab illa, quod tamen negatur de Personis respectu essentiæ, unde hujusmodi exempla juvant quidem ad declarandum aliqualiter rudibus hoc mysterium, non tamen ad habendam claram notitiam illius.

Ex his ad 2. dist. ant., pertinet ad perfectionem naturæ intellectualis, admixtam in nobis maximæ imperfectioni, conc., depuratæ ab illa, neg., quià in nobis ut dictum est, est ex indigentia, in Deo autem ex summa fœcunditate, & ideò ex nostra inferre nequit illam Dei, scil. clarè, & evidenter. Tum quià ut etiam patet ex dictis, in Deo ad differentiam creaturæ, idem est intelligens, intelligere, & intellectum, amans, amare, & amatum, unde non potest cogi ratio ad inferendum, quòd Deus intelligendo, & amando producat in se aliquod realiter distinctum, sicut homo & Angelus.

Ad 3. dist. ant. Quòd infinitè se communicet ex parte modi communicandi, vel secundum capacitatem, sivè quantitatem, & qualitatem recipientis, conc., ex parte rei communicatæ, perveniendo ad recipiens capax infinitæ bonitatis communicandæ, neg. Unde cum nullum videat in creaturis recipiens cum hac infinita capacitate, ut etiam insinuat argumentum, non potest ullo modo ex sola naturali cognitione earum inferre præfatam communicationem ad intra, nisi purè conjecturaliter, vel in confuso, non clarè, & distinctè, ut docet fides, nam licet si fiat ad intra, fiat non solum infinitè ex parte modi, sicut semper procedit Deus, sivè ad intra, sivè ad extra, sed etiam ex parte rei communicatæ; hoc tamen posterius sola fides docet, quæ ponit Filium, & Spiritum S. esse bonitatis infinitæ cum Patre, à quo illam accipiunt, unde ex hoc principio non possumus naturaliter demonstrare hoc mysterium; præsertim ut dicebamus, cum in una tantum Persone salvetur eadem infinita bonitas sine indigentia illam communicandi alteri: §. Et per hæc etiam patet ad ultimam, quià ut ait D. Tho. hic ar. 2. ad 2. tunc requiritur societas ad perfectam beatitudinem, quando in una persona non habetur perfecta bonitas, unde indiget ad plenam jucunditatis bonitatem bono alterius sibi consociati, qua ratione in simili infrà q. 103. ar. 3. ad 3. explicans illud Ecclesiast. 4. *Melius est simul esse duos, quàm unum &c.* inquit, *quòd in particularibus bonis duo meliora sunt, quàm unum, sed ei quod est essentialiter bonum, non potest fieri aliqua additio bonitatis.* Per quod etiam patet ad confirm., nam licet cognoscatur Deum esse summè cognoscitivum, & comprehensivũ sui, & summè etiam amare se ipsum, tamen eo ipso, quòd in una tantum persone sit plena cognoscibilitas, & amabilitas, sivè plena bonitas, non potest ex hoc evidenter inferre, quòd sint in illo plura cognoscibilia, & amabilia personaliter distincta, ad quæ ejus cognitio, & amor quamlibet infinitus, vel comprehensivus debeat se extendere, in quo consistit præsens mysterium.

Sed instas contra hanc, & superiores solutiones: Lumine naturali cognoscimus in Deo esse omnem perfectionem simpliciter simplicem, cum cognoscamus esse summè perfectum, sed utraq. communicatio, vel productio, scil. generatio, & spiratio est perfectio simpliciter simplex, ergo eodem lumine manifestum erit infinitam ejus bonitatem, sivè cognoscibilitatem, & amabilitatem esse ad intrà communicabilem pluribus per utramq. productionem: §. Secundò. Nam quia communicatio finita ad extra est conformis bono finito, naturaliter illam cognoscimus per evidentem discursum non solum ex parte modi communicandi, sed etiam ex parte rei communicatæ, sed non minùs erit conformis ad intra bono infinito communicatio infinita, ergo non solum poterit similiter cognosci ex parte modi, sed etiam ex parte rei communicatæ.

Ad 1. dist. ma. ut suprà, omnem perfectionem, omnibus communem ut sunt sapientia, bonitas &c. conc., quæ sunt propriè Personarum, vel quæ apparere solum possunt intra propriam earum lineam, nego, nam istæ, ut dictum est, solum per fidem innotescere possunt, quamvis enim generatio, vel spiratio sint perfectio simpliciter simplex, quòd tamen contingant sine Divisione naturæ, ut sunt in Deo, nullus intellectus creatus ex vi sui luminis evidẽter id attingere potest, cum potiùs in creatis oppositum contingat in productione, scil generatione viventium, scil. cum naturæ divisione, unde magis est dissimilitudo inter utramq. generationem, quàm similitudo conducens ad demonstrandum illam ad intrà.

Ad 2. dist. ma., quià est conformis, non solum in se, vel in re ipsa, sed etiam quoad nos, conc., præcisè in se, neg., & dist. mi., est conformis tantum in se, vel in re, conc., quoad nos, nego, quià hæc conformitas, quæ est ex parte rei communicatæ, in communicatione ad intrà superat omne lumen naturale sibi relictum ut probatum est. Unde dictum illud, quod refertur ex Trismegisto, nempè quòd *monas monadem genuit, & in se suum reflexit ardorem*, dicit hic D. Th. ar. 1. ad 1. in fine *non esse referendum ad productionem Filii, vel processionem Spiritus S., sed ad productionem mundi. Nam unus Deus produxit unum mundum propter sui ipsius amorem*: §. Similiter etiam quod dicitur ex gloss. Rom. 1., & Exod. 7. de Magis Pharaonis, quòd defe-

defecerunt in tertio signo, idest in notitia tertiæ personæ, scil. Spiritus S., ac proinde, quòd saltem cognovarint duas personas, explicat ibidem S. D. quòd *defecerunt in tertio signo, idest in cognitione tertiæ personæ, quià à bonitate, quæ Spiritui S. appropriatur, deviaverunt, dum cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, ut dicitur Rom.*1. Ex quo non infertur, quòd cognovarint Personas, quibus communia appropriantur, ac proinde nec mysterium constitutum ex illis. Quòd si de his aliqua dixisse inveniantur antiqui Philosophi, ex Hebræorum Prophetis mutuati commemoravarunt, sed nō accuratè intellexerunt, ut ait Justinus Apologia 2. pro Christianis, & tradit etiam D.Tho. in 1.dist.3.q.1. ar.4. ubi ait *Dicendum, quòd per naturalem rationem non potest perveniri in cognitionem Trinitatis Personarum, & ideò Philosophi, nihil de hoc sciverunt, nisi fortè per revelationem, vel auditum ab aliis. Undè nec etiam,* (ut ait ad 4.) *pervenerunt ad appropriata in quantum appropriata sunt, quià sic eorum cognitio dependeret ex propriis, sed in quantum sunt attributa Divinæ naturæ,* scil. *cognoscentes potentiam, sapientiam, bonitatem &c.*, ut dicit in fine corp.

Quòd si iterum objicias hinc sequi, quòd cognoscant etiam, ut appropriata, quià potentia appropriatur Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui S., non potest autem cognosci prædicatum commune appropriatum alicui non cognito subjecto, cui appropriatur ergo: §. Resp. ut supra, & ex D. Thom. ibidem, neg. sequelam. Ad prob: annexam dist., si cognoscatur secundum ratione appropriationis, transeat, vel conc., si sub alio distincto respectu, nego. Prædicta autem attributa non cognoscuntur per rationem naturalem, secundum quòd appropriantur ad intra, sed tantum per respectum ad creaturas, & prout sic, ut ait in eodem corp., pertinent ad essentiam, & non ad Personas. Et quamvis bonitas Divina maximè etiam reluceat ad extra in ordine, & opera supernaturali incarnationis, & redemptionis, quod attribuitur Spiritui S., non tamen, ut subdit ad idem 4., cognoverunt illam, quantū ad hunc potissimum effectum ipsius; unde nec tantum intendarunt venerationi bonitatis Divinæ, quam etiam non imitabantur, sicut venerati sunt potentiam, & sapientiam.

Idem repetit ad Hannibal. eodem lib., & dist. q.2. ar.2., ubi etiam hanc rem magis explicat. *Philosophi* (inquit) *non potuerunt devenire per creaturas ad cognitionem Personarum quantum ad propria, devenerunt tamen quantum ad appropriata. Cognoverunt enim in Deo potentiam, sapientiam, & bonitatem, non tamen Patrem, Filium, & Spiritum S. Et ratio hujus est, quià Deus non habet respectum causæ ad creaturas ratione propriorum, sed ratione appropriatorum, & ideò in cognitionem Dei, quantum ad apropriata devenerunt Philosophi per creaturas, sicut ex effectibus in causam, non autem quantum ad propria. Ratio hujus est, quià tantum cognoscitur de unaquaque re, quantum, vel ad quantum se extendit medium, per quod cognoscitur. Creaturæ autem fuerunt medium, per quod Philosophi in cognitionem creatoris devenerunt. Hoc autem medium, deficiens est, & imperfectè Deum repræsentans. Potuerunt tamen devenire per revelationem à Deo, sivè à Dæmone factam, sivè per doctrinam alterius, sicut dicitur Plato legiße libros legis, & Propetarum, per quos aliqualem cognitionem Trinitatis habere potuit.*

Quod explicans hic ad 1. art. 1. inquit. *Quià Platonici ponebant unum primum ens, quod etiam dicebant esse Patrem totius universitatis rerum, consequenter ponebant aliam substantiam sub eo, quam vocabant mentem, vel paternum intellectum, in qua erant rationes omnium rerum, sicut Macrobius recitat super somnium Scipionis. Non autem ponebant aliquam tertiam substantiam separatam, quæ videretur Spiritui S. respondere. Sic autem Nos non ponimus Patrem, & Filium secundum substantiam differentes, sed fuit error Origenis, & Arrii sequentium Platonicos*: §. Hinc etiam explicat illum ternarium numerum Aristot. in princ. cœ. & mu. dum ait. *Et per hunc quidem numerum, scil. ternarium adhibimus nos ipsos magnificare Deum unum, eminentem proprietatibus eorum, quæ creata sunt*. Subdit D. Thom. ibidem ad Hannib. ad 1. *Quòd non intendit Philos. Trinitatem Personarum in Deo ponere, sed quià in omnibus creaturis apparet perfectio in ternario, scil. in principio, medio, & fine, ideo secundum Comm. antiqui honorabant eum Sacrificiis, & orationibus triplicatis*. Sed de Phil. etiam legisse Sac. Scripturam patet ex eo, quòd lecto libro Genesis, de Moyse ejus auctore fertur dixisse. *Pulchra profectò scribit hic Barbarus, si ea probaret.* De Pythagora etiam, & Appollonio idē refert D. Hieron., & certum est quoq. de aliis, si quæ dixerint de hoc mysterio. Quamvis, ut advertit D. Aug., lib.13. contra Faustum, aliquid quidem valere possunt ad Paganorum vanitatē revincendam, non tamen ad eorum authoritatem amplectendam, quià sæpè falsa veris immiscent, & zizaniā tritico, sicut mos est etiam apud hæreticos ad decipiendum rudes, & imperitos.

Secundò arg. Per lumen naturale, ut communiter fatemur, cognoscitur evidenter, vel demonstrativè Deus, ut unus, ergo etiam cognosci potest eodem modo, ut trinus. Prob. cons., quià non minùs Deus est supernaturalis, ut unus, quàm ut trinus, cum in se sit adæquatè de ordine supernaturali, & solum dicatur pertinere ad ordinem naturalem secundum quòd est principium effectuum naturalium, ut alibi explicatum est, ergo si naturali lumine cognoscitur evidenter ut unus, cognosci etiam poterit ut trinus: §. Dices, neg. cons., ad ejus prob. dist. ant. non minùs &c. in se, vel materialiter, & entitativè, conc., formaliter, & in ratione cognoscibilis quoad nos; neg., quià ut suprà dictum est, & proximè ex D. Tho., cum à nobis modo in via cognoscatur lumine naturali ex visione effectuum naturalium, qui solum connectuntur, & dependent ab illo ut uno, & non ut trino, solum per idem lumen pervenire possumus ad illum, ut unum, & non ut trinum.

Sed contra hoc est. Quià intelligibilitas, vel cognoscibilitas sequitur ad entitatem, ergo si ut unus non minùs supernaturalis est, quàm ut trinus, si semel per lumen naturale cognoscitur ut unus, cognosci etiā poterit ut trinus: §. Resp. dist. ant. ex dictis in logicis de ente rationis, & suprà etiam de visione. Sequitur entitatem, utcunq., vel materialiter sumptam, neg., formaliter, vel ut connexam cum illo, in quo, vel ex quo, aut à quo conc., quià ut vidimus, ex D. Th. cum medium in quo, vel ex quo cognoscitur Deus per prædictum lumen à nostro intellectu sit creatura ut tantum connexa cum illo, ut uno, non ut trino, solum ut unus cognosci potest à nobis eodem lumine, non ut trino. Unde non debet commensurari cognoscibilitas objecti cum illius entitate materialiter, sed formaliter juxta meritum connexionis utriusq., vel ut est nata attingi ab eodem lumine, scil. mediatè, sive per medium creaturarum, ut in simili de ente, objecto Metaphysicæ ibidem de visione explicatum

est, quod licet in ratione entis sit analogum, in ratione tamen objecti, sivè ut natum est attingi ab eadem scientia dicitur quid univocum, sivè inspecificando illam, nempè ut fundet relationem rationis mensuræ ad mensurabile, unde prout sic potest specificare scientiam, unam specificè. Similiter ens rationis licet sit ens secundum quid, quià tamen est simpliciter connexum cum suis passionibus, est simpliciter scibile, unde attendendum est in his meritum connexionis, non præcisè entitatis; præsertim quando non est cognitio immediata objecti, ut est in se, ut contingit in Patria, sed mediata tantum ut in casu.

Secundò ad arg. principale disting., & explico simul ant. ex D. Tho. de verit. q. 14. ar. 9. ad 8. Per lumen naturale cognoscitur Deus, ut unus, præcisè quoad unitatem, secundum quam est quid præsuppositum ad articulos fidei, conc., prout conjunctam cum aliis attributis, secundum quam constituit specialem fidei articulum, neg. Dupliciter ergo cognosci potest Deus, ut unus. Primò secundum præcisam unitatem essentiæ, & hoc modo demonstrari potest à Philosopho. Secundò, ut conjungitur cum aliis attributis, Omnipotentia, providentia &c. & tunc pertinet ad lumen fidei. Dicendum (inquit D. Tho.) Deum esse unum prout demonstratum, non dicitur articulus fidei, sed præsuppositum ad articulos, cognitio enim fidei præsupponit cognitionem naturalem, sicut & gratia naturam. Sed unitas Divinæ essentiæ, talis qualis ponitur à fidelibus, scil. cum omnipotentia, & omnium providentia, & aliis hujusmodi, quæ probari nō possunt, articulū fidei *constituit*. Ita D. Tho., unde prout sic excedit lumen naturale, & consequenter à fortiori præsens mysterium, quod est supremum inter cætera fidei.

Tertiò arg. lumen naturale ex conjunctione ad supernaturale necessariò perficitur, sicut natura per gratiam, & in universum quodlibet inferius ex conjunctione ad suum superius, ut patet in aliis inductivè, ergo lumen naturale intellectus ex conjunctione cum lumine fidei facta revelatione mysterii Trinitatis poterit ad illud evidenter pervenire. Prob. cons., quià perficitur in ordine ad id, quod sibi revelatur, in ordine enim ad naturalia per virtutem propriam potest ad illa pervenire, cum sint objectum illius proportionatum, & præsertim loquendo de intellectu angelico, qui est omnium entium naturalium comprehensivus, ergo si perficitur per lumen fidei, sive Divinæ revelationis, debet perfici respectu mysterii revelati.

Ad hoc dist. ant. Perficitur intra proprios limites, conc., extra, & in ordine ad supernaturalia, itàut valeat per virtutem propriam non elevatam, sivè sola supposita assistentia extrinseca fidei, evidenter cognoscere, vel demonstrare illa, neg. ant., quià hæc sine elevatione intrinseca cum sola assistentia extrinseca saltem de lege ordinaria, clarè, vel evidenter attingi non possunt per solas vires naturæ, aliàs non excederent illas, quod est alienū. Hinc etiā neg. cons., ad prob. dist. eodem modo, itàut per solas vires proprias possit illud sic attingere, neg., itàut possit aliquam theologicam demonstrationem conficere assumpta aliqua de fide sibi revelata, & altera lumine naturali nota, ut proximè, & in superioribus explicatum est, conc., sed de hac ut dicebamus, non est modo quæstio, neque etiam prout sic procederet per solum lumen naturæ, sed elevatum intrinsecè per supernaturale theologicum, ut etiam declaratum est. §. Ad prob. verò annexam (quæ potest esse replica) quòd nempe in ordine ad naturalia perfici nequeat, cum sint objectum illius proportionatum, dist., & explico ex D. Tho. supra q. 1. ar. 1., sunt objectum proportionatum, & attingibile semper, vel longo tempore sine omni errore, neg. cum aliquo errore, conc. *Adea etiam* (inquit D. Tho.) *quæ de Deo ratione humana investigari possunt necessarium fuit hominem instrui revelatione Divina, quià veritas de Deo per rationem investigata à paucis, & per longum tempus, & cum admixtione multorum errorum homini proveniret: à cujus tamen veritatis cognitione dependet tota hominis salus, quæ in Deo est* (ut patet in solutione præcedentis argumenti ex eodem de præambulis ad fidem, ut Deum esse &c.) *Ut igitur* (concludit) *salus hominibus, & convenientiùs, & certiùs proveniat, necessarium fuit præter philosophicas disciplinas, quæ per rationem investigantur, sacram doctrinam per revelationem haberi*. Ità D. Tho.

Ex his etiam colligi potest, quarè intellectus creatus post revelationem potest fide naturali, & humana credere præsens mysterium, non verò ante illam, sed nullo modo etiam post illam demonstrari sola vi naturali. Primum quidem, quià cum fides humana innitatur testimonio humano, sive creato, & fallibili, & istud haberi possit post revelationem illius, & non antea, ideò post illam, & non antea potest eadem naturali fide, & humana credi, & non antea. Hinc etiam infertur secundum, quià demonstratio naturalis debet inniti necessariæ, & formali connexioni principiorum naturalium cum objecto demonstrato. Hæc autem non datur nec ante, nec post revelationem cum hoc mysterio, ut constat ex dictis.

Secundò etiam colligitur, quarè post revelationem, & non antea dari possunt rationes naturales, & congruentiæ probabiles, quibus idem noster intellectus moveatur ad dandū assensum quidē mysterio naturalem, & probabilem, licet nunquam iterum ratio naturalis demonstrativa ob defectum scil. connexionis necessariæ, ut dictum est. Primum verò, quià ratio naturalis probabilis, & congruentialis, sicut & assensus illis innixus ante revelationem non erat impossibilis intrinsecè, ut late constat ex dictis supra de visione ad ar. 1., & 3. p. q. 8. ar. 1., sed tantū extrinsecè, scil. ob extrinseca impedimenta, nempe tum ex defectu apprehensionis terminorum, cum intra purum lumen rationis naturalis cadere non possit apprehensio complexa horū terminorum, *unus, & Trinus*: (In hoc enim puncto, ut insinuavimus, unitas, & Trinitas superat omne lumen naturale creatum, & creabile) tum etiam ob difficillima argumenta, quæ ut etiam constat ex dictis, inferre potiùs videntur impossibilitatem, quàm probabilitatem, licèt apparentem, & sequendo ductum ejusdem luminis sibi relicti, quod veluti vespertilio comparatur ad lucem illam inaccessibilem, juxtà illud *Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus*, (idest explicat Ugo Cardin.,) *& non intelliget homo*. Cæterum post revelationem cessant hujusmodi impedimenta, & haberi potest sufficiens apprehensio eorumdem terminorum ad producendas probabiles congruentias, & naturales discursus, quibus probabiliter idem lumen præstet assensum, ut locis relatis ostensum est.

Ex quibus etiam infertur, quòd neq. ut possibile possit evidenter cognosci hoc mysterium eodem lumine sic nudè sumpto; quià cum Deus sit actus purus, quod est possibile in illo ad intra actu existit, ergo si nequit evidenter cognosci, aut demonstrari per illud existentia ejus, ut probatum est, nec poterit possibilitas.

§. V.

§. V.

Statuitur secunda conclusio.

Lumen naturale per sibi superadditum intrinsecè supernaturale potest evidenter cognoscere hoc mysterium quoad an est. Ità communiter Thomistæ, nam ità cognovisse illud animam Christi per scientiam infusam fatentur omnes q. illa 11. 3. p. ut constabit infrà. Sumitur etiam ex D.Tho.2.2.q.171.ar.3. ubi assignans diversos gradus cognoscibilium per Prophetiam inquit. *Secundus autem gradus est eorum,quæ excedunt universaliter cognitionem omnium hominum, non quià secundum se non sint cognoscibilia, sed propter defectum cognitionis humanæ, sicut mysterium Trinitatis, quod revelatum est per Seraphim dicentia Sanctus, Sanctus, Sanctus &c. ut habetur Isa. 6.*

Ex quo prob. primò sic cum M. Gonzales hìc sect. 2., & cum M. Ferre. Per lumen propheticum fuit cognita Trinitas ab antiquis Prophetis, sed hujusmodi lumen clarè manifestat rem prophetatam claritate rei in se saltem quoad an est, & non solum in attestante, ergo lumen naturale superaddito sibi intrinsecè supernaturali potest evidenter quoad an est attingere illam. Ma. supponitur, & mi. prob. Nam si lumen propheticum solum faceret evidentiam in attestante, & non rei in se non posset habere majorem claritatem, quam de illa habet fides, nam hæc etiam potest habere evidentiam rei, quam credit, in attestante, ergo præter hanc facit etiam evidentiam rei in se, saltem quoad an est: §. Explicatur hoc. Nam si teneamus evidentiam in attestante non componi cum fide rei attestatæ, sed secum trahere evidentiam istius, magis urget argumentum, quià non stabit lumen propheticum facere priorem evidentiam sine posteriori. Si verò oppositum, quòd non componatur, tunc sequitur idem lumen non habere majorem claritatem, quod rejicit D. Tho. q.12. de verit.ar.3., & meritò. Nam postquam ibidem docuit, quòd prophetia supernaturalis se extendit ad omnia scibilia necessaria, tam ad illa, quæ per principia naturalia possunt esse nota, quàm quæ excedunt cognitionem omnium hominum, sicut Deum esse Trinum, & unum subdit. *Utraque prophetia, ità immobiliter, & certissimè facit scire hæc infrà scibilia necessaria, sicut si scirentur per principia demonstrationis.* Sed si scirentur per hæc principia scirentur evidenter, ergo per lumen supernaturale propheticum evidenter cognoscitur præsens mysterium quoad an est, quod nequit haberi per lumen enigmaticum, & essentialiter obscurum fidei.

Quòd si dicas hinc sequi Prophetam, cui facta est revelatio prophetica Trinitatis non habuisse fidem illius, quià nempè cum fide Trinitatis, non videtur componi scientia illius quoad an est: §. Concedit sequelam, Cajet. Nam ità decuit, quòd nos instruerentur in rebus fidei ab illis primis, qui habuerunt evidentiam earum, quoad an est. Et ità etiam tenentur respondere, qui sustinent non posse hanc evidentiam componi cum fide rei creditæ.

Cæterum cum D.Tho. ibidem q.14. seq.ar.11. ad 5. videatur expressè concedere fidem etiam illis primis instructoribus, vel prophetis, non videtur sic liberè posse concedi talem sequelam cum negatione fidei in illis. Nam in hoc statuit discrimen inter illos, & gentiles, *Quòd isti* (inquit) *non ponebantur ut instructores Divinæ fidei. Unde quantumcunq. essent sapientes sapientia sæculari inter minores computandi sunt,* & *ideo sufficiebat eis habere fidem de Redemptore implicitè &c.* Ex quo videtur magis colligi, quòd ex quo Prophetæ erant instructores, & positi inter Majores debuerint habere fidem non solum implicitam, sed etiā explicitam, licet non quoad omnia ut explicat in solut. ad 6. dicens. *Quòd Io. Baptista quamvis inter majores fuerit computandus, quià præco veritatis fuit à Deo institutus, non tamen oportebat, quòd explicitè crederet omnia, quæ post Christi passionem, & resurrectionem tempore gratiæ revelata explicitè creduntur. Non enim veritatis cognitio suo tempore ad suum complementum pervenerat, quod præcipuè factum est in adventu Spiritus Sancti.* Ità D. Tho. Ex quibus videtur obiter primò inferri, quòd si primis illis instructoribus fidei, seù majoribus conceditur evidenter cognitio mysterij quoad an est, ut videtur cōcedere D.Th ar. illo 3. q. 12. satis probabiliter infertur juxta illius doctrinam posse fidem componi cum præsata evidentia in attestante, ut alii dicunt, & tunc neganda est sequela hujus instantiæ. Vel si (ut sustinent alii,) quòd componi nequeat, tunc adhuc viget argumentum factum, quod si semel lumen propheticum dat priorem evidentiam in attestante, dat pariter posteriorem rei prophetatæ, seù mysterii quoad an est.

Secundò prob. concl. ex his, quæ insinuavimus ex q. illa 11. 3. p. de Christo. Anima Christi per lumen supernaturale scientiæ infusæ cognoscit evidenter quiditativè visionem beatam, actum fidei supernaturalem, quo viatores credunt Deum esse trinum, & unum; similiter gratiam habitualem, & humanitatem propriam esse personaliter unitam Verbo Divino, ergo cognoscit etiam evidenter Divinam naturam in se, & Trinitatem Personarum. Prob. ant. quià omnia prædicta sunt finitæ perfectionis, esto supernaturalis ordinis sint, ergo non repugnat produci à Deo species intelligibiles supernaturales, per quas ut in se sunt, quiditativè repræsententur, maximè dum existunt jam in rerum natura, ergo nec repugnat produci à Deo, vel infundi lumen proportionatum illis speciebus, per quod ut in se sunt quiditativè cognoscantur hujusmodi objecta supernaturalia, ergo de facto tale lumen, & species sunt communicata Christo. Hæc ultima cons. tenet, quià cum Christus sit author gratiæ, & supernaturalium mysteriorum, oportebat ut hæc omnia perfectè cognosceret, scil. non tantum in Verbo, sed etiam extra Verbum per proprias species in se ipsis, haberetq. perfectam scientiam rerum supernalium in proprio genere, ergo si semel non repugnant species supernaturales illorum repræsentativæ, lumenq. illis proportionatum, debent illi de facto communicari.

Prima etiam conseq. argumenti de visione, & actu fidei prob. sic, quià visio beata est intuitiva cognitio Dei ut in se est trinus, & unus. Similiter actus fidei, quo cognoscitur Deus ut trinus, & unus dicit ordinem essentialem ad Deum ut sic cognitum, ergo non possunt cognosci quiditativè, Deo non cognito, ut trino, & uno, quià non potest cognosci quiditativè actus, non cognito ordine ad objectum, qui est de conceptu essentiali actus: nec potest talis ordo cognosci quiditativè, non cognito pariter objecto, quod respicit.

Deinde prob. de gratia. Quià hæc est participatio formalis Divinæ naturæ, at nequit cognosci quiditativè formalis participatio alicujus naturæ, non cognita evidenter eadem natura saltem quoad an est, aliàs videretur de subjecto non supponente talis cognitio, ergo: §. Tandem prob. de humanitate. Quià huma-

Tom. III. Mag. Carvini in Pr. Par. D. Tho. X 2 nita-

nitatem esse unitam Verbo non potest quiditativè cognosci, non cognito Verbo, nam sicut conjunctio duorum extremorum per se pendet ab utroq; extremo in esse, ita nec potest evidenter cognosci, utroq; extremo evidenter non cognito: §. Urg. hoc. Nam humanitas dicit relationem ad Verbum, ut ad suppositum terminans, sed relatio nequit evidenter cognosci, termino evidenter non cognito, sicut dictum est de actu, & ordine ad objectum. Quòd si Verbum cognoscitur per scientiam infusam, consequenter cognoscitur Pater Divinus, ac proinde etiam tota Trinitas.

Dices primò ex Vasquez hic disp. 135. cap. 4. Visionem beatam (& sic proportionabiliter de aliis hujusmodi mediis) esse medium extrinsecum ad cognoscendam Trinitatem, & ideò per illam non posse haberi claram cognitionem Trinitatis etiam quoad an est: §. Sed hæc solutio est insufficiens. Quia visio beata in genere causæ formalis est effectus Trinitatis, sicut omnis cognitio est effectus sui objecti, sed effectus est medium sufficiens ad probandam causam quoad an est, aliàs nec per effectus possemus cognoscere Deum quoad an est, quod est erroneum, ergo per illam ut claré cognitam terminativè ad Deû ut unum, & trinum, cognosci potest Deus evidenter prout sic saltem quoad an est.

Dices ergo secundò visionem beatam, gratiam &c. terminari ad Deum, ut in se est, & ideò non posse repræsentari per speciem creatam, quin Deus, ut in se est repræsentetur: nec posse cognosci quiditativè nisi Deus ut in se est cognoscatur, cum autem repugnet, (ut vidimus,) per speciem creatam repræsentari Deum, ut in se est, & quiditativè cognosci, repugnabit etiam consequenter, quòd visio beata, gratia &c. per speciem creatam ut in se sunt repræsententur, & quiditativè cognoscantur:

Sed contra hoc est. Quià ad habendam claram cognitionem rei quiditativam per aliquam scientiam, vel supernaturale lumen infusum, aut communicatum non est necessarium, quòd cognoscantur causæ ejus extrinsecæ, ut in se sunt, sed sufficit, quòd cognoscantur in ratione causæ, vel termini talis rei, ergo ut cognoscatur quiditativè visio Dei &c. non requiritur quòd cognoscatur Deus ut in se est, sed sufficit, cognoscere Deum esse ejus objectum, à quo specificatur. Prob. ant. ex Cajet. suprà q. 13. ar. 7. §. *Ex his &c.* quià aliàs Angeli non cognoscerent ordinem universi, creationem passivam, nec aliam creaturam cognitione naturali, quià ordo universi, creatio passiva, & quævis alia creatura per se respicit Deum ut causam propriam, à qua essentialiter dependet, Angeli autem cognitione naturali non cognoscunt Deum, ut in se est, ergo si ad cognoscendum ea, quæ per se respiciunt Deum requiritur, quòd eadem cognitione cognoscatur Deus ut in se est, non possent Angeli cognoscere prædicta, cognitione naturali, quod est alienum, cum non solum totum ens naturale cognoscant utcunq; vel purè quiditativè, sed etiam comprehensivè, ut dicitur infra.

Urg. hoc primò à simili. Nam sicut etiam dicitur infrà de vitiis, & peccatis, & iterum de Incarnatione in probabilissima sententia, & modo etiam frequentiori; ut peccatum sit infinitum, simpliciter in ratione offensæ, & iterum in communi, ut sis saltem superioris ordinis, non requiritur, quòd cognitio sit infinita, vel ordinis superioris, licet objectum, vel Persona offensa sit simpliciter infinita, & habeat hanc ordinis superioritatem, sed sufficit, quòd cognoscatur esse talem in se, ergo similiter ut cognitio in casu sit quiditativa visionis, & aliorum entium supernaturalium per se à Deo dependentium, non requiritur quòd sit etiam quiditativa respectu illius, sive cognitio Dei ut in se est, sed sufficit, quòd cognoscatur esse terminum, vel ejus objectû, à quo specificatur.

Secundò. Quamvis oporteret cognoscere Deum, vel ejus essentiam ut in se est ad cognitionem visionis beatæ quiditativâ, vel aliorû entiû supernaturaliû, quæ dicunt ordinem ad illum ut ad terminum, vel causam extrinsecam, non tamen oporteret, ut per idem lumen, vel scientiam cognosceretur Deus, vel illius essentia ut in se est, sed satis est, quòd sic cognoscatur per lumen gloriæ, vel scientiâ beatâ (ut côtingit in Christo) quæ est cognitio principiorum in illo scientiæ infusæ, ergo non est necessarium, quòd per hanc cognoscat illam ut in se est, ut dicatur cognoscere quiditativè visionem, vel alia hujusmodi entia supernaturalia. Ant. constat, nam evidens est in scientiis naturalibus, quòd ad cognoscendas in illis conclusiones per causas, non est necessariû, quòd eodem lumine, vel habitu, quo cognoscitur conclusio, cognoscatur causa, ut in se est, nam conclusio cognoscitur per lumen, vel habitum scientificum; causa verò per habitum principiorum, sive intelligentiæ: v. g. ut habeatur scientia de risibilitate hominis, oportet quidem intellectum cognoscere quiditativè hominem, sed non sic illum cognoscit per ipsum scientiam, sed per habitum principiorum, ergo similiter ut cognoscantur claré in se entia supernaturalia, sufficit in Christo, quòd ejus intellectus per visionem beatam cognoscat Divinam essentiam, ut in se est: §. Ex quo sumitur argumentum pro hac nostra sententia, quià omnis scientia perfecta, supposita evidenti cognitione causæ per habitum principiorum, potest evidenter cognoscere in se ipsis conclusiones demonstrabiles per illam, sed in Christo scientia infusa est perfecta, & supponit in illo evidentem cognitionem suorum principiorum per visionem beatam, ergo potest cognoscere evidenter in se ipsis objecta, quæ per Divinam essentiam, ut per causam efficientem finalem, & exemplarem, aut formalem extrinsecam objectivam possunt à priori cognosci, sic autem cognosci possunt supernaturalia.

Dices ergo tertiò ex Suarez relata q. 11. 3. p. ar. 1. sess. 5. (& simul sit satis superioribus replicis) quantum specialiter attinet ad visionem beatam, & actum fidei, quo fidelis credit Deum esse unum, & trinum, visionem non specificari à Trinitate Personarum, sed à Deo, unde videns illam, solum potest videre eam terminari ad Deum, & non ad illum ut Trinum, sive ad Trinitatem. Attingentia enim Dei, ut trini (inquit) non est primaria, sed consequens: §. Quoad actum verò fidei, respondet, ità esse quòd anima Christi videns illum, videt esse verum, quòd Deus sit trinus, quià tamen prædictus actus fidelis sumit suam infallibilitatem ex testimonio Divino, ideò tota evidentia, quam per illum habebat de Mysterio Tinitatis, ultimò revocatur ad testificationem, & sic non egreditur limites evidentiæ in attestante.

Sed hæc solutio ex dictis proximè, & supra q. 12. & 14. facilè impugnatur; nam licet dicamus visionem beatam non specificari à Trinitate Personarum, sed à Deo, sive ab ejus essentia, ità ut sola essentia sit objectum motivum, nihilominùs, ut in tribus Personis indispensabiliter, & primariò terminat illam, ut latè ibidem ostensum est, ita ut nec de potentia absoluta

præscin.

præscindere possit à ratione sic illam terminantis tum quià visio est essentialiter terminativa ad illam prout est in se clarè, & quiditativè cognoscibilis. Tum quià est essentialiter beatificans, constat autem, quòd utroq. modo prout sic impossibile est, quòd in ratione terminantie illam saltem de lege ordinarie præscindat à Personis, imò nec de potentia absoluta ut efficaciter probatum est ibi specialiter, & ad hominem etiam contrà Scotum, ergo cognita quiditativè visione necessariò cognoscitur etiam Trinitas personarum.

Expl., & urg. hoc. Quamvis etiam diceremus Trinitatem Personarum non habere rationem objecti primariò terminativi, sed tantum secundariò, vel consequenter, adhuc tamen non infertur, quòd cognito evidenter Deo, ut objecto, vel primario termino visionis non debeat necessariò cognosci evidenter Trinitas illius ergo. Prob. ant., quià adhuc prout sic habet Trinitas necessariam connexionem cum Deo, vel ejus essentia clarè cognita, ut objecto primario ejusdem visionis, ergo impossibile est, quòd hac evidenter, & quiditativè cognita, clarè, & evidenter non cognoscatur Trinitas. Prob., & simul explicatur ant. à simili in visione corporea. Quamvis objectum primarium illius sit color, & quantitas secundarium, quià tamen in ratione objecti visus color necessariam habet connexionē cum quantitate, nulla potentia fieri potest, ut videatur color non extensus aliqua quantitate, & non visa extensione quantitatis. Unde ratio objecti primarii, vel specificantis in ratione motivi, & secundarii, vel consequentis non obstat, si aliàs sit necessaria connexio inter utrumq. in ratione cognoscibilis, ut ad hominem opponebamus eidem Scoto, qui concedit visionem intuitivam Patris habere Patrem pro objecto primario, & Filium pro secundario, & tamen repugnat viso Patre, eodem actu non videri Filium, & idem est de relatione create, & suo termino.

Præterea urgeri etiam poterat in communi sententia, nam objectum primarium, vel spicificans visionem comprehensivam Dei est essentia Divina, & creaturæ tantum secundarium, & non specificans, & tamen iterum repugnat talem visionem non terminari ad illas: Imò pleriq. etiam tenent, (ut vidimus,) visionem etiam creatam non posse ad easdem non terminari saltem sub communi ratione entis creabilis. Quòd si per illam non videantur omnes in particulari, id oriri quià per illam non videtur Divina essentia comprehensivè, nec sub eo modo, sub quo in ratione objecti habet necessariam connexionem cum omnibus creaturis in particulari, quod tamen non militat in casu, ut probatum est.

Quòd verò dicitur de actu fidei facilè etiam impugnatur. Nam evidentia Trinitatis (ut rectè etiam opponit M. Ferte hìc) habita per visionem actus fidei, quo illam credit fidelis, licet antecedenter supponat infallibilitatem Divinæ attestationis, propriè tamen non fundetur in illa, sed in effectu ipsius Trinitatis, scil. in eodem fidei actu, qui est effectus illius tanquam causæ formalis objectivæ, tendens ex sua natura, & terminans ad illam, ergo est evidentia per medium intrinsecum, & non per puram attestationem, quæ merè extrinsecè comparatur ad Trinitatem. §. Urg. & expl. hoc. Nam licet actus idem fidei, quo fidelis credit, Trinitatem obscurè, & enigmaticè attingat, vel terminetur ad illam, sivè non clarè, & evidenter, adhuc tamen optimè potest, imò necessariò clare ejus notitia, & præsertim comprehensiva, ut est ille Christi, esse clarè, & evidens per illum attingentia Dei ut est unus, & trinus saltem quoad an est, ergo. Prob. ant., quià licet sit obscurus, & inevidens, est tamen intrinsecè, vel ex propriis tendentia ad illum, ut unum, & trinum, sed repugnat, ut proximè ostensum est, clarè, & evidenter sic illum attingere, scil. ut tendentem, vel terminatum ad Deum prout sic, Deo non prout sic clarè, & evidenter cognito saltem quoad an est, aliàs non erit clara, & evidens, & à fortiori nec comprehensiva, non cognito omni termino ejus, ad quem ex natura sua ordinatur, ut patet inductivè in qualibet clara, & comprehensive cujuscunque ordinis respectu sui termini ergo &c.

§. VI.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. impugnando rationem adductam. Quià non videtur subsistere, quòd Isaias per lumen propheticum evidenter cognoverit præsens mysterium quoad an est, ergo. Prob. ant., quià non est credendum evidentiùs cognovisse illud, quàm supremum Angelum in via, sed hìc non habuit tunc talem evidentiam, ergo nec Isaias. Ma. videtur constare, quià Angelo supremo non habenti alium Superiorem Magistrum, & illuminatorem nisi Deum, videbatur ei debita major, & evidentior illuminatio de hoc mysterio, quàm simplici Prophetæ. Mi. verò prob. ex D. Tho. 22.q.5.ar.1. Ubi versus finem corp. postquam duo distinguit in objecto fidei aliquid quasi formale, scil. veritatem primam super omnem naturalem cognitionem creaturæ existentem, & aliquid materiale, sicut id, cui assentimus inhærendo primæ veritati, subdit. *Quantum, ergo ad primum horum communiter fides est in omnibus habentibus cognitionem de Deo, futura beatitudine non dum adepta, inhærendo primæ veritati. Sed quantum ad ea, quæ materialiter credenda proponuntur, quædam sunt credita ab uno, quæ sunt manifestè scita ab alio etiam in statu præsenti. Et secundum hoc etiam potest dici, quòd Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum, quædam de Divinis mysteriis manifesta cognitione cognoverunt, quæ nunc non possumus nisi credendo*, Ità D. Tho Ex quibus prob. eadem mi. licet Angelus in via juxtà D. Th., & homo ante lapsum de materialiter creditis quædam manifestè cognitione cognoverint, de principali tamen scibili, vel cognoscibili de prima veritate, scil. quòd Deus sit unus, & trinus habuerunt fidem, ergo non claram, & evidentem cognitionem illius, ac proinde minùs concedenda est hæc lumini prophetico Isaiæ.

Urg. hoc ex eodem ibidem paulò post initium corp. ubi inquit. *Cum ergo Angelus ante confirmationem, & homo ante peccatum non habuerit illam beatitudinem, qua Deus per essentiam videtur, manifestum est quòd non habuit sic manifestam cognitionem, quæ excluderetur ratio fidei*, ergo iterum juxtà D. Tho. fides solum excluditur per claram Dei visionem, ergo cum Isa. per lumen propheticum non viderit clarè Deum, non habuit talem visionem, quæ excluderet fidem, ac proinde nec evidentiam hujus mysterii cum fide illius incompossibilem. Neq. enim fides Trinitatis opponitur tantum visioni, sed etiam scientiæ evidenti quoad an est rei.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. neg. ma. Ad prob. neg. ant. nam ideò fuit aliquomodo debita Isaiæ, & non Angelo,

Angelo, quià ille, & non iste fuit à Deo constitutus fidelium instructor, & Magister hujus mysterii, qua ratione infrà D.Tho.in Moyse, & D.Paulo longè pariter inferiores Angelo admittit claram Dei visionem hic in via non concessam eidē Angelo, quià alter erat primus doctor Hæbreorum, alter verò Gentium, unde non sunt concessa hæc, & similia privilegia ex superioritate, vel ex aliqua excellentia unius supra alium, sed ex aliqua speciali prærogativa, quæ aliquando invenitur Deo sic disponente in inferiori, & non in superiori. Per quod patet ad autoritatem D. Tho. in favorem mi. quam non negamus, & ideò non est ad intentum argnentis.

Ad confirm. neg. conseq., & suppositum illius, quòd Angeli, vel homo ante lapsum fuerint in statu prædicto magisterii, vel Prophetiæ, cui deberetur lumen illud concessum Isaiæ constituto prophetæ, vel instructori ad illuminandum de hoc mysterio. & ideo fides illorum non poterat excludi nisi per visionem. Nam fides per duplex lumen, vel medium in communi sententia excluditur (de evidentia enim in attestante est difficultas inter Thelogos) scil.tanq.per primum, & principale per visionem illius rei, de qua veritas enunciatur, & secundò per demonstrationem, ut insinuavimus ex D. Tho. respectu unitatis, prout est præambula ad articulos fidei, nam de hac habemus scientiam ex effectibus naturalibus acquisitam, & tamen hic in via non cognoscimus Deum in se, sed solum ex creaturis. Causalis ergo D. Tho. specialiter militat pro illo utriusq. statu, quià cum respectu Trinitatis non haberent tunc nec prophetiam, nec scientiam quoad an est illius, solum poterat eorum fides excludi per evidentiam visionis. Cœterum in alio statu, vel prophetiæ habetur aliud evidens saltem quoad an est, & non in se, scil. vel scientiæ infusæ, ut dictum est, vel propheticum, quod secundum se nec claritatem præcisè postulat, nec obscuritatem, ut etiam in superioribus insinuavimus, potest tamen habere, vel tribuere illam, ut dicimus in casu.

Quòd si instes ex D. Tho. infrà 22. q. 174. ar. 2. ad 3, ubi ait. Quòd prophetia importat quandam obscuritatem, & remotionem ab intelligibili veritate, sed obscuritas repugnat claritati cognitionis, ergo nequit lumen propheticum admittere hanc claritatem. §. Id etiā urgeri potest ex illo 1. ad Corint. 13. Quod in beatitudine prophetiæ *evacuabuntur: undè etiam dicitur ex parte cognitio.* Et 2. Petri 1. appellatur lumen obscurum §. Resp.dist., & simul explico ma: importat obscuritatem, regulariter, vel ex parte medii, con., indispensabiliter, vel ex parte subjecti, neg., licet enim ut in plurimùm, vel ex parte medii habeat obscuritatem, non tamen exigit in subjecto privationem cognitionis claræ, vel evidentis, sicut fides: unde sicut stat eandem veritatem cognosci per medium demonstrativum ab eodem intellectu, & simul per medium probabile, ità stat, quòd eadem res cognoscatur ab eodem per lumen propheticum, & per claram etiam cognitionem. Vel sicut iterum stat, quòd sicut per idem lumen scientificum, vel demonstrativum habeatur ex parte subjecti clara notitia, & infallibilis de objecto, & obscura, vel fallibilis ex parte medii scil. probabilis, quatenus indicat, ex parte illius esse solum obscurè, vel fallibiliter cognoscibile, ità per lumen propheticum haberi poterit ex parte subjecti clara notitia de eadem re, & simul obscura ex parte medii, dum illam procul distantem annunciat, & obscuram non habenti idem lumen, sicut obscura, vel tantū probabilis est conclusio non habenti lumen, vel medium scientificum, sed tantum probabile.

Ad confirmat. ex qua non solum prob. lumen propheticum esse obscurum secundum se, sicut illud fidei, ac proinde nec posse dare claritatem, sed etiam hac ratione non potuisse esse in Christo, in quo erat visio beata. Resp.ex his, quæ traduntur de illo 3.part. q.7. ar.8. its esse quòd in Patria, ut dicit Apost., non maneat prophetia, sed non quià repugnet claritati, vel evidentiæ, aut etiam beatitudini, sed quià repugnat statui beatorum, qui sunt omninò extra statum viæ, & ratio est, quià beatis ratione illius status est debita clara cognitio omnium pertinentium ad illos, & ideò nulla veritas est procul ab eorum notitia, de qua possit instrui vnus beatus ab alio. Prophetia verò exigit, quòd res revelata sit procul à communi notitia hominum, quibus communicat in statu Propheta. Ex quo rectè infertur potuisse idem lumen esse etiā in Christo, qui non solum fuit comprehensor, sed etiam viator, & ideò potuit illi per hoc lumē revelari aliquid, quod esset procul à notitia communi viatorum. §. Quòd verò dicitur prophetiam esse cognitionem ex parte, vel obscuram, jam dictum est esse intelligendum ex parte medii, vel quòd regulariter habet obscuritatem in puris viatoribus. Adde testimonium D. Petri cum solum asserat propheticum sermonem esse lucernam lucentem in caliginoso loco, solùm velle illum esse obscurum, (ut insinuauimus) illis, quibus annunciatur, cum quo stat, quòd non sit obscurus ipsi prophetæ, sicut sermo Christi erat obscurus discipulis, sed sibi evidentissimus.

Secundò arg. Evidentia Trinitatis quoad an est à posteriori nequit haberi nisi per evidentiam alicuius effectus supernaturalis, præcipuè, (ut nos contendimus,) visionis beatæ, & actus fidei, sed propheta, vel Isaias non videbat hujusmodi actus in se ipsis, ergo carebat medio evidenter manifestante præsens mysterium quoad an est. Prob. mi. quià tantum poterat videre illos per extrinsecam revelationem, ergo non poterat videre in se ipsis. §. Urg. hoc. Nam ex eo per effectus naturales videri potest Deus in se quoad an est, ut unus, vel bonus, aut sapiens &c., quia ab illis prout sic participatur, & consequenter saltem mediatè per illos repræsentatur, at per supernaturales non potest ut unus, & trinus sic repræsentari, cum prout sic non sit participabilis à creaturis, cum excedat ut dictum est, omnia creata, & creabilia, & per consequens nec contineri possit per visionem beatam, nec per quemcunq. alium supernaturalem effectum, ergo nec per ullius istorum visionem poterit prout sic evidenter cognosci in se quoad an est.

Ad hoc neg. mi., ad prob. neg. ant. quià licet regulariter ut dictum est, non perveniat idem lumen in nobis, seu puris viatoribus ad talem evidentiam, non repugnat tamen produci à Deo species intelligibiles supernaturales repræsentantes aliquem effectum supernaturalem, in quo evidenter cognoscatur quoad an est, vel per tale lumen, vel per aliud supernaturale proportionatum eisdem speciebus, cum nulla sit assignabilis repugnantia, ut patet ex dictis, siuè ex parte luminis, cum non teneatur esse secundum se, vel essentialiter obscurum, ut probatum est; neq. ex parte specierum, cum omnes huiusmodi effectus sint finitæ perfectionis, ac proindè etiam repræsentationis; nec ex parte Trinitatis repræsentandæ per illos, cum ad hoc satis sit ut dictum est, quòd cognoscatur esse terminum, vel objectum specificans illos.

Ad

Ad confirm.(quæ potest esse replica) ex his pariter, & ex dictis, resp.solùm probare de effectibus supernaturalibus, ut procedunt à Deo, ut à prima causa efficiente, vel ut ordinantur ad illum, ut finem ultimum; non ut ad causam formalem extrinsecam specificativam, ut specialiter ostensum est de visione, nam cũ omnis causa aliquomodo participetur à suo effectu, aliàs causa illius non esset, sufficienter per illam clarè, vel quiditativè cognitam repræsentari potest Trinitas, sic quòd possit quoad en est evidenter cognosci, unde vel nego mi. in omni genere causæ, & effectus, vel dist., non potest per illos repræsentari, sicut nec participari, in genere efficientis, conc., in omni genere, vel formalis extrinsecæ, sive objectivæ, & specificantis, nego.

Sed instas contra hanc doctrinam. Non magis connectitur visio beata cum Trinitate, quàm cum illa connectatur ejus revelatio, sed hæc non est medium sufficiens ad videndum Trinitatem etiam quoad en est, ergo nec erit visio. §. Resp. neg. ma, quià comparatio, vel habitudo Divinæ revelationis cum re revelata non est habitudo alicujus specificabilis ad causam formalem, vel specificantem, cum revelatio non accipiat speciem à rebus revelatis, sicut accipit visio à Trinitate, unde nequit per illam probari Trinitas, tanq. per medium intrinsecum, sed solùm extrinsecũ, cui innititur fides contrapositivè ad scientiam, quæ procedit per medium intrinsecum, seù viam connexionis extremorum, non testimonii, vel attestationis extrinsecæ, & ideò major, vel intimior est connexio inter visionem, & Trinitatem, ut objectum specificativum illius, ac proindè optimè potest per illam evidenter, vel quiditativè cognitam tanq. per medium intrinsecum deveniri in claram, vel evidentem cognitionem Trinitatis quoad an est, non autem per Divinam revelationem. Voco illam medium intrinsecum, non quasi per illam intrinsecè constituatur Trinitas demonstrata, vel demonstrabilis, sed quià intrà idem genus causæ formalis extrinsecæ, vel objectivæ per modum effectus ut dictum est, continet illam ut sui causam specificativam, sufficienter ad repræsentandum, & ducendum in claram notitiã illius quoad an est: cum etiam specificabile dicat ordinem intrinsecum ad suum specificativum formale, vel objectivum, à quo dicitur specificari intrinsecè, ut in libris posteriorum, & alibi explicatum est.

Tertiò arg. ex eodem Vasques 3. p. ad qu: illam 11. disp. 53. ar. 1. impugnendo rationem desumptam ex scientia infusa animæ Christi: *Primò quià expressè* D.Th. ibidem art. 1. *postquam dixit Christum per hanc scientiam cognovisse supernaturalia, quæ per donum sapientiæ, & per quodcumq, aliud donum Spiritus S. cognoscuntur; subdit; ipsam tamen Dei essentiam per hanc scientiam non cognovit, sed solum per primam*: Per primam autem intelligit visionem beatam, de que agerat q. præced., ergo minùs per istam potuit cognoscere Deum esse Trinum, ut unum, quià impossibile est, cognosci ut trinum non cognita Divina essentia. Tum quià nec clarè, nec obscurè per illam cognovit esse trinum, & unũ, ergo à fortiori nullus alius cognoscet per quodcunq. supernaturale lumen, vel propheticum; conf. tenet, quià lumen ejusdem scientiæ est perfectiue, ut supponitur. Ant. quòd non obscurè, prob., quià talis assensus nõ potuit esse nisi vel opinionis, aut fidei humanæ, vel Divinæ, qui nec elicitur per qualitates per se infusas, sed acquisitas: nec potest esse simul cum clara visione Trinitatis, quã habuit Christus à principio. Quod verò nec clerè, quià clara cognitio, & evidens, ant esset ipsius Trinitatis tanq. per se notæ, ant notæ per aliud: sed non tanquam per se notæ per proprium conceptum, quià hujusmodi cognitio non differt à visione beata. Neq. tanquam per aliud notæ; quià nec à posteriori per creaturas, cum nulla creatura possit nos ducere in cognitionem illius, ut vidimus ex D. Tho. hic ar. 1. Tum quià cognitio per illas non esset per se infusa, sed acquisita per discursum; Nec deniq. per revelationem evidentia in attestante, quià cognitio Trinitatis cum evidentia in attestante non potest esse simul cum clara visione illius, nam evidentia in attestante potest simul esse cum fide, ut docent plures ex nostris, ergo nequit esse simul cum clara visione.

Ad hoc quoad D. Tho. resp. ut supra, cum Cajet. ibidem, quòd dum ait Divinam essentiam non cognoscere Christum per scientiam infusam, sed solum per primam, scil. beatam, solum loqui de cognitione quiditetive essentiæ Divinæ ut in se est, non de evidente in attestante, nec de illa, quæ habetur à posteriori per effectus. Hanc verò esse mentem D. Tho., patet ex illis verbis. *Sed solum per primam*; ideſt visionem beatam, non quòd solum per visionem beatam cognoverit Divinam essentiam, nisi intelligatur de cognitione quiditative illius ut in se est, verificari non potest, cum certum sit, (& fatetur Vasquez,) per scientiam naturalem à posteriori, & per effectus eam cognovisse, ut rectè etiam advertit M. Catalam ibidem dub. 3. ad 1.

Ad rationem factam resp. cum eodem, & ex superioribus cognovisse Deum esse trinum, & unum non obscurè, nec cognitione evidente rei in se, aut per proprium conceptum, sed evidente in attestante, & ideò per aliud, scil. per testimonium Dei evidenter cognitum per eandem scientiam. Negandum est ergo hanc cognitionem Trinitatis evidentem in attestante non posse compati cum clara ejus visione. Tum quià plures etiam probabiliter docent cum M. Bannez 2. 2. q. 5. ar. 1. evidentiam in attestante excludere fidem. Tum quià licet simul esse possit cum fide, (ut docent alii cum Cajet.) adhuc tamen non infertur, quòd non possit esse cum clara visione. Tum quià (ut proximè insinuavimus de lumine prophetico, & suprà in simili de nostro theologico;) evidentia in attestante, & si non faciat evidentiam rei in se, tamen in sua formali ratione non includit obscuritatem illius in se ex parte objecti, & ideò nec includit evidentiam rei in se nec excludit, sed permissivè (ut dicebamus) esse potest, (sicut ut graviores Theologi docent suprà q. 1. ad ar. 1.) Theologia nostra, eadem specie in vie simul stet cum fide, & in Patria cum visione clara Dei, quià in sua ratione formali non includit, nec excludit obscuritatẽ. Et sicut etiam dictum est de cognitione conclusionis per medium probabile, quæ simul stere potest cum fide de eadem conclusione, & etiam cum cognitione illius per medium demonstrativum, quià & si medium probabile non faciat evidentiam conclusionis, tamen ex sua ratione formali non excludit evidentiam ex parte subjecti, & ideò non tollit, quin intellectus, in quo est per medium demonstrativum habeat evidentiam ejusdem conclusionis.

Ex his omnibus inferri potest primò Paulũ postquã vidit Deum ut trinum, & unum, & recordabatur se illum vidisse, tunc post raptum habuisse evidentiam Trinitatis quoad an est, sicut qui priùs habuit medium demonstrativum, & postea amittit illud, tamen

recor-

recordatur ſe habuiſſe, ac proinde evidentiam etiam concluſionis, quo ad quid eſt illius, retinet ſcientiam ejuſdem quoad an eſt, licet oblito medio careat illa quoad quid eſt; unde exiſtimat M. Ferre hîc, quòd reſpectu eorum, quæ vidit, non habuit poſtmodum fidem, prout hæc opponitur eidem ſcientiæ illorũ, quoad an eſt, habuit tamen fidem, prout hæc opponebatur viſioni, quam habuit, & poſtea amiſit, nam cum fides ex ſua ratione formali contrapoſitivè ad utrumq. illud lumen propheticum, & theologicum, importat obſcuritatem, non ſe habet permiſſivè ad evidentiam, ut poſſit cum illa componi, ſed eam excludit. Et quià ipſe 22. q. 4. de fide §. 9. tenet non poſſe fidem ſimul ſtare cum evidentia Divinæ atteſtationis, ideò exiſtimat Apoſtolum non habuiſſe fidem poſt raptum reſpectu eorum, quorum habebat ſcientiam, vel evidentiam quoad an eſt, licet haberet illam reſpectu illorum prout cognitorum per viſionem beatam quoad quid eſt, quam poſt modum amiſerat.

Infertur ſecundò non rectè à Suarez, & aliis de Chriſto aſſerere ſolum habuiſſe evidentiam Trinitatis in atteſtante, ideſt in quantum per ſpecies illi infuſas evidenter cognoſcebat Dei revelationem ſibi factam, & revelantem hoc myſterium, & ideò ſolum evidenter cognoſcebat Deum eſſe, qui ſibi loquebatur, ac proinde habuiſſe imperfectam Trinitatis cognitionem, non ea imperfectione, quæ opponeretur claræ viſioni Trinitatis, quam habuit ab initio, ſed evidentiæ illius quoad an eſt. §. Cœterũ ut jam vidimus, & efficaciter probat 3. p. ubi ſuprà M. Catalam, & fatetur idẽ Autor ibidem q 7. ar. 8. ſect. 1.; Chriſtus per ſcientiam infuſam fuit verus Propheta, ſed per lumen propheticum, ut probatum eſt de Iſaia, haberi poteſt evidens cognitio Trinitatis quoad an eſt, ergo à fortiori concedenda eſt Chriſto. Conſ. tenet. Tum quià longè ſuperat omnem alium prophetam in cognitione Divinorum. Tum quià à fortiori concedenda eſt illi omnis cognitio non repugnans unioni hypoſtaticæ, vel ſcientiæ infuſæ, cum ſit principalis inſtructor myſteriorum fidei, ſed hæc evidens quoad an eſt Trinitatis non repugnat illis, ut oſtenſum eſt. Tum quià per ſcientiam infuſam anima ejus evidenter cognoſcit ſe in ordine gratię elevatam eſſe ſupra omnem creaturam, & ſoli Deo immediatè ſubjectam, ergo cognoſcit immediatè à Deo revelari ſibi omnia ſupernaturalia, ergo cum per aliquod ex his quiditativè cognitum, præſertim per viſionem clarè, vel quiditativè cognitam poſſit haberi evidens Trinitatis cognitio quoad an eſt, non eſt ei deneganda talis cognitio. Tum quià ut aſſerit D. Th. q. illa 11. 3. p. art. 1. per hanc ſcientiam abundantiùs, & planiùs omnia cognovit, quæ revelationem Divinam hominibus innoteſcunt, ſed certum eſt in fide per eandem revelationem innoteſcere hominibus myſterium iſtud quoad an eſt, & ut etiam per lumen propheticum innotuit evidenter in ſe quoad an eſt, & non ſola evidentia atteſtationis, ergo à fortiori debuit innoteſcere illi priori evidentia per lumen ſcientiæ infuſæ, quià (ut inſinuatum eſt,) hæc ſcientia ex propria ratione ſpecifica, & propter conjunctionem ad viſionem beatam perfectior eſt, & evidentior quovis lumine ſupernaturali communicato viatoribus. Tum deniq. quia conceſſa poſteriori evidentia, ſcil. Divinæ atteſtationis, vel locutionis non poteſt ei denegari prior, nempè Trinitatis revelatæ in ſe quoad an eſt; ut patet in hoc diſcurſu. Quidquid Deus revelat eſt verum, quià mentiri non poteſt, ſed revelat ſe eſſe Trinum, ergo ita eſt. Sed evidenter cognitis præmiſſis, evidenter ſcitur conſequens eſſe verum, cum evidens ſit non poſſe in bona conſequentia ex vero inferri falſum, ergo. Sed non vacat in his obiter illatis diutiùs immorari, ne plùs omninò præoccupemus, quæ ibidem Deo benedicente tradenda ſunt.

§. VII.

Ultima concluſio.

PER nullum lumen, & ſpeciem creatam cognoſci potuit quiditativè cognitione abſtractiva Trinitas, nec Divina eſſentia; ſivè quod idem eſt, per nullam Dei potentiam poteſt viatori extra viſionem beatam communicari notitia quiditativa Trinitatis. Eſt jam communis Sententia contrà Scotum, & ſumitur ex dictis ſuprà q. 12. ar. 2., ubi latè oſtenſum eſt per nullam ſpeciem creatam poſſe quiditativè repræſentari Divinam eſſentiam; nec per ullum lumen, vel ſpeciem poſſe Deum non videnti, notitiam quiditativam Trinitatis concedi. In quo videntur omnes convenire, quidquid ſit de poſſibilitate ſpeciei createæ, per quam intuitivè videri poſſit in Patria.

Prob. 1. Implicat evidenter quiditativè cognoſci Divinam eſſentiam, vel Trinitatem non cognita intuitivè, ut in ſe eſt, ergo non poteſt quiditativè cognoſci niſi per viſionem beatam, prob. ant. Implicat evidenter quiditativè cognoſci, non cognita ut exiſtente, actuali exiſtentia, ergo non cognita etiam intuitivè. Conſ. tenet, quià cognitio terminans ad rem, ut exiſtentem actualiter non eſt abſtractiva, ut per ſe patet, & ex dictis ſuprà ex diſcrimine inter abſtractivam, & intuitivam. Ant. verò prob. quià actualis exiſtentia includitur in conceptu quiditativo Dei, cum Deus eſſentialiter ſit ens actualiſſimum per excluſionem totius potentialitatis tam phyſicæ, quàm metaphyſicæ, de quo ſupra q. 4. ar. 2.

Dices rem cognoſci, vel quiditativè repræſentari in ſe ipſa dupliciter contingere, primò quòd ly *in ſe ipſa*, præcisè dicat ipſiſſimam rem, & quiditatem ejus, & non aliud ab ipſa diſtinctum. Secundò, quòd dicat illam ut exiſtentem, licet autem hoc poſteriori modo non poſſit repræſentari, nec cognoſci quiditativè Deus in ſe ipſo, quin cognoſcatur intuitivè, ſecus tamen priori modo, & hoc ſolum intendit Scotus, poſſe nempè extra viſionem beatam cognoſci Deum quiditativè & repræſentari per ſpeciem creatam, & cognitione abſtractiva.

Sed hæc ſolutio excluditur argumento facto. Quià non ſolum ità eſt in re, ſed etiam communiter fatentur Scotiſtæ exiſtentiam intrinſecè includi in conceptu quiditativo Dei, aliàs ut dictum eſt, non eſſet Deus eſſentialiter in ſe ipſo ens actualiſſimum, ergo implicat ſemel repræſentari, & cognoſci quiditativè in ſe ipſo, non cognito intuitivè, ſed ſolum cognitione abſtractiva.

Dices non eſſe neceſſarium, quòd ſpecies, & cognitio, per quam repræſentatur, vel cognoſcitur res in ſe ipſa ſe extendat ad ejus exiſtentiam, vel phyſicam ejus præſentiam, ut manifeſtè patet in viſione externa, qua quis videt exterius objectum viſibile, non viſa ejus exiſtentia, & reali præſentia, unde ſimiliter poterit ſpecies, & cognitio repræſentans, & attingens Deum, ſolam ejus quiditatem, & eſſentiam repræſentare, & attingere, non repræſentata, & cognita ejus exiſtentia, & reali præſentia.

Sed hæc ſolutio magis favet, quàm noceat concluſioni

sioni, & rationi factæ. Undè retorqnetur sic. Licet species, & cognitio attingans objectum in se ipso existens, & realitar præsans non teneatur repræsentare, vel attingere ejus realem præsantiam, & existentiam, repugnat tamen terminari ad illud pront in se, idest ut exeicrns realam præsentiam, vel existentiam, sivè nt ad physicè præsans, val existens, & solnm abstractivè terminentnr ad illud, & non intuitivè, argo licet etiam daremus prædictam speciem, & cognitionem terminari præcisivè ad Deum, idast ad solam ejus qniditatem non cognita ejus existautia, repngnat tamen terminari quiditativè ad illum in sa ipso cognitione, quæ intnitiva nou sit, sed tantum abstractiva. Cons. tenet quià in se ipso est physicè, val realitar ptæseus, & axistens. Anti verò prob. quià nisi velimus evertere definitiones rarum, notitia intuitiva, nt in superioribus dicebamns ex M. Soto 1.p. introductionnm snmmularū cap. 6. lect. 2., est coguitio rei præsentis realiter, abstractiva rei absantis duratione, ergo repugnat omninò rem qniditativè cognosci, vel evidenter iu se ipsam jam realiter præsantam, vel existantem, & non cognosci intuitivè, estò talis cognitio nou se axtenderat ad ex. stentiam, val realem illns præsantiam, cx ao quòd nou spectant ad objectum illius, ut coutiugit in axemplo adducto visionis externæ: §. Addo ax dictis, quòd etiamsi ras non dum axisteret in se ipsa, sed tamen gauderet jam aliqna reali præsentia in superiori mensura, vel duratione, qua gaudent, (ut osteudimus) futura in mensura ætarnitatis, cognosci non potast pront sic, sivè cum tali præsantia, cognitione, qnæ intuitiva non sit, qua ratione, nt vidimns, cognoscnntur eadem futnra pront sic intnitivè, & uon abstractivè à Deo, qnià ad notitiam iucuitivam raquiritnr, & sufficit, quòd res cognita sit jam præsans realiter in dnratione, in qna ast cognitio, sicut sunt futura raspectu durationis, qna mensuratur cognitio Divina, scilic. æternitatis. Quantò ergo à fortiori erit intuitiva, cognitio qniditativa objecti in se ipso, non solum realitar physicè, sed etiam essentialiter existentis, ut est Deus, ut dictnm est.

Hinc etiam patet hanc rationem intnitivi à nulla distinctiona, sivè virtnali, sivè formali, vel ex natnra rei posse in tali cognitione impediri, quià nulla hujusmodi distinctio tollit hanc realem præsentiam ab objecto, vel Deo, sic qniditativè, vel evidenter cognitio in se ipso: §. Ex qno itarum impugnatur solntio sic. Licet dicamns existentiam in Deo virtualiter, vel formaliter, aut ex natura rai distingui ab essentia, ex hoc tamen non infertur, qnòd samel qniditativè, vel avidenter cognitus iu sa ipso, possit asse tantum cognitns abstractivè, & non intnitivè, ergo. Prob. aut., qnià est cognitus cum reali præsentia, & existentia, ergo nequit talis cognitio esse abstractiva, sed tenetur omuinò esse iutuitiva juxtà maritum, vel conceptum definitivum utrinsque notitiæ.

Tertiò daniq. impug. solutio, & retorqnatur iterum instantia adducta. Nam ax eo visio extarna, ut jam insinuavimus, attingit objectnm realiter præsens, & existans non visa ejus existentia reali præsautia, quià non partinent istæ ad ejns objectum, sivè ad rationem colorati, sed prædicata omnia Dei pertinaut ad objectum cognitionis quiditativæ illius iu se ipso, ut probatum est, etiam ipsa existentia, ut fatantur quoq. Scotistæ, ergo impossibile ast qniditativè cognosci iu se ipso, non visis omnibns, & consequenter non intuitivè: cous. ut dictnm est, tenat à fortiori; quià si visio illa extarna per hoc solnm, quòd terminatur ad objectum realitet, vel physicè præsens, est intuitiva asto nou attiugat præsentiam ajus realem, vel existentiam, à fortiori cognitio quiditativa Dei in se ipso erit intuitiva, si nou solnm terminatur ad illnm realiter præsantem, val existantem, sed ad cætera ejns prædicata omnibus cognitis tam metaphysicis, qnàm physicis: § Quod etiam nrgeri poterat superiori illa doctrina cognitionis quiditativæ illius in patria. Nam ideò Deo quiditativè coguito per illam à beatis non videntur omues creaturæ in particulari, quià uon videtur Divina essentia per visionem creatam snb eo modo, sub quo in ratione objecti habet connexionem nacessatiam cum illis, idest ut tantnm quiditativè cognita, & non comprehensivè, sicnt habet respectn sui, ut cognoscitur à Deo, qui eam compræhendit, undè impossibila est à Deo cognosci omuibus illis non cognitis, ut clariùs constabit de productione Verbi Diviui; sad omnia prædicata Divina, nt dictum est, pertiuent ad couceptum quiditativnm Dei, physicè in se ipso considerati, ac proindè necessariam habeut couuexiouem cum quiditate ejus, non tantum comprehansivè, sed etiam qniditativè cognoscibilis, ergo omninò repugnat samal quiditativè cognosci, vel evideuter in se ipso, omnibus evidanter non cognitis, & consequenter cum sua raali præseutia, & existautia, ac proindè intuitivè. Videri etiā possunt de his M. Alvarez disp. 119. de auxiliis, & Cabrera q. illa 11.3.p. disp. 1. concl. 3., ubi plures referunt, & impugnant solntiones huic nostræ rationi, cui favent nou solum commnuiter nostri, sad etiam Durandus q. 3. Prologi uum. 8., ubi nagat posse dari notitiam abstractivam da aliqno objecto sine intuitiva, vel ista non supposita. Videantur etiam Suarez, Vasquez, & Valeutia, qui licet existiment possibilam esse spaciem, qna Deus quiditativè cognoscatnr, censent tamen contradictionem involvera, quòd species quiditativè rapræsentet, & non intuitivè, aut quòd cognitio quiditativa Dei nou sit verè intnitiva, nt efficaciter probatum est.

Sed præteteà prob. conclusio admitteudo etiam dari posse cognitionam quiditativam, quæ esset abstractiva, & nou intuitiva, ut plures affirmant cum Scoto in 2. dist. 3. q. 2. circa a. principale. Nam rationes D. Tho., de quibus suprà q. 12. ad ar. 2. abstrahendo etiam ab hac quæstione, aandam vim habent respectu quiditativæ Dei abstractivæ, quàm raspectu intuitivæ; unde præcedens nostra conclusio non solum vera est ax præcedenti impossibilitate coguitionis qniditativæ non intuitivæ, sed ax hac alia imposibilitate speciei, utcuuq. quiditativè repræsentautis, sive de serviantis cognitioni utcuuq. quiditativæ Dei, unde arg. itarnm sic cum M. Catalam ibidem dub. 4. coucl. 2. Nulla species qniditativè rapræsautans objactum, sivè desarviat cognitioni intuitivæ, sivè abstractivæ potest essa ordiuis inferioris in gradu immaterialitatis, sed omnis specias craata necessariò est ordinis inferioris Divina essantia in gradu immatatialitatis, sivè sit objectum abstractivæ, sivè intnitivæ cognitionis, ergo nullus per aliqnam spaciem creatam coguoscera potest quiditativè illam, vel Divinam Trinitatem in sa ipsa quoad an est etiam abstractivè. Mi. patet ex dictis; quià Divina essantia, val Daus qnovis modo sumatur, est in se ipso actus purus omnē excludens potentialitatem: ma. verò prob. species semal qniditativè repræsentans objectum, licet tantum abstractivè, & non intuitivè illud repræsantet, debet asse similitudo naturalis illins, & ipsa ajus essentia in a se rapræsantativo, ergo

ergo si ob hanc rationem exigitur, quòd non sit inferioris ordinis in gradu immaterialitatis species intuitivè illius essentiam repræsentans, id pariter exigetur in specie ebstractivè repræsentante illam, si semel quiditativè repræsentat.

Urg. hoc. Nulla est sufficiens ratio essignabilis, ob quem extra Verbum sit impossibilis species quiditativè intuitivè repræsentans Divinitatem, vel Divinam essentiam, aut Trinitatem quoad en est in se ipsa, si semel edmittitur possibilis quiditativè abstractivè repræsen tans illem, ergo vel neutra, vel utraq. est admittende. Prob. ant. inductivè. Nam ratio repugnantiæ non potest teddi ex infinite immeterialitate Divinæ essentiæ, quià eaudem habet, ut est objectum ebstractivæ cognitionis: nec ex hoc, quòd cognitio iotuitiua debeet esse compreheusiua, quià modo visio in patria est iutuitina non compreheusiua. Neq. ex hoc, quòd notitiæ intuitiuæ repugnet fieri per speciem distictam à re uisa, quià si hoc intelligatur de cognitione intuitiua ur sic, est apertè falsum, ut patet in prædicta uisione corporali; & etiam in intellectuali, qua unus Angelus elium intuatur. Si verò intelligetur de notitia intuitiue terminata ad Diuinam essentiem petit principium, nam rationem inquirimus, ob quem repuguet iutuitivam cognitionem Dei fieri per speciem creatam, supposito, quòd possit dari creata species quiditativè Deum repræsentans.

Dices fortè, quòd intuitivè repræsenteus Deum, scil. ut existentem deberet esse perfectior repræsentante illum solum sbstractivè, idest solam illius quiditatem: §. Sed hæc solutio reiicitur in primis argumento facto, qoià hoc ipso, quòd uon potest esse inferioris ordiuis in gradu immaterialitatis, nequit esse excessus in esse repræsantativo, cum in indivisibili consistat gradus immaterialitetis Divinæ, scil. per exclusionem totius potentielitatis, ec proinde imperfectionis, ex quo ut ibidem de visioue ostendimus, debere speciem semel quiditativè repræsentantem Deum, esse etiam idem cum illo in esse entis, & infinitam, ut efficaciter ibi convincit D. Tho., cum intelligere, & esse, sivè esse intentionele, & entitativum sint idem in illo.

Sed edmisso etiam tali excessu adhuc non rectè negatur possibilitas speciei creetæ repræsentantis iutuitivè, idest quoad axistentiam, semel admissa repræsentante quoad quiditatem, ergo solutio est nulla. Prob. ent. Nem talis excessus non consistit in eo, quòd species create nou possit Divinitatem immedietè repræsentete, (aliàs oulla esset possibilis etiem epud ipsos, quiditativè illam repræsentans,) sed in eo tentum, quòd plùs, vel minùs de Diviuitate repræsentet, sed hìc excessus uon tollit possibilitatem repræsentantis intuitivè, vel quoad existentiem, admissa possibilitate alterius repræseuteutis quoad quiditetem, ergo. Prob. mi. quià ille tantum excessus tollit possibilitatem speciei propriæ Diviuitatis, quæ creeta sit, qui est penès creatum repræsentans, & iucreatum repræsentatum; vel qui est penès repræsentans finitum, & repræsentatum infinitum, vel penès repræseutans potentiale, & repræsentatum ectaelissimum, led prædictus excessus non est hujusmodi, sed solum penès plures, vel pauciores formalitates de eodem actualissimo, ergo non sufficit ad tollendam possibilitatem alterius, altere admissa.

Urg. hoc, & simul ratio facta. Ideò possibilis est repræsentans tantum abstractivè, val quoad solam quiditatem, quià licet repræsenter quiditetivè aliquid infinitum, actuelissimum, & incomprehensibile, non tamen tenetur repræsentare modo infinito, actualissimo, & comprehensivo, sed tentum finitè, & purè quiditatiuè, sed neq. etiam iutuitivè repræsentans teneretur aliter repræsentere, cum deseruiret intellectui solum finitè, & purè quiditetivè cognoscenti, ut modo etiam contingit in Patrie, ergo.

Dices non esse repugnantiam ex eo quòd species creata non possit intuitiuè repræseutare Divinam essentiam, vel Trinitetem, sed quià viatori non habenti lumen gloriæ, seù visivum, & iutuitiuum, nequit telis species concedi. Species enim debet proportionari lumini, cui deseruit: §. Sed contre hoc est, & in primis, ut dicebemus, ubi est possibilis species repræsentens objectum, debet esse possibile lumen proportionatum tali speciei, aliàs frustrenea erit possibilitas ejusdem speciei, cum ad nihil tunc deseruiet, nec deseruire possit, non admissa possibilitate hujus luminis, ergo si semel edmittitur etiam in vie possibilis species intuitiuè repræsentans Trinitetem, & non solum abstractiuè, debet etiam admitti possibile lumen proportionatum tali speciei sic potenti repræsentare.

Secuudò impugnatur. Nam idem lumen sufficiens ad repræsentandum quiditetiuè obiectum, siue quoad illius quiditatem, est etiem sufficiens ad repræseutendum illud, ut existens, ergo si semel admittitur possibile lumen ad cognoscendum quiditatiuè Deum, siuè quoed ejus quiditatem, debet etiam edmitti lumen ad coguoscendum illum, ut existentem, & consequenter non solum abstrectiuè, sed etiam intuitiuè. Prob. ant. inductiuè. Nam eodem lumine, quo abstractiuè cognoscit Astrologus Ecclypsim factam in alio Emispherio, cognoscit illam intuitiuè factam in isto. Similiter eodem, quo cognoscit abstractiuè Philosophus rosam absentem, coguoscit eem intuitiuè præsentem, ergo idem lumen erit sufficiens ad utrumq. Et ratio sumitur ex eo, quòd distinctio notitiæ penès ebstractiuam, & intuitiuem, attenditur præcipuè ex parte objecti repręsenteti, unde est abstractiua, si istud repræsentetur ut reeliter ebsens, & intuitiue, si ut præsens, ergo si possibilis est modo in uia species intuitiuè repræsentans Deum, siue ut existentem, non est negendum lumen possibile proportiouatum huic speciei, uel si impossibile judicent modo iu uia hoc lumen intuitiuum Triniretis; judicent periter impossibile lumen abstractiuum, ac proinde etiem impossibilem utramq. speciem, & cognitionem.

§. VIII.

Soluuntur argumenta,

PRimò arg. ex Scoto. Notitia abstractiue suapte natura præcedit intuitiuam ejusdem objecti, sed prius potest esse sine posteriori, ergo poterit dari notitie quiditatiue Trinitatis, quæ sit tantum abstractiua, non intuitiua: §. Urg. hoc. Potest Deus quemcunq. notitiam intuitiuem conseruare in ebsentia objecti, ergo potest efficere, quòd notitie, quæ erat intuitiua, sit modo tantum abstractiue, & consequenter poterit dari notitia quiditatiue Trinitetis, quæ sit tantum abstractiue.

Ad hoc dicimus primò plure inuoluere omninò insubsistentia, imò inconuenientie, nem si ex sue natura abstractiua præcedit intuitiuā, sequitur quòd nun posim primò cognoscere Petrū intuitiuè, antequā coguoscam illū abstractiuè, cum tamen continuo experimen-

rimento cõstet innumeros cognoscere alios ut præsentes, ac proinde intuitiuè, antequã illos nouerint abstractivè, sivè ut absentes, quinimmò nec audierint illos esse in rerum natura. Similiter in notitia intellectuali, quià aliàs Angeli, & cæteri beati ante ingressum ad gloriã debuissent priùs in via habere cognitionẽ quidditativã abstractivã de Deo, quod est alienum. Unde Durand. ubi supra adeò impossibile iudicat cognitionẽ abstractivam cujuscunq. rei esse primam, ut necessarium sit ad illam præcedere aliam priorem, vel intuitivam, ex qua deducatur, & ideò non posse homini viatori concedi abstractivam quidditativam Trinitatis ante aliam primam, vel intuitivam illius, ex qua deducatur, quod etiam probat inductivè in omni cognoscente, sivè increato, vel Deo, sivè creato, Angelico, humano, & brutali. Nam *Deus* (inquit) *nihil cognovit abstractivè, puta res antequam fiant, nisi cognoscendo essentiam suam intuitivè. Similiter, & Angelus primò intuitivè cognoscit essentiam suam, & ex illa deducitur cognitio abstractiva aliarum. Similiter experimur in nobis, quòd omnem cognitionem abstractivam intellectivam præcedit cognitio intuitiva sensitiva. Et similiter est in brutis, si habeant aliquam cognitionem abstractivam*. Ità Durand. Tantum ergo abest, quòd abstractiva suaptè natura præcedat intuitivam.

Quòd si dicas huic ejus inductioni solum concludere id, quod fit secundum consuetum cursum naturæ, non tamen quòd non possit aliter fieri Divina virtute: §. Contra reponit iterum primò. *Quòd Deus non intelligit, nec intelligere potest abstractivè alia à se, nisi intuitivè cognoscendo essentiam suam, per quam alia cognoscit*: Ut nos etiam suprà ostendimus impugnando radicem scientiæ mediæ. Deindè dimittendo Angelos, subdit idem, de quibus parum scimus de illis, & loquendo de nobis, de quibus est quæstio. Secundò impugnat solutionem supponendo tanq. ab omnibus concessum, quòd secundum communem cursum naturæ, vires interiores tàm sensitivæ, quàm intellectivæ non possunt exire in actum, nisi prævia cognitione intuitiva alicujus sensus exterioris, quià non habent immediatum ordinem ad res exteriores, sed solum mediante cognitione sensitiva exteriore: quo supposito arguit sic *Si Divina virtute fieret, quòd intellectus, & alia vires interiores exirent in actus suos respectu rerum exteriorum absq. ulla præsuppositione quarumcumque actuum omnium sensuum exteriorum, tunc intellectus, & vires sensitivæ interiores haberent quoad tales actus immediatum ordinem ad res exteriores, sicut & sensus, sed actus sensuum exteriorum sunt intuitivi propter immediatum ordinem ad objecta sua ergo & actus intellectus, & aliarum virium interiorum essent intuitivi, & non abstractivi propter eandem causam. Si ergo aliqua cognitio sit abstractiva oportet, quòd præcedat aliqua alia, quam supponit, vel ex qua deducatur, & sic patet, quod illa inductio concludit illud, quod sic est in Deo, & in nobis, quòd impossibile est fieri oppositum quacunq. virtute*. Ità iterum Durandus, cujus doctrinam retuli, ut urgentiùs appareat efficacia rationis adductæ, cum in Deo ut dicebamus, non sit possibile quidditativè illum semel attingere omisso aliquo ejus prædicato, quale est ejus existentia, ut fatentur ut dictum est, etiam Scotistæ; uam manifesta est implicantia videri objectum quidditativè, non visis omnibus prædicatis illius quidditativis, ut abundè ostensum est relata qu. 12. de visione.

Ad arg: ergo in forma neg. ma., vel etiã dist. notitia abstractiva suaptè natura præcedit intuitivã; abstractiva quidditativa, neg., abstractiva, vel connotativa, transeat, vel conc., loquẽdo specialiter de abstractiua supernaturali in subjecta materia Trinitatis reuelatæ; & tunc etiã conc. mi., & neg. cons. Quamuis ergo notitiã intuitivã hujus mysterii, præcedat supernaturalis, & gratuita, abstractiua connotatiua, quæ habetur per fidẽ per species alienas, non tamen quidditatiua, & per species proprias; & ratio est, ut suprà, quià quidditatiua Dei, vel Trinitatis necessariò est rei existentia, ut tenẽtur fateri etiã contrarii ut dictũ est, si semel velint, existentiam esse prædicatum quidditatiuum illius, quià tunc impossibile est, ut patet, videri quidditatem illius, & non videri, ut in se physicè præsentem, & existentem, quod est cognosci intuitiuè, ut dictum est. Unde quando incipit cognosci quidditatiuè, statim incipit etiam cognosci intuitiuè. Cæterum notitia connotatiua, cum non sit per proprias species, esto sit objecti in se, uel necessariò existentis, non oportet, quòd sit primò intuitiua, quià non est notitia rei in se immediatè, sed per aliud: qua ratione, ut uidimus supra in simili ad art. 1. de uisione, potest esse in nobis desiderium uidendi Deum, terminatum ad ipsum, ut est ipsa causa prima naturalis, quiu expressè, & formaliter terminetur ad Deum, ut in se est absolutè, non tamen uideri potest prout sic, quin uideatur totus, ut in se est: quià nempe uisio terminatur essentialiter ad essentiam Diuinam, ut est à parte rei, & ideò cum in re sit simplicissimus actus, uel tota uidetur, uel nullo modo. Desiderium uerò terminatur ad illam, non ut est à parte rei, sed ut propositam per cognitionem naturalem, per quam expressè, & formaliter tantum proponitur, ut prima causa, & ut cognita ex effectibus, & per eorum species, uel alienas.

Ad confirm. neg. ant. Nam pereunte objecto perit quoque notitia, prout specificatur ab illo, notitia autem intuitiua, ut dictum est, specificatur ab objecto realiter præsenti, vel existente, unde impossibile est conservari in ejus absentia. Quis enim dicet notitiam intuitiuam, quam habeo de rosa præsente, posse etiam conservari in hyeme, qua tunc etiã videam absentem. Id enim ut dictum est, est evertere rerum definitiones, & posse illis earum oppositum conuenire, quod manifestè implicat. Imò nec proprietatibus illarum, & non solum prædicatis definitivis potest tale prædicatũ, utpotè sui destructiuum convenire. Aliud enim est, ut alibi vidimus, posse earũ resultantiã impedire, aliud verò prædicatũ oppositũ admitti in illarum subjecto, quantò minùs id poterit admitti in prædicatis illius constitutivis. Unde videtur idem ant., vel propositio sic generaliter sumpta, aliena omninò ab omni bona metaphysica. Quidquid sit de illis notitijs, quæ habentur per species distinctas realiter ab objectis visis, non tamen fieri potest in illis noticiis, quæ non habentur nisi per hoc, quòd ipsum objectum per se ipsum nititur intellectui sub munere speciei impressæ, & expressæ, qualis est visio intuitiva Dei, quæ aliter haberi nequit nisi per se ipsum sub utroq. munere unitum, ut ostensum est ibidem de visione.

Secundò principaliter arg. Christus, ut nos etiam fatemur cum D. Tho. 3. p. q. 11. relata ar. 1. per scientiam infusam cognoscit visionem beatam D. Petri, ergo cognoscit S. Petrũ cognoscere quidditativè Deum, ergo cognoscit in quo consistit quidditas Dei, ergo cognoscit per illam quidditativè Deum. Probantur singulæ consequentiæ. Prima quidem, quià de ratione visionis beatæ est, quòd sit cognitio quidditativa Dei prout est in se. Secunda verò, quià sĩ ignoraret, in quo

quo consistat quiditas Dei, non posset videre utrum talis notitia sit quiditativa Dei, vel non. Tertia demum, nam qui clarè cognoscit in quo consistit quiditas rei, cognoscit illam quiditativè, ut per se patet.

Ad hoc patet ex dictis non esse necessarium ad claram cognitionem rei quiditativam, quòd cognoscantur omnes causæ ejus extrinsecæ, ut in se sunt, sed solum in ratione causæ, vel termini talis rei, ut ostensum est in Angelo clarè cognoscente cognitione naturali ordinem universi, creationem passivam, & omnem aliam creaturam, quæ per se respiciunt Deum, ut causam propriam, à qua essentialiter dependent, & tamen per illam non cognoscunt Deum ut in se est, aliàs nec cognitione eadem naturali cognoscerent prædicta omnia, quod est falsum, ut constabit infrà. Deindè etiam ut dictum est, hoc etiam permisso non oporteret, quòd per eandem scientiam cognosceret Divinam essentiam ut in se est, clarè cognita, vel quiditativè visione beata, vel aliis entibus supernaturalibus, quæ dicunt ordinem ad illam, ut ad terminū, vel causam extrinsecam, sed satis est, quòd prout sic cognoscatur per scientiam beatam, quæ est cognitio principiorum scientiæ infusæ, ut ostensum est in aliis scientiis naturalibus. Unde neg. 2. conseq., & ad prob. illius neg. ant., satis enim est, ut cognoscat Deū ut in se est esse terminum, vel objectū ejus specificativum, aut quòd illum prout sic cognoscat per scientiam beatam.

Sed instas conceptus quiditativus visionis beatæ consistit in eo, quòd sit cognitio Dei quiditativa, ergo ut cognoscat visionem Dei esse beatam erit necessarium videre, quòd sit Dei cognitio quiditativa. At hoc fieri nequit, si Deus quidicativè non cognoscitur, ergo. Prob. hæc mi. Nequit aliquis cognoscere animal rationale mortale esse quiditativam hominis definitionem, nisi cognoscat hominis quiditatem in eo consistere, quòd sit animal rationale mortale, ergo pariter non poterit quis clarè, & evidenter cognoscere visionem D. Petri esse visionem quiditativam Dei nisi cognoscat quiditativè Deum, sive in quo quiditas Dei consistit. §. Huic instantiæ primò iterum dico, quòd etiamsi hoc esset necessarium, non tamen infertur, quòd eodem lumine, (ut dictum est) utrumq. cognoscat. Unde neg. mi. subsumptam loquendo de eodem lumine: §. Sed deindè neg. iterum eandem mi. Ad ejus prob. nego conseq. quià quiditas Dei non consistit in quiditate visionis beatæ, sive in conceptu quiditativo alterius, sed tantum comparatur ad illam, ut causa formalis extrinseca, unde satis est, ut vidimus, quòd tantū prout sic cognoscatur à cognoscente quiditativè visionem. Cœterum definitum, & definitio non sic compar. ntur, sed ut res explicata, & explicatio ejus, adeò ut nec dicantur distingui penès explicitum, & implicitum, sed ut magis, & minùs explicans; quod enim confusè explicat definitum, clarè explicat definitio, quæ est oratio explicans naturam rei, scil. clarè, unde impossibile est clarè, & evidenter cognoscere definitionem rei, non cognita evidenter natura, vel quiditate definiti.

Sed adhuc instas. Non potest anima Christi cognoscere visionem Petri sic terminari ad Deum, ut objectum specificans, nisi etiam videat; (præsertim in nostra sententia non admittente aliam speciem ad illam, nisi Divinam) Deum unitum intellectui ejus elicienti per modum speciei impressæ, & expressæ ad eandem simul cum illo concurrere, at totum hoc videri nequit non viso Deo in se ipso, ut videtur manifestum, cum prout sic ad illam concurrat, ergo.

Huic etiam instantiæ data etiam mi. non infertur ut supra, quòd teneatur per idem lumen sic videre illum, sed tantum per superius beatificum: §. Sed nego deinde mi., quià non est necessariū videri omnia ab extrinseco concurrentia in se ipsis, sed tantum in ratione extrinsecè concurrentis, ut probatum est, unde sufficit, quòd videat lumen ut concurrens ad illam, & hoc viso ob illius necessariam connexionem cum concursu Dei sub utroq. munere necessariò ad eam habendam, videat illum sic concurrentem, vel sub munere concurrentis, & objecti specificantis, non autem in se ipso.

QUAESTIO II.

De numero Divinarum notionum.

§. I.

Explicatur conceptus notionis ex D. Tho.

DEfinitur notio Divina à D. Tho. hìc art. 3. q. 32. Quòd sit ratio propria cognoscendi Divinam Personam, undè ly *ratio* tenet quasi genericè, & denotat prædicatum commune tam notioni, quàm aliis attributis essentialibus in abstracto significatis, nam Deitas est ratio constitutiva Dei, sapientia est ratio constitutiva sapientiæ, & sic de aliis, & ita etiam notio est *ratio*. Undè quià de conceptu intrinseco *rationis* est, quòd sit aliquid, quod significatur in abstracto, particula *propria*, denotat id, per quod *notio* incipit distingui ab aliis rationibus essentialibus, quæ communes sunt omnibus Personis, & ideò non possunt istæ habere rationem notionis.

Tertia particula, *cognoscendi* denotat notionem distingui à significato horū nominū, *relatio, & proprietas personalis, & proprietas non personalis*. Nam prima, (ut supra innuimus) significat id, quod refertur ad correlativum, & personam constituit. Posterior verò id, quod quidem non convenit omnibus Personis, personam tamen non constituit; unde licet non omnibus conveniat qui tantum non convenit, ut spiratio activa, sive virtus spirativa conveniens tantum Patri, & Filio, & ideo non est proprietas simpliciter personalis, sed tantum secundum quid, vel personarum. Notio autem dicitur id, quod est formale principium cognoscendi personam, undè forma significata per hoc nomen *Paternitas*, significat id, quod est ad Patrem, significata verò per hoc nomen *notio*, significat id, quod est principium cognoscendi peculiariter Patrem. quæ omnia ferè ad literam tradit D. Th. in 1. dist. 26. qu. 2. ar. 3. *Dicendum, (inquit) quòd notionis, proprietatis, & relationis differentia potest tripliciter assignari. Primò quantum ad rationem significationis. Et sic sciendum est, quòd paternitas dicitur relatio secundum quòd ad Filium refertur; dicitur autem proprietas, in quantum soli Patri convenit; dicitur notio in quantum est principium formale innotescendi Patrem. Secundò quantum ad ordinem innotescendi, quià cum nihil possit esse principium innotescendi aliquid nisi sit sibi proprium, intellectum notionis præcedit intellectus proprietatis, quià proprietas non convenit nisi rei distinctæ ab aliis, & distinctio in Divinis non habetur nisi per oppositionem relationis, intellectum proprietatis in Divinis præcedit intellectus relationis. Tertiò, quantum ad numerum &c.* De quo infrà. Et deinde subdit. *Ad hoc enim, quòd aliquid*

quid dicatur notio persona, tria requiruntur. Primò quòd ad originem pertineat, quià relationibus originis personæ distinguuntur. Secundò quòd pertineat ad dignitatem, quià persona est hypostasis distincta proprietate ad dignitatem pertinente. Tertiò quòd dicat aliquid speciale, quià commune non est sufficiens principium innotescendi personam. Ità D. Tho. Ex quibus habetur etiam explicatio ultimæ particulæ, scil. *Personam Divinam*. Quià nempe debet significare aliquid spectans ad originem, & dignitatem, quæ duo importantur à ratione personæ.

§. I I.

Statuitur suppositum de objectiva existentia notionum in Divinis.

SUpponimus in Deo dari notiones non tantum pro formali, ut jam admittunt omnes, sed etiam pro conceptu objectivo, itaut significatum hujus nominis *notio* sit in Divinis personis, antequam sit in conceptibus nostris. Ratio est ex conceptu superiori ejus definitivo. Nam verè reperitur objectivè in Deo, quod significatur per hoc nomen *notio*, scil. ratio propria cognoscendi Divinam personam, sive per quam una distinguitur ab alia, hæcenim est manifestativa personæ, ut per se patet, & ex superiori explicatione D. Tho. §. Urg. hoc, & præoccupatur solutio. Nam sicut communiter dividitur conceptus in formalem, & objectivum, quorum prior est qualitas mentis, per quam exprimitur res concepta, quæ vocatur conceptus objectivus, sivè conceptio conceptus, ità pariter dividenda est notio in formalem, & objectivam, & non coarctanda ad solam formalem, idest non ad solam, qua intellectus activè intelligit, sed etiam assignanda est alia ex parte objecti intellecti, vel rei notificatæ, aliàs idem notificabitur per se ipsum, quod ferè esset ludere verbis in Divinis, & præbere ansam hæreticis ad magis obscurandum, vel illudendum tam sublime mysterium, ergo verè in re, & objectivè admittenda est in Deo utraq. notio, & non tantum formalis penès nostros conceptus.

Expl. hoc. Nam dum à nobis prædicantibus hoc mysterium inquirunt hæretici, quò tres personæ sunt unus Deus, & quò tres, si velimus eis catholicè satisfacere, & non confundere illud, vel respondere idem per idem, tenemur respondere nominibus abstractis, quòd *Sicut* (inquit D. Tho.) *respondetur, quòd sunt essentia, vel Deitate unum: ità oportuit esse aliqua nomina abstracta, quibus responderi possit personas distingui, & hujusmodi sunt proprietates, vel notiones in abstracto significantes, ut paternitas, & filiatio. Et ideò essentia significatur ut* quid; *persona verò* ut quis, *proprietas autem ut* quo. Quibus subtiliter insinuat necessitatem respondendi per nomina abstracta, ut responsio sit proportionata quæsito. Nam prædicta interrogatio est de abstracto, (hoc enim sonat vox *quo*,) unde si diceretur, tres personas esse tres tribus personis, non esset congrua responsio, sed esset idem per idem responderes bene verò fit satis, si utamur nominibus abstracto significantibus proprias rationes earum objectivas, dicendo juxta D. Tho., quòd sunt tres proprietatibus personalibus, & unum Deitate. Et ratio omnium est, quià interrogatio, & responsio, si velimus per hanc fieri alteri satis, (ut tenemur, & patet in convictu humano) debent cohærere, aliàs esset potiùs illusio, vel æquivocatio, qua ratione justissimè ab Innoc. XI. damnatæ sunt restrictiones purè mentales, ergo dum hæretici de hoc mysterio interrogant per abstractū, tenemur per abstractum respondere, ne videamur eorum quæsitum illudere, eosq. decipere, & consequenter, ad contemptum, & irrisionē apud ipsos veritatē illius deducere. Nam planè si iterroganti per concretum, ut sit proportionata responsio, fit satis per concretum, cur eidem interroganti per abstractum fieri non debet fieri satis per abstractum. Tum quià iidem interrogant de conceptu objectivo, de hoc enim expectant responsum, ut patet, ergo de isto respondendū est.

Fateor quidem cum M. Bannez hìc ad art. 4 nihil de notionibus sub isto nomine *notionis* inveniri in sacris literis, nec in Concilijs aliquid definitum esse, nihilominùs si de re ipsa loquamur, error esset in fide negare innascibilitatem, ex hoc enim sequeretur aliquid expresè contra fidem, nempè quod Pater esset ab alio. Unde D. Tho. ibidem in fine corp. inquit. *Si quis falsum opinaretur circa notiones considerans, quòd ex hoc sequatur aliquid contrarium fidei in hæresim laberetur.* Primus autem, qui introduxit hoc vocabulum notionis, (ut advertit Cajet.) fuit D. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 6. dicens, quòd alia est notio, qua intelligitur *ingenitus*, & alia, qua *genitor*. Rationem verò necessitatis introducendi illud, & ponendi sic distinctè, & expresè eas in eodem mysterio duplicem adducit D. Tho. ar. 2. Prima est, quam jam insinuavimus, scil. ob instantiam hæreticorum. Cum enim confiteamur Patrem, Filium, & Spiritum S. esse unum Deum, & tres personas, quærentibus illis, quò sunt unus Deus, & quò sunt tres personæ, tenemur, ut supra, recurrere ad abstracta, scilicet essentiæ, vel Deitatis ad sustinendam unitatem, & ad proprietates personales, quæ sunt notiones, seù formæ, vel notæ ad manifestandam Trinitatem personarum. Et licet gaudeant diversis nominibus, scil. relationis proprietatis, & notionis, & in eadem etiam formalitate absq. distinctione dicantur convenire, sub illo tamen notionis exercent munus manifestandi, nam sub isto, ut dictum est, comparantur ad intellectum, cui fit manifestatio, sub priori verò *relationis*, ad correlativum, sub alio verò *proprietatis*, ad personā, cujus est proprietas.

Secunda ratio D. Tho. est, quià Persona Patris refertur ad duas personas, scil. Filij, & Spiritus S., non unā tantum, sed duplici relatione, ergo oportet in Patre distinguere notiones. Prob. ant. Si Pater una tantum relatione respiceret utrumq., pariter Filius, & Spiritus S. una tantum respicerent Patrem, & sic non essent duæ personæ, quià sola relatio multiplicat Trinitatem: §. Dices ex Præpositivo relato ab eodem S. D. optimè stare, quòd Pater una tantum relatione referatur ad utrumquè, & nihilominùs isti duabus referantur ad Patrem, sicut uno modo tantum se habet Deus ad creaturas, cum tamen istæ diverso se habeant ad Deum; unde existimavit repugnare Divinæ simplicitati, quòd utamur his nominibus in abstracto, ac proinde minimè esse admittendas notiones.

Sed hanc solut. reijcit D. Tho. primò, quià ratio specifica relationis consistit in esse ad aliud, ut latè etiam explicatum est in logicis, ergo si in Filio, & Spiritu S., sunt duæ relationes specificè distinctæ, ut tenemur eas distinguere ob duas formales earum rationes, nequit Pater una tantum relatione referri ad utrumq. Quod etiam declarat exemplo in Patre, & domino respectu filij, & servi, in quo duplex relatio constituitur secundum diversitatem relationis à servitute. Hinc etiam ruit instantia de creaturis in ordine ad Deum, nam relationes earum ad ipsum sunt unius

ratio-

rationis, ergo licet omnibus illis respondeat una relatio ex parte Dei, non tamen una tantum respondere potest utriq. relationi Filij, & Spiritus S. ex parte Patris. §. Secundò impugnat hanc instantiam. Quià fermo est modo de relationibus utrimq. realibus, sed relatio Dei ad creaturas non est realis, ut constat ex dictis præsertim ad q. 13., ergo non oportet, quòd sit una, nullum enim est inconveniens multiplicare relationes rationis in Deo, ut iterū constat ex superioribus.

Quòd si dicas ex his etiam sequi, quòd deberent in Patre multiplicari non solum duæ, sed duæ realiter distinctæ. Nam si semel ex eo, quòd relatio consistit in ordine ad aliud, multiplicatur specificè, si est ad plures specificè distinctas, pariter erit multiplicanda realiter, si est ad plures realiter distinctas, ut sunt relationes utrinsq. ad Patrem, quod tamen non admittitur: §. Sed contra hoc est, nam distinctio realis in Divinis, (ut suppono in communi sententia) vel oritur ex oppositione relativa, ut frequentiùs affirmant Thologi, cum Thomistis, & constabit infrà; vel ex incompossibilitate duorum in eodem, ut sustineut alij cum Scotistis, sed ambæ relationes in Patre ad Filium, & Spiritum S., nec habent inter se oppositionem relativam, nec incompossibilitatem in eodem, ut supra insinuavimus, & ex dicendis etiam constabit ergo licet ex eo quòd sint in ordine ad terminos specificè distinctos, rectè inferatur earum pluralitas, vel dualitas, non tamen infereuda est dualitas distincta realiter ex eo, quòd sunt ad terminos distinctos realiter.

§. III.

Solvuntur alia instantia contra rationem D. Tho.

Secundò instas contra eandem rationem, & est replica contra præcedentem solutionem. Nam relatio, qua Christus refertur ad Matrem Virginem, ut Filius ejus, & relatio, qua refertur ad Patrem æternū, non sunt duæ relationes reales, sed tantum hæc posterior, qua respicit Patrem, sed ex parte Patris æterni, & Matris temporalis correspondent Christo duę relationes reales, & realiter distinctę, ergo ex eo, quòd relatio Patris in ordine ad Filium, & Spiritum S. sit tanq. ad duos terminos realiter distinctos non rectè infertur, quòd debeat realiter multiplicari: §. Respon. neg. suppositum, quòd Christus sit capax relationis realis ad Matrem Virginem, sicut Pater est capax relationis realis respectu Filij, & Spiritus S.; sicut ob eandem incapacitatem ortam ex supposito Divino, neq. est capax filiationis adoptivæ. Unde dist. claritatis gratia ma. Non sunt duæ reales ob incapacitatem suppositi, quod Divinum est in illo, & consequenter incapax relationis realis ad creaturam conc. Ex defectu terminorum realiter distinctorum, neg., nam si unum tantum non asset suppositum Verbi in illo, sed essent duo, ut ponabant Nestoriani, alterum creatum, vel humanum, & alterū increatum, tunc qua homo distincta reali respiceret Matrem, ob dualitatem realem termini distinctam realiter, sicut similiter dicit D. Tho. de filiatione adoptiva, in eadem dualitate suppositi. Sed tunc retorqueri poterat eadem paritas.

Tertiò instas. Quamvis relationi filij in creatis respondeat duæ relationes reales realiter, & specificè distinctæ ex parte Patris, & Matris, unica tamen relatione reali refertur ad utramq., ergo quamvis similiter in Divinis relationi Patris respondeant duæ reales realiter, & specie distinctæ ex parte Filij, & Spiritus S. unica tamen reali poterit Pater ad utrumq. referri: §. Huic instantiæ solet responderi, quòd licet in filio sit una relatio secundum rem, vel materialiter, est tamen duplex formaliter, nam filiatio, ut correspondet concursui passivo Matris specie distinguitur à ipsa, ut correspondet concursui activo Patris. Ità Ferrara 2. cont. Gent. c. 12. §. ex istis, ubi explicans doctrinam D. Tho. 3. p. q. 35. at. 5. ad 3. de hac unitate relationis filij ad Patrem, & Matrem non obstante dualitate relationum realiter, & specie distinctarum, quibus Pater, & Mater referuntur ad ipsum, inquit. *Quòd in Filio est unica relatio materialiter sicut fundamentum filiationis in ipso est unum materialiter. Sunt autem dua relationes formaliter, sicut fundamenta formaliter sunt plura. Quemadmodum enim Pater, & Mater alia, & alia ratione sunt principium generationis filii, ità alia ratione filius accipit à Patre naturam, & alia ratione à Matre, & ideò licet uno nomine, scil. filiationis significetur relatio filij ad Patrem, & relatio ejus ad Matrem, sunt tamen plures filiationes in ratione relationis.* Ità Ferrara. Et ità videtur etiam expressè sentire D. Tho. ibidem dicens. *Contingit, quòd ex parte unius extremi est una relatio, ex parte autem alterius extremi sunt multa relationes. Sicut in hominibus ex parte parentum est duplex relatio, una paternitatis, & alia maternitatis, qua sunt specie differentes propter hoc quod alia ratione Pater, & alia ratione Mater est principium generationis. Ex parte autem prolis est una sola filiatio secundum rem, sed duplex secundum rationem, inquantum correspondet utriq. relationi parentum secundum duos respectus intellectus*, Ità D. Tho. §. Unde etiam Gajet. hìc ad art. 2. §. *Ad 2. verò dubium*. Similiter explicat D.Th., quòd loquatur in præsenti de relationibus totalibus, & non partialibus. Partiales autem vocat, (ut advertit etiam Illustriss. noster de Mariois,) quarum fundamenta partialiter concurrunt ad unum numero affectum, ut patet de Patre, & Matre respectu filij. Unde intentum illius est, impossibile esse, quòd una relatio secundum speciem habeat extrema diversarum rationum non partialium, ut contingit in Divinis, ubi processio, & filiatio non habent partialia fundamenta, sed diversarum omninò rationum secundum se perfectarum, siquidem Filius perfectè, vel adæquatè terminat processionem intellectus, & similiter Spiritus S. perfectè, & adæquatè illam voluntatis, & ideò impossibile est, quòd in Patre non intelligantur duæ relationes, quibus referatur ad utrumq., ut concludit Gajet. In quo assignat discrimen inter Doctrinam D. Tho. hìc, & relatam ex 3. p., quòd ibi loquitur de extremis diversarum rationum partialium, hìc contra Præpositivum de illis diversarum totalium, vel perfectarum, & ideò instantia de unitate filiationis in nobis respectu Patris, & Matris non militat contra dualitatem relationis in Patre Divino respectu Filij, & Spiritus S.

His tamen solutionibus non acquiescit M. Ferre hìc q. 2. 2. §. 2. in manuscriptis, nam posterior, seu amplior explicatio prioris ex Gajet. videtur illam destruere, quià ex ipso quòd filios referatur ad Patrem, & Matrem, ut ad causas partiales, non totales, sequitur, quòd una tantum filiatione tam materialiter, quàm formaliter referatur ad illos, ergo non subsistit principalis eadem solutio. Prob. ant., nam effectus totalis ad causas partiales sui esse, unica tantum relatione refertur ad illas, ut patet in toto resultante ex materia, & forma tanquam ex causis partialibus, quæ similiter concurrunt diverso specie concursu, & tamen quià partiales sunt unica relatione refertur ad utramq.,

ergo

ergo eadem ratione filius unica relatione referri debet ad Patrem, & Matrem.

Nec oppositum existimat doceri à D. Tho. 3. p. quando ait esse in illo duas relationes, nam si agnosceret duas specie formaliter distinctas, verè affirmaret debere esse duas reales; hac enim ratione affirmat esse duas reales in Patre Divino; solum ergo vult esse duas secundum nostrum intellectum, adhuc sensum inquit, quatenus intellectus noster videns patrem, & matrem diversis relationibus realibus fundatis in diversis concursibus referri ad unum filium, potest unã filiationem in duas dividere relationes, non quæ sint duæ in ratione filiationis, sed quæ sint duæ in ratione effectus partialis; dum enim considerat filiũ terminare relationem patris, considerat illum referri ad patrem, ut partialem istius effectum, & dum videt matrem referri ad filium, considerat filium referri ad illam, ut partialis effectus illius est, & sic unicam relationem realem filiationis, veluti in duas partiales actualiter dividit. Ità discurrit hìc Mag.

His tamen non obstantibus non videtur recedendum ab eadem communi solutione, quam etiam sustinet Vasquez hìc annotatione ad art. 2., & Suarez disp. 43. Mataph. q. 17. num. 24. Undè ad id quod primò opponit, quòd deberet dicere D.Tho., non solum esse duas secundum intellectum, sed duas reales, sicut ait hìc esse duas reales in Patre ob eandem rationem distinctionis specificæ ex parte terminorum, patet primò ex dictis plus requiri ad distinctionem realem etiam inter duas realitates, vel relationes reales, quàm ad solam specificam, vel formalem in eadem realitate, vel relatione, nam ad primum in subjecta materia requiritur indispensabiliter, (ut dictum est, & iterum dicetur infrà,) oppositio relativa, quæ non est inter prædictas duas relationes in Patre, licet quià utraque respicit terminum sibi adæquatum, non tantum sint duæ, sed etiam duæ realiter, sivè secundum rem. Ad secundum verò sufficit aliqua formalis, vel specifica partialis ex parte ejus, respectu cujus multiplicatur, ut contingit in filio respectu patris, & matris: quod nec videtur inconveniens admittere in toto respectu materiæ, & formæ ob eandem rationem, licet quià in his non est concursus totalis, nec totalis ratio adæquata ex parte terminorum, dici nequeat quòd sint duæ reales in illis, & ideò ex eo, quòd asserat D.Tho. esse duas reales in Patre Divino tenebatur asserere, esse duas reales in filio in nobis, sed tantum secundum nostrum intellectum non præcisè fundatum in dualitate concursuum in linea efficienti, sed etiam in linea formali relativa, cum reverà pater & mater non solum efficienter illum respiciant, sed etiã formaliter relativè, ac proinde filius debet non tantum respondere illis cum dualitate partiali in ratione effectus, vel in linea efficientis, sed in ratione etiam relativi, vel relationis: §. Ex his potest aliter cum eodem ad principalem instantiam responderi, neg. cons. ob discrimen assignatum, quià nempè Patri Divino ex parte utriusq. termini respondet totalis, seù perfecta, & adæquata ratio terminandi, & ideò sufficere nequit una sola relatio realis, sed duæ reales relationes, licet ut dictum est, ob defectum oppositionis relativæ inter sè non sit una ab alia realiter distincta; sed filio in nobis ex parte patris, & matris una sola totalis, & duæ tantum partiales, & ideò una sola realis filiationis cum sola distinctione formali, vel specifica partiali.

Sed contra hanc solutionem ast instantia difficilis, quam sibi etiam obiicit idem Mag. Nam si pater, & mater præcisà essent duo termini partiales, altero ex his pereunte periret etiam filiationis relatio, sed hoc est falsum, ut supponitur, ergo vel neq. in filio erit una sola relatio realis ad patrem, & matrem, vel si una sola sufficit in illo, pariter una sola sufficiet in Patre Divino. Prob. ma. Quià quotiescunq. aliquod relativum pendet essentialiter à duobus terminis, altero pereunte perit adæquata causa sui esse, ergo necesse est & ipsum perire. Prob. cons. tum in notitia intuitiva, quæ per se specificatur à Petro, & Paulo existente, & ideo deficit altero deficiente. Tum quià sic pendet à causa adæquata in conservari sub existentia, sicut in fieri sub illa, ergo sicut nequit fieri utraq. non concurrente, licet altera partialis remaneat, ita nec conservari altera tantum partiali remanente.

Urg. hoc ex doctrina, quam tradunt gravissimi Thomistæ, quos inter M. Catalam, Cabrera &c. Et nos etiam cum ipsis expendimus 3. p. q. 1. ad art. 4. nempe ex vi decreti, quod de facto habuit Deus, non venturum Christum propter sola peccata actualia, nec propter solum originale, quià licet istud sit præcipuum motivum incarnationis non tamen adæquatum, ut insinuat etiam D.Th. Opusc. 1. ar. 23., ubi ait. Tullere peccata actualia pertinere ad principalem intentionẽ, qua venit Christus Mundum salvare. Tum quià motivum totale incarnationis non fuisset perfecta redemptio, quæ sine liberatione ab actualibus non potest esse. Vel supposita etiam aliorum doctrina, quòd ad totalitatem ejusdem motivi Decreti incarnationis, non solum pertineat liberatio ab omnibus peccatis, sed etiam illuminatio Gentium. Tunc sic arguitur, Nam quia idem decretum habuit prædicta duo motiva tanquam partialia, ex quibus integratur unum totale, altero ex illis partialibus deficiente, & altero solum perseverante, non subsisteret, nec venisset Christus, nec fuisset executa incarnatio, ergo similiter relatio terminata ad duos partiales terminos, altero deficiente, & non remanente totali deficeret. Cons. tenet à paritate rationis.

Hanc etiam principalem instantiam adeò difficilem judicat idem M. Ferre, ut dicat se responsurum pro captu suo. Ex his tamen, quæ in simili, vel ad eandem rem tradidimus in logicis, & alibi, resp. ad illam neg. ma. Ad prob. dist. ant. perit adæquata causa, & adæquatè, idest tam formaliter in se, quàm virtualiter in altero remanente, neg., tantum in se formaliter, conc., & neg. cons. quià sufficit permanentia virtualis in aliquo remanente, ut dicatur perseverare, vel haberi etiam effectus pereunte formaliter causa, vel in se ipsa, ut patet in filio nascente post mortem patris, quià licet iste defecerit in se, quià tamen manet adhuc virtute relicta, seù virtualiter in semine deciso, sufficienter habetur effectus prolis post ejus defectum. Unde tunc solum verificatur non remansurum effectum, altera tantum partiali causa deficiente, quando neutro modo remanet, & consequenter adæquatè deficit totalitas causæ, ut patet in duobus partialiter trahentibus, vel portantibus lapidem ponderis, ut octo, si seorsim habeant tantum virtutem portandi, vel trahendi ut quatuor, quià tunc altero cessante partialiter portare, vel trahere, cessat etiam tractio, quià cum virtus illius non remaneat in altero adæquatè cessat totalitas causæ.

Idem similiter contingit in notitia intuitiva utriusq. objecti præsentis, nam altero recedente, vel absente, id, per quod erat objectum partiale illius,

nullo

nullo modo remanet in alio, scil. ratio colorati, & realis ejus præsentia: in casu verò concursus, quem præstat Pater, vel Mater remanet aliquo modo in concursu alterius, cum ad invicem se determinent, & modificent, ac proinde manet virtualiter, seù virtute in concursu illius, quod sufficit ad perseverantiam filiationis, sicut sufficit ad productionem filii, si prævie moriatur pater ut dictum est; & verè dicitur, & est filius relativus; itaut resultet perseverante Matre relatio filiationis quoad sui realitatem, & perseveret quoad eandem, non tamen quoad denominationem respectivè ad utrumq., sed ad solam Matrem. Sicut relatio, qua pater respicit duos filios adhuc dicitur perseverare quoad realitatem mortuo secundo filio, non tamen quoad denominationem relati, quià id, quod sufficit ad conservandam sub existentia realitatem relationis non sufficit ad conservandam omnem ejus denominationem, unde licet utrobiq. cesset denominatio relati, (cum tunc esset de subjecto non supponente, non existente termino illius) non tamen cessat realitas ejus, ut dictum est, ob præfatam perseverantiam unius in alio sufficientem ad illius conservationem.

Ad confir. similiter resp.neg.conf. ob idem discrimen, quià juxta eandem doctrinam deficeret adæquatè totalitas motivi, cum unum partiale juxta illam non remaneret ullo modo in alio, ut tenemur supponere, si velint altero partiali tantum deficiente non venturum Christum. Fundantur enim in hoc ut insinuavimus, quòd motivum adæquatum, vel totale sit perfecta redemptio, vel etiam conjuncta cum illuminatione Gentium, patet autem hanc rationem compleri, & conjuncti cum tali illuminatione non posse perseverare altero tantum deficiente, nec istud remanere in alio, ac proindè nullo modo remanere totalitatem motiui.

§. IV.

Statuitur conclusio resolutiva.

Quinq. tantum sunt notiones in Divinis, nempè paternitas, innascibilitas, filiatio, spiratio activa, & processio, seù spiratio passiva. Præcipua autē reducitur difficultas ad inspirabilitatem, quam alii cum Scoto contendunt esse addendam quinque relatis, & ponendam in Filio, sicut ponitur innascibilitas in Patre. Est tamen D.Tho. hìc art.3. §. Prob. ratione ejus. Notio est propria ratio cognoscendi Divinam personam, ut patet ex tradita illius definitione, ergo ratio notionis attendenda est penès originem, ergo penès hæc duo, scil. *à quo alius, & qui ab alio*. Sed ex his duobus quinque resultant, & non plures, ergo quinque tantum sunt. Prima conf. constat, quià personæ multiplicantur secundum origines, ergo ratio cognoscendi illas debet attendi secundum origines. Secunda etiam patet, quià illa duo per se spectant ad ordinem originis, ergo secundum illa duo innotescunt nobis personæ. Mi. verò subsumpta prob.. aplicando utrumq. modum originis ad singulas personas. Et quoad personam Patris. Nam hæc non potest nobis innotescere per hoc, quòd sit ab alio, cum sit prima persona, sed per hoc, quòd à nullo est, non positivè, sed negativè, & sic habetur in illo notio innascibilitatis, per quam denotatur in illo negatio universalis essendi ab alio per originem. Ex altero verò *à quibus*, dupliciter innotescit Pater, primò per generationem, quià Filius est per illam à Patre nascendo, Secundò per spirationem sibi, & Filio communem, quià ratione illius est Spiritus S. ab illo, Ex alio verò modo, *qui ab alio*, innotescit primò Filius per filiationem, quià Filius à Patre est; & superiori modo etiam *& quo alius*, innotescit idem Filius per eandem spirationem, cum qua, vel in qua convenit cum Patre, quià Spiritus S: à Filio quoq. est, tanquam à spiratore. Ex eodem pariter modo *qui ab alio*. Innotescit secundò Spiritus S.per processionē, per quam est à Patre, & Filio. Sed non est assignabilis alia resultans, nec positivè, nec negativè, ergo sunt tantū quinque. Hæc mi. quoad 1.p. est certa, quià à Spiritu S. nulla persona procedit, quoad 2. verò prob. à D. Tho. hìc ad 4 quià hæc negatio, scil. quòd ab illo nulla persona procedat non pertinet ad dignitatem ipsius, sicut pertinet illa Patris, quod requiritur ad rationem notionis, ut dictum est. Unde ait D. Tho. *Dicendum quòd cum Persona importet dignitatem (ut dictum est scil. q.29. ar.3.) non potest accipi natio aliqua Spiritus S. ex hoc, quòd nulla persona est ab ipso. Hoc enim non pertinet ad dignitatem ipsius, sicut pertinet ad auctoritatem Patris, quòd sit à nullo*. Ergo ex præfatis duobus modis nulla est alia assignabilis, ut amplius constabit §. seq.

Harum autem notionum quatuor tantum sunt relationes, nam innascibilitas non dicitur relatio, nisi per reductionem, sicut negativum reducitur ad positivum. Tres verò sunt proprietates simpliciter, seù personales, nam de ratione proprietatis est convenire uni soli, unde etiam notiones personales, seù constituentes personas sunt tantum tres, scil. Paternitas, Filiatio, & processio, aliæ verò duæ, scil. innascibilitas, & communis spiratio dicuntur notiones personarum, non personales.

Secundò prob.concl.alia ratione desumpta iterum ex D. Tho. in 1. ubi suprà, & urg., & magis explicatur præcedens. Nam ad rationem notionis tria requiruntur: primum, quòd pertineat ad originem; secundum ad dignitatem; tertium, quod dicat aliquod speciale, sed hæc tria tantum conveniunt Paternitati, & aliis enumeratis, ergo. Ma. constat ex dictis. Primum quidem, quia relationibus originis distinguuntur personæ; secundum, quià persona ex propriis importat intellectualem naturam, quod spectat ad dignitatem; tertium, quià quòd est commune non est principium, aut ratio propria manifestandi. Mi. etiam patet discurrendo ut supra per singulas, cum denotent subsistentiam in natura intellectuali, ergo cum nulli alteri ab istis virtualiter distincto convenire possint, quinque tantum erunt notiones, & non plures.

§. V.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. principaliter in favorem Scoti. Negatio processionis per intellectum in Patre (ut fatemur omnes) est notio Patris scil. *innascibilitas*, ergo negatio processionis per voluntatem in Filio, est notio Filii, scil. *inspirabilitas*: conf. tenet à paritate rationis, cum non videatur major ratio cur illa in Patre per viam intellectus ad dignitatem pertineat, & consequenter sit notio in illo, & non illa in Filio per viam voluntatis: §. Resp. omissis variis solutionibus, quas hìc refert, & impugnat M.Ferre, neg. conf. Ad prob. annexam neg. illam, & disparitas sumitur ex D. Th. in 1. ubi supra, & iterum in 1. ad Anibald. dist. 28. q. 1. ar. 1. ad 3., quià (ut proximè etiam insinuavimus) nega-

negatio essendi ab alio dignitas non est, nisi sit universalis prout nempè excludit, omninò esse ab alio, sic enim habet pro fundamento positivum, quod est fons totius esse in Divinis, & ideò potissimùm pertinet ad dignitatem, & soli Patri convenit, non Filio, nec Spiritui S., & ideò sola *innascibilitas* in illo obtinet rationam notionis; non iu spirabilitas in Filio.

Instas. Non solum principium universale omnis processionis dignitas est, sed particulare alicujus spectat ad dignitatem, ergo sicut prior negatio in principio universali spectat ad dignitatem, & est notio in illo, pariter spectabit ad dignitatem posterior, & erit notio in isto. Ant. est certum, & cons. prob. Sic comparantur in ordine originis, negatio universalis essendi ab alio, & particularis per voluntatem, sicut in ordine affirmationis principium universale omnis processionis, & particulare alicujus, nam utraq. negatio debet proportionari cum suo principio, ergo sicut utrumq. pertinet ad dignitatem pariter utraq. negatio spectabit ad illam: §. Urg. hoc si posterior particularis, dignitas non esset nec esset universalis, ergo vel neutra, vel utraq. ad dignitatem spectat: prob. ant. Ex eo in universum, universale cujuscunq. prædicati habere veritatem, quià inductione facta quodlibet in particulari habet illam, sicut non posset esse vera hæc, nullus homo currit, nisi in particularibus in illa contentis veritatem haberet, ergo nisi istæ essent veræ negatio essendi per generationem est dignitas, & negatio essendi ab alio per spirationem est dignitas, neq. esset vera hæc, negatio universalis, vel omninò essendi ab alio, dignitas est.

Huic instantiæ dico in primis solvendam esse in opposita sententia, nam probaret etiam de negatione essendi ab alio per viam similitudinis, vel generationis esse notionem, quod Scotus non concedit: §. Resp. ergo neg. cons. Ad prob. dist. ant. sic comparantur, quantum ad rationem prædicati universalis, & particularis, conc. quantum ad rationem dignitatis, neg. Conveniunt ergo quantum ad conceptum, vel prædicatum universalitatis, & particularitatis, quòd sicut affirmatio universalis præcontinet particulares, ità negatio universalis negationes particulares; differunt tamen in ratione dignitatis, nam producere personam ex terminis dignitas est, cum sit communicare esse, non tamen negatio essendi ab alio nisi fundetur super positivum, quod sit fons, ut dictum est, totius esse ad intra, quod soli innascibilitati Patris convenire potest. Neq. etiam quodlibet prædicatum conveniens universali debet convenire, aut descendere ad quodlibet inferius contentum, si tantum conveniat illi reduplicativè, ut universale est, quidquid sit de aliis prædicatis communibus, ut explicatum est in logicis, & patet in ante ut sic, sivè ut dicit universalem rationem entis, nam quià illi prout sic convenit esse specificativum intellectus, & non quià est ens, non debet hæc ratio specificativi convenire, aut descendere ad quodlibet inferius contentũ sub illo, sic ut quodlibet inferius sit essentialiter specificativum. Quòd totũ fundatur in regula ante prędicamentali, quòd quando prędicatũ conveniens non est superiori secundum se, sivè secundum rationem communem clausam in inferioribus, sed aliunde, vel reduplicativè ut superiori, non oportet, quòd omnibus conveniat. Per quod etiam patet ad prob. annexam, & confirm.

Sed instas. Nam ratio dignitatis non convenit per hos negationi, ex quo negatio est, ergo nec potest convenire, ex quo universalis est. Prob. cons. quià nulla major excellẽtia importatur ex quo universalis, quàm ex quo negatio est, vel assignetur: §. Resp. neg. cons. Ad prob. jam insinuavimus hanc majorem excellentiam, nam ex quo universalis est, fundatur super positivum, quod est fons totius esse in Divinis, ex quo (ut etiam advertit Cajet. hic) multiplex disparitas insurgit. Prima, quià denotat solam personam Patris se habere, ut primam in ratione principii. Solus enim Pater est principium non de principio, in quo tanta relucet autoritas, quod ad illam commendandam dicat D. Hilarius lib. 9. de Trinit. relatus infrà à D. Th. 42. ar. 1. ad 1. Patrem authoritate donantis esse majorem Filio, (quamvis hinc non liceat inferre Filium esse minorem Patre, quià donat illi unum, & idem esse, ut monet ibi D. Tho.) Unde etiam Filius in evangelio omnia refert ad Patrem, quod imitatur Ecclesia in suis orationibus omnes dirigendo ad eundem Patrem. Unde etiam idem Filius 1. ad Corint. 15. dicitur Patri subjectus, idest secundum eundem Hilarium apud D. Tho. ibidem quatenus recognoscit autoritatem paternam. Nam *subjectio Filii* (inquit Hilar. lib. de Synod.) *natura pietas est*, *idest recognitia auctoritatis paternæ*; *subjectia autem cæterorum creationis infirmitas*. §. Secunda, quià maximè commendat unitatem naturæ Divinæ, nam denotando unam personam à nulla alia procedere, indicat unum principium, & veluti caput in natura Divina, unde ut optimè colligitur ex Hilario, si ponerentur plures sic procedentes à nullo, ponerentur plures Dii, & plures naturæ, nam cum sublato ordine originis unius ab alio, penès quem attenditur oppositio relativa, hac oppositione non gauderent, necesse est tunc distingui secundum diversitatem naturæ. Ex quo, (& tangit Cajet. in secunda sui ratione) nempè ità in esse proprium unius, sivè Patris, quòd nulli alteri, sive ad extra, sivè ad intra convenire valeat, quæ plane est maxima excellentia illius, cum omnia alia, sivè Divina, sivè creata ab alio sint.

Sed contra hanc ultimam, quæ aliquomodo etiam cum superioribus incidit, instas. Nam quòd particularis negatio essendi ab alio, sit alijs communis, & illa universalissima Patris, communis non sit, non facit hanc esse dignitatem, & illam non, ergo adhuc non habetur innascibilitatem afferre particularem excellentiam supra inspirabilitatem. Prob. ant. Tum quià esse genitum convenit aliis suppositis naturæ intellectualis, & tamen dignitas est. Tum quià ex hoc, quòd soli Patri conveniat, tantum poterat inferri, quòd sit prædicatum convertibiliter dictum cum illo, aut quòd sit proprietas quarto modo, quod non sufficit ad rationem notionis, & consequenter ad dignitatem, nam ad rationem notionis, (ut vidimus,) duo requiruntur tanq. distincta, scil. quòd sit propria, & quòd ad dignitatem spectet: §. Urg. hoc. Nam negatio illa universalissima, vel sumitur pro materiali, vel pro formali. Si primum coincidit cum paternitate. Si secundum; est quid purè negativum, dignitatem non exprimens, ergo formalissimè sumpta non dicit excellentiam sufficienter ad notionem.

Resp. neg. ant. Ad prob. dist. 2. par. ant. Dignitas est, ex quo præcisè communis est, neg., ex hoc enim magis deberet excludi, cum notio importet rationem proprii, ut dictum est. Ex quo est participatio naturæ intellectualis, conc. Hac enim ratione esse genitum dicit ex propriis rationem dignitatis, quià est participatio hujus naturæ, quæ ad dignitatem spectat: esse verò inspirabile, utpotè quid negativum, nequit ad

ed hujus naturæ dignitetem pertinere, & ideò si aliàs est quid commune, ex nullo capite ad dignitatem pertinere potest, per quod patet ad 1. illius prob. Ad 2. dist. aut. pro utraq. par., tantum infertur &c. immediatè, transeat, mediatè saltem, neg., nam ulteriùs etiam infertur, quòd sit summa prærogativa Patris faciens illum distinguere, (ut dictum est) ab ente sive creato, sive increato, unde licet ex terminis negationis, vel carentiæ dignites non sit, ex cap. tamen convenienti di soli Patri ad illius dignitatem denotatur pertinere.

Ad confir. Illustris Godoij eligit 2. pert., nec tamen inde sequi, quòd non sit notio, quià ad hujus rationam necessarium non est, quòd rationa sui formalitar diguitas sit, sed tantum quòd circumlocutivè, & à posteriori dignitatem explicat; sicut nec requiritur, quòd personalitas sit, sed quòd personalitatem notificet. Licet autem innascibilitas se ipsa quasi intransitivè dignitas non sit, personalitatē tamen à posteriori explicat: §. Varum hæc solutio videtur quodammodo concedere, quòd innascibilitas, ex quo negatio. est, ad dignitatem spectet, sive à priori, & ratione sui, sive à posteriori, & circum locutivè, & tunc militant instantiæ supra adductæ: §. Clariùs ergo ax superiori doctrina, quam etiam postea amplectitur hic Author, resp. eligendo eandem 2. p., ad illius impugnationem dist. consequens: nequit spectare ad dignitatem, ex quo præcisè negatio est, conc., ex quo negatio universalis est, neg. quià licet quid purè negativum sit, tamen pro sui radice importat peternitatem, & pro fundemento suppositum naturæ intellectualis.

Sed instas, quià etiam inspirabilitas pront connotat suppositum naturæ intellectualis dignitatem dicit, ergo quantum ad hoc non assignatur sufficiens discrimen inter illam, & innascibilitatam: §. Resp. dist. ant. prout connotat &c. itaut hęc reduplicatio importet eundem modum connotandi in utraq. negatione, neg., diversum, conc. Quamvis ergo utraq. connotet suppositum naturæ intellectualis, innascibilitas tamen connotat tantum ut conditionem, unde ex proprijs, quià universalis negatio est danotet dignitatem, ac proinde distinctam rationem notionis à paternitate; inspirabilitas verò respicit, vel connotat, ut rationem formalem, & ideò ex proprijs, sivè quià particularis est, nequit denotare. dignitatem distinctam à filiatione, & consequenter nec distinctam notionem. Itaq. ratio discriminis est; quòd eo ipso quòd intalligimus universalem negationem essendi ab alio in entitate alique positive, si nihil aliud exprimemus per avidentem consequentiam inferimus talem entitatem esse naturæ intellectualis Divinæ, quod signum manifestum est tale connotatum non esse huic negationi rationem formalem denotandi dignitatem, sed eam denotare ex proprijs, sivè quià universalis est. Cæterum negatio inspirabilitatis, vel essendi ab alio præcisè, ut spiratore non sic infert, vel denotat in entitate dignitatem, cum possit entitas, cui convenit hæc negatio non esse ejusdem supremæ naturæ intellectualis, ut inductivè patet in tot creaturis genitis, quæ non spirantur ab alio, & tamen non sunt hujus naturæ, ac proindè connotatum tanquam fundamentum etit illi formalis ratio denotandi dignitatam.

Secundò arg. Plura alia sunt, quæ obtinent rationem notionis, ergo plures sunt, quàm quinque. Prob. ant. Quòd à Spiritu S. nulla alia persona procedat est propria ratio manifestandi illum. Secundò, ratio geniti est propria ratio manifestandi Filium, ut distinguitur à Spiritu S., cum alia sit ratio geniti, & ratio filii, & spectat etiam ad dignitatem, & originem, & idem fit argumentum de rationa generantis in Patre, & de potentia ejus generativa, & actuali ejus generatione, quæ in probabili sententia distinguuntur virtualiter inter se.

Ad hoc neg. ant. ad prob. quoad 1. p. dist. ex D. Th. Est propria ratio, spectans ad dignitatem personæ, neg., non spectaue, conc. §. Instas. Ad rationem notionis, non est necessarium, quòd significet sempee dignitetem, aliàs dignitas esset prædicatum personale, & ità personæ opponerentur in dignitate, sicut & opponuntur in relationibus, ec proindè non solum essent tres dignæ adjectivè, sed etiam substantivè, quæ tamen sunt contra D. Tho. infrà q. 42. ar. 4. ad 2., ergo: §. Resp. dist. ant. Quòd significet dignitatē, neq. aliquid spectans ad dignitatē, neg., necessariò dignitatē, trāseat, vel conc.; semper ergo indispensabiliter requiritue quòd significet, vel dignitatem, vel aliquid spectans ad illam, val aliquid ut eam modificans, ut patet ex dictis, quod tamen præfatæ proprietati Spiritus S. convanire non valet, ut ostensum est. Per quod petet ad utramq. sequelam.

Quoad 2. da ratione geniti &c. negari poterat ant., quià licet tam Pater, quàm Filius innotescant per rationem geniti, & generantis, non tamen formaliter ut tales, sed tantum per relationem paternitatis, & filiationis, sic enim habet Pater oppositionem relatinam cum Filio, unde nec ita etiam innotescunt nobis pee eadem nomina, sicut per nomen Patris, & Filii, ut docet D. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. ad 7., qua ratione docent ejus discipoli, probabiliùs contra Cajet., nullum esse baptismum in nomine Genitoris, & geniti, sicut nec in nomine procedētis, quià nō significant hęc nomina, quòd significant Pater, & Filius, & Spiritus S. ex vi suę significationis, quià licet sint termini convertibiles, non tamen sunt synonima, cū important formas diversorum prædicamentorum, unde concludit ibi D. Tho. *Nec in aliis nominibus*, (scil. quàm in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti) *perficitur Sacramentum*.

Sed præterea dist. ant. Est propria ratio, & alia à ratione Filii, alietate relativa, nego, purè explicativa, conc., tantum enim dicitur explicare conceptum, qui non explicatur per nomen *relatio*. Relatio namq. filiationie gandet duplici munere, nempe generationie passivæ, & sic facit genitum, & relationis, & sic constituit Filium. Et idem est de relatione paternitatis, unde omnes hujusmodi rationes dicunt solum distingui penès officia, & non relativè.

Instas. Ut ratio geniti dicatur notio, non requiritur quòd sit alia relativè à ratione filii, ergo. Prob. ant. Ad rationē notionis satis est esse manifestativā personæ secundum proprietatem ejus relativem rationa alicujus muneris inadæquati, ut patet in ratione filii, ergo. §. Resp. neg. ant. ad prob. dist. ant. si tale munus sit constitutivum personæ, ut contingit in illo relationis, conc., si magis, vel præcisè se habeat veluti præambulum, aut prævię ad illam, neg., & tale est ratio generationis passivæ.

Sed instas. Non omnis notio facit innotescere secundum munus constitutivum personæ, ergo. Prob. ant. Tum in spiratione activa, quæ notio est, & tamen ut dictum est, personem non constituit. Tum quià de ratione notionis non est, quòd sit ratio personalis, sed tantum personæ, ut etiam patet in innascibilitate. Adde quòd ratio generantis non est præambula, aut non se habet prævię ad personam Patris, nam

nam generatio supponit Patrem constitutum, cum actiones sint suppositorum: §. Resp. dist. ant. secundum munus constitutivum, nec distinctivum relative, neg., præcisè constitutivum transeat, vel conc. Ad 1. prob. dico ita esse, quòd spiratio activa personam non constituit, relativè tamen distinguit, quod non habet præcisa ratio geniti, & generantis, ut statim magis declarabitur. Itaq. quando notio aliqua, aut proprietas relativa habet duos conceptus inadæquatos, alterum formæ constituentis, & alterum præambulum ad se ipsam, ut formam constituentem, solum dicitur notio secundum priorem conceptum, non secundum posteriorem. Et ratio est, quià notio ut dictum est, est propria ratio cognoscendi personam; secundum autem quòd est præambula, tantum se habet, ut dispositio, & via ad personam, non ratio propria cognoscendi illam: §. Explico hoc ipsum in simili probabilis modi dicendi, quòd in justificationa impii ultima dispositio ad illam, seù ad formam justificantem, sive gratiam, procedat ab eadem gratia sub munere auxilii, & non formæ sanctificantis, & nec ab alio distincto auxilio supernaturali: tunc quià sub priori munere licet præcedat se ipsam sub posteriori, quià tamen præcedit tanq. præambula, seù prævie, ut via, & dispositio ad se ipsam sub munere formæ perfectæ, sub quo constituit subjectum, justum, & sanctum formaliter, non facit innotescere se ipsam secundum hoc posterius, & proprium sui ipsius, secundum quam etiam est radix, & principium totius meriti vitæ æternæ, sed tantum secundū munus prius, & imperfectū, qua ratione etiam defensores ejusdē opinionis dicunt actum illum dispositivum, sivè contritionem non esse meritorium, etiamsi procedat à gratia, quià non procedit ab illa sub posteriori munere, ex quo etiam dicimus, quòd si duo conceptus inadæquati ità se habeant, quòd primarius constituat, & alter sequatur, tunc actu ponenda est notio ratione primarii, non secundarii, quià secundarius conceptus ejusdem proprietatis, sicut non variat proprietatem, nec pariter variat notionem.

Ad 2. prob. de innascibilitate resp. quòd licet hæc personam non constituat, dicit tamen distinctam proprietatem à paternitate, & non putè dialecticè mutuò se respiciunt, vel explicativè, sicut dicitur de paternitate, & generatione, & de ratione geniti, & filii secundum diversam explicationem muneris, ut dictum est. Ex quo etiam patet ad id, quod subditur, nam licet ratio generantis non sit præambula, est tamen consequens, nec varians rationem notionis, ut dictum est.

Ad ultimam prob. principalis argumenti de potentia generativa, & actuali generatione, quæ potest esse replica contra præcedentes solutiones in eo, quòd in sententia illa probabili ponente inter illas distinctionem virtualem poterat eodem modo responderi. Sed præterea resp. quòd si sumantur secundum id, quòd dicunt in recto, sic distinguuntur virtualiter in eadem sententia, quià potentia generandi dicit in recto intellectum Divinum, & actualis generatio intellectionem, quæ in opinione asserente constitutivum Dei non esse intellectionem actualem, habent virtualiter distingui, & prout sic notiones non sunt, quià nec ut potè spectans ad originem in perfectione absoluta consistere nequit. Si verò sumantur pro eo, quod dicunt in obliquo, nempè paternitatem, quæ ab utraq. connotatur, prout sic non gaudent distinctione virtuali adæquata, sed eadem paternitas ut jam insinuamus, absq. virtuali adæquato discrimine constituit Patrem in ratione personæ; & ut connotatum constituit illum potentem generare, actuq. generantem, & cum solum pro eo quòd de connotato dicunt, utpotè spectans ut dictū est, ad originem, notionem constituere valeant, sit quòd nec inter se, nec in ratione notionis distinguantur.

Ex his colligimus, nec rationem Verbi, nec illam imaginis in Filio constituere notionem distinctam à notione filiationis; nec similiter rationē amoris, doni, impulsus, & respectus personæ in Spiritu Sancto, distinctam à ratione, vel notione Spiritus S., quià hæc omnia in ratione notionis, non ponunt in numerum in utroq. ob carentiam distinctionis virtualis adæquatæ à relatione, quam important in recto, quidquid sit de perfectionibus absolutis, quas dicunt de connotato, nec spectant ad rationem, vel ordinem originis, ut dictum est.

§. ULTIMUS.

Expeditur quæsitum sub quo conceptu innascibilitas constituatur in ratione notionis.

Occasione præcedentium objectionum, & ad ampliorem intelligentiam solutionum adjungimus præsens quæsitum circa personam Patris, de qua agit D. Tho. hìc q. 33., an esse ingenitum in illo, sivè ejus innascibilitas constituatur in ratione notionis ab aliis distinctæ per positivum, quod de materiali importat, an per negationem, quam dicit de formali. Nam Vasquez hìc disp. 137. c. 5., & disp. 140. c. 3., licet concedat formale significatum hujus vocis *innascibilitas* consistere in negativo, sive in negatione essendi ab aliqua persona, nihilominùs vult in ratione notionis constitui per aliquod positivum, cui consentit Alarcon. ejus Discipulus tract. 5. disp. 7. c. 1., & 2., & ex antiquis tenent Præpositivus relatus ar. 4. à D. Tho., Bonaventura, & alij, quamvis in assignando tale positivum non omnes conveniant. Nam alii dicunt esse relationem realem prædicamentalem à paternitate, & activa spiratione distinctam. Alii Paternitatem, & spirationem simul. Alii relationem rationis, ut expressè Vasquez c. relato n. 18., licet Alarcon. ubi supra c. 3. conetur illum trahere in suam sententiā, nempè esse personalitatem sub conceptu personalitatis, sub quo docet distingui à se ipsa, quatenus est paternitas, & in relatione transcendentali fontalis principii consistere.

Communis tamen sententia Thomistarum est ratione nullius positivi, sed ratione negationis, quam de formali importat, esse notionem. Ità etiam Suarez lib. 8. de Trinitate c. 2., Arrubal. disp. 126. c. 6. & alii. Dicendum est, ergo primò nullum positivum virtualiter distinctum à paternitate posse esse fundamentum negationis, quam de formali dicit innascibilitas, sed est sola paternitas prout immediatè conjungitur naturæ Divinæ in ratione formæ hypostaticæ: §. Prob. quoad 1. p. supponendo ut supra, non posse esse aliquod absolutum, cum istud sit commune omnibus: Fundamentum autem hujus negationis debet esse aliquid notionale, vel ad originem spectans, & proprium Patri. De relativo ergo prob. sic. Si esset aliquod positivum objectivè à paternitate distinctum, maximè unum ex enumeratis, sed nullum ex illis esse potest, ergo sola paternitas modo dicto assignari debet. Prob. mi. de relatione prædicamentali, quià absurdum est constituere in Divinis quintam relationem, Quòd

verò non paternitas, & spiratio simul, quià aliàs innascibilitas non esset notio distincta ab illis, nam complexum ex duabus notionibus numerum earum non multiplicat, ut patet in aliis similibus complexis. Tum quià fundamentum illius debet esse proprium Patri, sicut est innascibilitas, cum fundamentaliter tendat tantum ad personam notificandam, sicut notio, quam fundat: debent enim cohærere in ratione notificandi, ut per se patet. Relatio autem spiratoris communis est Patri, & Filio, unde sicut quod commune est tribus personis nequit esse fundamentum alicujus notionis, cum non magis notificet unam, quàm aliam, ità nec activa spiratio Patri, & Filio communis, cum non magis notificet Patrem, quàm Filium. Quòd verò nec sit relatio rationis patet ex suprà, & alibi dictis. Tum quià relatio rationis, utpotè minimæ aptitatis petit necessariò aliquod fundamentum, sed nullum est assignabile potens fundare negationem absq. relatione juxtà hunc modum dicendi, ergo frustrà recurrimus ad hanc relationem, nam sola non sufficeret fundare illam.

Tandem quòd nec sit relatio transcendentalis, qua Pater indivisè Filium, & Spiritum S. respiciat, patet primò ex dictis in logicis, & supra ad q. 12., & 13., relationem hanc consistere in depēdentia unius ab alio, ut patet in cæteris relativis transcendentalibus, quæ ratione ostensum est non posse admitti in Deo ad creaturas. Tum quià fundamentum illius esset aliquod absolutum, & commune, nam hujusmodi relativa sunt absoluta secundum esse, ut vidimus ibidem, unde in universum videmus, quòd quæ in creatis dicunt hunc respectum transcendentalem ascendendo ad Deum nec multiplicantur realiter, nec notionalia sunt, sed communia, ut patet in intellectione, volitione, &c Tùm quià Pater, sivè prædicamentaliter, sivè transcendentaliter respiciat Filium, & Spiritum S., adæquatè illos respicit spiratione, & paternitate, aliàs eadem facilitate dicamus Filium, & Spiritum S. pariter respicere Patrem, respectu transcendentali à filiatione, & processione, virtualiter præcisivè distincto, quod est alienum, nisi velimus in quolibet dari duplicem notionem distinctam virtualiter, quod nullus admittit. Tum deniq. ut dictum est, nullus est dabibilis respectus realis distinguens, ad originem non pertinens, sivè antecedenter, sivè consecutivè, sed hìc respectus ad hanc pertinere nequit, nam aliàs sicut indivisus est ad Filium, & Spiritum S., deberet fundare unum influxum communem ad utrumq. qui est chimericus.

Ex his prob. 2. pars. Nam talis negatio aliquid positivum exigit pro fundamento, sed nullum est aliud assignabile, nisi paternitas modo explicato, ut patet inductione facta per exclusionem aliorum, ergo.

Dico secundò innascibilitatem, sivè esse ingenitum in ratione notionis constitui per negativum, quod de formali significat, & non per positivum, quod dicit de materiali. Ità D. Thom. in 1. dist. 28. qu. 1. ar. 1., & hìc ar. 4. ad 2. ubi in fine inquit. *Et ideò dicendum est secundum August. in 5. de Trinit. quòd ingenitus negationem generationis passivæ importat. Dicit enim, quòd tantum valet, quòd dicitur ingenitus, quantum valet, quòd dicitur non filius. Nec propter hoc sequitur, quod ingenitus non debeat poni propria notio Patris, quià prima, & simplicia per negationes notificantur, sicut dicimus punctum esse, cujus pars non est.* Quibus ultimis verbis rationem fundamentalem assignat. Quòd quià Pater Divinus primum principium, sivè principium non de principio, & simplicissimum est, per negationem nobis innotescit tanq. per notionem sibi propriam; & cum nulla alia assignabilis sit faciens sic illum innotescere, nisi per illam geniti, vel nascibilis per hanc constituetur propria ejus notio, scil. innascibilitas, vel esse ingenitum in ratione notionis.

Prob. ergo sic. Ad rationem notionis satis est esse manifestativam ratione alicujus spectantis ad dignitatem, sed hoc habet negatio ingeniti, ergo, ma. patet ex dictis. Tum quià non magis requiritur ad rationem notionis, quòd significet proprietatem personalem, quàm aliquid ad dignitatem spectans, cum unum colligatur ex alio, at non requiritur, quòd sit proprietas personalis, sed quòd illam circum locutivè significet ut dictum est, ergo neque quòd dignitas sit, sed quòd illam à posteriori significet. Mi. verò prob. quià manifestat in Patre ut vidimus, primatum originis, & immediatam conjunctionem, vel terminationem paternitatis respectu naturæ, sed hæc dignitas nulla alia proprietate explicatur, ergo hæc est ejus dignitas non sit. Per quod sit satis argumento Vasquez, qui ex eo recurrit ad positivum, quià negatio ratione sui dignitas non est.

Obiicies contra utrumq. dictum. Nam prima persons tam secundum communem sensum PP., quàm Theologorum cum D. Tho. hìc est veluti fons, vel prima radix aliarum personarum, sed nequit sub hac ratione constitui per paternitatem, & spirationem, ergo per aliam formalitatem objectivè ab illis distinctam constituenda est, quæ cum absolutum, aut relativum prædicamentale non sit ut nos etiam dicimus, erit relatio transcendentalis. Ma. constat quià communiter primam personam appellant fontale, vel fundamentale principium Trinitatis, quod planè in alio non cōsistit, quàm quòd sit veluti fons, aut radix illius. Mi. autem prob., quià per paternitatem, & spirationem est tantum principium proximum illarum.

Ad hoc neg. mi. Ad prob. dist. ant. Per paternitatem, ut est immediatè terminans naturam Divinam, neg., ut modificat, vel terminat intellectum, & voluntatem, conc. Paternitas ergo quoad præsens, considerari potest, & in ratione formæ hypostaticæ immediatè terminantis naturam, & prout sic radicat utramq. processionem, & est fontale principium; & ut proximè modificat, vel terminat intellectum, & voluntatem Divinam, & prout sic proximè respicit Filium, & Spiritum S. Ad quod non requiruntur duo conceptus objectivè distincti, nec relatio transcendentalis, sed ea sola sufficit cum duplici munere, aut negatione essendi ab alio, ut sit, & intelligatur principium, & primum principium, unde etiam sufficit eadem negatio originis, quam de formali importat per hanc vocem *innascibilitas*, vel esse *ingenitum*. Ex quibus colligitur ad rationem notionis distinctæ non requiri, quòd importet diversam dignitatem notificatam, sed sufficit, quòd sit distincta ratio notificans, sicut non requiritur, quòd diversam significet personalitatem, sed tantum quòd sit distincta ratio notificans illam, aliàs in Patre non possent esse plures notiones, cum nec sint diversæ dignitates objectivè distinctæ, nec diversæ personalitates.

DISPU-

DISPUTATIO SEXTA.

De Persona Filij.

TRia principaliter inquirimus, quæ pertinent ad cognitionem productivam Verbi, ad quæ, scil. se extendat secundum quòd est productiva illius. Primum an ad omnia, quæ sunt formaliter in Deo. Secundum an ad omnia possibilia. Tertium an etiam ad futura, & quomodo, an per se solum, perseitate physica, an etiam metaphysica, sicut dicemus de possibilibus, ità ut si per se ex illis non procederet, non esset ejusdem rationis, sicut modo est.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum Verbum per se procedat ex cognitione omnium, quæ in Deo sunt formaliter.

QUamvis in Deo sint formaliter non solum absoluta, sed etiam relativa, de his tamen procedit difficultas, nam de absolutis fatentur omnes, (& si ab aliquibus tribuatur Scoto contrarium tenuisse,) nam cum Verbum sit ejusdem naturæ cum Patre, non tantum exigit sibi communicari naturam, sed etiam proprietates, quæ huic conveniunt, cumq. hæc communicatio fiat, (ut vidimus) per cognitionem, nulli dubium esse potest per se procedere ex cognitione omnium, saltem cum quibus nullam habet oppositionem, scil. absolutorum. Unde difficultas est de modo procedendi, ut jam insinuavimus, an procedat per se ex actuali cognitione omnium Divinorum, quæ Deo formaliter conveniunt, etiam relativorum, vel personarum, itaut non solum concomitanter, vel identicè, sed etiam formaliter, & exigitivè essentialiter ex illorum cognitione procedat, taliter quòd si ex hac ad omnia hujusmodi Divina non sic terminata procederet, non esset ejusdem rationis sicut modo est.

In qua re sunt duæ sententiæ extremæ, & duæ mediæ. Prima extrema afferit tantum per se procedere ex cognitione omnium absolutorum. Ità Scotus in 2. dist. 1. q. 1. ar. 1. §. *Quantum ad* 1., & art. 2. §. *Quantum ad hoc igitur*. Rada 1. part. controv., controversia 2. ar. 2. Philip. Faber. in 2. dist. 1. disp. 2. ar. 2., & alii ejus Discipuli. Et videtur aliquomodo favere noster Ferrara 4. cont. Gent. c. 13. §. *Cum igitur*, ut advertit M. Herrera hic ar. 3. dub. 1., quatenus docet Verbum procedere ex cognitione habituali sui ipsius, idest ex essentia Divina, quæ ut species ejus est velut cognitio habitualis illius, sivè cognitio ejus in actu primo. Et deinde etiam dicit procedere ex cognitione, qua Pater cognoscit Verbum, quià procedit ex cognitione, qua cognoscit essentiã, idest illo actu, quo cognoscit essentiam, procedit Verbũ, ubi videtur sentire, quòd eadem cognitio secundũ quòd terminatur ad Verbum, concomitanter solum se habeat, & non per se ad illius productionem. Cæterum in eo, quòd afferit per se eandem cognitionem terminari ad essentiam, intelligi nequit, quòd etiam non velit cum cæteris Thomistis per se terminari ad Verbum, & ad cætera Divina, cum per se nequeat terminari ad illam, quin per se etiam terminet ad ista, cum per se nequeat ista cognosci, non cognita ut radice omnium Divinorum, ac proindè per se non cognitis omnibus Divinis, ut constabit infrà.

Secunda media extendit illam etiam ad personam Patris, & non ad se ipsum, & Spiritum S. Ità aliqui, quos tacito nomine refert Arrubal. disp. 124 c. 3., & expressè tenet Puteanus hic dub. 2., concl. ultima: §. Tertia media comprehendit etiam Verbum, non tamen Spiritum S., ità Vasquez disp. 142. c. 4. non quià non sit quoq. intuitiva Spir. S., sed quià per se non requiritur, ut sit cognitio istius, quod est concomitanter tantum se habere. Sic etiam tenent Turrianus disp. 18. dub. 2., & Alarcon. tract. 5. de Trinit. 5. de Trinit. disp. 8 c. 8. num. 2. §. Quarta extrema affirmat de omnibus, sivè absolutis, sivè relativis. Ità communiter Thomistæ, & favent Suarez lib. 9. de Trinit. c. 4. Granad. tract. 9. disp. 5. Arrubal. ubi suprà, & alij.

§. I.

Statuitur conclusio.

VErbum Divinum per se procedit in 4. modo; sive perseitate non tantum physica, vel concomitanter, aut identicè, sed etiam metaphysicè modo explicato ex cognitione omnium Divinorum, sivè absolutorum, sivè relativorum, & personarum. Est D. Tho. in 1. dist. 22. q. 2. ar. 2., de verit. qu. 4. ar. 5. Quodlib. 4. q. 4. ar. 1. ad 2., & hic q. 34. ar. 1. ad 3., ubi inquit *Pater enim intelligendo se, & Filium, & Spiritum S., & omnia, quæ ejus scientia continentur, concipit Verbum, ut sic tota Trinitas Verbo dicatur*. Constat autẽ, quòd sicut Pater hæc omnia per se intelligit, itàut non esset Pater ejusdem rationis sicut modo est, si per se perseitate metaphysica hæc omnia non intelligeret, ità eadem perseitate concipit, sivè producit Verbum, ac proinde nec istud esset ejusdem rationis, sicut modo est, si hac eadem perseitate non conciperetur, aut produceretur ex vi ejusdem cognitionis. Qua etiã ratione efficaciter prob. infra de possibilibus, ut innuit hic D. Th., dum verbis relatis subdit, *& omnis etiam creatura*.

Id repetit ar. 3. seq. in corp. ubi eandem universalitatem per se, quam attribuit Patri in ratione principii productivi in cognoscendo, & concipiendo, attribuit Verbo in ratione producti, & expressivi dicens. *Sed quià Deus uno actu, & se, & omnia intelligit, unicum Verbum ejus est expressivum non solum Patris, sed etiam creaturarum*, ergo sicut Pater ex vi cognitionis suæ tenetur per se, vel ex proprijs ad illa omnia se extendere, ità eadem perseitate, & proprietate metaphysica, Verbum ex propriis esse per se terminus conceptus, & expressivus omnium cognitorum à Patre cum distributione

tione tamen accommoda ex parte creaturarum, ut explicabitur infra, salvo scil. discrimine inter possibiles, & futuras, quæ scil. dependent à libero Dei decreto, unde ex cognitione istarum dicitur tantum procedere per se perseitate physica, vel ex suppositione ejusdem decreti. De quo q. 3. seq.

Ex his prob. ratione fundamentali, quam innuit D. Tho. eisdem verbis, & primò impugnando primam sententiam, & militat etiam contrà cœteras oppositas. Verbum per se procedit ex cognitione comprehensiva essentiæ, ergo per se petit pro sui principio cognitionem, ut terminatam ad Patrem, imo etiam ad cœtera relativa, & Divina. Ant. admittunt contrarii, & patet, ex dictis. Cons. verò prob. præsertim de Patre, quamvis militet etiam de cœteris Divinis. Cons. verò prob. ex dictis supra de visione. Non potest à Patre comprehensivè cognosci essentia, per se non cognito in illa, & ex illa, quidquid ex vi illius sic cognitæ cognoscibile est, sed in illa, & ex vi illius sic cognitæ cognoscibilis est paternitas, ergo nequit comprehensivè eadem cognosci, non per se cognita paternitate, ac proinde si Verbum ex comprehensione illius procedit, ex hac cognitione ut terminata ad Patrem per se procedit. Utraq. cons. tenet, & ant. latè ibidem ostensum est ex D. Aug. Epist. 112. c. 8., & 9., & ex conceptu definitivo comprehensionis. *Totum enim comprehenditur*, (inquit S. P. ut vidimus) *videndo, quod ità videtur, ut nihil ejus lateat videntem, aut cujus fines circumspici possunt*. Idest, ut explicat D. Tho. ibi ar. 7. ad 2. dicens. *Tunc fines alicujus rei circumspiciuntur, quando ad finem in modo cognoscendi illam rem pervenitur*. & in 3. dist. 14. q. 1. ar. 2. quæst. 1. in corp. inquit. *Illud propriè comprehenditur, quod attingitur ab intellectu secundum totam rationem suæ cognoscibilitatis. Et hoc est fines ejus circumspici. Non quidem rei, quià sic Deus se ipsum non comprehenderet, quià fines non habet, sed quià secundum omnem rationem, qua cognoscibilis est, se ipsum cognoscit, & ideò comprehendere se ipsum dicitur.* Eodem modo explicat in 4. dist. 49. q. 2. ar. 3., & 3. cont. Gentes c. 55. ratione 1. Sed non est hac in re immorandum, quià hanc esse mentem Aug. doceant omnes Theologi, qui prædictam definitionem sunt interpretati, & patet, quià ibidem concedit Deum posse ut in se est videri, & negat posse comprehendi, quià inquit aliud est rem videre, aliud videndo comprehendere. Si autem illud, cujus fines circumspici possunt, non significaret aliud, quàm omnia, quæ in se sunt videre, concedere debuisset Deum visione beata comprehendi, quod est contrà communem consensum.

Dices ergo paternitatem posse absolutè cognosci in essentia, sed non pro omni priori, unde licet pro omni priori originis non cognoscatur, non propterea desinit esse comprehensiva essentiæ, quià pro omni priori cognoscibilis non est in illa, & ex illa: §. Sed hæc solutio reiicitur primò ex superioribus, quià æquivocat ordinem originis, & tribuit illi prioritatem, & posterioritatem, quæ est contrà eundem Augus., & contrà conceptum omnium Divinorum. Non enim talis ordo consistit, aut consistere potest in aliqua prioritate, aut posterioritate signi *in quo* etiam rationis, ut etiam dicetur infra, sed tantum *à quo*, ut explicat S. P. idest, *à quo alius, & qui ab alio*, unde sicut nequit ibi admitti signum, in quo alius sit, & alius non sit, cum sit idem esse in omnibus personis, ità nullum admitti potest, in quo sit aliquod Divinum cognoscibile, & aliquod in eodem non cognoscibile, cognoscibilitas enim rei sequitur ad esse. Qua ratione efficaciter suprà ad q. 14. ostensum est non posse futurum aliquod habere determinatam cognoscibilitatem ante Decretum, quià nullum prout sic habere potest determinatum esse ante illud. Tum quià nullum admittendo signum *in quo* inter Divinas personas, magis recedimus ab Arianis, ut tenemur in favorem fidei, ut consideranti constare potest.

Secundò impug., & urg. præcedens replica. Nam pro priori originis ad Filium paternitas jam actu convenit essentiæ, ergo pro eodem priori est in illa, & ex illa cognoscibilis, cons. tenet ex eodem conceptu definitivo comprehensionis, non stat autem quòd jam sit cognoscibilis, quando actu est conveniens, cum tunc jam actu sit, nec aliter concipi potest de prædicatis Divinis omnimoda potentialite carentibus. Ex quo etiam prob. ant. quià pro eodem priori nequit essentia concipi cum aliqua potentialitate ad paternitatem, ergo nec sine actuali illius convenientia sibi. Tum quià videtur in intelligibile, quòd Pater actu cognoscat essentiam, & quòd pro eodem priori actu non sit, (cum actiones sint suppositorum), ac proinde quòd pro eodem actu non sit conveniens illi, & consequenter, quòd non cognoscat se ipsum cum tali convenientia, & non solum sit cognoscibilis in illa, & ex illa. §. Tum deniq., quià pro eodem priori originis nequit intelligi solus hìc Deus ut subsistens absolutè, sivè sola subsistentia absoluta, aliàs fœcunditas ad generandum Filium esset communis omnibus personis, nam quod convenit huic Deo ut absolutè subsistenti convenit omnibus personis, ergo si semel in eodem priori non intellecto Patre, aut nullo adhuc relativo sola cognitio essentiæ est fæcunda, vel productiva Filij, talis fœcunditas erit communis omnibus.

Tertiò impug., & iterum urgentur hæc omnia. Non potest essentia comprehensivè cognosci non cognita ut est radix paternitatis, at nõ potest sic cognosci non cognita paternitate in illa, & ex illa, ergo. Mi. est certa, quià sicut comprehensio relati necessariò se extendit ad relativum, ita illa radicis ad radicatum ob similem indivisibilem respectum, vel connexionem. Ma. prob., quià nequit comprehendi radix, non cognito ejus radicato, cum conceptus radicis sit prædicatum illius quiditativum, nam si essentiale non est, sed attributale assignent aliquam aliam horum omnium radicem, nam aliàs procedimus in infinitum, ergo nequit comprehendi essentia non cognita pro eodẽ priori, ut est radix paternitatis. Cons. tenet, quià repugnat in terminis comprehendi objectũ, imò nec quidditativè cognosci, non cognitis omnibus ejus prędicatis. Et idem proportionabiliter fit argumentũ de prædicato communicabilitatis; nam essentia Divina ex quo Divina est, est essentialiter communicabilis Patri, sicut & aliis personis, & cæteris Divinis, non minùs, quàm sit radix omnium, si velimus sustinere mysteriũ Trinitatis, ergo hoc pariter prædicatum omitti nequit pro eodem priori à comprehensione ejus, ergo nec etiam terminus, vel termini, quibus fit communicatio ob eandem indivisibilem connexionem, vel respectum inter utrumq. extremum. Unde hujusmodi argumenta probant etiam ut innuimus, de aliis personis, ac cæteris Divinis.

Prob. ergo secundò contrà secundam extendendo idem medium ad Filium. Cognitio productiva Verbi est comprehensiva essentiæ, ergo ut productiva per se petit etiam terminari ad Filium: cons. iterum tenet, quià ex vi comprehensionis, ut dictum est, debet per

se terminari ad omnia in objecto cognoscibilie in illo: §. Dices similiter ut suprà non esse Filium pro illo priori cognoscibilem, cum ante sui productionem intelligi nequeat, quòd sit jam productus, sicut nec quòd sit, aliàs præcederat illam, unde cum jam sit communicata Patri, & non Filio, debet quidam extendi ad Patrem, ex quo comprehensio est, non tamen ad Filiũ.

Sed contra hoc est, & in primis rejicitur ex superioribus replicis, quæ ulteriùs urgentur sic. Pro illo priori, ut dicit solutio, est jam essentia communicata Patri, ergo est etiam communicata Filio, ergo si hac ratione pro illo priori est cognoscibilis Pater, erit cognoscibilis etiam Filius. Prob. prior cons. Quià Pater, & Filius sunt simul natura, & cognitione, aliàs relativa non essent, ut indispensabiliter exigitur ad naturam corellativorum, ut explicatum est in logicis, ergo implicat intelligere Patrem præsertim Divinum in aliquo signo non intellecto Filio: unde ut dicebamus, non est prioritas signi *in quo*, sed *à quo*, tum ob meritum Divinarum personarum, tum ob conceptum mutuæ relationis, quæ petit indispensabiliter simultaneam coexistentiam, & cognoscibilitatem præcipuè in Divinis ob omnimodem coeternitatem in quocunq. genere, siva entitativo, vel physico, sive intentionali, vel intelligibili, & metaphysico, ut longiùs recedamus ut suprà, ab hostibus hujus mysterii, quod tamdiù exagitatum est, & adhuc etiam non cessant aliqui illorum postari exagitare, adeòut existimet D. Tho. præfatam hæresim ad diam judicii perseveraturã.

Dices pro illo priori non cognosci Patrem sub conceptu relativi, sed tantum suppositi constituti, vel immediatè terminantis naturã, quià non cognoscitur paternitas pro eadẽ prioritate sub expresso conceptu relationis, sed tantum in ratione formæ hypostaticæ: §. Sed contra hoc est, & in primis hæc solutio destruit se ipsam, & eandem oppositam sententiam. Quià repugnat Filium procedere ex cognitione Patris non cognita paternitate sub conceptu expresso relationis, ergo vel non procedit ex cognitione illius, vel sub hoc etiam conceptu cognoscitur in illo priori paternitas. Prob. ant. Nam Pater, ut Pater constituitur per paternitatem sub expresso conceptu relationis, quidquid ait de illo in ratione personæ, ergo non cognita paternitate sub formali conceptu relationis non verificaretur Filium procedare ex formali cognitione Patris.

Secundò impug. eodẽ argumento. Quià non comprehenditur essentia non cognita ut est radix paternitatis, ergo hac non cognita sub formali, vel expresso conceptu relationis. Prob. cons. quià sub hoc conceptu est quid formaliter radicatum in illa: §. Tertiò, & urg. præcedens. Quia non iterum stat, quòd cognoscatur tunc paternitas sub altero conceptu, & non sub utroq. ergo. Prob. ant. quia in illo signo nequit esse sub uno tantum, cum vel sint unus omninò conceptus, vel duo tantum inadæquati, ergo impossibile est cognosci sub uno præcisivà ab alio, præsertim à perfectissimè comprehendente illam.

Itaq. hæc omnia, quibus conantur solvere argumenta facta, & quæ ipsi congerunt contrà nos, procedunt ex æquivocatione prioritatis originis inter Divinas Personas, ut jam insinuavimus, & supra etiam de visione ad art. illum 7., ut ibidem subtiliter advertit M. Catelam dub. 2. ad 1. Scoti. Nam prioritas originis inter illas non tollit simultatem existentiæ, & cognitionis, quasi detur aliquod instans rationis, vel naturæ, in quo essentia sit in una persona, & non in alia, aut objiciatur cognitioni, ut est in una persone, & non in alia, aut ut est in illa sub uno conceptu, & non sub alio; hæc enim omnia provaniunt ex imperfecto modo concipiendi Divina, quià Divinas processiones concipere non valemus, ut in re sunt, sed ad instar earum, quæ in creaturis reperiuntur, in quibus semper procedens est natura prius eo, à quo procedit: cætarum in Deo prioritas illa non est aliud, quàm quòd Pater habeat ex se, quod communicat Filio, & Filius à Patre, & Spiritus S. ab utroq., cum quo stat, quòd in nullo priori Pater sit existens, & cognoscibilis, in quo non sit existens, & cognoscibilis Filius, & Spiritus S., & sub omni conceptu, sub quo sunt omnes cognoscibiles; & similiter essentia in illis excludens præfatas omnas præcisiones objectivas in ratione cognoscibilis, sicut exigit hujusmodi mysterium tàm in essendo, quàm in cognoscendo.

Addo quòd ea, quæ nobis, vel solvendo, vel arguendo opponunt, sunt de subjecto non supponente, ut iterum subtiliter innuit idem Mag., quia dum dicitur unam personam esse altera priorem origine, non debet intelligi quoad prædicata essentialia, vel communia, qualia sunt existantia, cognoscibilitas, beatitudo &c. Sed solum quoad proprietates personales. Ratio est, quià non possunt reperiri prius, & posterius secundum aliquem ordinem, nisi inter illa, in quibus reperitur talis ordo, sed inter Patrem, & Filium quoad essentialia, & absolute, vel communia non est ordo originis, sicut nec producere, aut produci, ergo nec prius, & posterius secundum ordinem originis. Unde hæc propositio Pater ut prius origine est beatus, vel cognoscibilis &c. si ly *ut* denotet beatitudinem cognoscibilitatem &c. convenire illi, ut stat sub prioritate originis, vera est. Si verò inter eadem prædicata, vel similis esse originis prioritatem, est omninò falsa, & hunc sensum supponunt eorum solutiones, & objectiones, ut sint alicujus momenti.

Quartò prob. conclus., & contra utramq. priorem sententiam de Patre simul, & Filio ad hominem contra Scotum, & suppono doctrinam ejus in 1. dist. 6. q. unica §. *Dico* ubi sic habet *Pater volens generat, non tantum voluntate consequente, sed etiam voluntate antecedente*. Ex quo sic arg. Pro priori originis ad productionem Filii vult ejus generationem, ergo pro illo cognoscit illam, ergo etiam Filium; hæc posterior conseq. tenet ex dictis, quià hæc generatio, vel fœcunditas cognosci nequit non cognito termino ejus, ut patet. Prior verò prob. Quià in bona metaphysica nihil est volitum quin præcognitum, & præsertim à perfectissimè, vel ordinatissimè cognoscente, aliàs esset volitum à casu, ergo si pro illo priori vult illam, cognoscit eandem.

Dices solum velle virtualiter, non formaliter., quatenus nempè dum vult essentiam cum fœcunditate ad generendum, & consequenter ut præcontinentem generationem Filij, censetur velle istam virtualiter, non formaliter in se ipse, sed virtualiter tantum in essentia sic volita, unde solam essentiam tenetur formaliter cognoscere non generationem, aut Filium: §. Sed contra hoc est. Nam si solum vellet illam sic virtualiter, non magis vellet illam, aut Filium pro illo priori, quàm creaturas, aut earum productionem, consequens non conceditur à Scoto ergo non est limitanda ad solam volitionem virtualem. Prob. ma. quià non tantum natura est fœcunda ad generandum Filium, quàm ad producendum creaturas, easq. ità necessariò continet, ut si semel unum possibile fieret impossibile, ac per consequens deficeret ejus continentia

in

in Deo, non esset amplius natura Divina, & ejus omnipotentia ejusdem rationis sicut modo est, quia intrinsecè varietur ejus continentia in Deo, quæ est prædicatum ejus essentiale, ut constabit infrà, sed Pater vult adæquatè ejus fœcunditatem, sivè adæquatè naturam, ut fœcundam, cum adæquatè velit ejus prædicata essentialia, aliàs adæquatè, vel perfectè, aut plenè non amaret illam, ergo si semel limitatur ejus volitio ad solam virtualem, non magis diceretur velle illam, quàm productionem creaturarum.

Secundò, & urgentiùs instatur, ut suprà. Pater volens essentiam, ut fœcundam, non potest non velle illam, ut in Patre, ergo talis volitio, & cognitio non solum terminatur formaliter ad essentiam, sed etiam ad paternitatem, ergo etiam ad Spiritum S. Ant. est certum, tum quià actualis fœcunditas, & generatio, sicut & cæteræ actiones sunt suppositorum. Tum quià essentia non est fœcunda ad generandum sumpta communiter, vel absolutè, sed tantum ut modificata paternitate. Utraq. etiam conf. patet ex proximè dictis, & deindè etiam posterior prob. ex doctrina Scoti in 1. dist. 2. q. 2. ar. 1. Nam etiam secundum Scotum ibidem cognitio relativi exigit cognitionem corelativi, adeò ut idem concedit, visio intuitiva licet habeat pro objecto primario Patrem, & pro secundario Filium, repugnat tamen videri Patrem, quin consequenter eodem actu videatur Filius, ergo non stabit terminari ad Patrem præcisivè à Filio juxta illius doctrinam.

Ultimò tandem ex his prob. concl. quoad Spiritum S. prosequendo idem medium, Verbum per se procedit ex cognitione tam intensivè, quàm extensivè comprehensiva saltem ad intra, ergo per se etiam procedit ex cognitione Spiritus S. ut objecti. Conf. tenet, aliàs ut patet non esset sic adæquatè comprehensiva. Ant. verò prob. Tum quià procedit ex cognitione essentiæ non solum ut fœcundæ ad generandum, sed etiam ad spirandum, ergo sicut ex priori fœcunditate, ut probatum est, debet cognosci Pater, & consequenter etiam Filius, utpotè ejus corelativos, ex posteriori debebit cognosci Pater, & Filius, debebit etiam cognosci Spiritus S. utriusq. in hac linea spirativa corelativus. Tum quià (ut jam etiam insinuavimus ex D. Tho.) Verbum per se procedit ut intensivè, & extensivè comprehensivum, & expressivum essentiæ, & Patris, & consequenter etiam Filij, ergo etiam Spiritus S., conf. iterum tenet, tum eadem ratione, quia est utrinsq. corelativus, tum quià non esset aliàs comprehensivè, & expressivè infinitum.

Dices iterum primò, quòd satis est se extendere ad illum concomitanter, ut dicatur comprehensiva essentiæ, non formaliter, quià hoc non exigitur à Verbo, unde sufficit, quòd actu terminetur ad Spiritum S. ut sit comprehensio, & Verbum infinitè comprehensivum, & expressivum, non tamen quòd per se: §. Sed hæc solutio reijcitur superiori replicæ, nam formaliter, vel per se est comprehensiva essentiæ, ut fœcundæ ad utrumq., ergo formaliter, & per se se extendit ad illum, sicut se extendit ad Patrem, & Filium, ut probatum est contra priores sententias. §. Deinde etiam impug. quià Verbũ est comprehensivum, & expressivum omnium Divinorum notionaliter, & ex propriis convenit illi, aliàs esset quid commune Patri, & Filio, quod nullus dicit, quia tunc Pater esset simul Pater, & Verbum, cum proprium Verbi est munus exprimendi rem intellectam, ut communiter supponitur ex metaphysicis, & adhuc in nobis producitur, ut patet ex dictis in 3. de anima, & supra de visione ad art. 2., ergo formaliter hoc habet, & exigit ex vi suę processionis, sicut Spir. S. ex vi suę, quòd sit impulsus, ergo tam cognitio, quàm Verbum petunt ex propriis se extendere ad omnia Divina, & non tantũ concomitanter. Adde quòd per se illi convenit esse comprehensivum, & expressivum omnium, quæ per se, & formaliter connectuntur cum essentia, vel conveniunt Deo, sicut sunt omnia Divina, unde hac ratione, ut dicebamus, debet esse formaliter expressivũ essentię, ut fœcundæ adæquatè ut talis, ac proindè ad generandum, & spirandum, cum sit hæc etiã fœcunditas formaliter convexiens, & connexa.

Dices, ergo secundò eidem rationi, optimè salvari per se esse comprehensivam essentiæ sinè formali extensione ad Spiritum S., quià pro illo priori non debet comprehendere utcunq., vel absolutè secundũ omnia, quæ habet, vel conveniunt illi, sed tantum, quæ prærequiruntur ut cognita ad productionẽ Filii, quale non est cognitio Spiritus S. §. Sed hæc etiam solutio sufficienter reijcitur superioribus replicis, nam efficaciter ex illis concluditur hæc perseitas cognitionis illius per se requisiti, ut cogniti. Deinde comprehensio essentiæ per se requisita ad productionem Filij est cognitio illius cum omnibus illis naturaliter convenientibus, & formaliter cum illa identificatis, aliàs non esset cognitio illius formaliter, ut Divina est; sed Spiritus S. convenit formaliter illi, ut tali. Tum quià hac ratione est per se requisita, ut est cognitio non tantum Patris, sed etiam sui ex vi ejusdem sententiæ, vel assignetur discrimen, ergo.

Dices quòd cum Verbum consistat in ipso intelligi, si non intelligatur, non producetur, at si ponatur Spiritum S: non intelligi, (cum in hoc non consistat) adhuc salvatur intelligi Verbum, & consequenter produci: §. Sed hoc etiam excluditur eisdem replicis, nam Verbum non consistit in intelligi utcunq., sed cum omnibus, quæ illi ex propriis, vel formaliter conveniunt, ut Divinum est, sed prout sic convenit illi esse expressum, vel repræsentativum omnium Divinorum, ac proinde etiam Spiritus S., ergo hoc non intellecto non intelligitur ut Divinum, vel sicut modo est, & consequenter nec producitur: §. Tum quià (ut dicebamus, & fatentur contrarii) cognitio illius ut spiratoris est per se requisita ad sui productionem, ergo etiam cognitio Spiritus S. erit per se requisita ad illam. Conseq. tenet ex dictis, quià prout sic est corelativus illius: §. Tum quià vis radicaliter spirativa nequit comprehendi non cognita vi spirativa proximè, aliàs non erit comprehensio, seu cognitio adæquata ejusdem lineæ, at Verbum non potest non procedere ex cognitione sui ut spirator radicaliter est, cum hoc sit prædicatũ ejus essentiale, ergo non procederet ex cognitione comprehensiva sui, semel omisso hoc prædicato, ut patet, ergo nec poterit non procedere ex cognitione sui, ut est spirator proximè.

Dices id tantum militare de illo intra hanc lineam spirativam, sivè ut spirator est, non ut Filius, quià vis illa radicaliter spirativa, non est ei essentialis, ut Filius est; nam prout Filius adæquatur per respectum ad Patrem; unde si per impossibile Spiritus S. non esset, aut ab eo non procederet, adhuc maneret Filius quantum ad essentialia filiationis, quæ solum important rationem geniti, ac proinde relativè se habet ad generantem, vel Patrem non ad spiratum, vel Spiritum S., pro formali, sed tantum identicè hoc illi convenit, ut Filius est, unde non per se requiritur cognitio sui, ut Spirator est, sivè proximè, sivè radicaliter, ut procedat in ratione Filii.

Sed

Sed contra hoc est iterum, & perpetuò ex dictis, Quamvis conceptus filiationis ut sic, sive abstrahantis à creata, & increata non importet præfatam vim spirativæ radicaliter, secus tamen increatæ; sicut quamvis de conceptu naturæ ut sic, vel ab utraq. abstrahétis, scil. creata, & increata non sit communicabilitas pluribus per idantitatē numericam, secus tamen de illo increatæ, ergo. Prob. ant. Nā da essent ia filiationis Divinæ est constituere secundam personam Trinitatis, at de essentia istius est vis radicaliter spirativa, ergo, ma. cōstat, aliàs non esset filiatio Divina, ut patet; mi. verò probatur quià de essentia secundæ personæ est omne prædicatum distinguens illam essentialiter ab aliis, at filiatio Divina prout constitutiva, vel ut forma hypostatica importat essentialiter talem vim spirativam, nam per hanc distinguitur essentialiter à Spiritu S., ergo est de essentiali conceptu ejus prout sic constitutivæ, vel in ratione formæ hypostaticæ, aut secundæ personæ. Undè data illa hypothesi impossibili non maneret ajusdem rationis sicut modo est, quià deficeret prædicatum fœcunditatis per voluntatem, quæ illi essentialiter convenit, sicut similiter dictum est de natura, & constabit etiā de omnipotentia deficiente continentia in illa alicujus possibilis, quæ modo illi convenit, nam variato intrinsecè aliquo prædicato in Deo non manet ampliùs, nec manare potest, sicut modo est, non solum ex parte connotati, vel termini extrinseci, sed etiam intrinsecè, ut sæpè in similibus urgemus contra Adversarios; undè non posset maneret idem individuum essentialiter Patris, & Filii: §. Adde quòd esto dicaremus, non esse prædicatum specificum illius, negari tamen non potest convenire illi saltem individualiter, ut hic filius est, cum fateri debeant in illa hypothesi impossibili saltem individualiter fore variandum, ergo cum cognitio, ut dictum est, sit perfectissimè Filium compræhendens non poterit per se non attingere vim spirativam.

His omnibus adde etiam in favorem rationis D. Tho. contra omnes, & specialiter contra Vasq., non posse negari hanc rationem comprehensivi debere omninò sa extendere per se ad Spiritum S., ac proinde ad omnes tres personas, quià ut fatentur plures contrarii, nec possunt alii negare, Verbum per se procedit ex comprehensione beatitudinis Patris, ergo non potest per se non procedere ex cognitione sui, & omnium personarum; ant. est certum cum beatitudo essentialis sit unum ex Dei attributis, ex quorum cognitione fatentur omnes per se procedere Verbum: conf. verò prob. Quià beatitudo Patris non potest perfectè comprehendi non cognitis omnibus personis, cum sit illis essentialiter communis, & convenients, quod tenetur præsertim fateri Vasquez, nam 1. 2. q. 3. disp. 13. docet cognitionem Divinam non intelligi beatificare Deum, nisi ut terminatam ad totam Trinitatem ergo comprehendi nequit non cognitis omnibus personis, aliàs non comprehenditur, ut sic terminata.

§. I I.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. in favorem Scoti argumento jam insinuato, & latè exposito ubi supra de visione ad probandum posse similiter illam esse præcisivam respectu sui objecti beatifici. Verbum per se procedit ex cognitione illius, quod attingitur pro priori ad originem sui, sed sola essentia sic attingitur, ergo. Prob. mi. nam illud tantum attingitur, quod omni modo, & ratione sui est intelligibile, sed istud est sola essentia, cum cætera Divina ratione essentiæ sint intelligibilia, vel cognoscantur, ergo illa sola tunc intelligitur: §. Urg. hoc. Nam Divina essentia ut distincta à relationibus est objectum primarium motivum, & terminativum Divinæ cognitionis, cum relationes tantum secundariò comparentur ad illam, sed omnis actus priùs terminatur ad objectum primarium, quàm ad secundarium ergo ad solam essentiam pro illo priori terminatur.

Ad hoc patet ex dictis procedere ex æquivoca interpretatione ordinis originis, quæ non tollit, ut contrarii putant simultatem existentiæ, & objecti cognitionis, ut explicatum est: & si quid etiam probarat, convinceret etiam de attributis absolutis, cum nec ista dicantur pertinere ad objectum primarium, nec præcisè ratione sui intelligi, sed ratione essentiæ, quod tamen, ut proximè dictum est, non admittitur in opposita sententia: §. Resp. ergo neg. mi. Ad prob. annexam nego suppositum, quod id tollat simultatem omnium in ratione objecti cognitionis, ut ostensum est, & patet etiam ex eo, quòd essentia Divina est objectum, vel terminus ejusdem cognitionis absolutè ut est in re, ac proinde ut est in tribus personis, licet in ratione speciei intelligibilis, vel repræsentantis; omnia Divina non uniatur ut in illis tribus, sed secundum se; ex quo solum poterat inferri relationes non habere rationem objecti motivi adhuc nostro modo intelligendi, sed tantum terminativi, simul tamen cogniti.

Ad confirm., quæ potest esse replica, patet iterum procedere ex eadem æquivocatione ordinis in Divinis, qui nunquam excludit præfatam simultatem, sivè in ratione objecti, sivè in ratione existentiæ, sed solum dicit, quòd alter habeat à se, & alter ab alio, sed in eodem signo etiam rationis, undenon officit eidam simultati ratio objecti primarii, & secundarii, præsertim si sint necessariò connexa, ut in casu, & manifestè patet in instantia illa visionis intuitivæ Patris, quæ simul terminat ad Filium, esto dicantur habere hunc ordinem primarii, & secundarii. Unde in forma dist. ant. omnis actus, priùs terminatur &c. Si sit inter utrumq. necessaria connexio, ut inter ralativa in ratione objecti, vel unum necessariò, vel essentialiter includatur in alio, ut omnia Divina in essentia, neg., si non sit talis ordo, vel inclusio, transeat, & neg. consequen.

Sed instas. Distinctio rationis penès objectum primarium, & secundarium sufficit, ut in uno signo rationis attingatur essentia, & in alio relatio, ergo. Prob. ant. penès distinctionem inter objecta cognita debet dari proportionabiliter distinctio signorum cognitionis eorum, nam debet hæc correspondere objectis cognitis, ergo si in objectis est distinctio primarii, & secundarii, debat pariter dari similis distinctio in cognitione eorum.

Resp. iterum ex dictis neg. ant., vel etiam suppositum, quòd inter objectum primarium, & secundarium ibidem in ratione objecti intelligibilis detur aliqua distinctio virtualis, aut rationis cum fundamento, aut ordo prioris, & posterioris, ita ut fundari possit talis discretio signorum, in quorum altero cognoscatur primarium, & in altero quasi posteriori, secundarium. Hæc enim ut dictum est, sunt signa *in quo*, quæ omninò reiicienda sunt à Divinis etiam secundum rationem, & solum admitti possunt signa *à quo*, sæpè

sæpè dictum est, non tollunt simultatem eorum, sivè in essendo, sivè in cognoscendo. Implicat enim concipere aliquod Divinū in aliquo signo, in quo non sit alterū, aliàs posset in aliquo concipi, ut non æternū per essentiam, & consequenter ut non Divinum, quod est implicatorium, ex quo manifestè patet ordinem originis non posse importare ullum, vel minimum ex præfatis signis *in quo* etiam rationis, sed tantum *à quo*, modo explicato, ac proindè etiam nec posse importare, illud talem ordinem primarij, & secundarij: §. Ratio etiam horum omnium ulterior est, quià hoc est discrimen inter essentiam, ut communicabilem, & se ipsam, ut cognoscibilem, quòd inter illam ut communicabilem notionaliter, & paternitatem, licet non sit actualis realis distinctio, est tamen virtualis, ut suprà ostensum est, & ideò dicimus posse Filio communicari essentiam sine paternitate, vel hac ut supra, non communicata, at verò inter utramq. ut cognoscibilem nulla ad est talis distinctio, ex qua possit inferri, quòd cognoscatur præcisivè à relativis, vel istis non cognitis, & ratio est, quià ut suprà innuimus de visione, in hoc genere intelligibili, essentia ut habet rationem speciei intelligibilis, vel repræsentantis respectu sui, & ut habet eam respectu relationum sub eodem indivisibili conceptu, sub quo est ratio videndi, vel cognoscendi se ipsam, est etiam ratio videndi relationes, quià esse rationem videndi, vel cognoscendi convenit essentiæ sub conceptu absoluto communi tribus personis, unde nec istæ in hac ratione objecti servant ordinem originis inter se, nec ullam habent oppositionem, nec ullam distinctionem, per quam evadere possint prædictam contradictionem, quòd viderentur, & non viderentur, ut aliquid Divinum, sicut vitatur in ratione communicandi. Per quod fit satis ad probat. ejusdem ant., & ad plura alia argumenta.

Secundò etiā principaliter arg. in favorem secundæ sententiæ. Pro illo priori, in quo Pater intelligit essentiā, & se ipsum, Filius non dum est cognoscibilis, ergo non procedit ex cognitione sui. Prob. ant. quià nec est cognoscibilis abstractivè, nec intuitivè, ergo. Prob. ant., & quòd non abstractivè patet, nam hæc cognitio, sivè simplicis intelligentiæ solum versatur, ut dictum est, circa creaturas possibiles, utpotè abstrahens ab existentia objecti, à qua abstrahere nequeunt Divina, cum sint actus purus. Quòd verò nec intuitivè prob., quià pro illo priori Filius non dum intelligitur productus, & consequenter nec existens, aliàs antecederet generationem, vel productionem sui, ergo: §. Expl. hoc. Notitia intuitiva objecti respicit illud ut realiter præsens, vel existens, sed Filius pro priori ad sui generationem nequit intelligi ut jam realiter præsens, vel existens, aliàs non esset prioritas ad sui productionem, ut patet ex terminis, cum productio rei tendat ad faciendam illam realiter præsentem, & existentem, ac proinde realis ejus præsentia, & existentia tenentur omninò supponere productionem sui, ergo.

Propter hoc argumentum non desunt, qui tenent Verbum non procedere ex cognitione intuitiva sui, sed tantum abstractiva, quatenus tam ipsum, quàm Spiritus S. cognoscuntur in illo priori prout virtualiter continentur in potentia generativa, & spirativa, non dum tamen in se ipsis. Ita Raphael de Aversa hìc sect. 3. concl. 5., & solet etiam attribui Cajet. circa medium comment., & infra etiam q. 54. Cæterum Cajet. ibidem id tantum affirmat de creaturis possibilibus, non de personis Divinis, unde communiter reiicitur hæc opinio, & meritò, quià adhuc permisso, quòd non dum intelligerentur ut productæ, vel existentes pro eodem priori ad sui productionem, non tamen imaginari, aut fingere possumus aliquod signum, in quo concipi possint, ut purè possibiles, vel sine ullo ordine ad existendum, & consequenter sine ulla reali præsentia in duratione, in qua est eorum cognitio productiva, quod requiritur, & sufficit ad notitiam intuitivam, ut ostensum est ex definitione utrinsq. notitiæ, nempè quòd intuitiva sit cognitio rei præsentis realiter, idest quòd res cognita sit jam præsens realiter in duratione, in qua est cognitio, & propterea nos Thomistæ defendimus futura ob hanc realem præsentiam, quam tenentur habere in æternitate, (cum sint jam prout sic intra lineam durationis, & æternitas sit infinita, & tota simul in hac linea,) cognosci intuitivè à Deo, & non purè abstractivè, vel per simplicem intelligentiam. Notitia verò abstractiva est rei absentia duratione. Quis autem dicet personas Divinas in aliquo signo possenedum esse, sed etiam concipi ut realiter absentes ab æternitate, quæ est propria mensura Dei. Perinde esset, ac posse concipi, ut mutabiles, vel non immutabiles, cum immutabilitas, ut suprà vidimus, sit ratio à priori æternitatis, quod planè est alienum à conceptu quiditativo, vel proprio Divinorum.

Resp. ergo, quòd omnia hujusmodi argumenta, ut dictum est, procedunt ex non recta, vel æquivoca intelligentia prædicti ordinis. Unde neg. ant. Ad prob. neg. ant. pro 2. part. Ad illius prob. neg. ant., & suppositum illius, quòd talis prioritas sit prioritas *in quo*, scil. mensurans existentiam, vel cognitionem, secundum quam intelligatur unam personam esse, vel cognosci, alia non dum existente, vel non cognita, sed tantum est prioritas *à quo* ut explicatum est, scil. mensurans productionem, secundum quam concipitur unam habere ex se, scil. Patrem, esse existentem, intelligentem, & videre, vel intueri essentiam, ut est in tribus personis &c. Filius verò non ex se habent hæc, sed à Patre, & Spiritus S. ab utroque, cum quo optimè stat, quod in nullo priori signo sit, & intelligatur Pater, in quo non sit, & non intelligatur Filius, licet à nobis, ut dicebamus, processio unius personæ ab alia sine prioritate aliqua non concipiatur ob imperfectum modum nostrum concipiendi illas, quià concipimus illas ad instar processionum in creatis, in quibus procedens semper est posterius natura principio, à quo procedit: §. Et per hæc patet ad explicationem, cui neg. mi. Ad prob. annexam neg. iterum suppositum illius, quòd productio in Divinis ex eo quod det esse personæ productæ inferat aliquam prioritatem *in quo*, ut hæc deinde intelligi debeat prius non esse, vel non cognosci, hoc enim tantum verificari potest in creatis, in quibus res producta, quæ est ex nihilo potentialiter incipit, & verè concipitur cum fundamento transire à statu potentialitatis, & dependentiæ etiam si aliqua produceretur ab æterno, ut explicatum est in physicis, cum non sit actus purus, ut sunt personæ procedentes in Deo, & ideò ex omni capite implicat concipi cum tali signo *in quo*, & sine existentia, & reali præsentia, ac proinde repugnat etiam esse objectum cognitionis abstractivæ, & non intuitivæ. Per quod etiam solvi possunt plures aliæ instantiæ, quæ omnes procedunt ex eadem æquivocatione ordinis originis.

Tertiò arg. ad idē, & est præcipuum fundamentum oppositę sententię. Cognitio Divina ut præcisè terminatur

natur per peternitatem est fæcunde ad generandũ, ergn piæcisè ut terminatur ed illem est prodnctiva Verbi: conſ. tenet, quià ut fæcunda est prodnctiva illius. Ant. etiam est communis doctrina Theolngornm, nem aliàs ut fæcunda ad generandũ esset communis tribus persnnis, quod est aliannm: §. Urg. hoc. Comprehensa, vel cognita essentia tantum prnut in Petre sufficienter cnmprehenditur Peter, ergn snle cngnitio Divina pronut terminata ed Petrem est sufficianter productiva Filij. Conſ. tenet, quià ex eo dicimus debere etiam terminari ad Filinm, qnià Filins ptocedit ex cognitione compraheniva Patris. Ant. verò prob. Ad cngnitinnem comprehensivam sufficit cognoscere ea, ex quibus resultat Patris persone, sed hæc tantum resultat ex Patre, & essentia prnut ast in Patre, ergn solum prnnt est in istn erit objectum comprehensionis Petris.

Ad hoc etiam ex dictis da visinna dist. ant. Prnut terminata ed paternitatem, si ly ut reduplicet, vel denotet snbjectnm, vel principium generans, sive generetionis, conc., si danotet terminum cngnitinnis, neg., nem prout sic nnn snlnm prnut est in Patre, sed ut est in nmnibus persnnis ast nbjectum comprehensinnis Patris, & ejusdem essantiæ, nt nstensum est, sicut in simili dicebamus ibidem, quando nobis opponunt, quòd intellectus Divinus solum pront est in Patre, & nnn prnut in Filio, aut Spiritu S. est principinm visinnis, quæ prioritate nriginis antecedit Filium, ac proinde quòd essentia Divina non prout ast in Filin, aut Spiritu S., sed prout est in Patre sit nbjectnm ejusdam visionis; id tantum verificeri, si particula *ut* est in Patre, denotet cnnditionam requisitam ex perte objecti, quæ est unin illins cnm intallectu, non varò ut denntat terminum visinnis, qnià essentie Divina, utrnbiq. terminet visinnem absolutè ut est in re, ac proinde ut est in tribns personis. Unda ad prob. dicimus communem doctrinam in eo consistare, quòd essentia Divina in snlo Patre, tanq. in subjecto, vel principin est fæcunda ad generandum, sicut in soln Patre, & Filio est fæcunde ed spirendum, non verò quòd in illn soln, aut illis solis sit terminus cnmprehensionis illius. Par qnod etiem convincitur da Spiritn S., & de cæteris Divinis. Undè licat subiectivè nnn exigat snppnsitum personæ productæ ad illem producendam, exigit tamen illnd, nt terminum snæ cnmprehensionis, aliàs non termineret illem absnlutè nt est in ra, quo pactn est objectum, vel terminus ejusdem comprehensionis.

Ad confirm. neg. ant. Ad prob. dist. ma. Ex quibus resultat, inadæquatè, & subjectivà tentum, neg., adæqnatè, conc., & tunc neg. mi., nam persnne Patris, ex quo generativa est impnrtat relationem peternitatis ad Filinm, & ex qnn simul cum Filin spirativa est, importat reletinnem spiratnris ad Spiritum S., & ex quo etiam Divina est,. necessariam connexionam, vel idantitatem cum cæteris Divinis, undè impossibile est quòd sic adæqnetè eccapta possit comprehendi, nmnibus Divinis non cogniris etiam pen eodem signo prioritatis originis ad Filinm, & ad Spiritnm S., nam hæc omnia importat in illo signn prout est in re, at prout est in re est tarminus comprahensionis sui, unda non sic cognitns cum nmnibns illis non cognosceretur pro signo illn qnentnm cognnscibilis est, & consaquenter non comprehanderetur. Non enim cngnoscitur unnm reletivum quantum cognoscibila est non cognito correlletivo; & nnum necessariò connexum, vel identificatum cum alin, utroq. non cegnito, quæ sunt de se manifeste, præsartim ut dictum est, quià sub eadem indivisibili rationa, vel conceptu cnmmnni hæc omnie Divine essentie repræsentat, & est ratio videndi illa.

Sed instas. Si ad henc comprehansinnem Petris exigetetur Verbnm, & etiam Spiritus S. in ratione objecti cogniti, hæ duæ personæ deberent esse principium Verbi, & Ità istud ax illis procedere, & ex se ipso, consequens est salsum, ergo. Prob. ma. qnià objectum cognitum in asse intalligibili est principium cognitinnis, & tarmini ipsius, esto speciem non imprimat, qua fiat cognitio, argn essent principium Varbi, ac prnindè istud principium sui. Prob. ent., tum ax dictis in physicis, & in 3. de anima, & elibi, quià nbjectnm media sni specia impressa secundum probabiliorem sententiam concurrit ad intellectinnem, & terminum ejus nnn tantnm in genera causæ formalis extrinsecæ specificantis, sad etiã activè, & efficienter, nt principinm illius. Tum in nbjecto cognitionis angelicæ, que engelus hominem cognnscit prodncendn verbum per speciem superinram, quam habet eb initin sibi inditam à Den. Nem idaò tale verbum est vera, sive propria imagn hominis, & proles illins, quià concurrit, ut principinm illins in essa intelligibili, esto speciem non imprimet intellectui, cum sit ista à Deo, & nnn ab objectn, ut cnnstebit infrà de angelis, ergn.

Hnic instantiæ omissis variis solutionibus, de quibus M. Herrera hìc ad 3. Resp. neg. seqnelam. Ad utramq. ajus probat. detn transeat, vel concesso ant. neg. conſ., & dilperites est, primò quòd in nobis, vel in creatis verbum prodncitnr ex indigentia, nt dictum est, in Deo antem ex fæcunditate, fæcunditas autem ad generandum salvn mystarin Trinitatis, non pnteſt asse ex parte principii, nisi in assentia terminata per solam peternitatem, nndè Verbum, & Spiritns S., sicut & cætera Divina solum cnncurrera possunt, & debent in retiona termini, val objecti cngniti, nt exigit cnmprahensin essentiæ sine ulle nffensinna ejusdem mysterii: in creatis verò eadam fæcnnditas poteſt sa extendere ed objectum sine nlle repngnentia, ità ut nnn sole potentie, sed etiam objectum concurrat ex perte principii ad intallectinnem, & ejus terminũ, sivè partum intellectualem, vel verbum, juxtà commune exinma, quòd ex potentia, & nbjectn paritur notitie, unde nnn à solo intellectn dicitur procedere intellectinnem, & Verbnm activè, val efficienter, sed ab illo ut actuato per speciem objecti, ec proinde atiam eb isto media sui specie. De qnn etiam suprà q. 12. ed er. 2. §. Secundò essignetur discrimen, qnòd tunc solum objectum cognitionis pnteſt assa principium verbi per illam producti, quendo habat assa in specie distincta à Verbo, quod solum contingere poteſt in creatis, nnn in Divinis, ubi essentie Divine, qnæ habet ut species teptæsentare Filium, & Spititum S. nulletenus distinguitnr à Varbo.

Quertò etg. ex Vasqnez in favnrem tertiæ. Si Varbum per se ptocadaret ax cognitione Spiritus S. esset imagn saltem intentinnalis illins, consequens est falsum, ergo. Prob. saquele, quià verbnm ast imago, & proles nbjecti, ex cnjus cngnitinne prncedit, præcipnè si aliàs ab eo distinguitur realiter, ut reqniritnr ad rationem imaginis, cum nihil sit imagn sui, sed hoc cnmpetit Varbo respectu Spiritus S., ergn. §. Resp. neg. sequelem. Ad prnb. dist. ut suprà ma., ex cujus cognitinne procedit, ut principii, conc., præcisè ut objecti cogniti, neg., & dist. mi. convenit Spiritui S., ut principio, vel objactn motivn, nag. ut termino, vel objecto tantum cngnito, conc., & neg. cnnſ., qnià ut

ait D.Tho. infra q. 93. art. 1. in corp. de ratione imaginis est, *quòd fit ex alio expressum*, hoc autem tantum convenit Verbo respectu Patris, non respectu Spiritus S., cum solum ab isto procedat, ut ab objecto cognito, nō ut à principio activè exprimente, & ideò nequit dici imago respectu illius: & quidem si præcisè procedere, ut ab objecto cognito, vel ex cognitione ejus, sufficit ad rationem imaginis, tenetur fateri idem Antor, id de facto ei convenire respectu Spiritus S. Nam cap.4.num.26. expresè docet Verbum ut spiratorem per se procedere ex cognitione illius; vel ergo etiam prout sic erit ejusdem imago, vel tenetur asserere ad illius rationem id non sufficere, sed omninò esse necessariam præfatam expressionem, ut ait D. Tho.

Sed instas ex eodem. Imago artificialis Imperatoris v.g. est verè, & propriè imago illius, at ab illo non procedit, ut ab activè exprimente, sed solum ut ab objecto cognito ab artifice, ad quod iste inspiciens, imaginem format, ergo id non est necessarium ad rationem imaginis: §. Hanc instantiam patet iterum esse ab illo solvendam in altera immediatè adducta. Deindè claritatis gratia dist. in primis, & explico ma. Est verè, & propriè, idest simpliciter, vel omnibus modis talis, nego; nam comparativè ad imaginem intrà lineam viventis, vel per viam originis, aut processionis magis est secundum quid, quàm simpliciter talis, sicut accidens est verè, & propriè, sivè essentialiter ens, non tamen simpliciter comparatione substantiæ, sed tantum secundum quid: dicitur ergo verè, & propriè, quià est alterius similitudo, & ad id repræsentandum expressa, unde ortum, & originem habet ab illo, ut à suo exemplari, non ut ab originante per viam processionis, & ideò dicimus non esse omnibus modis, ut contingit in casu, & intrà lineam viventium. Utrumq. autem deficit in Verbo respectivè ad Spiritum S., cum nec sit ab illo sic expressa, nec per viam similitudinis ad illum repræsentandum: Secundò ex his concessa absolutè ma. dist. mi., ab illo non procedit, ut à vera causa exemplari, neg., ut à principio effectivè producente illam, conc., & neg. cons., quià satis est priori modo procedere ab illo, ut dictum est.

Sed adhuc instas. Nam si Verbum per se procedit ex cognitione Spiritus S., verè & propriè imitabitur illum, ergo licet dicamus Spiritum S. non esse causam exemplarem Verbi, nihilominùs Verbum erit imago ejus, sicut hac ratione imago Cæsaris est illius imago, quià imitatur illum, & eò perfectior, quò perfectiùs imitatur eundem. Prob. ant. Ideò hæc externa imago imitatur Cæsarem, quià artifex inspiciendo illum producit ejus imaginem, sed eo ipso, quòd Verbum per se procedit ex cognitione Spiritus S. Pater inspiciendo Spiritum S. producit illud, ergo si semel per se procedit ex cognitione Spiritus S., imitatur illum: §. Urg. hoc, nam quià Verbum per se procedit ax cognitione Spiritus S., non tantum est Verbum Patris, sed etiam Spiritus S., & repræsentativum utriusq., ergo similiter quià per se procedit ex eadem cognitione erit imago utriusq. Prob. cons. quià illius est imago, cujus est Verbum, & repræsentativum, nam in hoc consistit ratio imaginis, scil. in repræsentando, unde quo perfectiùs repræsentat, perfectior est imago, ergo si etiam Verbum est repræsentativum Spiritus S. erit imago ejus.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. causalem, sed quià ut dictum est, est similitudo, & ad illum repræsentandum expressa, unde ortum habet, & originem, habet autem ab illo ut à suo exemplari, & adhuc effectivè ab eodem procedit media specie sui impressa, cognitio enim Imperatoris effectivè concurrens ad productionem illius causatur ab Imperatore media eadem sui specie, & sic Cæsar non est præcisè terminans, sed etiam activè, vel effectivè concurrit ad illam, quod non habet Spiritus S. respectu Verbi, sed tantum concurrit ad illius productionem, ut terminus, vel objectum cognitum: §. Ex his etiam ad confirmat. dist. ant. Est Verbum, & repræsentativum, cum eadem proprietate, neg., propriè respectu Patris, & largè, vel impropriè, aut communiter respectu Spiritus S. conc., & neg. cons. quià ad rationem imaginis respectu alicujus repræsentati non sufficit esse Verbum ut cunq., vel repræsentatio ejus, sed ulteriùs requiritur quòd ab illo activè procedat. Unum enim ovum, ut dicit D.Tho. hîc ar. 3. ex D.Aug. lib. 83. qq., & si repræsentat aliud non tamen est imago illius, quià non est de illo, vel ab illo expressum. Per quod patet ad prob. annexam. Ex quo etiam infert D. Th., quòd hoc nomen *imago* sit nomen personale, quià ea, quæ processionem, sivè originem important in Divinis sunt personalia. Sed de his etiam videatur q. 4. de verit. ar. 4. ad finem corp., & præsertim ad 7.

Ultimò tandem arg. principaliter ex eodem. Ex illius cognitione Verbum per se procedit, quo per impossibile ablato, vel non cognito, non remaneret, sed per impossibile ablato, vel non cognito Spiritu S., adhuc maneret Verbum, vel Filius sicut modo est, ergo per se non procedit ex cognitione illius. Tum quià priùs intelligitur Filius sub ratione Filij, quàm intelligatur Spiritum S. procedere ab illo. Tum quià licet non possit intelligi Verbum sub ratione spiratoris, non intellecto SpirituS., nō tamen sub ratione Filij, sicut similiter Pater ut Pater licet intelligi nequeat, non intellecto Filio, benè tamen sub ratione primæ personæ. Tum quià Filiatio adæquatè specificatur à Paternitate, & non à spiratione passiva, nam prout sic non dicitur corellativè ad Spiritum S., sed ad solum Patrem, ergo adhuc maneret Filius ablato, vel non cognito Spiritu S.

Ad hoc, quod iterum producitur infrà ad probandum in favorem Scoti, quòd adhuc distinguerentur realiter à Spiritu S. etiam si realiter ab illo non procederet: Resp. ex dictis, & ex dicendis ibidem neg. mi. Ad illius 1. prob. dist. ant. Priùs, prioritate *in quo*, neg. *à quo*, vel solius originis, conc. Vel iterum dist. Priùs prioritate purè præcisiva, & à nobis imperfectè concipientibus processiones Divinas ad modum creaturarum, ut dictum est, transeat, vel conc. A concipiente comprehensivè, ut concipit Pater Divinas cum sola prioritate *à quo* exclusiva totius prioritatis *in quo*, etiam rationis, nego: §. Ad 2. similiter dist., non tamen sub ratione Filij, à perfectè, vel comprehensivè cognoscente illum, neg., imperfectè, transeat, vel conc. Ad 3., quæ potest esse replica, iterum dist. adæquatè specificatur à paternitate, & adæquatè connectitur cum illa, neg., adequatè specificatur, & simul connectitur cum Spiritu S., conc., & neg. cons. quià Filiatio Divina non est pura filiatio, sed etiam spirativa, sivè est fæcunda ad spirandum, & ideò necessariò connectitur cum spiratione passiva, sive termino spirationis activæ; & ideò cessante hac connexione, non maneret ampliùs, nec cognosceretur sicut modo est, & exigit cognosci, ut in se modo est, nam variatio essentialis non solum pendet à variatione termini specificationis, sed etiam connexionis.

QUÆ-

QUAESTIO II.

Utrum verbum per se procedat ex cognitione possibilium.

PRocedit difficultas de possibilibus non secundum esse, quod habent indistinctum à Deo ut in causa, qua ratione dicuntur esse ipsa creatrix essentia; sic enim certũ est per se procedere ex cognitione eorum, sicut certum est procedere ex cognitione Dei, vel ejus essentiæ; sed secundum quòd sunt aliquid objectivè saltẽ distinctum ab illo, quidquid sit in quo istud cõsistat, sivè in positivo, sivè in negativo, vel in nõ repugnantia ad existendum, & connotatione Omnipotentiæ, per quam possunt extrahi à statu possibilitatis, de quo alibi dictum est de cœlo, & mundo.

In qua re iterum negat Scotus, & præter ejus discipulos sequuntur alij ex Societate Vasq. hic disp. 143. c. 3. Alarcon., Arrubal, & alij, quamvis hic disp. 125. c. 5. distinguat in Verbo repræsentationem intrinsecam respectu objecti increati, & extrinsecam terminationem ad creaturas possibiles, & sub priori neget procedere ex cognitione possibilium, affirmat tamen sub posteriori: §. Communiter autem affirmant cum D. Thom. locis relatis ejus discipuli, & consentiunt ex eadem Societate Molina quæst. 34. art. 3., Valentia ibidem; Suarez lib. 9. de Trinitat. c. 6. Granad., & alij recentiores.

§. I.

Statuitur conclusio ex D. Thoma, & D. Aug.

VErbum per se procedit ex cognitione possibilium. Præter D. Tho. ubi supra, & locis referendis; docet eam D. Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 13. & 14. Ubi inquit. *Nam enim se ipsum* (scil. Pater) *integrè, perfectèq. dixisset, si aliquid minus, aut amplius esset in eius Verbo, quàm in ipso. Et ideò Verbum hoc verè veritas est, quoniam quidquid in ea scientia, de qua genitum est, & in ipso est.* Quibus manifestè sentit Verbum necessariò, & per se esse de cognitione omnium, quæ sunt in scientia Patris, aliàs non esset Verbum illi adæquatum, vel ejus scientiæ, si quid minus esset in illo, quàm in scientia, de qua fuit genitum. Certum est autem in ista per se fuisse omnia possibilia, cum ergo esse de aliquo importet habitudinem principij, ex omnium cognitione, quæ sunt in eadem scientia juxta D. Aug. procedit.

Dices ex Arrubal D. Aug. intelligendum esse quoad extrinsecam terminationem, nõ quoad intrinsecam perfectionem, seù per concomitantiam, non per se, & in 4. modo, ut explicat Vasquez, quià aliàs esset illarum imago, unde non habetur ex S. D., quòd per se procedat, sed tantum concomitanter: §. Sed hæc solutio in primis non consonat textui, tum quià non salvat saltem quoad modum cognoscendi, scil. quòd non sit aliquid majus, vel minus in Verbo, quàm sit in Patre, vel in scientia ejus, sed in ista sunt per se, & non tantum concomitanter ob necessariam connexionem, vel habitudinem cum eisdem possibilibus, ut explicat D. Th. suprà qu. 19. art. 3. ad 6. ex discrimine inter Divinum scire, & Divinum velle. *Quòd sicut* (inquit) *Divinũ esse in se est necessarium, ita & Divinum velle, & Divinum scire. Sed Divinum scire habet necessariam habitudinem ad scita, non autem Divinum velle ad volita. Quod ideò est, quià scientia habetur de rebus secundum quòd sunt in sciente: voluntas autem comparatur ad res secundum quòd sunt in se ipsis, Quià igitur omnia alia habent necessarium esse secundum quòd sunt in Deo, non autem secundum quòd sunt in se ipsis; habent necessitatem absolutam, ita quòd sint per se ipsa necessaria. Propter quod Deus quæcunq. scit ex necessitate scit, non autem quæcunq. vult ex necessitate vult.* Ità D. Th. ergo non sufficienter salvatur causalis D. Aug. inter utramq. personam: §. Deinde, & urg. hoc ipsum, Quià æqualiter procedit ex eadem cognitione, quòd sicut Pater in producendo illud per illam est per se infinitè cognoscitivus, ità Verbum debet per se esse infinitè repræsentativum, aliàs non procederet ut Verbum Divinum, ergo per se procedit ex eadem cognitione, & non purè concomitanter, vel terminative extrinsecè, in quo proculdubio eadem causali, scil. in omnimoda æqualitate utriusq. procedit.

Expl., & urg. hoc ex Illustriss. Godoij. Nam verbum esse repræsentativum creaturarum non est extrinseca denominatio, sed intrinseca, & essentialis ejus perfectio, ergo sub hac ratione ex creaturarum cognitione procedit absolutè, & secundum sibi intrinseca. Conf. tenet, & ant. prob. Tum quià esse ideam facti, vam earum, & esse productivum per modum principij est intrinseca, & perfectio illius essentialis, & non pura denominatio extrinseca, ergo pariter erit illi essentiale esse repræsentativum: §. Quod verò ait Vasquez, quià aliàs [illegible] illarum imago, jam sufficienter q. ant. impugnatũ est ex D. Tho. hic art. 1. Tum quià licet ipse nõ admittat secundum suam sententiã per se procedere ex illarum cognitione, admittit tamen, quòd ut repræsentativum procedit per se ex cognitione illarum. At ex hoc non infertur quòd sit imago illarum, aliàs sine ullo inconveniante admitti poterit, quòd utroq. modo procedens sit earũ imago, si semel admittit non esse inconveniens, quòd sit imago posteriori modo. Unde hoc sui fundamentum, quòd deberet esse imago, si priori modo, sive secundum suam antitatem ex eadem cognitione procederet, est omninò insufficiens ad negandam præfatam perseitatem intrinsecam procedendi ex illa.

Quod verò hæc D. Thom. possit intelligi de sola concomitantia, vel extrinseca terminatione, & non de intrinseca, & entitativa patet ulteriùs ex doctrina ejus hic ar. 1. ad 3., & ar. 3. in corp., nempè quod Pater intelligendo se, & Verbum, & Spiritum S., & omnem creaturam habet illud producere, *ut sic tota Trinitas Verbo dicatur, & etiam omnis creatura*; sed hoc non potest intelligi de sola concomitantia, aut extrinseca terminatione, nam eisdem verbis, quibus affirmat intelligendo creaturas producere Verbum, pariter affirmat intelligendo se producere illud, ergo si sic se intelligendo per se, & in 4. modo ex hac sui cognitione procedit Verbum, & non purè denominativè, vel terminativè extrinsecè, aut concomitanter, pariter juxtà D. Thom. procedet per se ex eadem, ut terminatur ad creaturas: §. Deindè ut innuit illis verbis *ut sic tota Trinitas &c.* Eo modo procedit ex earum cognitione, quo ei competit repræsentare illas, itaut quo modo convenit Patri intelligere, conveniat illi repræsentare, ergo si Patri convenit per se intelligere illas, per se illi conveniet easdem repræsentare, licet ex consequenti, utpotè respectu objecti secundarii: §. Expl. & urg. hoc ex eodem q. 4 relata de verit. ar. 4. ubi ad finẽ corp. ubi inquit. *Sic igitur oportet, quòd quidquid in scientia Patris continetur,*

totum

totum hoc per unum ipsius Verbum exprimatur, & hoc modo, quo in scientia continetur, ut sit verum Verbum suo principio correspondens per scientiam, & Verbum ipsius exprimat ipsum Patrem principaliter, & consequenter omnia alia, quæ cognoscit Pater cognoscendo se ipsum, & sic Filius ex hoc ipso, quòd est Verbum perfectè exprimens Patrem, exprimit omnem creaturam. Ita D. Tho. Ex quibus manifestè ad mentem ejus infertur, quòd ità procedit ex cognitione Patris, quo Pater cognoscit se, & omnem creaturam, & omnes continentur in illius scientia, sed per se illas cognoscit, & continet, ut probatum est, ergo per se ex illa procedit, easq. exprimit, aliàs non esset Verbum adæquatè correspondens suo principio per scientiam, & perfectè exprimens illud, ut ait D. Tho., unde non tantum declarat mentem suam, sed etiam impugnat prædictas solutiones.

Deniq. in solut. ad 7. præoccupans, & simul impugnans superiorem illam, quam nobis opponunt, quòd deberet procedere ex illis, sicut ex aliis objectis Divinis, de quibus etiam negant contrarii, inquit: *Dicendum, quòd Verbum est alicuius multipliciter, uno modo ut dicentis, & sic procedit ab eo, cujus est Verbum, alio modo ut manifestati per Verbum, & sic non oportet, quòd procedat ab eo, cuius est, nisi quando scientia, ex qua procedit, est causata à rebus, quod non accidit in Deo, & ideò ratio non sequitur*. Nempe quòd non procedat Verbum ab eo, cujus est Verbum, scil. à Patre, sicut non procedit à creatura. Ex quibus non solum confirmatur solutio tradita ad idem inconveniens in q.ant. Sed quòd etiam verè intendat per se procedere Verbum ex cognitione Patris, ut etiam terminata ad creaturas; nam aliàs faciliùs potuisset solvere argumentum, dicendo tunc solum procedere ab eo, cujus est verbum, quando per se est verbum illius: ad quod tamen non recurrit, quià tenet per se procedere ex earum cognitione, licet non ex illis, nisi in ratione objecti cogniti, vel repræsentati, ut dictum est, & ait ibidem S.Tho.

§. II.

Ratione prob. conclusio.

RAtione, qua suprà ex D. Th.desumpta à priori prob.concl. Verbum per se, sivè secundùm intrinsecam perfectionem procedit ex cognitione comprehensiva essentiæ, ac proinde etiam Omnipotentiæ Divinæ, sed nequit ex hac cognitione sic procedere, omnibus possibilibus distinctè, & in particulari non cognitis, ergo per se procedit ex cognitione eorum sic distinctè cognitis: ma: patet ex dictis, nam Adversarij non negant per se procedere ex cognitione omnium attributorum, quorū unum est Omnipotentia: tum quià aliàs ut dictum est, non esset comprehensiva, sivè perfectissima cognitio Dei, vel ejus essentiæ non cognitis omnibus ejus attributis, ut etiam per se patet; tum quià non procederet, ut Verbum perfectissimum, & consequenter nec ex cognitione perfectissima. Mi. verò latè probata est tum quæst. ant.; tum supra de visione ad ar.7. & 8. ex conceptu definitivo comprehensionis: ex quibus fundetur iterum sic. Cognitio comprehensiva objecti debet adæquare omnem cognoscibilitatem ejus, idest debet esse cognitio ejus quantum cognoscibile est, at Divina essentia, & Omnipotentia sunt cognoscibiles secundum omnia, quæ continentur in illis non solum formaliter (ut putant Scotistæ,) sed etiam virtualiter, & distinctè secundum omnes rationes, secundum quas adinvicem distinguuntur, ergo sic non cognitis omnibus possibilibus non comprehenderetur Divina Omnipotentia.

Expl., & urg. hoc. Comprehensio alicujus causæ, & virtutis ejus debet attingere quidquid cognoscibile est in vi cognoscibilitatis ejus, & ad quod se extendit virtus illius, aliàs non adæquaret ejusdē cognoscibilitatem, ut patet ex terminis, sed in essentia Divina, vel Omnipotentia non solum cognoscibilia omnia, quæ formaliter in ea continentur, sed quæ etiam virtualiter, vel eminenter secundum proprias cujuslibet rationes, ut sunt omnia creata, & creabilia, ergo si Verbum ex utriusq. comprehensione procedit, ex cognitione istorum sic cognoscibilium debet per se procedere.

Expl. ulteriùs. Nam cognitio creaturarum in essentia est cognitio effectuum in causa sed hęc supponit ex natura rei cognitionē causæ, eo quòd per causam ut medium cognoscendi illos, cognoscuntur, ergo sicut cognitio perfectior causæ infert cognitionem plurium contentorum in causa, cognitio illius comprehensiva, vel perfectissima, inferre debet cognitionem omnium comprehensivam, vel perfectissimam, ergo cognitio comprehensiva essentiæ Divinæ, non solum debet esse cognitio eorum, quæ continentur in illa formaliter, sed etiam, quæ virtualiter, vel eminenter, sivè omnium possibilium in particulari secundum proprias illorum rationes, aliàs non esset penetrativa causæ, ut causæ secundum omnia, quæ continet, (cum etiam contineat secundum omnes hujusmodi rationes in particulari, ac per consequens nec comprehensiva, aut perfectissima illius cognitio, ex qua, ut supponimus, debet procedere Verbum, si velimus esse adæquatum Patri, & infinitè repræsentativum omnium tam Divinorum, quàm creaturarum, ut essentialiter convenit Verbo Divino.

Dices id quidem convenire illi, non tamen pro omni signo, nam cum essentia Divina sit omninò independens, & absoluta ab omni respectu ad creaturas, pro signo illo, in quo intelligitur procedere, satis est, quòd procedat ex cognitione comprehensiva, prout terminatur ad essentiam quoad sui perfectionem absolutam, quam importat pro priori ad omnem sui respectum, sivè transcendentalem, sivè rationis ad illas; imò tunc videretur magis imperfecta, quàm perfectissima cognitio, & consequenter etiam essentia, magis imperfectè, quàm perfectissimè cognita, si illa haberet debitum terminandi ad id, à quo nullo modo dependet, sivè in esse entis, sivè in esse intelligibili, & hæc non possit cognosci sinè tali respectu, & ideò ex hoc conceptu comprehensivi, vel perfectissimi magis inferri debet oppositum, quàm intentum nostræ conclusionis. Quidquid sit, si sumatur essentia formaliter, ut actu fundat præfatum respectum ad illas in ratione principii; secus verò si fundamentaliter tantum, pro præfata perfectione absoluta, quæ est plena in se, & omnibus modis infinita in ratione perfectionis, secundum quàm prævenit omne ens creatum, & creabile. Unde solum poterat inferri, quòd per se procedat ex cognitione earum secundum illud esse indistinctum, quod habent in Deo, vel in sui essentia, & Omnipotentia, non tamen secundum illud objectivum, quod habent sibi proprium, & distinctum à priori esse, quod est ipsa creatrix essentia, ut dictum est.

Sed contra hanc solutionem, in qua consistit præcipua

cipua vis oppositæ santentiæ, & quam placuit etiam amplificare, ut pleniùs evacuetur; insurgo iterum ex dictis, quià confundit, nec distinguit inter connexionem, & dependentiam, & falso etiam innititur supposito, quòd ratio cognoscendi effectom in causa sit relatio istius ad illum, & non magis contioantia, ut ostensum est ax eo quòd Daus, vel ejus essentia, & Omuipotentia siot aus omuioò absolutum, & indapendens, nullumq. proinde dicaot respectum ad creaturas, onde oon rectè iofertur posse pro aliquo signo comprehēdi, aut perfectissimè cognosci istis per se non cognitis secundom omnem earom cognoscibilitatem, & rationem, sacundū quam distingoitur una ab alia, quià adhuc est necessaria connexio, & continentia in omni signo orta ex summa eadem perfectione. §. Argumētor ergo sic. Ubi est nacessaria connexio unius cum alio, & necessaria continentia unius in alio impossibila est unum comprehandi, vel perfectissimè cognosci præcisivè à cognitione alterius, vel isto per se non cognito, sed io omni signo otraq. reparitur in Divina essentia, vel Omoipotentia respectu creaturarum, vel possibilinm ergo impossibile est in aliquo signo Varbum per sa procedere ax cogoitione comprehensiva, vel perfectissima asseotiæ, vel Omnipotentiæ, possibilibus per se non cognitis secundum omam sui cognoscibilitatem, val rationem in particulari. Cons. tenet, quià secundum omnem est talis coonexio, & continentia: ma. de connexiona patet in relativis, nam hac ratione etiam dicunt esseotiam non posse altero modo comprehendi, scil. formaliter pront actualiter fundat prædictum respectum ad creaturas, quià prout sic est comparatio relativi sd relativum, quorum non potest unum etiam quiditativè cognosci, altero simul oon cognito ob necessariam eorū connexionem: da continentia etiam præsertim in subjecta materia, nempè affectus in causa, tum quià ex hac continentia provanit necessaria connaxio emanationis, & dependantiæ illius à causa. Tum quià eadem contioentia ast ratio assendi, sed ratio essendi, à priori ast ratio cognoscendi, ergo repugnat unom per se cognosci altero per se non cognito, ubi ioter illa est talis connexio, & continentia: Mi. pariter ast certa, quià tam connexio, quàm continentia, ex qua oritur connexio, & quæ iofert possibilitatem craturarum sunt prædicata quiditativa Dei, utpotè orta ex summa illios perfectione, ergo in nullo signo potest esse Deus sine illis, ac proinda sioe aorom cognitione comprehensivè, vel perfectissimè cognosci.

Hinc patet æquivocatio, & falsum suppositum, dum dicitur, quòd magis imperfectè, vel minùs perfectè cognosceretur essentia; vel magis imperfecta, vel minus perfecta esset cognitio illius si pro nullo signo, val pro illo priori signo non posset comprahendi sine illorum cognitione; supponitur enim id oriri ex aliquo dafecto, vel dependantia saltē in asse cognoscibili ex parta Dei, Imò oritur potiùs ax summa sui perfectiooe, qua est fons, & origo omnium creaturarū inferens necessario, (ut dictum ast, statim magis declarabitur) aarom possibilitatem, cum creaturæ ex se, vel ex parte sui siot ex nihilo.

Urg. præcedeos replica. Unumquodque, (ut dicebamus) in tantum agit, in quantum est in actu, ergo cognitio affectuum in causa exigit necessariò cognitionem actualitatis causæ, & eò plurium, quò perfectior est cognitio illius, ergo si ast perfectissima, vel comprehansiva, erit perfectissima, vel comprehensiva omnium secundum omnem eorum rationem in particulari: patat hæc conseq., quià secundum eandem actualitatem est causa omnium; ergo impossibile est esse comprehensivam, vel perfectissimam ejusdam actualitatis, (qualis est cognitio Dei comprehensiua actualitatis propriæ) & non attingere omnia possibilia secundum omnes eorum rationes, & non solum omnia, quæ formaliter sibi conveniunt. Immò si aliquam omitteret cognoscendam, aliquid etiam ajusdam actualitatis latere deberat, quia perfectio effectus ex vi hujos actoalitatis provenit, & in illa continetur, ac proinde nec etiam poset dici, vel esse comptehensiva essautiæ secundum ca, quæ sibi formaliter conveniunt, sicut convenit propria ajus actualitas, §. Par quod iterum præoccupatur solutio racurrens ad distinctionem sigoorum: nam in omni signo, in quo semel aliqua cognitio est comprehensiva alicujus causæ, & virtutis ajus fundatæ in propria soi actualitate, & perfectione debet penetrare, & sa extaudere ad omne id, quod continet, & ad quod se extendit talis virtus, nam in hoc consistit istius perfectio, scil. in cōtinentia, & vi productiva suorū affectoū, quæ causæ convanit ratione propriæ actualitatis, ergo impossibile est semel esse cognitiooam productivam Verbi in Divinis comprehensivā essentiæ, & Omnipotentiæ, & omittere in aliquo signo possibilia, secundū proprias eorū rationes in particulari cognoscenda, cum ut dictum est, idem ast esse comprahausivam objecti, & adæquara totam ajus cognoscibilitatem. In hoc enim consistit comprehensio strictè sumpta, scil. in totali adæquationa, sivè inclusione unius io alio, sicut cum una res intrà aliam secundum totam sui quantitatem contiuator, ut aqoa intrà vas, compreheodi dicitur. Hinc ad cognitionem per metaphoram translatum cst hoc oomen comprehansionis; quod propriè, & strictè sumptum idem sit, quòd cogoitio includens totaliter rem ccgnitam, ot modo loqoimur. In quo distinguitur à simplici comprehensione, vel largè sumpta, scil. pro assecutione, vel aprehensiona rei in se ipsa, quam desiderabat, quo sensu visio beata comprehausio dicitur, qoià est aprehensio, & assecutio Dei in se, quem per fidem in hac vita inseqoebaotur beati, & ideò dicuntor Comprehensores. In quo sensu usurpasse comprehensionem Naziaos. orat. 34., August. serm. 38. de Verbis Domini, & alios PP., dum dicunt Deum non posse in via comprehendi, sad in Patria, docent omnes Theologi antiqoi, & recentiores, uno axcepto Vasquez, ut insinuavimus, obi supra de visione: §. Ex quibus atiam formari potast simile argumentum de hoc prædicato actualitatis, vel continentiæ respectu creaturarum, val possibilium, sicut supra de alia prædicato radicis respectu omnium Divinorum. Quòd sicut non potest essentia comprehendi, non per se cognito hoc posteriori, & consequenter non per se cognitis omnibus Divinis in illa radicatis ob necessariam connexionem cum illis, ità nec eadem comprehendi, non cognito priori actualitatis, vel continentiæ, & consequanter non per sa cognitis omnibus possibilibus cum illa oecessariò connaxis. Sed placet etiam alio simili prædicato instare.

Tertiò argo prob. concios., & iterum orgeutur hæc omnia. Verbum per sa procedit ax cognitione comprehensiva Dei secundum omnia possibiliter cognoscibilia in signo suæ processionis, sed io illo, & in omni, non solum sunt cognoscibilia, sed necessariò omnia possibilia secuodum eorum omnes rationes in particulari ergo sic per se procedit. Ma. ast certa, nam aliàs nullo modo esset strictè comprehensio, nec

prout

prout sic (ut patet ex dictis) negatur à contrarijs, sed solum in mi. est apud ipsos difficultas, quæ tamen prob. sic ex hoc alio prædicato, quòd fortè efficaciùs urget. Non potest in aliquo signo comprehendi Deus non per se cognitu hoc prædicato in illo, scil. entis per essentiam, sed istud cognosci nequit, non per se cognitis omnibus possibilibus secundum omnes particulares eorum rationes, ergo in omni secundum omnes ista sunt cognoscibilia. Ma. est certissima, quià non solum est prædicatum ejus quiditatiuum, sed potissimum, & fontale omnium, nec aliàs non solum non comprehenderetur illo omisso, sed nec etiam cognosceretur, ut Deus. Mi. verò prob., conceptus entis per essentiam sic explicatur, vel in hoc essentialiter consistit, quòd sit formaliter omne id, quod est Deus, ut sunt omnia Divina; & eminenter, vel virtualiter omne id, quod potest esse extra Deum, ut sunt omnia possibilia secundum omnes particulares eorum rationes, ergo impossibile est in aliquo signo semel comprehendi à Deo, non per se cognitis omnibus illis secundum easdem omnium rationes. Hoc argumento, ut patet, convincitur tam de omnibus Divinis, quàm de omnibus possibilibus adæquatè, & secundum esse, quod habent indistinctū à Deo, & secundum propriū objectivum distinctum ab illo, in quocunq. istud consistat. Quod fuit etiam à me olim propositum Bononiæ, non sine gravi apud ipsos Adversarios difficultate, & aliquali etiam dissidio inter adm. Rev. P. Mag. Regentem, & Assistentem, & P. Collegialem defendentem coram Reverendiss. P. Mag. eorum Generali: solutiones huic rationi adhibendæ ex superioribus rapide facilè impugnari possunt.

§. III.

Solvuntur argumenta ex auctoritate Divi Anselmi, & Divi Thomæ.

PRimò arg. ex auctoritate. Nam Anselmus in Monol. cap. 29. inquit. *Sivè ergo ille cogitetur, nempe Deus nulla existente creatura, sivè illis existentibus necesse est Verbum coæternum esse.* At si procederet ex cognitione illarum, procedere non posset illis non existentibus, ut nos etiam dicimus, ergo. §. Idem docet c. 31. & 32. ubi negat Verbum Divinum esse verbum creaturarum, esset autem si per se ex eadem illarum cognitione procederet, sicut est Verbum Patris, & cæterorum Divinorum, ex quorum cognitione dicimus per se procedere: §. Dices priori loco non loqui de creaturis possibilibus, cum negare non possit esse cum illis, ut ostensum est, necessariam connexionem, sed de futuris, vel essentijs existentibus, cum quibus solum habet liberam, & ideò ut iam insinuavimus, & dicemus infrà, ex cognitione istarum non habet per se, nisi sola perseitate physica, vel ex suppositione decreti procedere, non perseitate metaphysica.

Sed contra hoc est. Quià c. 34. docet Verbum Divinum non esse verbum creaturarum in se ipsis, sed solum quatenus continentur in Deo, qua ratione sunt ipsa vita Dei, & hoc ideò, quià cap. 29. docuerat illud non esse similitudinem creaturarum secundum proprias illarum rationes, ergo non tantum loquitur de existentibus, sed etiam de possibilibus. Prob. cons. Tum quià aliàs non minùs esset Verbum illarum secundum proprias rationes, quàm secundum illud esse, quod habent in Deo, cum secundum utrumq. per nos ex illarum cognitione per se procedat. Tum quià ex eo negat esse verbum illarum secundum proprias rationes, quià prout sic non est similitudo illarum, sed non minùs repugnat esse similitudinem earum, ut possibilium, quàm ut existentium, ergo.

Resp. bene ibi. Ad replicam ex superiori illa distinctione D. Tho. de verit. dicimus non velle Ansel. omninò, vel absolutè negare, quòd sit Verbum etiam creaturarum, sed quòd non sit illarum, ut dicentium, sic enim solum est Verbum à quo procedit. Non tamen ut manifestatarum, nam prout, ut ait hìc S. D., est Verbum totius Trinitatis, & omnis creaturæ, cum omnes repræsentet, & non solum omnia Divina, aliàs non esset infinitè repræsentativum, ut dictum est, quod nullus negare potest. Et patet hoc ipsum ex eo, quòd in tantum negat esse illarum verbum, quià prout sic non est similitudo, hæc autem non requiritur ut sit verbum illarum, ut objecti cogniti, vel manifestati, sed solum respectu illius, à quo procedit, vel generatur juxtà proprium conceptū generationis ut patet ex dictis. Per quod etiā patet ad cætera ex aliis capitibus. Et quidem videtur aliqualiter mirum, quòd velit Vasquez contra Nos uti authoritate Anselmi, cum sit illi hac in re contrarius, volens Verbum esse earumdem Verbum, quod tamen apud ipsum negat Anselmus.

Secundò arg. ex autoritate D. Thu. q. 4. relata de verit. art. 5. ubi in fine corp. inquit. *Quià Pater principaliter dicit se generando Verbum suum, & ex consequenti dicit creaturas, ideò principaliter, & quasi per se Verbum refertur ad Patrem, sed ex consequenti, & quasi per accidens refertur ad creaturam. Accidit enim Verbo, ut per ipsum creatura dicatur.* Ità D. Thom. Ergo juxta ipsum non per se, sed per accidens procedit ex earum cognitione, aliàs non per accidens, sed per se diceret respectum ad illas. §. Urg. hoc ex eodem, art. 7. seq. ubi docet, quòd ea sunt in Verbo, ut res dictæ, quæ ordinantur ad executionem, *unde dicere Dei* (inquit) *dispositio ipsius est. Unde sicut Deus non disponit, nisi quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt, ità nec dicit. Unde Verbum est horum, sicut ipsorum dictorum.* Ità D. Thu. Ex quibus fit arg. Ea, ex quorum cognitione per se procedit Verbum, sunt in Verbo ut res dictæ per Verbum, sed purè possibilia juxtà D. Thu. non sunt dicta, sed solum ea, quæ sunt fuerunt, vel erunt, quià nempe hæc sola pertinent ad lineam executionis, vel dispositionis Dei, ergo juxta D. Th. ex possibilium cognitione per se non procedit.

Ad 1. resp. Quòd non accipit ly per accidens, quasi contrapositivè *ad per se*, sed contra positivè ad *rationem sui*, vel primariò, ità ut solum velit, quòd per alterum, & secundariò, sivà ratione essentiæ priùs repræsentatæ, aut Patris principaliter expresi, ut principij *quod*, repræsententur secundariò, vel ex consequenti per Verbum, & non quasi contingenter, vel liberè, & non per se, cum optimè sciat esse necessariam connexionem cum illis, ut docet ubi supra q. 19., aliàs posset non repræsentare illas, quod nullus audebit dicere.

Sed instas. Quià in solut. ad 3. ejusdem art. 5., quod intendebat probare Verbum non dicere respectum ad creaturas ex eo quòd nomen importans hujusmodi respectum intelligi nequit non intellecto, quòd creatura sit actu, vel potentia. Verbum autem intelligi potest, non intellecto creaturam aliquam esse, secundum quòd Pater dicit, vel intelligit se ipsum. Sic habet. *Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de illis nominibus, quæ per se important respectum ad creaturam: hoc autem nomen non est hujusmodi ut ex dictis patet, & ideò ratio illa non sequitur.* Ex quo fit argum.

argum. si verbum per se, vel essentialiter importaret respectum ad creaturas illis non intellectis intelligi non posset, sicut quià Omnipotētia est per se causativa creaturarum intelligi nequit possibilibus non intellectis, ergo si juxta D.Tho. intelligi potest Verbum, non intellectis creaturis, per se illas non repræsentat, sed per accidens, sumptum etiam, pro contingenter, vel liberè, & non solum, ut contraponitur primariò, vel immediatè. Adde, quòd si ly *per accidens*, aut *accidit*, idem sit quòd *per alterum*, etiam respectu Patris, & aliorum Divinorum poterit etiam hoc ipsum verificari, quià cætera etiam Divina repræsentat ratione essentiæ.

Resp. D.Tho. etiā non loqui ibi de possibilibus, sed de creaturis futuris, vel existentibus. Quod patet primò, quià respondet, ut tenemur omnes respondere, ad intentum argumenti, istud autem de his procedit, ut constat illis verbis in mi., scil. *non intellectâ aliquā creaturam esse, vel esse futuram*. Nem si loqueretur etiam de possibilibus manifestè sibi contradiceret aliis locis relatis, & præsertim hic, ut ostensum est, in quibus expressè affirmat hanc illi perseitatem convenire: §. Secundò, quià ut patet in principio corp., de illis creaturis loquitur, quæ sunt capaces relationis realis ad Deum. Inquit enim. *Dicendum quòd quandocunque aliqua duo sic se habent ad invicem quòd unum dependet ab altero, sed non è converso, in eo, quod dependet ab altero, est realis relatio &c.* Constat autem, non possibiles, sed creaturas existentes esse capaces relationis ad Deum. §. Tertiò quià de illis instituit art. 5., de quibus in 4. definierat Patrem Verbo suo dicere omnem creaturam. (si velimus ordinatè, & non diminutè etiam procedere) sed in 4. inquirit tantum de existentibus pro aliqua differentia temporis; nam in 7. seq. expressè resolvit de solis possibilibus, ut patet ex titulo, scil. *Utrum eorum, quæ non sunt, nec erunt, nec fuerunt Verbum sit*. Et ibi apertè resolvit, quòd licet non sint ut dictæ, vel expressæ ad essendum, quo pacto extrahuntur à linea possibilium, ut in superioribus explicatum est, sunt tamen in illo, ut repræsentatæ, vel cognitæ, scil. per se, & necessariò, ut docet hic, & aliis locis ubi suprà. Inquit ergo in eodem 7. ad nostrum intentum. *Dicendum, quòd aliquid potest esse dupliciter in Verbo. Uno modo sicut id, quod Verbum cognoscit, vel quod in Verbo cognosci potest, & sic in Verbo est etiam illud, quod nec est, nec fuit, nec futurum est, quià hoc cognoscit Verbum, sicut & Pater, & in Verbo etiam cognosci potest, sicut & in Patre. Alio modo dicitur aliquid esse in Verbo, sicut id quod per Verbum dicitur. Omne autem, quod aliquo verbo dicitur ordinatur quodammodo ad executionem*. Et hoc modo concludit. *Verbum est horum tantum* (scil. quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt,) *sicut ipsorum dictorum*. En clarissima intelligentia mentis ejus juxta explicationem traditam. §. In forma ergo ad argumentum factum, neg. cons., & suppositum illius, quòd juxtà D. Tho. intelligi possit Verbum non intellectis possibilibus. Par quod etiam patet ad id, quod subditur, quòd licet omnia videantur ratione essentiæ, & respectu omnium adsit perseitas in Verbo etiam respectu possibilium, non tamen, (ut dictum est, & latè etiam suprà explicavimus de visione,) æqualiter, sivè primaria, & immediate in ratione objecti repræsentari, & cogniti, sed tantum secundaria, & mediata respectu istorum, primaria verò, & immediata respectu Divinorum.

§. IV.

Solvuntur alia argumenta.

Tertiò principaliter arg., & potest esse replica. Si per possibile, vel impossibile creaturæ redderentur impossibiles adhoc procederet, vel maneret Verbum ejusdem rationis, sicut modo est quoad intrinsecam sui perfectionem, ergo quoad hanc non per se connectitur cum illis, & consequenter non exigit per se ex eorum cognitione procedere. Utraq. cons. tenet, & ant. prob. Perseverante in universum termino primario cujuscunq. potentiæ, perseveraret hæc ejusdem rationis quoad perfectionem sibi intrinsecam, & essentialem, sed pereunte possibilitate creaturarum, adhuc manet terminus primarius Omnipotentię, nempè Filius, & Spiritus S., cum sint terminus primò productus ad intra, & consequenter ejusdem rationis, ut requiritur ad terminum primarium virtutis operativæ Dei ergo.

Dices primò huic arg. Quòd cum Omnipotentia sit attributum commune omnibus personis, impossibile est habere saltem adæquatè terminum primarium ad intra, nam aliàs conveniret non posset Spiritui S., qui nihil ad intra producit, sed soli Patri, & Filio: §. Sed contra hoc est. Nam si Omnipotentia primariò respiceret aliquod creatum ad extra, deberet per se ordinari, vel specificari ab illo, sed hoc est falsum, vel impossibile, ut suprà q. 14. Ex D. Thom. ostensum est, ergo. Prob: sequela. Quià omnis potentia speciem capit à suo termino primario, & est propter illum.

Huic instantiæ ex doctrina alicujus doctissimi ex nostris poterat resp. quòd licet creaturæ possibiles ingrediantur lineam primarii, aut formalis termini virtutis Dei, ut est attributum commune omnibus personis, (quo pacto non potest non respicere aliquid ad extra, si velimus aliquid productivè correspondere Spiritui S.,) non tamen ingreditur illam, aut est primarius terminus per modum rationis formalis sub qua (hic enim est Divina essentia, ut imitabilis à creaturis,) sed tantum *quæ*, sivè terminus formalis *qui*, nempè ens creabile in communi; ex quo solum inferri potest illam comprehendi non posse illis non cognitis, non tamen quòd ab illis specificetur. §. Sed hæc solutio nisi aliquid addatur, non videtur plenè satisfacere eidem sequelæ, quià ut ostendimus in 2. Poster. ex doctrina Cajet. ad specificandum, sivè habitum, sivè potentiam, non tantum concurrit ratio formalis *sub qua*, sed etiam *quæ*, ut adinvicem se determinant, ergo licet ens creabile in communi non sit terminus primarius per modum formalis rationis sub qua, poterit nihilominùs esse specificativum Omnipotentiæ, quod nequit ullo modo admitti.

Aliter ergo resp. neg. ma. Ad prob. dist. ant., à termino primario, si sit ejusdem ordinis, vel non superioris, conc., si superioris, & infiniti, neg., sicut enim ut in simili dicimus, relatio mutua exigit ex parte utriusq. extremi mutuam relationem, nihilominùs, si alterum extremum sit superioris ordinis, & infiniti, nequit ex parte istius habere illā, sed sufficit, quòd habeat quantum est ex se, ut dictum est 3. p. de relatione maternitatis ad Filium in B.Virgine, cui ob incapacitatem suppositi in Christo utpotè ordinis Divini, vel increati, non correspondet alia relatio realis ad Matrem, sed sufficit quòd quantum est ex se habeat illam, ut illa maternitatis dicatur mutua, ità similiter

ens creabile, ut dicatur habere rationem termini primarii respectu Omnipotentiæ non est necessarium, quòd specificet illam, sed sufficit, quòd quantum est ex se specificaret, si esset capax specificationis à creatura, quod tamen est impossibile, cum sit ens omninò absolutum, & independens ab omni ente creato, & creabili, unde satis est quòd habeat necessariam connexionem cum illo.

Sed instas. Si semel Omnipotentia haberet terminum primarium ad extrà, sivè creaturam non solum deberet connecti, sed etiam specificari, ergo solutio est nulla, prob. ant. ex cõmuni nostra doctrina supra q. 14. & 19. Nam ideo ibidem contendimus non posse Deum alia intelligere, aut velle extra se, sed tantum intra, vel in se ipso, sivè quod idem non posse actum Divinæ intellectionis, aut volitionis terminare immediatè, aut primariò ad verum, vel bonum creatum, quià aliàs deberet specificari ab illo, ergo infinitas, vel superioritas ordinis non impedit hanc sequelam specificationis Omnipotentiæ ab ente creato, si semel istud est primarium, vel immediatum illius, ut est attributum commune omnibus personis.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. conseq. Et disparitas est, quià cum scientia sit nata ad accipiendum ab objecto, utpote fine ejus, (& idem proportionabiliter de volitione) si semel scientia, vel intellectio Divina respiceret primariò, aut immediatè aliquid extra se, hoc solum posset oriri, quòd Divina essentia in linea veri non præcontineret omne verum, & in linea boni omne bonum, & ideò aliquid acciperet in utraq. linea ab illo, & consequenter deberet specificari; cæterum Omnipotentia non est nata ad accipiendum, sed ad dandum creaturæ, unde hoc quòd est immediatè connecti cum illis non potest oriri ex defectu alicujus præcontinentiæ, quià posse immediatè producere non sumitur à creaturis, prout in se ipsis sunt, sed ut perfectissimè præcontentis in illa, sivè à se ipsa, ut perfectissimè illas præcontinente, quià nempè Deus, ut insinuavimus, cum sit ens per essentiam, est fons totius esse in illis, & ideo etiam potens illas producere ex nihilo, unde solum potest primariò connecti cum ente creato, non specificari, nam pura connexio nullam arguit dependentiam, vel acceptionem alicujus esse, ut patet in relativis.

Sed adhuc instas. Si hæc solutio vera est, sequitur nullam potentiam creatam posse specificari à suo termino primario, consequens est falsum, ergo, prob. ma. Quià quælibet etiam potentia creata est nata ad dandum esse suo effectui, & est potens producere, quià præcontinet illum, ergo eadem ratione, nulla etiam creata posset specificari à suo termino primario.

Resp. neg ma. Ad prob. dist. ant. Est nata propter solam perfectionem sui, neg., & simul etiam ordinata propter perfectionem suorum effectuum, & cum dependentia ab alia superiori, & cum subordinatione essentiali ad illam, conc. Est enim latum discrimen inter creatam, & increatam, vel Omnipotentiam, quòd creata, & ejus præcontinentia data est à natura, non præcisè ut in se perfecta sit, sed potissimùm etiam propter perfectionem effectuum in se ipsis, & cum subordinatione ad aliam superiorem; qua ratione supra dicebamus, Deum præmoventem voluntatem nostram nullo modo officere libertati nostrorum actuum, imò potiùs proficere, quià ad hoc dedit nobis hoc principium liberum, ut essent liberi. Cæterum præcontinentia, quam habet Deus, vel ejus Omnipotentia ad hoc est, ut sit in se summè, vel infinitè perfectus, & sine ulla subordinatione, vel dependentia ab alio Superiori; in hoc enim ut dictum est, consistit conceptus Omnipotentiæ, quòd omnia præcontineat, ut possit producere, quæ non repugnant, & sine ulla dependentia ab omni superiori, & ideò impossibile est posse illam, speciem capere ab aliquo extrinseco, sed solum connecti cum illo.

Ex his etiam, & ex superioribus poterat aliter, vel sub aliis terminis secundò resp. ad argumentum principale neg. ma. Ad prob. dist. ma. perseverante termino primario, manet potentia &c. Si hic, vel hæc habet necessariam etiam connexionem cum secundario, neg., si non habet, transeat, vel conc., & deinde permisso etiam, quòd creaturæ non pertineant ad terminum primarium Omnipotentiæ, neg. mi., quià adhoc est necessaria connexio cum illis, quod satis est non posse illam perseverare, etiam quoad intrinsecam perfectionem illis pereuntibus, non quià ab illis dependeat, sed quià est necessaria connexio cum illis ob necessariam illarum præcontinentiam, sine qua non esset intrinsecè summè infinitè perfecta, unde deberet omninò intrinsecè variari deficiente hoc sui prædicato intrinseco, & ideò impossibile est manere tunc ejusdem rationis, sicut modo est: §. Ex quo etiam juxta aliam solutionem, quòd sint terminus primarius, facilè resp. ad inconvenientes specificationis, quòd sunt solum primarius connexionis, & non aliter, unde nullo modo inferri potest contra illam tale inconveniens ut patet in relativis.

Tertiò arg. & potest iterum esse replica prosequando alia via argum. præcedens. Si Verbum per se procederet ex cognitione omnium possibilium, uno tantum ex his deficiente non maneret ampliùs ejusdem rationis, sicut modo est, consequens videtur alienum, ergo; Ma. supponitur, quià tunc non verificaretur procedere ex cognitione omnium: mi. verò prob. supposita etiam, quòd creaturæ possibiles sint terminus primarius Omnipotentiæ. Nam uno tantum possibili repugnante, alijs non repugnantibus maneret eadem Omnipotentia, sicut modo est, ergo etiam Verbum. Prob. ant. Tum quià videtur alienum dicere, quòd sola pereunte formica ita pereat Omnipotentia Dei, quòd nõ possit aliam creaturam producere. Tum quià adhuc manet ratio formalis Omnipotentiæ, sive ad intra, scil. Divina essentia, ut imitabilis, sivè ad extrà, nempe ratio non implicantis contradictionẽ respectu cæterarum creaturarum. Quis enim dicet sola formica repugnante Deum ampliùs non esse Deum, & perire in illo virtutem productivam aliorum entiũ non repugnantium, vel aliquam aliam intrinsecam perfectionem, cum nullius creaturæ indigeat ad sui consistentiam, utpote summè infinitè perfectus in se ipso, ac proinde nullius indigens ad sui bona intrinseca. Tum quia ut nos etiam fatemur, ex eo quòd intelligimus Deum esse ens per essentiam, intelliguntur creaturæ possibiles, & non è contra, ergo adhuc non intellecto, vel deficiente aliquo possibili, adhoc intelligeretur, & subsisteret Deus summè infinitè perfectus in se ipso, & consequenter adhuc fæcundus ad generandum Verbum.

Ad hoc, quod apparenter videtur habere aliquam vim, cum videatur nedum alienum, sed monstrosum dicere, quòd si non subsistat formica, nec possit subsistere Deus. Sed facile resp. ex dictis. Et in primis ne fiat æquivocatio, & ad tollendam hanc apparentem exagerationem, quòd non arguitur à nobis ali-

quia

quis defectus in Deo, vel Omnipotentiæ ejus ex præciso defectu formicæ quoad illius existentiam, (nam si etiam prout sic deficerent omnes creaturæ, adhuc plenissimè subsisteret in se Deus, sicut subsistebat ante earum productionem) sed ex solo defectu possibilitatis ejus, & cujuslibet alterius creaturæ, non quidem ex aliqua sui dependentia ab illis, imò ex summa sui perfectione, ut dictum est, quià tanquam à signo à posteriori ex defectus ejusdem possibilitatis infertur necessariò defectu intrinsecus in aliquo sui prædicato, scil. in virtuali, vel eminentiali continentia talis creaturæ, cum modo de facto supposita illius possibilitate non minùs eas contineat, quàm cæteras: in eo verò casu, si de possibili transiret in impossibilem, ampliùs eam non contineret, ac proinde variaretur, vel deficeret eadam continentia, & fæcunditas ad illam producendam, variato autem intrinsecè, aut deficiente aliquo prędicato Divino variatur totus Deus, & non solum secundũ hoc, vel illud sui prædicatum, cum sit secundũ omnia omninò immutabilis, & indefectibilis.

Ex his in forma neg. mi. Ad prob. neg. ant. Ad 1. prob, neg. ant., nam solum non est alienum, sed omninò necessarium, ut dictum est. Ad 2., dist. illam præsertim quoad 2. p., est ratio non implicantis de facto, conc., facta aliqua suppositione impossibili, neg., quià Omnipotentia, quæ modo est, non dicitur præcisè ex eo, quòd omnia possit utcunq., sed quià potest omnia, quæ de facto non repugnant, & ratio est, ut insinuavimus, quià necessariò intrinsecè debet continere eminenter virtualiter omne non implicans de facto, si velimus posse illud producere, unde si semel aliquod ex his fieret repugnans, vel impossibile, non posset non variari intrinsecè ejus continentia, vel eminentia, & fæcunditas ad illud producendum, non quià ut dictum est, sit illi ratio continendi, aut constitutiva illius à priori, sed quià rectè hinc ex consequenti infertur non posse ampliùs invariatum manere tale prædicatum in Deo, ac proinde, nec Omnipotentiam ejusdem rationis, sicut modo est. Et per hæc patet ad cætera, quæ subduntur. Procedunt enim ex præfata æquivocatione, quasi inferantur hæc inconvenientia ex aliqua Dei dependentia à creaturis, aut connexione orta à priori ab illis, quod est falsum, ut ostensum est,

Sed instas. Nam si talis, vel tanta est connexio Omnipotentiæ cum possibilibus in particulari, ut semel uno non cognito non procederet Verbum ejusdem rationis ut modo est, sequitur omnem videntem illam quiditativè ut in se est debere omnia illa in particulari videre, consequens non admittitur à nobis, quià aliàs comprehenderet illam, ut nos contendimus, ergo. Prob. ma. ex eo quilibet videns illam quiditativè ut in se est, debet videre possibilia secundum communem rationem entis creabilis, quià per se secundum hanc connectitur cum illis, ergo si per se etiam, & necessariò connectitur cum illis in particulari, debebit etiam vidare ista prout sic, & non tantum secundum illam in communi.

Resp. neg. ma. ad prob. dist. ant. quià per se connectitur tanq. cum termino primario, conc., utcunq., neg., quià pura cognitio quiditativa rei ut in se est non tenetur se extendere ad omnem terminum connexionis necessariæ cum illa, sed tantum ad primarium, unde sola comprehensiva attingere deber omnem etiã secundarium, & materialem, ut sunt possibilia in particulari respectu Omnipotentiæ, sola enim ista habet adæquare totam cognoscibilitatem objecti, ut explicatum est, non purè quiditativa, nam rationes particulares illius non pertinent ad lumen præcisè quiditativum, sed penetrativum, vel comprehensivum, ut vidimus de visione ubi supra, unde Beati licet omnes gaudeant lumine gloriæ prout quiditativum est non tamen æqualiter, ut penetrativum est, & ideò nec æqualiter penetrant in objecto quiditativè viso rationes particulares in illo contentas, (nam stella ibi differt à stella,) sed secundum majorem, vel minorẽ perfectionem intensivam illius unus videt plures, alter panciores effectus in Omnipotentia ab omnibus quiditativè visa contentos. Solus autem habens lumen infinitè intensum, vel comprehẽsivum potest in illa omnes, & secundũ omnes eorum rationes. In quo consistit vis rationis nostræ, quià nempè Verbũ ex eo quòd procedit per se ex cognitione cõprehensiua Divinæ essentiæ, vel Omnipotentiæ debet per se procedere ex cognitione ut terminata non solum ad omnia Divina, sed ad omnia etiam possibilia in particulari, & secundum omnem illorum rationes, & ideò rectè concludimus non manere ejusdem rationis sicut modo est, si ad aliquod modo possibile desineret terminare, supposito transitu illius ad impossibile, vel ad impossibilitatem.

Quartò arg. Cognitio objecti, per quam per se, vel formaliter procedit Verbum, debet esse tantæ necessitatis in existendo, quantæ est ipsum Verbum, sed nullius creaturæ cognitio potest esse tam necessaria, quàm Verbum, ergo, Ma. patet, quià ut dictum est, talis cognitio dabet esse Deus. Mi. verò prob. quià nulla creatura adhuc secundum esse possibile habet tantam necessitatem, quantam habet Verbum, cum hæc sit necessitas entis à se, illa verò dependentis, & participantis esse, ergo.

Huic argum. omissis varijs solutionibus, quas hìc refert, & impugnat M. Ferre, resp. ex dictis sistendo præcipuo motivo, & efficacię rationis D.Th. unde dist., ma., tantæ necessitatis subjectivè, conc., objectivè sub dist., respectivè ad objectum primarium, & specificativum, conc. secundarium, vel primarium solius connexionis, ut sunt possibilia respectu Omnipotentiæ, ut explicatum est, neg.; argumentum ergo magis peccat fallacia non causæ, ut causæ, non enim causa hujus perseitatis, vel necessitatis in producendo est perseitas, vel necessitas sumpta à necessitate in existendo, sed à perseitate connexionis unius cum alio, hac enim supposita, ut tenemur supponere, ut ostensum est, tunc efficaciter convincit ratio nostra, quòd si semel per se procedit ex comprehensione Dei, sivè essentiæ ejus, & Omnipotentiæ, debet cognitio productiva illius per se terminari ad omne necessariò connexum, aliàs non erit perfectissima cognitio, nec comprehensio illius. Unde parum refert, quòd creaturæ possibiles non sint tantæ necessitatis, quantæ est verbum, vel illios cognitio productiva, dummodò sint necessariò connexæ cum Omnipotentia.

Instas. Non potest esse talis perseitas in eadem cognitione productiva, si semel est minor necessitas in illa prout terminata ad creaturas ergo. Prob. ant. Ubi non est eadem necessitas, non potest esse eadem exigentia, vel dependentia, aut indigentia in producendo, ergo nec eadem perseitas: §. Resp. neg. ant. Ad prob. dist. ut supra ant. Eadem exigentia, orta à priori ex parte creaturæ, conc., à posteriori ratione necessariæ connexionis, neg. Quamvis verò Deus in nullo sui prædicato dependeat, nec dependere possit à creaturis, potest tamen per se connecti cum illis, orta connexione à priori ex maxima sui perfectione qua necessariò continet, & est per se fæcundus ad illas produ-

producendum, unde sine ulla dependentia, aut indigentia, sumpta pro aliquo defectu ex parte sui potest cum eisdem ità connecti, ut aliqua pereunte, quoad ejus possibilitatem ampliùs non maneret intrinsecè ejusdem rationis sicut modò est ob necessariam intrinsecam variationem alicujus Divini prædicati, ut ostensum est, & consequenter nec Verbum non procedens per se ex cognitione ut terminata ad idem possibile si redderetur impossibile.

Ultimò tandem arg. argumento suprà ad q. 19. insinuato, & de quo aliquid etiam infrà: Non minùs est comprehensivus amor in Deo respectu sui, quàm sit cognitio, sed amor sui non tenetur se extendere per se ad possibilia, qua ratione dicemus non debere Spiritum S. per se procedere ex amore illorum, ergo nec per se illius cognitio debet se extendere ad illa, ac per consequens nec Verbum tenetur per se ex illa procedere ut terminata ad eadem possibilia: ma. constat, quià non minùs est infinitus simpliciter amor Divinus, quàm cognitio: mi: etiam patet ex dictis ibidem, ubi ostendimus non posse amorem Dei terminari ad creaturas possibiles: §. Urg. & expl. hoc (& est replica contra præced. solutionem.) Quamvis Omnipotentia per se contineat, & sit fæcunda ad producendam omnem creaturam, non tamen per se, aut necessariò connectitur cum illis in ratione amabilium, aliàs per se amata sui bonitate, vel Omnipotentia, deberet per se amare etiam possibilia, sicut nos dicimus, quòd per se eadem cognita debet per se etiam cognoscere, ista ergo ex eadem continentia, & fæcunditate non rectè infertur necessaria connexio cum illis in ratione cognoscibilium, cons. tenet à paritate rationis.

Ad hoc ex dictis, & ex dicendis dist., & explico ma. Non minùs, quantũ est ex parte sui, conc., ex parte creaturæ, neg. & dist. similiter mi., ex aliquo defectu ex parte sui, neg., ex parte creaturæ, quatenus in statu possibilitatis nondum habent aliquam bonitatem per modum exercitii (quæ sola potest esse terminus amoris, ut ibidem explicatum est,) sed solam transcendentalem, vel quiditativam, quæ tantum est intelligibilis non amabilis, conc., est ergo discrimen inter possibilia, in ratione cognoscibilis, & in ratione amabilis, quod ad terminandum actu amorem non sufficit quæcunq. bonitas, vel purè quiditativa, sed practica, vel per modum exercitii, quam tamen non habent, nec habere possunt reduplicato eodem statu, vel quamdiù manent intrà illum: ad terminandam verò cognitionem satis est veritas, vel quiditas rei, quæ est objectum intellectus, & qua gaudent in quocunq. statu, unde ut salvetur amor comprehensivus sui in Deo, non requiritur terminatio illius ad possibilia, (quià est de subjecto non supponente pro illo statu, cum non sint pro illo capacia terminandi amorẽ) benè verò requiritur ad cognitionem comprehensivam, quià sunt cognoscibilia, & necessariò connexa, ut dictum est. Hoc verò discrimen sumitur ex alio utriusq. potentiæ, scil. intellectus, & voluntatis, quòd nempè intellectus intelligit trahendo ad se res, voluntas verò trahitur, ut ibidem declaratum est, & insinuat D. Tho. art. 3. relato ejusdem q. ad 6., ex quo infert, præfatum antecedens discrimen inter Divinum velle, & Divinum scire, quòd istud habet necessariam habitudinem ad scita, non autem Divinum velle ad volita. *Quià scientia*, (inquit, ut vidimus) *habetur de rebus secundum quòd sunt in sciente* (quià nempè intellectus trahit) *voluntas autem comparatur ad res secundũ quòd sunt in se ipsis* (quià scil. trahitur,) unde concludit. *Quià igitur omnia alia habent necessarium esse, secundum quòd sunt in Deo, non autem secundum quòd sunt in se ipsis, habent necessitatem absolutam, ità quòd sint per se ipsa necessaria. Propter quod Deus quæcunq. scit, ex necessitate scit, non autem quæcunq. vult, ex necessitate vult*. En perseitas, quam contendimus ex parte cognitionis respectu Verbi, & libertas ex altera etiam volitionis, in qua fundatur paritas argumenti; §. Quod poterat retorqueri primò, si semel velint esse similiter amabilia, sicut sunt cognoscibilia: nam sicut salvari nequit conceptus quiditativus cognitionis comprehensivæ, & perfectissimæ Dei possibilibus non cognitis; nec salvari poterit alter amoris comprehensivi, vel perfectissimi illius eisdem non amatis. Secundò quòd non solum probat Verbum non procedere per se ex cognitione possibilium, sed quòd nec etiam de facto procedat ex illorum cognitione, imò quòd nec possit ex illa procedere, itaut sicut idem amor comprehensivus Dei non solum per se, sed neq. de facto se extendit, aut tenetur se extendere ad illa, reduplicato hoc eorum statu possibilitatis, ità nec cognitio illius comprehensiva non solum per se, sed neq. etiam de facto se extendat, aut teneatur ad eadem se extendere.

QUAESTIO III.

An Verbum per se procedat ex cognitione futurorum.

SUpponimus cognitionem productivam Verbi actu se extendere ad futura, tum ex dictis suprà q. 14., ad ar. 13. Tum quià ut habet D. Tho. supra q. 27. ar. 5. ad 3. *Deus uno simplici actu omnia intelligit, & similiter omnia vult*. Quod repetit etiam hìc art. 3. in corp. Cumq. in illis omnibus comprehendantur etiam futura, eodem indivisibili actu, quo attingit omnia Divina, & possibilia attingit etiam futura, licet ut in superioribus dicebamus, quià talis simplicissimus actus Dei ad plura realiter distincta se extendit, eminenter virtualiter, aut fundamentaliter est multiplex, & ideò nostro modo intelligendi eundem actum, ut terminatum ad unum objectum ratione ratiocinata distinguimus à se ipso ut terminato ad aliud, & priùs ratione concipimus terminari ad unum, quàm ad aliud, & ad unum etiam necessariò, & ad aliud liberè, ut hìc etiam constabit. Difficultas ergo in duobus consistere potest. Primum an de facto ex illa procedat, sic quòd ut est cognitio futurorum activè originet Verbum. Secundò an supposito, quòd de facto ex illa procedat, exigat per se ex eadem procedere. In qua re alij affirmant hanc perseitatem procedendi, ut Valentia disp. 2. q. 7. puncto 2., Ruitz de Montoya disp. 63. sect. 4., & alij recentiores. Alii utroq. modo negant, & præsertim per se, ut Cajet., Bannez, Ripa, Nazarius, & ex Societate Suarez, Vasquez, Arrubal, & alii. Alii media via affirmantes de futuris contingentibus sub conditione non autem de cognitione eorum, sive de illis in statu absoluto, ut Molina, prout censet Arrubal (apud Illustriss. Godoij hìc) c. 11. §. 1.

§. I.

Statuitur duplex conclusio.

PRima Verbum Divinum ex nullius futuri libere cognitione sivè absoluti, sivè conditionati petit per se procedere, & consequenter absolutè dicendum est ex illa non procedere. Est communis Thomistarum, & prob. primò quoad 1. pert. Verbum Divinum ex illius cognitione per se procedit, quo pereunte non remaneret ejusdem intrinsecæ entitatis, vel rationis sicut modo est, sed pereunte quolibet futuro, sivè si non fuisset in Deo libere eorum cognitio adhuc maneret Verbum omninò inverietum intrinsecè quoad sui entitatem, ergo per se non procedit ex illa. Ma. patet ex dictis, & est certa, nam in hoc consistit ejusmodi perseitas, siva in 4. modo, quòd illud, quod per se exigitur ut principium, ità sit necessarium, quòd illo deficiente, alterum, cujus est principium, pariter deficere debeat: Mi. verò non solum est D.Tho. ubi suprà, & D. Ansel., sed manifesta etiam ratione prob. Nam intrinsece variatio, vel entitativa Divinì Verbi est omninò, vel absolutè impossibilis, sed cognitio, vel scientia Divina, ut liberè terminate, ad creaturas est ablolutè possibilis, cum Deus liberè non necessariò ponat sue decreta de illis producendis, vel extrahendis à statu possibilitatis ad statum futuritionis, ergo ejus processio non per se peudet, vel non exigit per se illorum cognitionem.

Explic. hoc quod simpliciter, & absolutè necesse est esse nequit per se pendere ab eo, quod potest esse, & non esse, sed Verbum, & processio ejus simpliciter, & absolutè necesse est esse, cognitio verò illius, ut terminate ed creaturas futuras potuit absolutè non esse, cum liberum sit Deo velle illes pro hoc statu futuritionis ergo: §. Expl., & arg. hoc ex superiori illo discrimine D.Tho. inter Divinum scire, & velle Dei, quòd illud respicit creaturas, ut hebent esse in se ipsis; istud verò ut hebent esse in se ipsis, ex quo arg. sic. Eo modo objectum creatum est scitum, vel cognitum à Deo, quo habent esse in illo, sed creaturæ ut volitæ à Deo, queles sunt futuræ non habent esse necessariò in illo, ergo nec sunt necessariò scitę, vel cognitæ ab ipso. Præmissæ patent ex eodem ibidem; ma. quidem, quià intellectus contrapositivè ad voluntatem non attingit objectum, nisi prout trahit illud intre se ipsum. Mi. verò ex opposito, quià voluntas tendit ad illud ut in se ipso, led creaturæ prout in se ipsis non habent necessarium esse, sed liberè est illud volitum à Deo, ergo nequeunt habere esse necessarium in Deo, & consequenter nec sunt objectum necessariò terminens Divinem volitionem, vel cognitionem, ec proinde nequit Verbum per se peudere, ent procedere ex eorum cognitione: §. Ex quo etiam sumitur elia efficex ratio, vel sub eliis terminis probetio conclusionis. Sola ille cognitio est per se necessariò requisita ed productionem Verbi, sine qua Deus, vel ajus essentie, seu omnipotentia perfectè cognosci non potest & consequenter nec Verbum perfectè productum, sed ad hoc non est per se necessarie terminatio ipsius ad creaturas futuras, ergo. Ma. est certe, quià hoc solum desiderari potest ad perfectissimam illius processionem, & se ipsum productum. Mi. etiam est manifeste, nisi velimus Deum ex necessitate neturæ, & non liberè voluisse illas producere, vel extrahere, ut dictum est, à statu possibilitetis ad illum futuritionis, ergo tenemur esserere, quòd nulla à Deo volite sive relictis omnibus in priori statu adhuc perfectè cognosci possit Deus, sivà ejus essentia, & Omnipotentie, & ipsum etiam Verbum perfectè productum.

Dices his omnibus primò, quòd licet hoc quòd est cognitionem, vel scientiam liberam Dei terminare ad creaturam sit aliquod defectibile, in se temen eadem cognitio, vel scientia quoad sui entitatem est omninò necessarie, & indefectibilis, & ità Verbum semel ex illa procedeus non potest necessariò, & per se ex eadem non procedere: §. Sed hæc solutio æquivocè, vel diminutè procedit transicus à statu veluti materiali processionis ad statum formalem illius, ut constabit infrà. Undè impug. sic. Deus cognoscens futura, non dicitur cognoscere ille per solam veluti materialem entitatem cognitionis, aut quasi præcisivè à sui terminetione, sed per illam ut terminatam ad ille, aliàs non cognoscit per illam, ut liberam, ergo licet procedat ex entitate cognitionis liberæ, dum tamen procedit ex illa, ut libera, sivè ut liberè terminata ad future, non salvatur quòd per se pendeat, aut necessariò ex cognitione illorum.

Dices ergo secundò (& simul est solutio præcedenti replicæ) quòd licet eadem cognitio, ut libera, sivè ut liberè terminata potuerit non esse absolutè, ex suppositione tamen, quòd fuerit ab æterno in Deo, non potuit prout sic non esse in illo, & implicere, quòd non sit facte hec suppositione, ex vi illius, ec proindè licet Verbum quoad suam entitatem sit necessarium, potest tamen per se ex tali cognitione procedere: §. Sed hæc solutio facilè reiicitur argumento facto. Nam quod est impossibile simpliciter, & absolutè nequit per se pendere eb eo, quod est tantum impossibile secundum quid, seu secta aliqua suppositione, sed Verbum non existere est impossibile simpliciter, & ebsolutè, ergo nequit per se pendere à negatione terminetionis impossibili tentum secundum quid, vel ex suppositione: Mi. est certa, & ma. etiam constat, quià ubi est talis impossibilites tantum secundum quid non potest ibi esse connexio per se, vel necessaria unius cum alio, ergo nec perseitas dependentiæ quoad intrinsecam entitatem unius eb alio. In hoc enim consistit præcipue vis nostræ retionis, & superiorum replicarum, quòd id, quod ità necessariò est, quòd impossibile simpliciter, & ebsolutè sit nō esse, per se pendeat ab eo, quod simpliciter, & absolutè defectibile est, & solum secundum quid indefectibile, vel ex suppositione tantum, quale est præfata terminatio Divinæ cognitionis ad futura, cum non possit inter utrumq. esse necessarie connexio.

Tertiò itaq. dices (& quodammodo coincidit cum superiori solutione) tantum concludi ex his, quòd ex eorum cognitione non procedat per se perseitate ebsolute, & ex vi terminorum, non tamen perseitate ex suppositione, quem solum videntur intendere contrerii, nempè quòd supposito, quòd Deus decreverit illa producere, & illa cognoverit, Verbum per se petet ex eadem cognitione procedere, nam cum procedat, ut per se repræsentativum omnium, sive possibilium, sivè futurorum, supposito Decreto, & cognitione istorum, sicut per se, & absolutè procedit, ut repræsentativum, & ex cognitione possibilium, pariter supposito eodem decreto, & cognitione futurorum, debet per se procedere, ut repræsentativum, & ex cognitione istorum.

Sed hæc solutio, (in que videtur consistere præcipue vis oppositæ sententiæ) impugnatur eodem modo. Quià repugnat, quòd id, quod eb intrinseco, non est per se dependens, nec connexum cum alio ex sola

sola aliqua suppositione per se ab intrinseco, vel quoad entitatem dependeat, aut connectatur cum illo, nisi intrinsecè varietur, aut ei aliquid entitativè superaddatur, nam si nihil intrinsecè superadditur, manet intrinsecè sicut priùs, sed Verbum intrinsecè, & quoad sui entitatem non per se connectitur, aut dependet à libera, & extrinseca terminatione Divinæ cognitionis ad futura, nec ex suppositione istius terminationis, superadditur ei aliquid intrinsecè, vel entitativè, aliàs deberet intrinsecè variari in adventu illius, ergo neque superaddi potest aliqua perseitas dependentiæ in procedendo, si semel est ei impossibilis ab intrinseco, vel quoad sui entitatem.

Explic., & arg. hoc impugnando simul, quod subditur de ratione repræsentativi in Verbo. Quamvis dicamus posse aliquod prædicatum extrinsecè advenire subjecto, vel aliquod etiam intrinsecum extendi ad aliquid extrinsecum sine intrinseca, vel entitativa sui variationa, non tamen advenire aliquod adversum, vel contrarium intrinseco, vel essentiali facta quacunq. suppositione, ut patet inductivè, & ex terminis, cum eo ipso, quod est contrarium est destructivum ejusdē intrinseci, qua ratione dicimus nō posse dari gratiam, vel aliam qualitatem actu simpliciter intensivè infinitam, quià hæc infinitas importat prædicatum contrarium prædicato ejus prædicato intrinseco, scil. non posse ampliùs intendi, quod est contrarium proprietati illius, scil. esse intensibilem, & remissibilem, unde impossibile est, ut alibi ostendimus, facta etiam quacunq. suppositione, quòd possit eidem gratiæ, vel alteri qualitati convenire. licet illis non repugnet quantum est in se in infinitum intendi, sed Verbo ab intrinseco, & quoad sui entitatem convenit perseitas independentiæ in producendo, & repræsentando à quacunq. libera terminatione extrinseca, ergo etiam facta quacunq. suppositione, nequit ei perseitas aliqua dependentiæ in sic procedendo, & repræsentando convenire: unde licet facta suppositione decreti, & libera terminatione Divinæ cognitionia ad futura conveniat illi ex eadem cognitione procedere, & illa repræsentare, ex eo quod perfectissimum est, & infinitum in representando, ut dicit D. Th. ubi suprà, non tamen quod per se hoc illi conveniat, ut intendunt contrarij, quasi ab intrinseco, & secundum suam entitatem, sed solum extrinsecè, & terminativè, sive sola addita terminatione, vel denominatione extrinseca, cum revera ab intrinseco, & secundum eandem sui entitatem ab illa non dependeat.

Secundò impug., & urgetur hæc omnia. Prædicatum conveniens subjecto ratione alterius, vel ex vi suppositionis non potest magis, vel intimiùs convenire, quàm conveniat, aliud, vel suppositio, ratione cujus convenit, sed hæc in casu liberè, & accidentaliter convenit, & non per se, cum potuerit non fieri, ut supponitur, ergo pariter procedere ex cognitione futurorum, vel repræsentare illa conveniens ratione ejusdem suppositionis, liberè, & accidentaliter conveniet Verbo non per se. Ma. patet inductivè in omnibus prædicatis, quæ conveniunt ratione alterius; & etiam ex terminis, quià cum non habeant talem convenientiam ex se, solum possunt habere talem convenientiam, quam habet illud, ratione cujus convenit, aliàs daret istud convenientiam, quam non habet, quod non minùs repugnat, quàm causam dare effectum, quem non præcontinet.

Tertiò. Quià processio Verbi quoad suam entitatem est prior decreto libero, & scientia visionis eidem innixa, ergo non procedit per se perseitate orta ex suppositione scientiæ liberæ in Deo, sivè ut terminatæ ad objectum liberum, sivè futura, cons. tenet ex dictis, quià cognitio, ex qua procedit Verbum debet antecedere productionem ejus, ut explicatum est: Ant. verò prob., quià id, à quo non valet consequentia ad aliud est prius illo prioritate subsistendi consequentia, & consequenter secundum rationem, ut patet in animali respectu hominis, quod ideò dicitur prius illo hac prioritate, vel secundum rationem, quià non valet, est animal ergo est homo, sed à processione Verbi quoad suam entitatem non valet consequentia ad scientiam liberam, vel visionis futurarum, nec ad liberum decretum, cui hæc innititur: hæc enim est nulla. Est processio Verbi quoad suam entitatem, ergo est scientia visionis, & liberum decretum, cum antec. sit necessarium, & consequens, contingens, ergo.

Urg. hoc: Cognitio futurorum præsupponit utramq. productionem ad intra, ergo neutra ex his per se pendet ab illa, cons. tenet, quià nequit id esse principium alicujus, quòd jam præsupponitur ad se ipsum. Ant. verò prob.; quià præsupponit in Deo liberam sui volitionem, cum cognoscibilitas libera, sive in ratione objecti liberè cogniti, vel intra statum futuritionis nequeat eis convenire non supposita libera eorum volitione, ut in superioribus explicatum est, sed libera volitio, cum feratur ad extra, & consequenter sit communis toti Trinitati debet procedere à Deo, ut subsistente in tribus personis, ergo debet supponere utramque personam productam, ac proinde etiam utrinsq. processionem.

Ex his manet etiam probatum de futuris conditionatis; tum quià in frequentiori, ac fundatissima sententia, illorum scientia, est omninò libera, nec minùs decretum liberum supponens, quàm illa absolutorum, nam ad statum jam practicum, & liberum futuritionis possibilia ex seipsis independentee ab omni libero decreto pervenire non possunt sivè conditionatè, sivè absolutè, cum ante illum non gaudeant, nisi pura connexione prædicatorum necessariorum, vel non repugnantia ut transferantur ad illum, & omninò implicet, vel etiam concipi sine tali dependentia à Deo liberè volente eadem transferre salvo conceptu creaturæ, quæ ex nihilo est sibi relicto, & ad nihilum tendit, & redigitur Deo illam deserente. Tum quià, ut fatentur omnes scientiæ mediæ professores, licet appellent mediam, ut explicatum est, potuit tamen Deo non convenire, si aliter in statu conditionato evenisset. Sed processio Verbi quoad suam entitatem est omninò naturalis, & necessaria, ut suppono apud omnes; ergo nequit per se pendere à scientia contingenti, aut libera libertate saltem objectiva, ut vocant.

Secunda concl. Verbum Divinum de facto procedit ex cognitione futurorum. Sumitur ex D. Tho. ubi supra de veritate q. 4. ar. 7. & hic ar. 1. ad 3., ubi, ut vidimus, inquit *Pater intelligendo se, & Filium, & Spiritum S., & omnia alia, quæ in ejus scientia continentur, concipit Verbum, & sic tota Trinitas Verba dicatur, & etiam omnis creatura.* Quibus verbis sine omni limitatione loquens, imò ampliativè ad omnem in ejus scientia contentam, expressè comprehendit etiam futura, cum de facto hęc etiam in illa contineantur: §. Ex his prob. breviter sic. Verbum Divinum, si velimus in ratione producti esse adæquatum Patri dicenti, vel producenti illud, debet esse expres-

sivum

sivum de facto omnium, quæ in ejus scientia de facto continentur, sed de facto continentur in illa non solum possibilia, sed etiam futura, nisi etiam velimus ista de facto non cognosci à Patre, ergo de facto procedit ex cognitione futurorum.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. contra primam. Verbum Divinũ per se procedit ex perfectissima cognitione, sivè comprehẽsione Dei, ergo petit per se procedere etiã quoad suam entitatẽ ex futurorũ cognitione. Prob cons. quià comprehensio Dei supposito Decreto petit per se terminari ad omnia, quę sunt infallibiliter cum eodẽ connexa, ergo si per se ex Dei comprehẽsione procedit, per se petit ex eorum cognitione procedere: cons. tenet; & ant. prob. Tum quià hac ratione dicimus debere per se terminari ad omnia possibilia, etiam in particulari, qu ià sunt per se, vel necessariò connexa cum ante possibili in communi, & consequenter cum Divina Omnipotentia. Tum quià ut etiam dictum est, per se petit terminari ad omnia in objecto cognoscibilia, si velimus ipsam adæquare, ut ex propriis tenetur, totam eius cogoscibilitatem, ergo supposito decreto tenetur se extendere ad illa.

Dices, ut supra dist. ma., per se procedit ex comprehensione Dei pro priori ad essentialia, & necessaria, vel connexa necessariò, conc. Pro omni posteriori, & ad omnem formalitatem sibi contingentem, vel liberè connexam, ut sunt objecta libera, vel futura, neg. Unde licet per se procedat ex illa, non tamen ut æqualiter terminata, vel pro omni proti ad omnia cognoscibilia in Divina essentia, vel Omnipotentia, sed juxta eorum conditionem, quià non omnia æqualiter veniunt in prioritate ad sui productionem, sed solum omnia Divina, & alia necessaria, vel necessariò, & absolutè connexa cum illis, ut sunt possibilia tum in communi, quàm in particulari; cætera verò solum in signo posteriori, & liberè, vel contingenter, idest non ratione necessariorum, sed formalitatis tantum contingentis, sicut est suppositio Decreti, ut ostensum est. Unde solum potest concludi, quòd quasi materialiter, vel consequenter, aut quòd de facto, vel concomitanter ex illa procedat, non quòd per se, & formaliter ex propriis, quoad suam entitatem petat etiam supposito Decreto ex illa procedere.

Sed contra hoc est primò, quià adhuc urget argumentum in suis probationibus. Nam licet suppositio Decreti sit libera, hoc tamen supposito per se petit, & non contingenter, vel liberè comprehensio Dei terminare ad illa, nam aliàs eodem supposito posset non terminare, quod est contra conceptum sui definitivum, ex quo habet quòd adæquet, ut dictum est, omnem objecti cognoscibilitatem, sivè liberam, sivè necessariam, ergo si semel per se procedit ex illa, facta eadem suppositione per se petit ex meritis ejusdem comprehensionis, & consequenter etiam sui, (cum sit ejusdem perfeitatis in procedendo) terminare ad illa: §. Secundò paritate alterius attributi respectu eorumdem futurorum. Nam etiam æternitas se extendit ad illa, facta suppositione decreti, & tamen hoc supposito, quià infinita est, & comprehensiva omnium in sua linea durationis, tenetur per se comprehendere illa, ut sibi præsentia, etiam antequam sint in se ipsis per hoc solum, quòd pertineant ad eandem lineam, ut sunt etiam futura, & non solum existentia, ut nos supra contendimus, ergo. §. Tertiò alia paritata in Angelis, & simul prob. posse aliquod prædicatum conveniens ratione suppositionis, intimiùs, vel per se convenire, etiam si suppositio liberè, vel contingenter conveniat. Nam quòd Angelo conveniat semper existere facta suppositione, quòd Deus creet illum, non tollit quòd per se illi semel producto non conveniat perpetuò existere, ergo licet similiter comprehensioni Dei conveniat terminare ad futura, facta eadem suppositione, non tamen tollitur, quòd per se hoc illi non conveniat. Prob. cons., quià non minùs comprehensioni per se convenit terminare ad omne cognoscibile in objecto, quàm Angelo semper existere, ergo sicut istud potest per se illi convenire, estò pendeat à libera suppositione Decreti de producendo illum, pariter poterit hoc, quod est terminare ad futura per se illi convenire, & consequenter Verbo per se ex illa procedere, ut terminatæ ad illa, estò id dependeat ex eadem suppositione Decreti. Et ratio utriusq. & omnium est, quam insinuat argumentum, quià licet suppositio sit libera, hac tamen posita potest adesse infallibilis connexio, vel necessaria exigentia unius ab alio, ergo sicut hac ratione in Angelo, quià est talis exigentia perpetuæ existentiæ, vel indefectibilitatis in existendo, per se illi convenit perpetuò existere estò id pendeat ex libera suppositione, pariter eidem comprehensioni poterit per se convenire terminare ad futura, estò id pendeat ex eadem suppositione.

Resp. bene ibi. Ad 1., replicam, & ad reliquas, vel cætera etiam argumenta, ne fiat æquivocatio (ex qua videntur omnes ejusmodi objectiones procedere) adverto, aliud esse, quòd aliquid alicui conveniat facta suppositione, sivè hoc, vel illo supposito, aliud verò quòd conveniat ex vi suppositionis, ut rectè advertit Mag. Catalam dub. 10. de auxiliis ad ultimũ confirm., nam priori modo potest aliquid convenire, vel esse necessariùm simpliciter, estò non sit suppositio talis, sed libera, vel contingenter conveniat, quià nempè non convenit ex vi suppositionis, sed aliunde, vel ex alio capite, aut sui natura, ex qua habere potest talem necessitatem conveniendi, estò non conveniat, eadem non præsupposita. V. g. Amor Dei in patria est necessarius simpliciter, & necessariò convenit videnti Deum, estò non conveniat, visione non supposita, & liberè à Deo, & misericorditer absolutè collata, quià scil. non est talis præcisè ex meritis illius, sed quià est talis naturæ, ut radicem libertatis, & rationem formalem objectivam actus liberi omninò destruat, nam visio clara Dei repræsentat Deum, ut necessariò amandum in exercitio, quià semel videns Deũ judicare per illam nullo modo posse esse bonum voluntati cessare ab actu dilectionis illius. In quo (& hoc obiter interdico) valdè decepti sunt, qui aliter explicãtes essentialem conceptum libertatis contra communem sensum Theologorum, asserunt amorem illum beatificum esse liberum ex principio illo alieno à bona Theologia, satis nempe esse ad actum liberum, quòd sit spontaneus, & voluntarius ex perfecto judicio rationis, estò careat indifferentia ad oppositum, ex quo etiam ut dictum est, orta est tertia ex famosis propositionibus damnatis, cum vel ex eodẽ capite judicii per facti tenebatur potiùs Author illarum, & illius asseclæ oppositum inferre, ut ostensum est.

Hoc ergo supposito resp., vel neg. ant. loquendo de perseitate metaphysica, vel in 4. modo, itàut non maneret ipsa, & Verbum productum ejusdem perfectionis

ctionie intrinsecæ, & entitativæ, si non terminaret ad futura, & Verbum non procederet ex illa, ut ad eadem, terminata. Vel dist. claritatis gratia. Per se petit ex vi suppositionis, nego, facta suppositione, subdist. perseitate physica transeat, vel conc., metaphysica quasi ex sui natura, vel conceptu definitivo id exigat, neg., quià adhuc integrè perseveraret tota ejus perfectio; & Verbi, non supposita, vel deficiente tali terminatione; licet supposito libero Decreto de illis producendis necessariò terminet ad illa, & Verbum ex tali terminatione procedat, quià hoc habent ex sui infinitate veluti materialiter, quòd ad cognoscibilia de facto se extendant, ut dictum est. Per quod patet etiam ad 2. ex paritata æternitatis, nam similiter de illa discurrendum est. Et ratio etiam utriusq., & omnium similium est, quià suppositio libera, & contingens non affert necessariam connexionem unius cum alio, nec eadem præsupposita petit comprehensio, & Verbum necessariò, vel per se connecti cum illis, aliàs illa deficiente, (ut potuit deficere) non salvaretur integrè summa utriusq. perfectio, quod est alienum, & ideò non per se exigunt ab intrinseco prædictam terminationem, sed tantum de facto terminare, liberè tamen, & contingenter juxtà meritum, vel contingentiam suppositionis.

Ex his etiam patet ad 3. de Angelis: nam semper existere, non habent præcisè ex merito suppositionis, sed supposita eorum productione, ex sui natura id exigunt, quià carent contrario corrumpente, & ideò dicuntur simpliciter, vel ab intrinseco indefectibiles, postquam producti sunt, & non tantum ab extrinseco, vel ex sola Dei extrinseca protectione, licet attenta illius absoluta potentia, quia adhuc creaturæ sunt, absolutè deficere possint, vel à Deo annihilari, ut ostendetur infrà: Undè quoad hoc est manifesta, & disparitas inter illos, & Divinam comprehensionem, & Verbum per illam productum, quòd licet utrobiq. decreti suppositio sit libera, vel contingens, vel etiam contingens sit actu existere semper, & actu terminari, quià absolutè potuit utramq. non esse, Angelus tamen id exigit ex sua natura, itàut variaretur intrinsecè, deficiente hac exigentia, sed comprehensio, & Verbum integrè semper manerent, intrinsecè, & entitativè, & ideò illa non exigunt, & consequenter nunquam per se petunt talem terminationē, sicut Angelus talē continuationē in existendo, quià nō quam est talis necessaria connexio cum terminatione in illis, veluti ex sui natura petant terminari in illis, sicut in Angelo cū sui indefectibilitate. Sed hæc adhuc in solutione seq. argumenti clariùs constare poterunt.

Secundò arg. & potest esse replica. Verbum Divinum per se procedit ex cogni tione possibilium, ergo per se etiam procedit ex illa, ut terminata ad futura ex suppositione quòd futura sint. Prob. cons. 1. quià hæc etiam prout sic habet omnia requisita ut sit productiva illius, non minùs, quàm terminata ad possibilia; habet enim ex parte principii speciem intelligibilem, sivè essentiam Divinam non minùs repræsentantem futura, quàm possibilia; & ex parte termini præsentiam in æternitate ut dictum est, in qua non minùs relucent, quàm in specie, vel in decreto, cum in his solam habeant præsentiam objectivam, in illa etiam physicam, ut nos contendimus: §. Secundò. Quià non minùs est perfecta, & efficax prout sic ad producendum Verbum, ut ipsorum sit repræsentativum, quàm ut terminata ad possibilia ad producendum illud, ut sit repræsentativum illorum, aliàs oporteret ponere duplex Verbum, alterum quod procederet ex cognitione futurorum, alterum verò ex illa possibilium ergo: §. Tertiò, & evertitur altera superius replica. Ideò nequit per se illud producere, quià supponit quoad omnia sibi necessaria jam productum, sed etiam ut terminata ad possibilia supponit idem sic productum, ergo si nihilominùs per se procedit ex ista, poterit etiam ex eadem procedere ut terminata ad futura: ma. patet ex dictis, & simul prob. cum mi., quià ex eo ut terminata ad futura supponit sic productum, quià activà est à tribus personis, sicut & liberum decretum, cui innititur, sed etiam ut terminata ad futura convenit eisdem tribus, cum sit ad aliquid ad extrà, omne autem conveniens Deo in ordine ad creaturae in linea effectibili convenit indivisibiliter toti Trinitati ut dictum est, ac proinde non solum futuritio, sed etiam possibilitas creaturarum activè pendet à tota Trinitate: §. Quartò denique. Nam ideò ut terminata ad possibilia requiritur per se ad productionem Verbi, quià in eodem signo, in quo repræsentatur Deus per sui essentiam ut speciem intelligibilem, repræsentantur etiam possibilia, sed in eodem, in quo hæc repræsentantur, pariter repræsentantur futura, supposita eorū futuritione ergo.

Urg. hoc. Verbum Divinum sicut habet ex vi suæ productionis repræsentare, ità habet repræsentare omnia, quæ sunt in scientia Patris; quidquid enim habet, ex vi hujus scientiæ suæ habet, cum omnia, quæ habet à Patre habeat, ergo si quià alterum habet ex vi illius, per se procedit ex cognitione possibilium, quià ex vi ejusdem habet etiam repræsentare futura per se procedet ex cognitione futurorum.

Ad hoc patet ex dictis procedere ex transitu à sensu materiali, vel identico ad sensum formalem, & quiditativum; non enim rectè infertur quòd per se procedat ex prædicta cognitione, ex eo quòd supposito decreto indispensabiliter, & necessariò procedat ex illo; hoc enim solum inferri poterat, si facta hac suppositione resultaret ex vi illius aliqua necessaria connexio cum objecto primario, sive cum Divina essentia, vel cum vero intelligibili Divino absoluto, & necessario, ut sunt omnia essentialia, & relativa, sine quibus variaretur intrinsecè Deus, ut dictū est, quod tamen verificari non potest, nec respectu essentiæ, ut liberè repræsentantis futura, nec Deo, ut liberè decernenti cadē producere, sed adeò materialiter se habent hæc respectu cognitionis paternæ, ut si Deus non decrevisset illa producere, non minùs Verbum Divinum processisset quoad suam entitatem, & quoad omnia sibi essentialia tantæ perfectionis, quantæ modo processit, aliàs ut dictum est, non potuisset Deus cessare à tali libero Decreto, undè licet omnia Deus videat unico, & simplicissimo actu tàm possibilia, quàm futura, non tamen eadem perseitate, & necessitate, sed priora, perseitate, & necessitate logica, vel ex vi terminorum, aut metaphysica ob similem connexionem cum illo; posteriora verò tantum secundum quid, vel physica ob connexionem tantum secundum quid, & insufficientem ad variandum intrinsecè prædicata Divina, unde terminata eadem cognitio ad futura non potest annumerari inter per se requisita ad productionem Verbi: §. Quamvis addo etiam, (& est alia efficax ratio pro solutione argum.,) quod ex eodem capite summæ illius perfectionis potiùs erat inferendum oppositum, quià quo cognitio est perfectior, eò est conformior objecto cognito ut in se est, & in re ita est,

est, quòd futura, utpotè liberè volita, non merentur, nec exigere possunt talem perseitatem, & necessitatem in terminandu paternam cognitionem, sicut possibilia, ergo nec eadem cognitio, ex vi suæ perfectionis exigere illam: Qua ratione suprà in materia de cognitione futurorum contingentium similiter arguebamus contrà recursum ad supercomprehensionem ad sustinendam certam eorum cognoscibilitatem independenter à decreto: totum namq. oppositum magis erat ex eadem inferendum, ut ibidem ostensum est.

Ex his ergo in forma resp., neg. cons. ad 1. prob. dist., ut sit productiva per se, neg., quasi materialiter, aut de facto, vel perseitate tantum secundum quid conc. & hanc solam perseitatem convincit probatio annexa. Ad 2. similiter dist., est perfecta, & efficax, ad de facto producendum, conc., per se, neg., imò ut dictum est, ex conceptu summæ perfectionis oppositum inferri debet. Neq. hoc provenit ex defectu efficaciæ ejus, sed connotati, vel termini cognoscibilis, qui non habet nisi cognoscibilitatem contingentem ex defectu necessariæ connexionis cum illa, quam tamen habent possibilia, & ideò petit per se terminare ad ista, & proinde ut ad eadem terminata habet per se concurrere ad illius productionem. Ex quo tamen non infertur duplex Verbum, vel distincta cognitio respectu futurorum, sed eadem sufficit cum sola diversitate terminationis juxta conditionem, & meritum utriusq. termini. §. Ad 3. neg. mi., ad prob. dist. ma. quià est activè à tribus personis, activè liberè, conc. necessariò, neg. & dist. mi., est à tribus, activè necessariò, conc., activè liberè, neg., nam possibilia ità pendent à tribus, quòd non potuerint non esse ab illis ob eorum necessariam connexionem cum essentia, & Omnipotentia, unde licet cognitio productiva, prout respicit terminũ ad extra, vel creaturã sivè possibilẽ, sivè futuram conveniat Deo, ut communi tribus personis, nõ tamẽ æqualiter respicit utrumq. terminũ, sed liberum, vel futurum liberè; possibilem verò, vel necessariò connexum, necessariò, sic quòd non potuerit non terminare ad illum. §. Vel poterat aliter ex D. Th. 1. 2. q. 112. art. 4. ad 1. resp., quòd æqualiter respicit, vel terminat ad utrumq., quantum est ex parte cognitionis, quià nempè est actus simplicissimus, & uniformis, non tamen ex parte termini, vel objecti cogniti, quòd non est æqualiter cognoscibile; sicut in simili explicat ibi illud Sap. 6. *Pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus*. scil. *Quantum ad ipsum actum, qui est simplex, & uniformis* (inquit D. Tho.) *& secundum hoc æqualiter se habet ejus cura ad omnes, non tamen ex parte eorum, quæ in creaturis ex Divina cura proveniunt. Nam secundum hoc invenitur inæqualitas, in quantum scil. Deus sua cura quibusdam majora, quibusdam minora providet dona* ità D. Tho. sic similiter dicimus in casu.

Ad 4. neg. ma., vel causalem illius, non enim est præcisa identitas signi in repræsentando, sed necessitas repræsentationis respectu possibilium, quæ non est respectu futurorum ob prædictum defectum connexionis necessariæ.

Ad confirm. respond. eodem modo dist. ant., habet repræsentate omnia, æqualiter ex parte rei repræsentatæ, neg., inæqualiter, conc. vel iterum dist. omnia, æqualiter ex parte Divinæ repræsentationis, conc., ex parte termini repræsentati, neg., & dist. etiam prob. annexam ad tollendam æquivocationem. Quidquid habet, ex vi hujus scientiæ, sive productionis habet, in sensu formali, sivè ex vi illius formaliter, neg. in materiali, sivè per illam, conc. Aliud enim est habere omnia per illam, quasi materialiter, aliud verò ex vi illius formaliter loquendo, nam hoc modo tantum habet à Patre repræsentare possibilia, licet per illam accipiat etiam repræsentare futura, non tamen ex propria ratione processionis, siquidem non stante futuritione creaturæ, adhuc esset ejusdem rationis processio Verbi: unde est discrimen inter has duas propositiones: *Verbum Divinum nihil habet nisi per processionem. Verbum Divinum nihil habet nisi ex vi suæ processionis*: Nã prima facit sensum veluti materialem, posterior verò formalẽ, & in isto non habet omnia, quę sibi competunt, ex vi illius, ut esse repræsentativũ futurorum, vel procedere ex cognitione eorum, sed tantum materialiter, & de facto, non per se, ut in simili insinuavimus supra, & dicitur etiam infra de Spiritu S., quòd omnia etiam habet per processionem, sed non omnia ex vi illius: vel sicut iterum in simili proportionabiliter dicitur supra de beatis, quòd possunt quidem in visione formare Verbum, sed non ex vi illius, aut formaliter per illam, sed per cognitionem vespertinam: unde aliud est, quòd formetur Verbum in illa, aliud verò ex vi illius, aut per illam formaliter, sed tantum permissivè per aliam cognitionem.

DISPUTATIO SEPTIMA.

De Persona Spiritus Sancti.

Duo præcipuè inquirimus: Primum, an data hypothesi, quòd non procederet à Filio, adhuc esset realiter distinctus ab illo. Secundum, an per se exigat utramq. Personam ad sui productionem.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum si Spiritus S. non procederet à Filio, realiter distingueretur ab illo.

Supponimus ut certum de fide Spiritum S. à Filio procedere, ut habetur Jo: 16. ex Persona ejusdem Filii dicentis. *Ille* (scil. Spiritus S.) *me clarificabit, quià de meo accipiet. Et rationem subdit; quià omnia quæcunq. habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quià de meo accipiet*, ac si diceret, ut exponit Eugen. 4. quià

quià eadem aſt eſſentia Petris, & mea, non poteſt Spirit. S. eſſe de eſſentia Patris, quin ſit de eſſentia mea. Id etiam habetur in Symbolo Athan., & Fidei, & in Concil. Latcran. ſub Innoc. 3. & refertur in cap. *Firmiter* de ſumma Trinitate, & in Florent. ubi præmiſſa prolixa diſputatione, ſummo conſenſu Græcorum, & Latinorum recepta, & diſinita eſt. Quamuis ut habet D. Anton. 3. p. hiſt. tit. 21. c. 13. §. 13. nullum poſtea fructum ex eadem cõcordia, Eccleſia apud Græcos conſecuta ſit, quià ſtatim retrorſum ceciderunt abjecta obedientia ad Romanam Eccleſiam, unde juſto Dei judicio Turcarum jugo preſſi ſunt amiſſo imperio ipſa Die Pentecoſtes Vindice Spiritu S. de tam enormi ſibi iniuria ab eiſdem irrogata.

Hoc ſuppoſito ad inveſtigandam rationem formalem diſtinctivam unius ab alio admittitur à Theologis hæc hypotheſis impoſſibilis ut detur locus quæſtioni Io qua te affirmant Enricus quodl. 5. q. 9 & Scotus in 1. diſt. 11. q. 2., & communiter ejus diſcipuli: §. Alii cum Valentia diſtinguunt, quòd ſi quæſtio agitetur theologicè, ideſt, innitendo principiis revelatis à Deo, tunc negant. Si verò metaphyſicè, ſiuè adhærendo ſoli lumini naturæ, & principiis illiua, tunc affirmant.

His tamen duabus oppoſita ſententia extrema negat abſolutè, & abſq. omni diſtinctione. Ità communiter Thomiſtæ cum D. Tho. opuſc. 1. cap. 49., & duobus ſeqq. & opuſc. 3. cap. 49. & in 1. diſt. 11. q. 1. ar. 1., & q. 10. de pot. ar. 5. & 4. cont. Gent. c. 24., & hic q. 36. art. 2., quam tenent etiam Alenſis, D. Bonav., B. Alb. Mag., Durand., Egidius, & frequentiùs alii Recentiores, Molina, Arrubal, Vaſquez, Granados, Montoya, Bellarm., & Suarez.

§. I.

Statuitur concluſio.

SI Spiritus S. à Filio non procederet non eſſet realiter ab illo diſtinctus. Unde in hac hypotheſi eſſent realiter una tantum perſona, quæ ſimul eſſet genita, & ſpirata, Filius, & Spiritus S., ſicut de facto una realiter perſona eſt ſimul Pater, & Spirator, Pater in ordine ad Filium, & Spirator in ordine ad Spiritum S.: Concl. habetur in pluribus Conciliis Tolet. 11. & Florent. ſeſs. 16., ubi nulla alia ratio diſtinguendi realiter unam perſonam ab alia in Divinis aſſignatur, niſi per hoc, quòd una eſt, vel procedit ab alia.

Ratione prob. primò ad hominem evertendo eorum fundamentum, quod potiſſimùm in eo conſiſtit, quòd inter Divina non tantum poſſit eſſe diſtinctio realis ex capite oppoſitionis relativæ, ſed etiam ex incompoſſibilitate duorum in eodem, & quià ſpiratio paſſiva, & filiatio ſunt diſparatæ, vel incompoſſibiles, (ut ſupponunt) in omni hypotheſi, ideò tunc etiam deberent realiter diſtingui. Arguitur ergò ſic. Si Spiritus S. non procederet à Filio, adhuc Filius diſtingueretur realiter à Patre, ergo non eſſet diſtinctus realiter à Spiritu S. Ant. eſt certum, & ſupponitur ab omnibus. Conſ. verò prob. Non poſſet diſtingui à Patre, (ſuppoſita tali eorum doctrina,) quià Filius, ergo quià ſpiratus, ergo eſſet realiter Spiritus S. Hæc poſterior conſ. petet; nam perſona ſpirata in Divinis eſt realiter Spiritus S. ut docet fides: prima etiam conſtat, quià de facto non habemus aliam rationem diſtinguendi realiter à Patre, niſi filiationem, & ſpirationem paſſivam. Tum quià nec poſſet diſtingui ab illo per ipſum non ſpirare, quià hoc eſt prædicatum repugnans Filio, ut patet ex dictis: neq. etiam per ipſum non ſpirari; cum hæc negatio nec relationem importet, nec dignitatem, utpotè quid purè negativũ particulare, ergo ſi non poſſet diſtingui, quià Filius, remanet ſola ratio ſpirati ad illũ diſtinguendũ realiter à Patre. Ant. verò, in quo eſt difficultas prob. Filiatio, & Paternitas ſunt cõpoſſibiles in eodẽ, ſcil. in eadẽ virtute ſpirativa, ſivè in eadẽ ratione principii ad ſpirandũ, ut ſuppono de fide, ergo nõ poſſet diſtingui à Patre quià Filius. Prob. conſ. ex prædicta eorum doctrina. Nam ubi eſt incompoſſibilitas duorum in eodem, perpetuò eſt in omni eventu diſtinctio realis inter illa, ut hic contendunt de filiatione, & ſpiratione paſſiva, adhuc remota oppoſitione relativa, ergo ubi eſt cõpoſſibilitas duorũ in eodem erit inter illa identitas realis. Nam ſi negatio compoſſibilitatis eſt cauſa negationis identitatis, affirmatio illius juxtà commune axioma erit cauſa affirmationis, iſtius.

Urg. hoc ipſum iterum deſtruendo idem fundamentum. Non repugnat, quòd ratio producti per intellectum, & ratio ſpirati per voluntatem conveniant eidem perſonæ, ſi una ab alia non ſit, ergo in data hypotheſi magis haberet diſtingui Filius à Patre, quià ſpiratus, quàm quià Filius. Conſ. tenet, quià tam de facto, quàm in eadem hypotheſi ratio ſpireti eſt incompoſſibilis cum Patre, ratio verò Filii ſaltem de facto eſt compoſſibilis cum illo in ratione principii, vel virtute ſpirandi. Ant. prob. Non repugnat in omni eventu, quòd una, & eadem perſona ſit genita ratione unius formalitatis, & ſpirata ratione alterius, ut cõtingeret in eadẽ hypotheſi ergo. Prob. ant. Non repugnat eandem perſonam eſſe improductam ratione eſſentiæ, & productam ratione relationis, ergo nec repugnabit eſſe genitam, & productam ratione unius formalitatis, & ſpiratam ratione alterius. Prob. conſ. Quià ex terminis magis diſtant produci, & non produci, quàm produci duabus formalitatibus: unde niſi recurramus ad commune caput oppoſitionis relativæ, difficile erit avadere hujuſmodi conſequentias, & abſurda, cum in Divinis ſublata hac oppoſitione, ob eorum infinitatem omnia tranſeunt in realem identitatem, nec ſit minor oppoſitio diſparata inter abſolutum, & relativum, quàm inter relativum, & relativum, (ſi ſemel admittitur inter Divina, ut ipſi eam contendunt,) quæ tamen ut fatemur omnes non aſt ſufficiens ad diſtinguendum realiter ab abſoluto idem relativum.

Dices aſſignando diſcrimen, quòd ſi productiones ſint adæquatæ ut contingit in Divinis, tunc magis repugnat ſecundum, quàm primum, & ratio eſt, quià in ſecundo caſu manifeſtè ſequuntur duo contradictoria, nempè adæquatè ratione unius produci, & non produci, ſi ſemel produci poteſt adæquatè ratione alterius, nam utreque eſt edæquata, juxtà exigentiam myſterii. Qua ratione nos etiam dicimus eundum numero effectum ſemel adæquatè productum, ſivè ab una cauſa totali, & adæquata, non poſſe ſimul adæquatè produci, ſivè ab alia adæquata. Cæterum ſalva omni contradictione poteſt idem produci, & non produci ſecundum diverſa, quià ſecundum unam formalitatem aſt capax terminandi productionem, & ſecundum alterem, non, ut contingit in eſſentia Divina, & relatione filiationis.

Sed hæc ſolutio poteſt quidẽ militare de facto, quià nempè ratio ſpirati, & ratio geniti, vel Filii ſunt adæquatæ juxtà meritum, val exigentiam ejuſdem myſterii,

sterii, at quod essent similiter adæquatæ in data hypothesi, hoc est ab illis probandum, cujus oppositum meritò contendimus in superiori confirmatione, cum ratio adæquati inter Divinas processiones attendenda sit juxta fidem penès originem, unde hac non supposita inter Spiritum S., & Filium, nequeunt esse rationes adæquatæ, & incompossibiles, ut putant ipsi, & consequenter distinctæ realiter: §. Sed præterea impugnatur primò sic. Licet dicamus esse adæquatas in una linea, non tamen in omni, ergo sine omni contradictione potest utramq. etiam subsistere in priori productione, cons. patet, quià contradictio adæquata, ut vidimus, debet esse ejusdem de eodem formaliter, & virtualiter. Ant. etiam constat, quià altera est tantum adæquata in linea intellectus, & altera in linea voluntatis, unde non produceretur persona secundum omnia, quæ habet absolutè, sed in determinata linea: §. Quòd si dicas in ratione constituentis personam, utramq. ità esse completam, & adæquatam, ut admittere nequeat consortium alterius in eadem persona. Jam dictum est, hoc militare tantum de facto, quià nempè est origo unius ab alia, sed hac cessante nō est sufficiens ratio ad excludendum tale consortium, ceterata sola ratione inadæquatæ formalitatis sine ulla contradictione, & incompossibilitate, ut ex dicendis iterum apertè constabit.

Secundò impug. Nam etiam admisso, quòd sint adæquatæ, ut ipsi dicunt etiam in eadem hypothesi adhuc secundum principia Scoti solutio est nulla, ergo. Prob. ant. quià in ejus sententia, ut vidimus in physicis, ex hoc quòd idem corpus adæquatè circumscriptivè sit in duobus locis, non sequitur, quòd adæquatè circumscribatur ab uno, & adæquatè non circumscribatur ab illo, ergo juxta ejus principia ex hoc quòd idem producatur duabus productionibus adæquatis non licebit ab eisdem inferri, quòd adæquatè producatur una productione, & non adæquatè illa producatur. Patet cons. quià adæquatè circumscribi ab uno loco non minùs infert negationem iteratæ circumscriptionis ab altero, quàm adæquatè produci una productione, inferat negationem iteratæ productionis per alteram, ergo si ex primo non sequuntur duæ contradictoriæ, nec pariter sequentur ex secundo.

Urg. hoc. Nam major est repugnantia in duplici circumscriptione adæquata ejusdem corporis, quàm in hac duplici adæquata productione in casu, ergo si primum est possibile sinè omni contradictione, erit à fortiori possibile hoc posteriùs sine illa. Prob. ant., quià ambæ circumscriptiones sunt ejusdem rationis, vel speciei, ambæ verò productiones sunt diversæ, ut probatum est, sed licet secundum eandem rationē non possit idē dependere à pluribus rebus totalibus ejusdē speciei sine omni cōtradictione, poteſt tamē sine omni dependere à pluribus rebus diversarum rationū, argo. Prob. mi. tum quià tunc cessat omnis contradictio, ut dictum est, cum non sit ejusdem de eodem secundum eandem rationem. Tum quià hac ratione, ut ostendimus efficaciter contra ipsos 3.p.q.3.ad art. 6. eadem natura creata potest simul terminari à tribus personis Divinis, quià tres personalitates sunt termini diversarū rationū, unde sicut ibi ostensū est humanitatē esse terminatā à Patre esset diversum ab hoc, quod est esse terminatam à Filio: nec illud à filiatione, nec istud à paternitate posset habere, sed adæquatè cuilibet relationi correspondere t sua terminatio, ita similiter in casu eadem persona esset adæquatè producta per unam productionē, & alia per aliam secundum diversas rationes, scil. genitæ per intellectum, & spiratæ per voluntatem; & sicut ibi eædem tres personalitates essent totales termini adæquati tantum intensivè, non extensivè ob defectum oppositionis relativæ in ordine ad eandem naturam, ac proindè non se excludentes à simultanea illius, ità pariter ob eandem defectum in eadem hypothesi inter Filium, & Spiritum S. essent duę adæquatæ productiones, & duo termini adæquati intensivè tantum, non extensivè, & consequenter non se excludentes ab eadem persona: nam similiter hoc, quòd est esse productam à Patre in ratione genitæ per intellectum, esset diversum ab hoc, quòd est esse productum ab eadem in ratione spiratæ per voluntatem, nec illud posset per istam habere, nec istud per intellectum, ex quo iterum patet latum discrimen ab eadem duplici circumscriptione adæquata, quæ esset respectu ejusdem quantitatis, de quo latè ibidem in physicis.

Urg. ulteriùs totum hoc, & simul affertur disparitas ab alio simili unius, & ejusdem effectus à duplici causa totali, & adæquata, una alteri non subordinata. Nam ex eo respectu illius repugnat omninò duplex adæquata productio ab illis, quià dependentia effectus à sua causa intrinsecè importat indigentiam concursus ipsius causæ, cum sit dependentia propria, quæ sine hac indigentia salvari nequit, ut ibidem etiam ostendimus, & patet inductivè, & ideò repugnat, quòd posita una causa totali, effectus dependeat ab alia ejusdem ordinis, quià dependentia à causa non est intelligibilis sine indigentia concursus, unde rectè ibi inferrebamus, quòd penderet, & non penderet; & quòd per se ordinaretur, & non per se ordinaretur ad aliam, semel productus ab una; at in Divinis processiones, vel productiones personarum, non sunt per dependentiam, & causalitatem, ac proinde sine omni indigentia, & ex fæcunditate ut dictum est, ad multiplicandum personas juxtà præfatam exigentiam mysterii per viam oppositionis relativæ, ergo hac cessante, nulla inferri potest contradictio, nec adæquatio tam intensiva, quàm extensiva ex hac duplici productione respectu cujuslibet in sua linea, & respectu ejusdem personæ.

Secundò prob. etiam principaliter concl. Nam de facto relationes Divinæ in omni eo, in quo non opponuntur relativè sunt idem realiter, ergo cum in ea hypothesi filiatio, & processio, sive spiratio passiva non haberent oppositionem relativam essent idem realiter; Ant. sumitur ex illo receptissimo axiomate ex Boetio lib. de Trinitate circa finem, & ex D. Ansel. lib. de processione Spiritus S. cap. 2., quòd omnia in Divinis sunt unum, & idem, ubi non obviat oppositio relativa. Et patet etiam ratione, quià in absolutis est perfectissima unitas, in relationibus verò realis inter personas distinctio, ergo hæc necessariò oritur ex oppositione relativa.

Dices ant. huius argumenti, esse distinguendum, in quo non opponuntur relativè, vel disparatè, idest in quo non adest nec oppositio relativa, nec oppositio relationis, quæ vocatur disparata, conc. præcisè relativa neg. ant., & cons., quià adhuc esset posterior oppositio, quatenus filiatio ex terminis filiationis disparatè opponitur spirationi passivę. §. Sed hæc solutio rejicitur primò ex dictis. Nam si hæc oppositio sufficeret ad distinguendum realiter in Divinis, non solum relativum à relativo, sed etiam relativum ab absoluto deberet realiter distingui, consequens est alienum, ergo.

go. Prob. ma. quià non minùs, ut petet ex terminis disparatè opponnntur relatiuum, & ebsolutum, quàm relativum, & relativum, ergo esset utrobique sufficiens ad distinguendum realiter: conf. tenet, & ant. est manifestum. Tum quià absolutum, & relativum pertinent ad distinctam lineam, vel distinctum prædicamentum, relativum autem, & relativum ad eandem, vel ad idem prædicamentum. Tum quià quis dicet magis differre inter se modum procedendi per intellectum, & modum procedendi per voluntatem, (qui pertinent ad forum relativum,) quàm differant inter se modus essentiæ ebsolutæ, & modus relationis, qui pertinent ed utrumq. ? Nam discrimen maius in bona metaphysica innotescit nobis per eorum definitionem, petet antem, quòd stendo in definitionibus magis differunt absolutum, & relativum, quàm duæ relationes ergo.

Urg. hoc. Nam in opposita sententia relatio Spiritus S. non solum facit illum differre à suo correlativo, sed etiem facit differre illum absolutè, hoc est in ordine ad alterum, cum quo non habet oppositionem relativam, eo prorsus modo, quo relatio creata facit ab utroq. differre tam correlativo, quàm disparato, ergo sicut relatio creata non tantum differt ab altera relatione ad quam disparatè se habet, sed etiam se ipsa realiter differt à quolibet absoluto, periter relatio Spiritus S., non tantum faciet realiter differre à filiatione, sed etiam ab omni absoluto, ac proinde si semel prædicte oppositio disparate est sufficiens ad distinguendum illum realiter à filio adhuc non existente relativa oppositione inter illos, sed sola disparata, pariter erit sufficiens ad distinguendum illum realiter ab omni absoluto, quod nec Scotus, nec ullus Theologus audet asserere,

Secundo impug., & urg. præcedens replica. Nam secundum illem oppositionem relatio est sufficiens ad distinguendum realiter in Divinis, qua gaudet contrapositivè ad absolutum, sed hæc est sola relativa, ergo hæc sola potest realiter distinguere in Deo, & consequenter si hæc deest in data hypothesi inter Filium, & Spiritum S., non poterunt in eadem realiter distingui. Utraq. conf. tenet: ma. etiem patet, quià cum in Divinis realis distinctio non attendatur penès absoluta, ut fatemur omnes, solum poterit haberi à relatione secundum id quod est proprium illius ut contradistinctæ ab absoluto: mi. quoquè est evidens, quià oppositio disparata est communis absolutis, & relativis, ergo sola relativa est propria illius: §. Quarè autem in Divinis nequeat fieri recursus ad hanc oppositionem disparatam egregiè explicat, & probat D. Tho. q.7. de pot., ar.8. ad 4. & 4. cont. Gen, cap. 14. quià hujusmodi oppositio oritur ex limitatione, & finitate, ex quo infert non esse in Deo aliam oppositionem, nisi relativam, (nam de privative, vel contraria nulla potest esse difficultas, sicut nec etiam de contradictoria, ut supra explicatum est.) Undè licet in creatis ad distinguendum realiter unam perfectionem ab alia sufficiat hæc disparate, non tamen in Divinis, imò est ibi de subjecto non supponente, ob infinitatem cuiuslibet Divinæ perfectionis.

Placet referre priorem autoritatem D. Tho. utpotè clariorem ad rejiciendum radicitùs præfatum recursum ad oppositionem disperatam, in qua faciunt contrarii præcipuam vim, & qua putent sufficienter occurrere, & solvere rationem nostram fundamentalem. *Dicendum* (inquit in prædicta solut. ad 4.,) *quòd oppositio relationis in duobus differt ab aliis oppositionibus; quorum primum est, quod in aliis oppositis unum dicitur alteri opponi, in quantum ipsum removet: negatio enim removet affirmationem, & secundum hoc ei opponitur. Oppositio verò privationis, & habitus, & contrarietatis includunt oppositionem contradictionis, ut 4. meta. dicitur: non autem est hoc in relativis; non enim per hoc opponitur filius patri, quòd ipsum removeat, sed propter rationem habitudinis ad ipsum. Et ex hoc causatur secunda differentia, quià in aliis oppositis semper alterum est imperfectum, quod accidit ratione negationis, quæ includitur in privatione, & altero contrariorum. Hoc autem in relativis non oportet; imò utrumq. considerari ut perfectum, sicut patet maximè in relativis æquiparantiæ, & in relativis originis, ut æquale, simile, Pater, & filius. Et ideò relatio, (sivè oppositio relativa) magis potest attribui Deo, quàm alia oppositiones. Ratione quidem primæ differentiæ, potest attendi oppositio relationis inter creaturam, & Deum, non autem alia oppositio, cum ex Deo sit magis creaturarum positio, quàm earum remotio; est tamen aliqua habitudo creaturarum ad Deum. Ratio verò secundæ differentiæ est in ipsis Divinis personis, (in quibus nihil imperfectum esse potest) oppositio relationis, & non alia, ut posteriùs apparebit.* Ità D. Tho. Quod etiam latissimè explicat, & profundiùs in 4. relato cont. Gent. Ex quibus manifestè constat non posse aliter salvari distinctionem realem in Divinis, nisi per oppositionem relativam, ac proindè nullam aliam esse assignabilem ad distinguendum realiter in data hypothesi Spiritum S. à Filio.

Tertiò impug. etiam principaliter solutio iterum ex D. Tho. hìc ar. 2., & urg. præcedens replica. Ex eo relatio realis paternitatis, & relatio realis spiratoris non distinguuntur realiter inter se, quià non referuntur ad invicem, sivè relativè non opponuntur, nec est alia assignabilis sufficiens ratio, cum aliàs secundum se dicantur similiter disparatè se habere, sicut relatio filiationis, & spirationis passivæ, ergo non supposita oppositione relativa nequeunt hujusmodi Divinæ relationes distingui realiter inter se: §. Dices neg. causalem, sed quià non sunt incompossibiles in eodem supposito, siquidem non implicat, quòd idem suppositum duas personas producat duabus productionibus adæquatis, & consequenter quòd ad illas referatur duabus relationibus realibus; implicet autem, quòd idem duabus productionibus adæquatis producatur, ac proinde, quòd duabus relationibus realibus referatur ad producentem.

Sed hæc solutio reiicitur superiori doctrinæ. Si relatio in Divinis semel est sufficiens ad distinguendum realiter non solum à correlativo, sed etiam à disperato, non est via ad salvandam compossibilitatem utriusq. in eodem supposito, & consequenter nec realem identitatem in illo, ergo vel ex solo defectu oppositionis relativæ Paternitas, & spiratio activa sunt compossibiles in Patre, aut idem realiter; vel tenentur asserere, quòd etiam in illo realiter distinguantur, vel sint incompossibiles. Cons. tenet, & ant. prob. exemplo, quo utitur Scotus. Inquit enim, quòd relatio non tantum facit differre à suo opposito, sed etiem à disparato, sicut albedo non tantum facit differre à nigredine, sed etiam à dulcedine, odore, & sapore, quæ non opponuntur contrariè, sed disparatè. Ex quo prob. sic. Quià albedo facit differre non tantum à nigredine, sed etiem ab aliis disparatis, non tantum facit differre ab his, quæ sunt in altero supposito, sed etiam, quæ sunt in eodem ergo pariter &c.

Dicea

Dices paternitatem, & spirationem activam non opponi disparatè realiter, sed tantum ex natura rei, vel ratione tantum : §. Sed contra hoc est primò ex vi paritatis, vel rationis D. Tho. Nam ex eo non opponuntur disparatè realiter per incompossibilitatem, & distinctionem realem, quià carent oppositione relativa, ergo si semel oppositio disparata in Divinis sine relativa est sufficiens ad distinguendum realiter, perpetuò habebit distinguere realiter, sivè in uno, sivè in distincto supposito, & non solum ex parte termini producti, sed etiã ex parte producentis . §.Expl., & urg. hoc. Non magis distant ex terminis relatio spirati, & relatio geniti, quàm relatio Spiratoris, & relatio generantis, at duæ priores disparatè realiter differunt, ergo etiam posteriores disparatè realiter differre debent, ac proinde vel de nulla affirmare possunt esse disparatam realiter, vel tenentur affirmare de omnibus. Undè fundatissimè, & adequatè concludit compossibilitatem, & realem identitatem realem illarum duarum in Patre ex solo defectu oppositionis relativæ . §.Dices iterum magis implicare, quòd idem duabus productionibus producatur, quàm ex parte principii, quòd idem duabus adæquatis producat, & ideò ambæ illæ sunt compossibiles in Patre sine oppositione disparata realiter, non tamen aliæ duæ in eadem persona Filii, & Spiritus S. §.Sed hæc solutio in primis jam præoccupatã est in superiori simili in mysterio Incarnationis : tum superiori explicatione, quòd ex terminis non minus distant duæ adæquatæ productiones passivæ ex parte termini producti, quàm duæ adæquatè activæ ex parte principii producentis, unde non videtur aliud caput, ut intendit ratio D. Tho. ad tollendam rationem disparati realiter, nisi solus prædictus defectus oppositionis relativæ, ad quem unicè recurrit, & recurrendum est cum eodem, si velimus rectè ostendere errorem Græcorum, quod est finis præsentis difficultatis, scil. quòd salv..ri nequit præsens mysterium trium distinctarum real..er personarum si semel à Filio Spiritus S. non procederet, quià non est alia assignabilis sufficiens ad hanc realem utriusq. distinctionẽ sustinendam . Unde etiã faciliùs ex hoc principio, & communi axiomate à nobis assumpto sustinetur veritas catholica contra eosdem, & impugnatur eorum error. In quo etiã principio fundant aliqui, ut Suarez, & alii ad tuendam simultaneam existentiam unius, & ejusdem corporis circumscriptivè in duobus locis, (quam etiam ut insinuavimus tenẽtur asserere Scotistæ,) quià nempè potaor magis favere veritati catholicæ de reali præsentia simultanea corporis Christi in pluribus hostiis, quamvis, ut ostendimus in physicis, hoc ipsum ibi militare non possit. ob manifestam contradictionem à nobis expositam, & objectam, quæ tamen non ádest in præsenti, nec ulla est assignabilis. Ex quo etiam poterat alia ratio desumi pro nostra conclusione, nempè id debere à nobis affirmari, quod magis favet veritati catholicæ, ut accidit in præsenti &c.

Sed prætereà impug. Nam vel est sermo de duplici processione passiva virtualiter, vel realiter distincta, si primum, solutio est de impossibili, si secundum est manifesta petitio principii, ergo. Prob. mi. quoad primum, quià impossibile est processiones passivas esse tantum virtualiter distinctas, & earum terminos esse distinctos realiter, cum sint cum istis identificatæ realiter ergo . Deinde quoad secundum, quià passivæ origines, vel processiones in relatione consistunt, ut patet, & suppono, si velimus rectè explicare, & sustinere hoc mysterium, ergo asserere quòd relatio filii, & spirati realiter distinguuntur, quià realiter distinguuntur passivæ origines est petere principium, nam id est, quod inquirimus, quomodo in illa hypothesi possint origines passivæ realiter distingui, si semel una ab alia non est ; aut quomodo realiter differant duæ relationes in divinis, quæ relativè non opponuntur, quod est præcipuum intentum rationis D. Tho.

Aliam solutionem eidem rationi, vel discrimen assignant, scil. quia scil. hoc est hoc, & hoc est illud. §. Sed nisi aliquid addat, videtur hæc solutio ludere verbis, & iterum petere principium ; nam de hoc inquirimus, quarè hoc sit hoc, & hoc sit illud : undè non solum insufficienter, sed etiam voluntariè traditur hujusmodi discrimen : nam cum inter omnia divina, inter quæ non invenitur oppositio relativa, detur identitas realis, dum inquirimus, cur unum sit talis conditionis, ut realiter distinguatur ab alio sibi relativè non opposito. Respondere, quia hoc est hoc, & hoc est illud, est idem ac dicere, quia hoc est talis conditionis, & illud talis, unde nihil resolvitur, sed veluti voluntariè luditur verbis, & magis videtur succumbi argumento facto, quàm solvere illud. §. Deindè quià aliàs etiã in similibus otiosè inquirerent Theologi, cur Verbum sit Filius, & non Spiritus S. cur sit imago, & non impulsus? Cur sit imago Patris, & non sui, & Spiritus S. ? Satis enim esset dicere, quià hoc est hoc, & hoc est illud, ommissis tot vigiliis, & studiis, quibus Theologorum ingenia insudarunt ad ea resolvenda.

Denique his omnibus, & præsertim priori argumento facto dices cum Mastrio, & aliis recentioribus, quòd in ea hypothesi distinguerentur quidem ratione oppositionis relativę, at non fundatæ in processione actuali, ut nos contendimus sed aptitudinali, unde licet actu tunc non procederet à Filio, posset tamen ab illo procedere, quod satis est ad realem distinctionem inter illos : §. Sed in primis hæc solutio non videtur minùs voluntaria, quàm præcedens. Nam in ente summè actuali, ut est omne Divinum, id, quod actu intrinsecè non convenit, nec possibile est actu intrinsecè convenire, aliàs esset, & non esset summè intrinsecè actuale, ut patet ex terminis. Sed hoc etiam permisso non videtur solutio conducere ad id, quod intendunt Theologi in præsenti quæstione, quià ut proximè dicebamus, ad hoc potissimùm collimat, ut magis convincantur Græci de proprio errore, qui cum aliàs non negent, ut suppono, distinctionem realem Divinarum personarum inter se, & consequenter Filii à Spiritu S., restat solvendum, an possit hæc subsistere sine actuali processione istius ab illo, ac per consequens etiam sine posse procedere; utrumq. enim negant, & tenentur negare, quià ut dictum est, in prędicatis Dei intrinsecis, vel necessariis, quod actu non convenit, impossibile est posse convenire, unde in his non differt esse. & posse, ut suppono apud omnes. Recurrere ergo ad posse procedere, non est solvere difficultatem, sed magis illam divertere, & nihil ad rem concludere.

§. I I.

Solvitur primum argumentum ex authoritatibus.

PRimò arg. Nam Anselmus in epist. de Spiritu S. contra Græcos sic habet. Ideo Filius non est Spiritus S., neq. è contra &c, Quià Filius nascendo habet

bet esse à Patre, & Spiritus S. non nascendo, sed procedendo. Et idem repetit §. *Nunc quærendum est*. Et paulò post subdit. Nam etsi propter aliud non essent pluras, Filius, & Spiritus S., propter hoc solum essent diversi. Ex quibus fit argumentum. Si Spiritus S. non procederet à Filio, adhuc Filius procederet nascendo, & Spiritus S. non nascendo, sed procedendo; at ex hoc infert Ansel. esse inter se diversos, seù distinctos, & meritò quidem, quià impossibile est eandem personam duplici processione sic procedere, cum utraq. sit adæquata, ut de facto etiam fatemur juxta fidem, ergo adhuc salvaretur utriusq realis distinctio, & dualitas personarum, esto una ab alia non procederet.

Urg. hoc. Nam Concilia, & PP. non probant processionem unius ab alia ex reali distinctione inter se, sed ex unitate essentiæ eisdem necessariò communicandæ ut costat ex Concil. Tolet. 6, Florent. sess. ult. ex Eugen. Papa in literis Sac. unionis, ex eodem Ansel., Ambros., Cyril., & aliis PP. ergo signum est, quòd & si Spiritus S. non procederet à Filio, sed à solo Patre, adhuc esset distinctus realiter ab illo ex vi suæ processionis distinctæ ab illa Filii, accipiendo scil. naturam, non per generationem, sed per spirationem.

Ad 1. respond. ità esse, quòd distinguantur, quià diverso modo procedunt, sed quià nequeunt diverso modo procedere, nisi Spiritus S. à Filio procedat, nõ concluditur ex Anselmo, qnòd adhuc subsistat realis eorum distinctio sublata hac processione. Ità D. Tho. q. 10. de pot. ar. 5. ad 2. ubi in fine etiam monet intentionem Ansel. in lib. de processione Spirit. S. esse, priùs ponere ea, in quibus nos convenimus cum negantibus Spiritum S. à Filio esse, qui tamen, ut dictum est, & advertit ibidem D. Tho., dicunt à Filio distingui; unde concludit *Verba Anselmi inducta sunt magis, ut disputativa suppositio, quàm veritatis definitio.*

Quod verò diverso modo procedere non possent, nisi Spiritus à Filio esset; eleganter, & multipliciter ostendit in corp., & ex eo præsertim, & primò, quià ex æquo (inquit) respiceret Patrem quantum ad originem, undè vel non essent duæ personæ, vel esset ordo inter eos perfectionis *secundū Arrianos (qualis scil. ab his hæreticè statuitur secundum majoritatem unius ad aliam, ut immediatè antea explicat) vel esset inter eos materialis distinctio, quod est impossibile*. Videatur ibid.

Sed instas. Nam Filius in data hypothesi supponeretur adæquatè realiter productus per generationē, & Spiritus S. adequatè realiter per spirationem, sed uterq. hic modus procedendi est realiter diversus, ergo adhuc essent diversi, & diversæ adæquatæ realiter processiones. §. Resp. dist. ma. adæquatè produceretur secundum omnia, quæ illi realiter conveniunt, vel debentur, neg. in præcisa ratione geniti, transeat, vel conc., & ità similiter de Spiritu S., nam tunc cū ex defectu ordinis originis non tantū realiter conveniret, vel deberet convenire ratio geniti, sed etiā ratio spirati, ut ostensum est, non posset adæquatè illi convenire realiter produci secundum omnia, quæ realiter, per alteram tantū processionē conveniunt, sed exigeret utramque, nam teneretur à Patre accipere omnia, in quibus, vel inter quæ non esset oppositio relativa, constat autem tunc in eadem hypothesi non adesse hanc oppositionem inter rationem geniti, & spirati, ac proinde solam generationem respectu sui non posse esse adæquatam productionem. Et idem similiter contingere respectu Spiritus S., quià ob defectū ejusdem oppositionis inter utramq. eandem rationem, deberet utramq. accipere à Patre, & ideò neq. ipse esset adæquatè productus per solam spirationem.

Sed instas. Processio per voluntatem essentialiter petit pro termino proprietatem constituentem personæ, at eo ipso quòd terminatur ad proprietatem identificatam cum ratione geniti, sivè cum filiatione, nequit habere pro termino proprietatem constituentem personam, ergo nequit terminus ejus esse formalitas, vel proprietas identificata cum eadem filiatione, vel cum ratione geniti, ac proinde erit persona distincta. Prob. mi. Nam proprietas identificata cum filiatione, vel cum ratione geniti supponit personam jam constitutam, cum nequeant in eadem persona dari plures proprietates constituentes personam, ergo si semel terminus ejus est proprietas identificata cum filiatione nequit esse proprietas constitutiva personæ.

Urg. hoc. Nam quælibet illarum productionum per se primò produceret unam relationem per se primò incommunicabiliter subsistentem, ergo essent adæquatè realiter distinctæ, & consequenter haberent terminum adæquatè realiter, vel personaliter distinctum, cons. tenet, nam hac ratione de facto adæquatè realiter distinguuntur; ant. verò prob., nam ex eo modo de facto quælibet est adæquata, & terminum sibi adæquatū incommunicabiliter subsistentem producit, quià altera est generatio per intellectū, altera verò spiratio per voluntatem, sed etiam in data hypothesi talis esset, ergo utraque esset eodem modo productiva.

Resp. ad instantiam dist. ma. Processio per voluntatem adæquatè sumpta, conc., inadæquatè, ut contingeret in casu, neg., & deinde, vel neg., vel dist. claritatis gratia mi. proprietatem constituentam personam, adæquatè, vel se sola, conc., inadæquatè, nego; nam utraq. simul, utpotè proprietas personalis, & sine oppositione relativa inter se constituerent unā adæquatè personam, & quælibet veluti seorsim inadæquatè, sicut modo de facto, paternitas, & virtus spirativa in Patre, & filiatio, & eadem virtus spirativa in Filio constituunt unam adæquatè personam Patris, & Filii, & quælibet veluti seorsim inadæquatè. Ad prob. similiter dist. ant. supponit personā jam constitutā, adæquatè neg. inadæquatè, conc., tunc enim unirentur in una adæquatè persona, constituendo illam, sicut modo constituit unā utraq. præcedens proprietas in Patre, & Filio ob defectum ejusdem oppositionis relativæ, licet neutra se sola habeat juxtà meritum hujus mysterii constituere illam adæquatè.

Ad confirm. vel neg. ant., vel dist. eodem modo. Quælibet &c. produceret inadæquatè conc., adæquatè, neg., quia tunc obstat defectus prædictæ oppositionis, undè etiam neg. cons. ad illius prob. dist. ant. quia altera est generatio, ex eo præcisè neg., cū habitudine ad duos terminos relativè oppositos, conc.; vel iterum dist., quia est &c. cum ordine, vel habitudine ad Patrem, & Filium tanq. ad principium *Quod* adæq. unum, conc., ad solum Patrē, neg.; & dist. mi. esset cum tali ordine, neg., ad solum Patrem, conc.; ex quo etiam sub aliis terminis potest distingui, & explicari primum ant., & simul etiam distinctio ejus. Produceret unam relationem incommunicabiliter subsistentem, respectivè ad Patrem, à quo procederet, conc., ad Filium, à quo non procederet, neg., ad prob. dicimus, quòd tunc altera retineret quidem conceptum generationis, & altera processionis, quia adhuc esset una per intellectum, & altera per voluntatem, sed ob defectum adæquatæ originis ex parte principii; & oppositionis relativæ ex parte termini, neutra esset adæ-

quat

quata, sed tantum inadæquata, & cum sola distinctione virtuali, non reali.

Ad aliam confirm. principalis argumenti, quæ potest esse replica respond. quòd Concilia, & PP. secundum quòd procedunt contra diversas hæreses, mox negantes æqualitatem, & divinitatem in illis, mox originem unius ab alia diversimodè procedunt. Nam contra priores, ex unitate essentiæ efficaciter evertunt illas; contra posteriores verò, seù contra Græcos ex distinctione personali unius ab alia, ut patet præsertim in Concil. Florent., ut vidimus; unde falsum est, quòd ex sola unitate essentiæ semper procedant, vel ex sola ista velint probare processionem Spiritus S. à Filio, imò non supposita eadem distinctione reali inter illas, non videretur plenè convinci eorum intentum: & ideò necessarium omninò est admittere, & recurrere ad præfatum commune principium ad planè convincendos adversarios, scil. omnia in divinis esse unum, & communicabilia singulis personis, ubi non obviat oppositio relativa. Hæc enim est unica ratio, quare Pater, ut dictum est, det Filio esse Spiratorem, & non esse Patrem, quià in ratione Patris opponitur illi relativè, & non illa Spiratoris. Vid. D. Tho. locis relatis in quibus longè ante Scotum præoccupat omnes hujusmodi objectiones, & mirificè prout de more explicat autoritates PP. &c.

§. III.

Solvuntur argumenta ex ratione.

Secundò arg. avertendo præcipuum fundamentum concl., & est replica contrà præcedentes solutiones. Ex eo in data hypothesi non esset Spiritus S. realiter distinctus à Filio, quià non esset inter illos oppositio relativa, sed hæc ratio non obstat, ergo ad distinguendum realiter in Divinis unam personam ab alia sufficit altera oppositio disparata, Prob. ant. Nam de facto Filiatio distinguit Filium à Spiritu S., sed pront sic non opponitur illi relativè, sed tantum disparatè, nam per filiationem, opponitur solum relativè Patri, ergo sola disparata, quæ tunc adhuc esset sufficiet ad distinguendum realiter in Divinis.

Huic argumento Suarez lib. 1. de Trinit. cap. 2. juxtà ea, quæ adduximus in ejus favorem in logicis respondet distinguens duplicem oppositionem relativam, alteram purè terminativam, & alteram relativam, qua unum extremum relativum refertur ad aliud, unde asserit, quòd licet Filius per relationem filiationis non referatur ad Spiritum S., terminat tamen relationem spirati, qua scil. Spiritus S. refertur ad se ipsum, & ideò adhuc in Filio remanet oppositio relativa, qua etiam ut Filius distingui potest à Spiritu S., & illi relativè opponi secundum alteram saltem munus terminandi, licet non secundum illud referendi, & nullatenus recurrendum esse ad disparatam: §. Sed hæc solutio ex dictis subsistere nequit. Quià in relativis mutuis, ut ostendimus, id, quod est formalis ratio terminandi, est etiam formalis ratio referendi, ergo licet dicamus ad distinctionem realem sufficere, quòd terminet relationem oppositam, non tamen filiatio potest esse formalis ratio terminandi relationem oppositam spirati. Tum quià similiter paternitas esset formalis ratio terminandi eandem relationem spirati, cum per hanc ad utrumq. referatur Spiritus S., quod tamen videtur alienum à communi consensu Theologorum recurrentium ad relationem spiratoris, qua uterq. terminet illam, & simul referatur ad terminum spiratum. §. Quòd si dicas paternitatem, & filiationem solum distingui ut terminos partiales, ex quorum variatione non variatur specificè relatio opposita: §. In contra est. Tum quià si possent sic partialiter uniri ad terminandum, possent etiam ad referendum partialiter juxtà meritum, & exigentiam lineæ relativæ mutuæ, ut dictum est; tum quià aliàs videretur ob eandem rationem superflua relatio spiratoris, cum in eadem linea mutua, quod semel est ratio terminandi est etiam ratio referendi, ergo si partialiter uniri possunt ad terminandum, poterunt similiter ad referendum, quod videtur magis confundere, quàm explicare idem mysterium. §. Aliter ergo resp. nag. mi., ad prob. neg. ant., & suppositum ejus, quòd in Divinis admitti possit talis disparata oppositio, nisi purè secundum vocem, nullatenus verò ex parte objecti summè actualis in re, & infiniti simpliciter in omnibus suis prædicatis, unde tantum abest, quòd possit eam admittere, quin potiùs tenetur excludere, ut manifestè ubi suprà explicat D. Tho. Ad prob. dist. mi., non opponitur relativè, ratione expliciti, vel sub hoc formali, vel explicit conceptu filiationis, conc., ratione impliciti, vel sub implicito cõceptu spirationis, quã essentialiter exigit, neg., nam ut dictum est, cum omnia Filius accipiat à Patre, in quibus illi non opponitur, habet omne id ab illo, quod pertinet ad lineam spirativam, & consequanter, per quod intrà illam opponatur Spiritui S., licet per solam filiationem opponatur relativè Patri, & ad illum solum referatur, per aliam tamen relationem Spiratoris, quam intrinsecè, vel essentialiter exigit refertur ad Spiritum S., eiq. opponitur relativè, & ab illo realiter distinguitur, & non per oppositionem disparatam, sicut & Pater.

Sed instas. Sic exigere, vel radicare relationem Spiratoris non sufficit ad salvandam distinctionem realem inter utrumq., ergo. Prob. ant. quià etiam essentia Divina eandem exigit, vel radicat filiationem, & tamen non distinguitur realiter à Spiritu S., neq. opponitur illi, ergo id non est sufficiens ad realiter distinguendum, neq. opponendum Filium Spiritui S. §. Sed hæc instantia militaret etiam de Patre, & cæteris relativis, cum exigat, & radicet essentia omnia illa sine omni oppositione, & distinctione reali ab illis, unde si ex hac paritate aliquid concluditur, concluditur eversio totius mysterii Trinitatis. Resp. ergo neg. ant. Ad prob. dist. ma., exigit, & radicat filiationem per adæquationem cum illa, neg., & cætera etiã relativa ut radix communis omnium, conc., & concessa etiam mi. neg. cons., quià filiatio ita exigit, & radicat, ut adæquetur cum tali relatione opposita Spiritui S., unde optimè potest per illam relativè opponi, & realiter ab illo distingui, non autem essentia, quæ utpotè radix communis omnium cum nullo Divino opponi potest, neq. ab illo consequenter realiter distingui.

Tertiò etiam principaliter arg., & potest iterum esse replica. In eadem hypothesi adhuc maneret distinctivum personale unius ab alio, ergo adhuc possent realiter distingui. Prob. ant., nam formalis ratio, vel personale distinctivum Filii à Spiritus S. est sola filiatio, sed hæc adhuc maneret, ergo. Mi. supponitur, aliàs esset quæstio de subjecto non supponente: ma. verò prob. nam per id formaliter, vel personaliter distinguitur una persona ab alia, per quod constituitur; unumquodq. enim distinguitur ab alio per quod

quod constituitur; aliàs non posset res una distingui ab alia per sui conceptum definitivum, per quem constituitur, quod est alienum, & patet inductivè. Sed sola filiatio constituit personam Filii, ut supra docet D.Tho q.32. ar.3.; cum communis spiratio, & innascibilitas solum dicantur, ut explicatum est, notiones personarum, non personales, sivè constituentes personas, ergo.

Huic arg. ommissis variis solutionibus, quas hic referunt, & impugnant nostri Thomistæ, resp. neg. ant. Ad prob. ex proximè dictis dist. ma. Est sola filiatio sub hoc explicito tantum conceptu filiationis, sub quo dicitur ad Patrem, neg., sub etiam implicito radicis, quo exigit Spiritum S. à se ipso, vel à Filio procedere, conc., & dist. mi. tunc adhuc maneret, sub priori conceptu, conc., sub posteriori, neg. mi., & conf., nam per id solum, quod sub isto importat, & exigit potest realiter ab illo distingui, sicut per id solum, quod importat sub priori potest distingui à Patre. Ad prob. verò ma. dist. mi. Sola filiatio constituit &c. sub hoc tantum explicito conceptu, vel inadæquatè sumpta, neg., adæquatè, & coniunctivè cum posteriori, conc. Adæquatum enim constitutiuū personæ Filii, non est sola filiatio, qua præcisè dicitur ad Patrem, sed coniuncta cum se ipsa ut radice, & cum exigentia processionis Spiritus S. à se ipso; sicut similiter paternitas constituit personam Patris, non præcisè sub hoc conceptu relationis ad Filium, sed coniunctivè cum vi spirativa, qua respicit Spiritum S. juxtà exigentiam ejusdem mysterii, & in hoc sensu intelligendus est D.Tho.

Sed instas. Quod est commune pluribus personis nequit unam personaliter distinguere ab alia, sed conceptus radicis, vel exigentiæ est communis Patri, & Filio, ergo non spectat ad distinctivum personale illorum: §. Urg. hoc. Si talis conceptus radicis, vel exigentiæ pertineret ad filiationem ut prædicatum intrinsecum, vel essentiale illius, quæstio esset, ut insinuavimus, de subjecto non supponente, quià in eadem hypothesi nec maneret ampliùs Filius, nec etiam Pater, ut alii contendunt cum Valentia, nam remoto, vel uno tantum prædicato intrinseco, aut essentiali, non manet amplius res, cujus est prædicatum, ut nos etiam dicebamus supra de Omnipotentia deficiente aliquo possibili, per cujus defectum deficeret quoque in illa prædicatum continentiæ, vel fæcunditatis ad illud producendum, ex quo intulimus non posse illam ampliùs manere ejusdem rationis, sicut modo est, ergo si tunc adhuc maneret Filius signum est talem conceptum non ingredi intrinsecè, vel essentialiter constitutiuum personæ Filii.

Resp. ad instantiam dist. ma. Quod est commune omnibus modis, transeat, vel conc., quasi genericè tantum, nec omnibus modis, neg., & dist. mi. Est communis, omnibus modis, neg., quasi genericè conc., & neg. conf. Nam licet utriq. conveniat, non tamen eodem modo, nam Patri convenit ut fontali principio totius Deitatis, Filio verò ut illi consubstantiali, & ut ab eodem accepta, unde optimè potest ingredi constitutivum personæ Filij secundum aliquē modum, secundum quem non constituit illam Patris, sicut similiter dicimus de natura Divina, quæ licet sit communis, & ingrediatur constitutivum omnium personarum, non tamen eodem modo, nam in Patre ità ingreditur, ut faciat Patrem, & non Filium, & sic in aliis duabus, quià nempè ut terminatur, aut modificatur per relationem Patris, quæ diversæ rationis est ab illa Filij, trahitur ad rationem veluti specificam primæ personæ, & hanc solā constituit, non illam Filii, & prout per filiationem, vel spirationem passivam, constituit tantum secundam, vel tertiam, quià prædicata superiora, vel communia, ut supradictum est, prout contracta per inferiorem differentiam trahuntur ad rationem specificam istius, ut patet inductivè; & ut contracta, aut determinata per unam differunt à se ipsis, ut determinata per aliam, sic proportionabiliter dicimus in casu.

Ad confirmat. dist., & explico ant. si attendamus ad omne id, quod tam mediatè, quàm immediatè, vel re ipsa inferri potest, conc., immediatè tantum, ut iidem prætendunt, neg. Et ad prob. annexam similiter dist., non remaneret ampliùs Filius, re ipsa, & per conf. mediatam, conc., per immediatam præcisè, ut ipsi dicunt, neg. Primum verò tantum convincit paritas Omnipotentiæ, & Inductio in alijs similibus; ut remota in homine rationalitate, re ipsa etiam destruitur, & per mediatam consequentiam, quià sine hac esse non potest, non illicò per immediatā, unde de hac adhuc est locus quæstioni, an remota vi spirativa in Filio, remaneat ampliùs filiatio, & dicimus quòd re ipsa, & mediatè quidem infertur non manere, quià sinè illa esse non potest, non illicò tamen, & immediatè, sicut dicebamus de Omnipotentia, si deficeret possibilitas alicujus creaturæ, mediatè inferri, quòd ampliùs non maneret, quià deberet deficere in illa continentia, & fæcunditas respectu illius, sine qua esse non potest.

Quartò arg., & iterum est replica contra superiora. Si Filius non spiraret Spiritum S. non infertur, quòd idem Filius spiretur, aut debeat spirari à Patre, ergo nec debet inferri, quòd coincidat in eadem realiter persona, ut nos contendimus, & consequenter utraq. ratio spirati, & geniti erunt incompossibiles sufficienter ad utrumq. realiter distinguendum. Prob. ant. Ex hoc, quòd Spiritus S. activè non generet, non sequitur quòd passivè generetur, ergo ex hoc, quòd Filius non spiret, non sequitur, quod passivè spiretur, aut debeat spirari: §. Urg. hoc. Spiritus S. non opponitur Patri, ut generanti, nec Filio ut genito, & tamen neq. participat à Patre generare, neque à Filio generari, ergo posset intelligi similiter, quòd Filius non opponeretur Patri, ut spiranti, neq. Spiritui S., ut spirato, & tamen quòd neque participaret à Patre spirare, neq. à Spiritu S. spirari, & sic distingueretur à Patre, & Spiritu S. sine eo quòd spiraret, aut spiraretur.

Ad hoc patet primò, quod etiam probaret de facto in favorem Græcorum, quòd sicut Spiritus S. licet nec generet, nec generetur adhuc realiter, & personaliter distinguitur à Filio per hoc, quòd spiretur à Patre, pariter Filius licet non spiraret, nec spiraretur, posset adhuc realiter, & personaliter distingui à Spiritu S. per hoc quòd generetur ab eodem Patre, quod est alienum: §. Resp. ergo neg. ant. Ad prob. neg. conf., & disparitas patet ex dictis, quòd cum linea spirativa, ad quam pertinet Spiritus S., sit posterior origine linea generativa, ad quam pertinet Filius, consequenter etiam hoc, quod est Patrem activè spirare Spiritum S., est posterius origine ad hoc, quod est Filium nasci. Unde si Filius nascendo non acciperet à Patre vim spirativam, solum posset id oriri ex aliqua oppositione intra hanc lineam cum Patre, quià in his, in quibus non opponitur, ut dicebamus, omnia accipit à Patre, ac proinde si semel Filius non spiraret, rectè infertur, quòd

quòd deberet passivè spirari, ob oppositionem relativam, quam tunc supponeretur habere cum Patre intrà hanc lineam, & propter eandem rationem, quià Spiritus S. est posterior origine Patre generante, & Filio genito est necessarium, quòd procedat ab utroq., & sic ex quo procedit à Patre nequit generare cum illo, & ex quo similiter procedit à Filio, nequit generari communiter cum illo: §. Ad confirm. neg. ma., vel priorem part. ant. Quià cum Pater sit fontale principium ut dictum est, totius deitatis procedentia, necessariò radicat vitam spirativam, & similiter Filius cum sit genitus consubstantialiter à Patre, & omnia consequenter accipiat, in quibus illi non opponitur, eandem accipit ab illo, utpote sibi non oppositam, ac proinde utrique necessarium est intra hanc lineam opponi.

Sed instas contra principalem solutionem, & superiora. Nam juxta illam, Patrem spirare Spiritum S. est posterius origine, quàm generare Filium, ergo in hypothesi, in qua Filius non spiraret Spiritum S., non sequitur, quòd deberet ipse esse spiratus, & consequenter indistinctus, vel eadem persona cum illo. Prob. prior conseq., quià supposita eadem posterioritate debet supponi Filius jam natus, & veluti consumata ejus productio, ergo in omni eventu sive Filius spiret Spiritum S., sivè non, nequit ampliùs spirari à Patre, sed sola persona Spiritus S. ut distincta ab illa Filii spirabitur ab illo: §. Urg. 1. Nam quià Spiritus est posterior origine Filio genito, de facto nequit illi convenire ratio geniti, ergo quià Filius etiam in data hypothesi est prior origine Spiritu S. non poterit illi convenire ratio spirati: §. 2. duæ actiones totales ordine quodam se habentes petunt producere duos terminos totales similiter ordinatè se habentes, sed in eadem etiam hypothesi generatio, & spiratio essent duæ actiones totales, ergo deberent producere duos terminos totales ordine quodam se habentes, ac proinde realiter distinctos.

Ad hoc patet iterum primò, quòd de facto etiam convincerent hæ replicæ, cum de facto etiam sit talis prioritas, & posterioritas. Sed deinde ex superioribus respond. procedere ex non recta intelligentia, vel æquivocatione utriusq. Non enim prioritas, aut posterioritas in Divinis, ut explicatum est, important aliquod signum, vel instans rationis, aut naturæ, in quo una persona dicatur origine prior alia in hac, vel illa linea, quasi non sint perpetuò simul in omni, in ratione producentis, & producti, sed quià una id habet ex se, altera accipit ab alia, unde in eodem signo, in quo Pater est generans, est simul spirans, & in eodem pariter Filius est genitus, & natus, & simul spirator, sed per virtutem acceptam à Patre, & in eodem Spiritus S. ab utroq. spiratus, & consequenter non potest supponere Filium quasi pleuè productum in sua linea generativa anteq. spiret, quià ut sæpè dictum est, in eodem signo, in quo producitur, omnia accipit à Patre, in quibus eidem non opponitur, ac per consequens vim spirativam, non quasi otiosè, vel in actu signato, sed exercitè, & ut in eodem spirans Spiritum S. §. In forma, ergo dist. ant. Est posterius origine, per modum signi in quo, vel posterioritate reali originis, neg. à quo, vel rationis tantum, qualis invenitur inter duos actus notionales inter se realiter identificatos, conc., & neg. utramq. conf., nam adhuc in eadem hypothesi si Filius non spiraret, ex eo id posset contingere, quià in hac linea propter oppositionem non acciperet virtutem spirativam, & consequenter deberet spirari, & simul ordine quodam rationis eadem persona esset primò Filius, & secundariò Spiritus S.

Ad 1. confirm. dist. ant. vel causalem illius juxtà posterius membrum distinctionis, quià est posterior origine, posterioritate reali (licet in eodem signo *in quo*) ob realem productionem unius ab alio, conc., posterioritate tantum secundum rationem, neg., & suppositum ejus, quòd in illa hypothesi esset ordo realis inter spiratum, & genitum, sicut modo est, sed tantum rationis, & ideò non posset amplius subsistere realis distinctio inter illos. Itaq. in Divinis nihil potest esse posterius altero realiter, nisi quod est realiter ab illo, cum autem tunc Spiritus S. non esset realiter à genito, non esset consequenter posterior illo origine, unde esset simul genitus, & spiratus, & ob eandem etiam rationem Filius esset simul utrumq., quià cessante origine unius ab alio, cuncta Divina ob eorum infinitatem transeunt ut dictum est, in identitatem, quod tamen non contingit de facto ob rationem oppositam.

Ex his etiam resp. ad 2. dist. ma. Duæ actiones producunt &c. juxtà earum meritum, vel qualitatem, conc., contra illud, neg., & dist. mi. Essent duæ totales, secundum ordinem tantum rationis, conc., secundum realitatem, neg., & dist. consequens. Producerent duos, ordine quodam secundum rationem, conc., secundū realitatem, neg. Itaq. duæ actiones totales ex propriis terminis tantū habēt producere duos terminos totales ea dualitate totalitatis, qua gaudent inter se, cum producens per sui actionem non tribuat, quod in se, vel in sui actione non habet, termino producto, cum autem generatio, & spiratio Patris non sint duæ actiones totales, sic quod realiter ordinentur, & realiter distinguantur, cum nulla sit inter illas oppositio, non possunt producere duos terminos totales realiter distinctos, nisi ex alio capite contingat istos inter se realiter distingui. In Divinis autem non est aliud assignabile ut dictum est, nisi ordo realis originis unius ab alio, qui tunc supponitur non esse, unde ex eo præcisè, quòd Filius esset per generationem, & Spiritus S. per processionem, vel spirationem non licet inferre, quòd adhuc essent duo termini totales, totalitate adæquata, sivè realiter, vel personaliter distincti, sed sola inadæquata, vel secundum distinctionem rationis tantum. Neq. enim modo sunt adæquati, vel realiter distincti, quià alter præcisè est per intellectionem, & alter per volitionem, sed quià ulteriùs est ordo realis originis unius ab alio, sivè quià Spiritus S., qui est terminus actionis volitivæ, est realiter passivè ab ipso genito.

§. ULTIMUS.

Solvitur ultimum argumentum, additis quibusdam corolariis.

Ultimò tandem arg. Si Spiritus S. procederet à Filio, & non à Patre, adhuc realiter distingueretur ab isto, ergo si è contrà procederet à Patre, & non à Filio, adhuc esset ab isto distinctus realiter. Ant. communiter admittitur à Theologis. Conf. verò prob., quià tunc non haberet oppositionem relativam cum Patre, cum ab illo non procederet, sicut in hac alia præsenti hypothesi ob eundem defectum originis à Filio dicimus non habere illam cum isto, ergo si hoc non obstante adhuc realiter esset distinctus à Patre, posset

poſſet ſimiliter diſtingui realiter à Filio: §. Urg. hoc. Nam ſicut Pater conſtituitur in eſſe perſonæ per paternitatem, ita Filius per filiationem. Et ſicut Pater ex eo ſolum, quòd Pater, eſt innaſcibilis, ità Filius ex eo quòd Filius, eſt inſpirabilis, ergo ſi ob id Pater adhuc in tali defectu originis eſſet diſtinctus realiter à Spiritu S., ob id etiam non obſtante eodem defectu eſſet Filius realiter ab illo diſtinctus: §. Urg. ulteriùs. Nam de facto ſpiratio paſſiva non eſt correlativa paternitatis, ut paternitas eſt, (nam prout ſic à ſola filiatione correlativè reſpicitur;) & tamen diſtinguitur ab illa, ergo non fundatur diſtinctio per ſe loquendo, & per locum ab intrinſeco in ſola origine, vel oppoſitione relativa, ac proinde ſi ut ſic, tunc hac deficiente inter Patrem, & Spiritum S. ſubſiſteret realis diſtinctio inter utrumq. pariter ſubſiſteret inter Filium, & eundem Spiritum S. §. Huic arg. aſſignatur diſparitas, quòd in eventu adhuc eſſet oppoſitio mediata inter Patrem, & Spiritum S., quià nempè à Filio immediatè procederet ex fæcunditate accepta à Patre, quod non contingeret in præſenti hypotheſi, cum Pater à Filio nihil accipiat, & ideò nec mediatè, nec immediatè opponeretur illi relativè. Unde in forma neg. conſ. Ad prob. diſt. ant. Non haberet, nec mediatè, nec immediatè, neg., immediatè, conc., & neg. conſ., vel ſuppoſitum illius, quòd tunc nullam haberet cum eodem, ſicut nullam haberet cum Filio in hac alia hypotheſi. §. Sed inſtas. Quià hæc oppoſitio mediata per accidens ſe habet ad diſtinguendū Spiritū S. à Patre, ergò aliunde haberetur talis diſtinctio ſine omni oppoſitione, & origine. Prob. ant. Nam tunc Pater ad productionem Spiritus S. omninò per accidens ſe haberet, cum nullum influxum haberet, nec principii proximi, nec radicalis in illum, ſicut dicitur de Avo, quòd omninò per accidens ſe habet ad productionem nepotis, quià nec proximè, nec remotè concurrit ad generationem illius, ergo ex mediata illa oppoſitione non haberetur talis diſtinctio, ſed aliunde: §. Urg. ex communi doctrina, quam ſupra, & alibi in phyſicis tradidimus contra Durandum, quòd nempè ad ſalvandum ordinem, vel ſubordinationem, aut dependentiam cauſæ ſecundæ ad primam intra lineam operativam, non ſufficit, quòd Deus, ſive cauſa prima contulerit huic virtutem, & conſervet illam, ſed eſt neceſſarius aliquis actualis influxus ſivè prævius, ut nos dicimus, vel ſaltem ſimultaneus, ut alii dicunt extrà Scholam D. Tho. Ex quo inſtatur ſic: ſi cauſa ſecunda operaretur ſolum per virtutem acceptam à prima, nullo habito influxu ad ſui operationem ab illa, non ſalvaretur ordo, vel ſubordinatio intra hanc lineam operativam, vel productivam ad illam, ſed hæc veluti per accidens diceretur ſe habere intrà illam, ergo pariter ſi Filius ſolum ſpiraret, vel produceret Spiritum S. ſine ullo influxu ad hanc productionem per virtutem acceptam à Patre, per accidens ſe habebit Pater ad eandem productionem, ac proinde non ſalvatur ex hoc ſufficiens ordo, & oppoſitio ad illum diſtinguendum à Spiritu S. §. Urg. ulteriùs. Nam etiam Divina eſſentia de facto dat Patri paternitatem, quià ab illa immediatè reſultat, & tamen nullus dicit ex hoc illā radicaliter, vel mediatè opponi filiationi, ergo licet etiam tunc Filius haberet à Patre virtutem, vel relationem ſpirationis activæ, per quam formaliter opponitur Spiritui S., non propterea dici poteſt, quòd Pater ſit radicalite r, vel mediatè huic oppoſitus.

Reſp. ad inſtantiam neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant. Ad prob. annexam diſt. claritatis gratia, nullum influxum haberet, nec ullo modo per ſe etiam mediatè concurreret, neg., per ſe tamen adhuc mediatè concurreret, conc. Quamvis ergo Pater tunc nec proximè, nec radicaliter diceretur ſpirare Spiritum S., ſed adæquatum principium ſpirans eſſet Filius, adhuc tamen verificaretur concurrere mediatè reſpectu illius, & ſervaretur ordo per ſe Spiritus S. in ſui ſpiratione paſſiva à Patre, quatenus ità ſpiraretur à Filio, quòd non poſſet ſpirari ab alia perſona, quæ non eſſet genita, vel producta à Patre, in quo differt à nepote reſpectu Avi, nam ideò iſte dicitur per accidens ſe habere ad illum, quamvis habeat concurſum in patrem ejus, quià tamen non ita generatur ab iſto, ut genito ab Avo, ut non poſſit generari ab alio individuo, non eſt talis ordo per ſe inter Avum, & Nepotem ſicut inter Patrem, & Spiritum S., & ideo dicitur mediatè, & remotè ad iſtum cōcurrere ad eum modū, quo dicimus, quòd quidquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, quod potiſſimū tenet, quando eſt ordo per ſe in cauſando, & non præciſè per accidens, quià Pater Divinus per ſe habet concurſum in Filium, à quo per ſe peteret produci, Spiritus S., & ſic remotè, & mediatè concurret ad Spiritum S. Et per hæc patet ad replicam.

Ad 1. ejus confirmat. reſp. eſſe etiam latum diſcrimen, nam cauſa ſecunda non ſolum tenetur ſubordinari primæ, mediatè, & remotè, ſed etiam immediatè, & proximè in utroq. ordine, ſcil. eſſendi, & operandi, quod non ſalvatur, ut oſtendimus, per ſolam collationem virtutis ab initio, & conſervationem illius ſine aliquo influxu, dum actu operatur, cum id conveniat cuilibet cauſæ ſivè operanti, ſive non, unde non ſubſiſteret tunc hæc ejus dependentia, & ſubordinatio in hoc determinato ordine operativo. Cæterum in caſu ſufficit, ut dictum eſt, concurſus mediatus, & remotus cum tali ordine per ſe, ut Spiritus S. dicatur diſtinctus à Patre contra poſitivè ad aliam hypotheſim, de qua modo agimus, & ad aſſignandum diſcrimen inter utramque, nam tunc nullus eſſet concurſus Filii in illum ſive mediatus, ſive immediatus, & ideò nulla poſſet eſſe inter utrumq. oppoſitio, ac proinde nec diſtinctio.

Ad 2. patet ex dictis etiam diſcrimen, quòd eſſentia Divina dat paternitatē, & alia Divina per modum radicis communis, unde nullius oppoſitionis poteſt eſſe capax cum illis. Tum quià non dat illam (& ferè in idem coincidit) per viam originis productivæ, vel realis proceſſionis à ſe, & conſequenter per oppoſitionem cum Patre, ſed per omnimodam identificationem, & virtualem emanationem, ſicut emanant ab illa cætera attributa, & ideò ſicut non opponitur Patri, nec poteſt ullo modo etiam mediatè opponi Filio. Cæterum in caſu noſtro Pater communicaret Filio relationem ſpirativam per realem proceſſionem, ac proinde deberet illi opponi, (ſi ſemel Filius non eſſet ſpirator) atq. adeò etiam virtualiter ſaltem, vel mediatè Spiritui S., & conſequenter Filius etiam, ut dictum eſt, haberet rationem ſpirati.

Ex his etiam patet ad 1. confirm. principalis argumenti. Nam aliud eſt de facto, aliud verò in data hypotheſi, in qua non eſſet oppoſitio, ſicut de facto eſt. Tunc enim negamus Patrem ſufficienter poſſe diſtingui per innaſcibilitatem à Spiritu S., nam remota oppoſitione inter Divina, ut toties dictum eſt, ſtatim tranſeunt in identitatem, unde ſicut hac ratione eſſentia modo, & in omni eventu, quamvis innaſcibilis, & improducibilis ſit, identificatur cum perſona

Filii,

Filii, & Spiritus S., quæ producibiles sunt, ità innascibilitas identificaretur cum processione, vel persona spirata, si inter istam, & Patrem nulla esset oppositio etiam mediata. Ex quibus etiam infertur, nec Filio in præsenti hypothesi repugnare spirabilitatem, sive processionem, quià cum cessante oppositione deberet transire, ut probatum est, in identitatem personæ, utramq. rationem spirati, & geniti componeret in se ipso, sicut componunt in se ipsis cætera Divina rationes omnes sibi ipsis non oppositas, quidquid sit, quòd secundum formalem explicitam filiationis repugnet Filio spirari, vel procedere.

Ad 2. pariter ex dictis resp., quòd sicut eadem filiatio formaliter ut filiatio est, vel sub hoc conceptu explicito filiationis non opponitur processioni, sed paternitati, opponitur tamen ratione impliciti, ut explicatum est, ità paternitas, licet formaliter, ut talis opponatur solum filiationi, ratione tamen impliciti, & radicaliter opponitur eidem spirationi, quia exigit ut vidimus, adjunctam sibi spirationem activam, per quam Pater opponitur formaliter processioni, sivè spirationi passivæ.

Ex dictis (quę etiam deserviunt ad solvendum alias instantias) colligimus primò nullum esse inconveniens dicere Spiritum S. de facto referri ad Patrem non solum ut ad spiratorem immediatum, ut fides docet, sed etiam ut ad mediatum, ut tradit hìc D. Th. ar. 3. in fine corp. ubi ait. *Quià igitur Filius habet à Patre, quòd ab eo procedit Spiritus S., potest dici, quòd Pater per Filium spirat Spiritum S., vel quod Spiritus S. procedat à Patre per Filium, quod idem est.* Ubi Cajet. subdit. Hoc potest dici considerando Spiritum S., ut est à Patre mediatè, secus autem dicendum est loquendo de ipso, ut est immediatè à Patre, quibus ad mentem D. Tho., & juxtà veritatem subtiliter explicat, quomodo sine ullo inconvenienti dici possit utroq. modo se habere de facto ad Patrem, scil. immediatè, quatenus ipsum per actum voluntatis illi immediatè convenientem spirat, & mediatè, quatenus procedit à Filio per virtutem spirativam acceptam à Patre.

Secundò colligimus non esse hinc inferendum, quòd opponatur relativè Patri, ut generanti etiam si Filius accipiat vim spirativam ab illo non per spirationem activam, sed per generationem, ac proinde etiam non debeat dici, quòd Spiritus S. tunc referretur mediatè ad Patrem, ut spiratorem, sed magis ut ad generantem Filium, à quo immediatè spiraretur. Dicimus enim, quòd generatio tantum denotat Patrem generantem in ordine ad ea, quæ ab eodem producuntur, sivè mediatè, sive immediatè per ipsam actionem genetativam, non verò in ordine ad ea, quæ Filius ex virtute accepta à Patre producit, undè licet hanc accipiat per actionem genarativam, non tamen debet Spiritus S. intra hanc lineam referri ad Patrem mediatè, sivè mediatè ad illum, ut generantem, sed solum, ut ad producentem, sivè ut ad principium productivum mediatum sui esse spirati. §. Declaratur exemplo satis accommodato. Etenim actio vitalis Angeli, quam elicit in primo instanti tribuitur Deo, qui illum per creationem produxit, & tamen non refertur ad Deum, ut ad sui creatorem, quià illa actio est nova, & distincta actio ab actione, qua Deus creavit Angelum, unde nec dicitur creari, nec concreari ab ipso Deo, sed solũ refertur ad illum, tanquam principiũ mediatum sui esse. Ita proportionabiliter dicimus in casu, quòd licet Spiritus S. referatur ad Patrem, quia per generationem communicavit Filio virtutem, qua spirat Spiritum S., non sequitur, quòd debeat referri ad Patrem, ut ad generantem, sed solum tanquam ad principium mediatum sui esse spirati.

Tertiò ex his, & ex superioribus etiam colligitur, quòd licet concursus, quam habet Pater in Filium dicatur adæquatè terminari in illo tanquam in genito, non tamen tanq. in adæquatè producto, undè licet non transeat in Spiritum S. tanq. in genitum, potest tamen transire ad illum tanquam ad mediatè productum, & sic adhuc potest rectè dici, quòd Spiritus S. procedat à Patre mediatè, non tanq. genitus à generante etiam mediatè, sed tanq. productus à mediato producente. Itaq. ut dictum est, generatio Patris, respectu omnium, quæ competunt Filio servat nomen, & rem generationis, respectu verò eorum, quæ procedunt à Filio ex virtute accepta à Patre obtinet rationem principij mediatè producentis, vel mediatè spirantis. Sic subtiliter explicat, & discurrit prout de more Mag. Ferre.

Quartò colligitur, quòd licet paternitas, & filiatio non opponantur formaliter, & sub hoc explicito formali utrinsq. conceptu, sive secundum proprias rationes formales spirationi passivæ, hinc tamen inferendum non est debere ab illa aliundè realiter distingui ex alio capite præter oppositionem relativam. Tum quià ut dictum est ratione impliciti, relativè oppositi, quod necessariò, vel essentialiter important, & exigunt, habent eidem opponi. Tum quià ut etiam ubi suprà docet D. Tho. q. 10. de pot. ar. 5. ad 13. constituunt subjectum, vel substractum, cui procedens relativè opponitur. Inquit enim. *Quòd licet filiatio non opponatur relativè processioni, tamen procedens opponitur relativè Filio, & per hoc processio à filiatione distinguitur.* Ubi, ut patet, præoccupat, & facilimè solvit argumentum, quod suprà proposuimus, & aliqui recentiores Scotistæ existimant ferè insolubile, quòd nempè sine oppositione detur distinctio realis inter duo relativa in Divinis, quod tamen esset falsum: §. Quod si dicas, filiationem juxtà hanc nostram doctrinam, & rei veritatem formaliter non opponi spirationi passivæ, & tamen ratione sui formaliter habet realiter distingui ad illa, ergo hæc earum distinctio non fundatur præcisè in oppositione: §. Resp. eodem modo dist. ma. Non opponitur formaliter, nec constituit subjectum, vel substractum, cui opponatur processio, vel passiva spiratio, neg., & constituit, conc. Vel iterum dist., non opponitur formaliter, præcisè sub hac formalitate explicita filiationis, conc., sub omni, quam necessariò, & essentialiter importat, & exigit, nego, quià implicitè exigit, & habet essentialiter adjunctam formalitatem virtutis spirativæ. vel poterat etiam cum aliis distingui (& ferè in idem coincidit). Non opponitur, per modum rationis formalis *qua*, conc., *quæ*, nego, licet enim filiatio non sit formalis ratio opponendi processioni, sed paternitati, & prout sic in Filio sit vis spirativa. Est nihilominùs formalis ratio, *quæ* constitutiva personæ Filii, sive ejus substracti, cui (ut ait D. Tho.) opponitur processio. Et deinde etiam claritatis gratia dist. mi. Et tamen formaliter ratione sui habet realiter distingui, priori formalitate purè explicita filiationis; vel qua, nego, implicita, vel quæ, conc., & neg. conf., nam semper ad unam ex his recurrendum est ad habendam distinctionem realem in Divinis, nec aliunde unquam fundari poterit salvo conceptu Divinitatis perpetuò exigente, ut dictum est, in omnibus suis prædicatis ob plenam sui infinitatem, identitatem omni-

omnimodam realem, ubi non adest aliqua relativa oppositio.

Quintò colligimus rectam intelligentiam nostræ resolutionis, scil. in data hypothesi impossibili determinatè tantum inferri posse identitatem realem Spiritus S. à Filio, & nullo modo realem distinctionem, quamvis aliàs communiter dicamus, ex impossibili, sivè impossibili supposito, sequi quodlibet. sivè utrumq. extremum contradictionis, ac proindè non afferà nobis alterum determinatè, sed magis utrumq. inferendum. Dicimus ergo quòd cum perpetuò locuti simus de re, quę infertur supposito eodem impossibili, non de terminis componentibus illud, scil. esse, & non esse idem, vel distinctum, optimè inferimus alteram determinatè partem scil. identitatis. Nam illud axioma intelligendum est, quantum ad terminos cōponentes impossibile, in quantum in eo includitur utraq. pars contradictionis, nempe esse, & non esse terminorum mutuò repugnantium, non quantum ad id, quod infertur ex eodem, vel illo supposito, nam pront sic, altera tan tum pars inferri potest, vel est inferenda, si pro hac sola est assignabilis ratio inferendi, & non pro alia, ut contingit in casu, & latè patet ex dictis. Unde licet quantum ad eosdem terminos, qui constituunt impossibile rectè inferatur tunc esse, & non esse distinctum; quantum tamen ad Spiritum S. distinguendum, vel non distinguendum, hoc tantum posterius inferimus, quià nulla est assignabilis ratio distinguendi realiter in Divinis, ut ostensum est, nisi sola oppositio relativa, quæ tunc cessaret.

Ultimò tandem colligimus discrimen inter amorem creatum, & Divinum, quòd licet ille esto non procederet effectivè à Verbo, (de quo est aliquod dissidium, vel problema inter Thomistas, an solum concurrat istud per modum conditionis) adhuc nihilominùs potest realiter distingui ab illo, non tamen Divinus, sivè Spiritus S., quià in nobis, ut dictum est, est aliud caput distinguendi, scil. finitas, vel limitatio, non tamen in Deo, nisi sola relativa oppositio, quæ solum fundari potest in origine, vel productione unius ab alio.

QUAESTIO II.

Utrum Spiritus Sanctus per se exigat procedere à Patre & Filio. Additis in fine quibusdam quæsitis.

AD magis confirmandam præcedentis quæst. resolutionem contra Græcorum errorem, præsentem instituimus; nec procedit difficultas ex parte virtutis productivæ, nam cum in ista non opponantur Pater, & Filius petunt prout sic per se concurrere ad illius productionem, sicut per se tres simul petunt concurrere in genere efficientis ad opera ad extra, non quià ista per se exigant concursum trium personarum, sed ob identitatem, & indivisibilitatem virtutis earum productivæ; est ergo difficultas ex parte rei, seù Spiritus S. producti, non prout præcisè dicit impulsum Divinum, qui est terminus Divinus productus per amorem Divinum, sed secundum ea omnia, quæ habet ex vi suæ proprietatis personalis, ut nunc est, itaut si per se non produceret ex utroq. non manaret ejusdem rationis, sicut modo est, ut similiter dicebamus de Verbo Divino, si non procederet per se ex cognitione possibilium.

In qua re negant Scotus in 1. dist. 12. qu. 1., Gabriel ibidem, & Durand. dist. 11. qu. 3. quòd licet de facto ita procedat, non tamen per se, sed per accidens, quatenus illius processio prioritate originis supponit processionem Filii à Patre, si tamen per impossibile ab utroq. non procederet, sed à solo Patre, adhuc maneret idem cum eadem omninò proprietate personali, quam de facto habet: §. Oppositum docent jam ferè communiter cæteri Theologi, præsertim Discipuli D. Thom. cum eodem hic qu. 36. ar. 4. ad 1., & q. 37. seq. ar. 1. ad 3., ut statim constabit, & etiam in 1. dist. 11. q. 1. ar. 2. & ar. 4. ad 2., & alibi.

§. I.

Statuitur conclusio.

SPiritus S. ex vi suæ proprietatis personalis, quam de facto habet, per se petit procedere à Patre, & Filio. Est D. Tho. locis relatis, nam duobus prioribus eam insinuat, dum ait esse per se amorem unitivum. Ex quo prob. 1. sic. Spiritum S. ex vi suæ proprietatis personalis petit procedere ut unitivus & perfectissimus amor, ergo petit per se procedere ex amore amicitiæ, ergo per se petit procedere à Patre, & Filio: ant. est certissimum cum sit amor Divinus, & nexus duorum, sive mutuus, utraq. etiam cons. constat, quià amor perfectissimus, & nexus, vel mutuus duorum est amor amicabilis, sive amicitiæ; ergo si per se est perfectissimus amor, & consequenter per modum nexus, & mutuus, petit per se procedere ex amore, quo amicabiliter, sivè mutuò, & indissolubiliter Pater, & Filius diligũt se, ac proinde ex utroq. Id totum insinuat D. Thom. ad idem 3. *Dicendum* (inquit) *quòd Spiritus S. dicitur esse nexus Patris, & Filii, in quantum est amor: quià cum Pater amet unica dilectione se, & Filium, & è converso, importatur in Spiritu S. (prout est amor) habitudo Patris ad Filium, & è converso, ut amantis ad amatum. Sed ex hoc ipso, quòd Pater, & Filius se mutuò amant, oportet quòd mutuus amor, qui est Spiritus S., ab utroque procedat.* Ita D. Tho., ex quo manifestè infertur id habere ex vi suæ proprietatis personalis, quòd procedat, ut terminus amoris mutui, quo mutuò se amicabiliter amant Pater, & Filius, & consequenter, quòd ab utroque procedat, cum per se ad amorem amicitiæ supra simplicem benevolentiam spectet, redamatio amati ad amantem.

Dices ità esse de facto, quòd Spiritus S. est amor amicitiæ, & mutuus, & ex hoc amore procedit, hoc tamen illi non convenire ex vi proprietatis personalis. Quià dato per impossibile, quòd Pater, & Filius hoc amore mutuo non se diligerent, eadem esset proprietas Spiritus S., quæ modo est, quamvis tunc non esset amor mutuus, neq. amicitiæ, nec ex isto amore procederet: §. Sed hæc solutio præoccupatur argumento facto. Nam ex vi proprietatis personalis habet in omni eventu, quòd sit perfectissimus amor, ergo in omni petit per se esse amorem mutuum, & amicitiæ, & ex isto procedere: ant. negari non potest, nisi negare velimus, quòd in aliquo evētu sit Divinus: conf. verò prob., quià amor perfectissimus est amor amicitię, ergo si ex vi suæ proprietatis personalis est amor perfectissimus, ex vi illius est mutuus, & ex amore mutuo procedens. Prob. ant. Nam amor perfectissimus, est, qui per differentias amoris contrahitur ad perfectissimam

simã, sed hæc est amicabilitas, seù ratio amicitiæ ergo. Dices in creatis amorem amicitiæ esse cæteris in genere amoris perfectissimũ, non tamen in Divinis, ubi omnia sunt ejusdem indivisibilis perfectionis, unde nequit amor mutuus ibi, sivè amicitiæ esse perfectior amore simplicis benevolentiæ, qui tunc asset in casu, quo Pater, & Filius non se mutuò diligerent, sed solum Pater Filium, & non Filius Patrem; eò vel maximè, quòd amor Divinus non accipit perfectionem ab eo, quod ab uno, vel à pluribus suppositis sit; siquidem duæ personæ diligunt se per eundem omninò amorem absolutè, & essentialiter eundem, eo prorsus modo, quo si una tantum persona diligeret, cum eadem omninò virtus, & actio in una esset, sicut modo est in duabus. Ita Suarez existimans ex his non concludi efficaciter intentum, qui aliàs hìc cap. 6. non videtur recedere à nostra sententia.

Sed hæc etiam solutio reiicitur eodem argumento. Nam licet omnia Divina sint ejusdẽ omninò perfectionis realiter, non tamẽ virtualiter, vel ex suis rationibus formalibus, & ut concipiuntur à nobis, sed Spiritus S. ex vi suæ proprietatis personalis petit procedere ex perfectissimo amore tam formaliter, quàm virtualiter, ergo petit esse amor mutuus, & amicabilis, & ex hoc procedere, & non ex simplici benevolentia, vel amore non mutuo. Ma. constat ex superioribus, & à fortiori in opposita sententia, quæ ut vidimus, inter hujusmodi Divina statuit distinctionem majorem, scil. formalem, vel ex natura rei. Et deinde negare non possumus in bona metaphysica, quòd ex propria ratione formali, sive ex propriis intellectus, seù linea intellectiva excedat voluntatem, seù lineam volitivam, cum simpliciùs, & actualiùs procedat, ut suprà, & alibi de anima ostensum est. Et similiter idem gradus intellectivus gradum viventis, & ille viventis, gradum substantiæ, & sic de aliis &c. Mi. verò prob. quià ex propriis petit procedere ex perfectissimo, & fæcundissimo amore, qui concipi potest, cum sit perfectissimum, & supremum analogatum totius amoris, sivè amor per se subsistens in ipsa plenitudine amoris, ut patet ex terminis, non esset tale, si in hac plenitudine deesset, vel ex cogitari, aut concipi posset major aliqua, imò potissima perfectio illi non conveniens, scil. amoris mutui, vel amicabilis, ergo petit per se procedere ex perfectissimo tam formaliter, quàm virtualiter.

Urg. hoc. Nam admisso etiam, quòd amor amicitiæ non excedat virtualiter amorem benevolentiæ, adhuc tamen solutio est insufficiens, ergo. Prob. ant. quià ut fatemur omnes, petit per se procedere ex amore perfectissimo, at hoc non salvatur, si amor mutuus, vel amicabilis non sit, & ex isto non procedat, ergo. Prob. mi. Non potest esse, nec concipi perfectissimus amor in hoc genere, vel in ipsa plenitudine amoris, cui deest, vel in quo non concipitur omnis ratio, & præsertim potissima amoris, sed amor mutuus, vel amicabilis ex propria ratione formali ast perfectissimus, cum sit in suo genere perfectio simpliciter simplex, ac proinde in Divinis est supremum analogatum totius perfectionis amoris, vel in ipsa plenitudine ejus, ergo sinè hoc concepto amoris mutui, vel amicabilis verificari nequit, quòd sit, vel procedat ex amore perfectissimo: §. Nec obstat quòd amor perfectionẽ non accipiat ab hoc, quod est esse à pluribus, vel ab uno tantum principio notionali: quià licet notionalia ut vidimus, non addant perfectionem super absoluta, nihilominus ita per se connectuntur, & exiguntur, ut sinè illis subsistere non possit summa eorum perfectio, quià nempè habent quandam perfectionem absolutam in notionalibus, quam non haberent, si in illis non essent; unde licet dicamus paternitatem non addere aliquid perfectionis ad Deum, si tamen Deus non esset Pater non esset fæcundus ad generandum. Similiter ergo dicimus, quòd si amor non esset mutuus in duabus personis non produceretur Spiritus S., qui ex proprietate personali petit esse ex perfectissimo amore, sive qui modo est, nec integrè maneret eadem perfectissima fæcunditas in Patre, quæ modo est.

Secundò prob. ratione. Quia Spiritus S. ex vi proprietatis personalis petit realiter distingui à Patre, & Filio, at ut lsrè probatum est, nequit sic realiter distingui non procedens ab utroq., cum remota origine, & oppositione relativa orta ex eadem, vel in eadem, fundata nullum sit aliud caput, ut vidimus, distinguendi realiter in Divinis, ergo per se ex propriis petit ex utriusq. amore mutuo procedere: §. Urg. hoc ex discrimine creaturarũ producibilium, vel productarũ necessariò à tribus personis, & Spiritũ S. à Patre, & Filio. Nam concursus trium personarum ad illas, non per se exigitur ex parte creaturæ (esset enim eadem, si à Deo tantum, ut uno produceretur), sed ex parte Dei, ut insinuavimus, quià virtus productiva illius talis est conditionis, quòd non potest non esse in tribus personis, nec valet una operari, quin omnes tres operentur, cum enim operari ad extra sit essentiale, & absolutum attributum, non potest non convenire omnibus tribus personis; at verò concursus duarum ad Spiritum S. per se exigitur ex parte ipsius, & non solum ex parte principii producentis, quià ex vi proprietatis personalis petit procedere, ut realiter distinctus ab illis, & ex perfectissimo amore, quod, ut probatum est, salvari nequit, Patre simul, & Filio per sui amorem mutuum non concurrente ad illius productionem, ergo sine utriusq. concursu non produceretur idem, qui modo est.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. Per accidens se habet ad effectum, vel terminum, quòd virtus productiva illius sit in hoc vel illo supposito, aut in uno, vel pluribus suppositis, sed solum per se requiritur quòd suppositum producens sufficientem, vel perfectam habeat virtutem productivam, sed in solo Patre est sufficiens, & perfecta virtus spirativa Spiritus S., ergo per accidens se habet, quòd ab utroq. procedat Spiritus S., mi. est certa, cũ Pater non accipiat à Filio virtutem spirativam, nec etiam partialiter habeat illam, vel tantum inadæquatam. Ma. autem prob., tum in actibus productis ab humanitate Christi existente in supposito increato, qui sunt ejusdem rationis cum productis ab illa existente in supposito creato. Tum in effectibus creatis productis à Deo ut trino, qui ejusdem rationis pariter essent, si producerentur ab illo existente in uno tantum supposito, ergo nihil refert ad productionem effectus, quòd virtus illius productiva sit in uno, vel in pluribus suppositis, si semel in uno tantum est sufficiens, & perfecta, val adæquata: §. Urg. hoc. Nam vel virtus spirativa existens in solo Patre, sufficienter, & perfectè producit Spiritum S., vel non, si primum, ergo non requiritur ad perfectam productionem illius, quòd sit in supposito Filii. Si secundum, ergo Pater insuf-

ficien-

ficienter, & imperfectè producit illum, quod est alienum.

Ad hoc patet ex dictis, unde dist. ma. Per accidens se habet &c. quando terminus ex sui peculiari ratione non exigit virtutem sui productivam, quòd sit in pluribus, ut contingit in instantiis adductis in ejus probatione, conc., quando exigit, ut in casu, ut probatum est, nego. Per quod etiam patet ad prob. mi., nego enim suppositum, scil. quòd id oriatur ex defectu virtutis ex parte producentis, vel virtutis spirativæ in Patre, sed ex conditione termini, vel Spiritus S. producti, sicut patet (aliis pluribus exẽplis ommissis,) quòd sine concursu causæ secundæ nequeat actus vitalis illius, produci à solo Deo, non provenit, ut supra, & alibi dictum est, ex defectu virtutis Dei, cum sit infinita, sed ex conditione ejusdem actus, qui ut vitalis petit per se etiam procedere à principio proximo intrinseco vitali. Et per hoc etiam patet ad illius confirm.

Instas. Amor creatus in nulla sui specie petit per se procedere à pluribus, ergo neq. Divinus. Patet cons., quià dum ex creaturis non habemus exemplum, sine fundamento aliter loquimur de Divinis, & in casu de Spiritu S.; Invisibilia enim Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: §. Urg. hoc. Nam si procedere à duobus semel per se convenit Spiritui S. non debet illi convenire ex quo amor Divinus est, sed ex aliqua ratione amoris, quæ etiã reperiatur in amoribus creatis, sed in nullo amore creato hoc invenitur, ut patet discurrenti, ergo nequit id convenire Spiritui S. ex vi proprietatis personalis. Prob. ma. Nam quià Verbo Divino ex vi proprietatis personalis convenit procedere ut simile in natura dicentis, hoc nõ habet illi convenire præcisè, quià Divinũ est, sed ex ratione differentiali Verbi, quæ etiã reperitur in verbis creatis, ut in verbo Angelico, quo Angelus se ipsũ cognoscit, ergo si id conveniret Spiritui S. ex vi suæ proprietatis, hoc deberet illi convenire, non quia amor Divinus præcisè est, sed ex aliqua ratione, quæ saltem communis analoga sit ad creaturas.

Resp. ad instantiam dist. ant., loquendo de amore adæquatè sumpto, vel à toto genere amoris creati, neg. sumpto inadæquatè, conc., nam etiam amor amicitiæ, qui reperitur in creaturis petit esse inter plures personas, nec est dabilis amicitia adæquatè sumpta in illis, quæ inter plures non sit. Unde si Theologi charitatem, qua Deum diligimus, appellant amicitiam, loquuntur de amicitia inadæquatè sumpta, non adæquatè, hæc enim præter charitatem, qua Deum diligimus, petit redamationem ex parte Dei, sive alium etiam amorem, quo Deus diligit nos. Unde nego conseq. Ad illius prob. patet esse falsum, quòd in creatis non ad sit exemplum, non licet non inveniatur, quòd aliquis indivisibilis impulsus exigat esse à duobus suppositis, cum impossibile sit plura supposita creata agere per eandem virtutem, & per eandem indivisibilem actionem, ac proinde quòd producant eundem impulsum, verè tamen etiam inter nos reperitur hujusmodi amicitia, & in ordine etiam ad Deum, si adæquatè sumatur. Quibus addo, quòd etiamsi non daretur, nec dabile esset exemplum inter nos, non inde neganda esset in Deo, quià ut supra innuimus, hoc tam sublime mysterium ità quandoquè superat omnia creata, & creabilia, ut in his non inveniatur exemplum ad illius declarationem, ut patet in identitate numerica essentiæ in tribus realiter distinctis suppositis.

Ex his ad confir. neg. mi., nam etiam amicitia creata non est, ubi amor mutuus non est. Unde ad illius prob. nego suppositum consequentis quòd ratio differentialis amoris, vel impulsus Divini adæquatè sumpti, sivè ut amicabilis est non conveniat etiam amicitiæ creatæ, sicut ratio differentialis Verbi Divini convenit verbo creato.

Secundò arg., & est replica contra solut. ad confir. principalis argumenti. Si in Patre non esset adæquata virtus spirativa tã per modũ virtutis, vel perfectionis, quàm per modum conditionis, quæ perfectio non sit, itàut cum solo paternitatis connotato, sine connotato filiationis non esset sufficiens ad producendum Spiritum S. ejusdem rationis, qui modo est, non posset verè affirmari, quòd in illo est potentia spirativa Spiritus S., consequens est falsum, ergo in illo est adæquatè secundum omnia requisita tam ex parte principii, quàm ex parte termini. Prob. ant. Nam quià in Filio non est connotatum paternitatis, quæ per modum conditionis, non perfectionis requiritur ad generandum, licet ad hoc habeat omnia requisita per modum perfectionis, verà tamen de illo affirmari nequit, quòd gaudeat potentia generativa, ergo nec similiter affirmari posset de Patre, quòd gaudeat potentia spirativa, si solum habeat virtutem spirativam per modum perfectionis, non conditionis, vel omninò adæquatam quantum ad omnia, quæ per se requiruntur ad spirandum Spiritum S., qui modo est.

Resp. neg. ma. Ad prob. neg. conf., & disparitas est, quià linea generativa unum tantũ habet modum generandi, cui sufficit unum tantum connotatum per modum conditionis, scil. relatio paternitatis; spirativa autem, quæ potest esse principium amoris mutui, ut est spirativa in Divinis, duo indispensabiliter exigit connotata ex vi hujus conceptus mutui, unde licet utraq. alterum requirat per modum perfectionis, generativa scil., potantiam intellectivam, alterum verò de linea non perfectionis, sed connotati vel conditionis, nempè paternitatem; spirativa autem voluntatem per modum perfectionis, alterum verò per modum connotati, vel conditionis non perfectionis, nampè relationem, quam connotat, vel per quam modificatur; differunt tamen, quòd generativa cum non importet rationem mutui, sicut spirativa, si semel sit potens producere amorem amicabilem, qualis est assentialiter illa Patris, ut probatum est, ideò requiritur per se, & sufficit ad illam connotatum paternitatis, & quià Filio deest idem connotatum, vel relatio paternitatis, & nullum aliud est assignabile, verè affirmari de illo non potest, quòd gaudeat potentia ad generandum, sicut affirmatur de Patre; cæterum vis spirativa cum possit adhuc esse principium amoris non mutui, & consequenter habeat duplicem modum spirandi, scil. mutuo, & non mutuo, adhuc quidem affirmari posset de Patre, si non connotaret filiationem, non tamen secundum omnia requisita ad adæquatè spirandum amicabiliter, sed tantum inadæquatè juxtà qualitatem spirationis, quæ tunc supponitur convenire Patri, non per quam petit per se procedere Spiritus Sanctus.

Tertiò arg. (& iterum est replica) si spirare Spiritum S., & hunc etiam spirari, per se exigeret pluralitatem suppositorum, sivè concursum Patris, & Filii, tunc Pater haberet à Filio, quòd spiraret; sed hoc admitti non potest, ergo. Mi. est certa, quià aliàs sicut Pater spirat per Filium, Spiritum S., ità similiter Filius spiraret per Patrem, quod negatur suprà à D. Th.,

&

& cum eodem, ut supponitur, communicet ab aliis. Ma. verò prob. quià sine illo spirante spirare non posset, ergo ab illo saltem partialiter haberet, & spirate: §. Urg. hoc: quià si sine concursu Filii spirare non posset Spiritum S., saltem Filius se haberet, ut principium coadjuvans, causa enim, vel principium coadjuvans dicitur illud, quod etsi non det virtutem ad operandum alteri concausæ, vel comprincipio, tamen istud se solo, vel sine concursu illius nequit producere effectum, ut patet in duobus portantibus lapidem, quando alter sine concursu alterius portare non potest, sed hoc dici nequit de una persona respectu alterius in Divinis, aliàs esset principium deficiens, vel solam haberent virtutem partialem, ut contingit in eisdem portantibus, quod tamen est alienum in Divinis ergo.

Ad hoc patet etiam ex dictis; unde neg. ma. nam licet Pater non spiret sine concursu Filii, non tamen accipit virtutem spirandi ab illo, ac proinde non sequitur, quòd habeat spirare à Filio: neque etiam hoc, quod est unum concurrere, vel operari non posse sine concursu alterius arguit semper defectum, vel subordinationem, aut dependentiam ab illo, ut patet superiori exemplo de concursu Dei respectu actionis meæ vitalis, sine me non concurrentis, quià aliunde id provenire potest, ut dictum est, & contingit in casu ob rationem amoris mutui, vel impulsus amicabilis. §. Neq. hinc inferas Filium accipientem illam esse illi subordinatū, & dependentem, sicut ad sui blasphemiā inferebant ex hoc Arriani esse minorem illo, quià sicut, ut explicat D. Thom. qu.42. art. 4. ad 1., nulla est hæc posterior consequentia, quià accipit unum, & idem esse à Patre, ità nulla est prior, quià accipit eandem omninò virtutem.

Ad confirm. resp. ex eodem D. Tho. suprà q. 23. ar.8. ad 2. neg. ma. propriè loquendo, nam sicut adjuvari per alium fiat dupliciter, vel propter defectum virtutis, & hoc nullo modo potest competere Deo, sivè ad extra, sivè ad intra, sed tantum agenti infirmo; vel quia vult exequi suam operationem per aliū, & hoc potest eidem convenire ad extra, juxta illud 1. ad Corint. 3. *Dei adjutores sumus. Quià hoc non est (inquit) propter defectum Divinæ virtutis, sed quià utitur causis mediis, ut ordinis pulchritudo servetur in rebus, & ut etiam creaturis dignitatem causalitati communicet.* Ità similiter coadjuvare alteri dupliciter fiat, vel propter defectum, vel infirmitatem virtutis illius, vel quià ex alio capite requiritur concursus utriusquè, ut ad intra in casu, ut explicatum, & probatum est, & non quià sit aliquis defectus virtutis spirativæ in Patre. Imò nec propriè dici potest Filius causa coadjuvans ex eo, quòd ejus concursus requiratur indispensabiliter ad productionem Spiritus S. qui modo est, quià propriè, & rigorosè ad rationem coadjuvantis præter enumerata requiritur, ut patet ex terminis, quòd non accipiat virtutem ab altera concausa, Filius autem licet non det virtutem Patri ad spirandum, illam tamen accipit, imò & actum spirationis à Patre, unde licet Pater non spiret, nisi simul spiret Filius, non tamen sequitur, quòd Filius sit propriè principium coadjuvans Patrem ad spirandum.

Ultimò arg., & est replica iterum contra superiora. In data hypothesi adhuc tenemur asserere, quòd remaneat Spiritus Sanctus, qui modo est, ergo ex vi proprietatis personalis non per se exigit ab utroque procedere, conf. tenet ex dictis; & ant. prob., quià inutilis esset superior quæstio tam vehementer agitata à Theologis, an realiter distingueretur à Filio, si ab illo non procederet. Esset enim de subjecto non supponente, ac proinde superfluum inquirere, an ab illo distinguatur si semel non remanet, ergo tenemur supponere, quòd remaneat idem, qui modo est, si velimus dare locum eidem quæstioni. Nam distincta proprietas personalis distinctum constitutivum, & distinctivum requirit.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. ant. Ad prob. annexam dicimus, quòd potissimùm ad hoc tendit præcedens quæstio, ut vidimus, ad investigandum, utrum in Divinis distinctio realis personarum inter se solum habeatur penès ordinem originis, sive per hoc, quòd una sit ab alia, & alia sit ab illa, ut plenè rejiciatur error Græcorum, qui aliàs supponunt, ut dictum est, hanc realem distinctionem inter illas. Sivè autem Spiritus S. in data hypothesi esset ejusdem proprietatis personalis, vel non, semper restaret videndum, per quid realiter essent distinguendi, Scoto asserente per solam oppositionem disparatam, quam supponit tunc etiam ad esse, Thomistis cum suo Angelico præceptore affirmantibus per solam originem, vel oppositionem relativam posse inter se Divinas personas realiter distingui, tunc fore realiter indistinctos, quo ut dictum est, faciliùs defenditur, & stabilitur veritas Catholica contra eosdem Græcos.

§. ULTIMUS.

Resolvuntur quædam quæsita.

Primò inquires, an Pater, & Filius dicantur unum principium Spiritus S. Resp. affirmativè cum D. Tho. hic art. 4., nec oppositum sinè gravi censura affirmari posset præsertim post Concilium Lugdunense, & Florent. Nam in illo, relato in cap. unico de Sum. Trinitat. lib.6. sic habetur. *Spiritus S. ex Patre, & Filio æternaliter non tanq. ex duobus principiis, sed tanq. ex uno principio, non duabus spirationibus, sed una spiratione procedit.* Idem statuitur in posteriori sess. ultima in literis Sanctæ unionis eisdem ferè verbis. *Spiritus S. suum esse subsistens habet ex Patre simul, & Filio, & ex utroq. æternaliter tanq. ab uno principio, & unica spiratione procedit.*

Nullius autem est momenti evasio Greg. Arimin. in 1. dist. 12. q. 1., & Duran. ibidem dist. 29. q. 2. scil. id non proferri absolutè, sed cum particula, *tanquam*, quasi diminuente, aut declarātē, nō ut innuerent absolutam unitatem principii, (cum sint potiùs duo,) sed ad declarandam unitatem virtutis spirativæ, sivè etiam spirationis, & termini spirati: §. Nam hujusmodi interpretatio destruit potiùs, quàm faveat menti, & declarationi utriusq. Concil. Siquidem ad hoc tendit utrumq., ut removeant obicem Græcorum, qui ideò à latinis se recessisse asserebant, quia dum isti dicerent ab utroq. procedere, putabant id asserere tanq. à duobus principiis, ergo dum Concilia oppositum determinant ad explicandam rectam intelligentiam Latinorum contra adversam Græcorum, non accipiunt ly tanq. diminutivè, quasi non excludant absolutè dualitatem principiorum. Prob. conseq. quià aliàs non plenè satisfacerent, nec sufficienter, ut patet, evacuarent oppositam istorum, sed magis eidem faverent.

Secundò, quià sicut dicunt tanq. ab uno principio ità pariter dicūt tanq. ab una, vel ab unica virtute spirationis, (loquuntur enim copulativè) sed ut appellat suprà virtu-

virtutem non tollit, nec diminuit absolutam illius unitatem, ergo neq. ut appellat supra principium, tollet, aut diminuet unitatem illius absolutam. Et ratio utriusq. est, quià hujusmodi particulæ non semper in Sac. Scriptura accipiendæ sunt in sensu grammaticali, & ad sonum vocis, sed juxtà subjectam materiam, & in sensu theologico, & conformi sanæ doctrinæ, & veritati fidei, in quo errare solent hæretici, & sæpè etiam alij domestici sistendo in cortice terminorum non penetrando ad medulam, nam aliàs in simili ad rem nostram, dum dicitur Jo. 1. *Vidimus gloriam ejus, quasi unigeniti à Patre*, deberet intelligi, quòd non est absolutè unigenitus à Patre, quod est alienum.

Tertiò. (& urg. præcedans) Ex eo virtus spirativa est una absolutè, & non plures in utroq., non obstante particula *tanquam*, quià nulla est oppositio in illa, & præsertim relativa, ut est in Patre, & Filio, sed nulla pariter est in ratione principii spirantis, ut reperitur in utroq., ergo hæc erit etiam absolutè una, & non plures.

Ex quo prob. primò efficaciter resolutio cum D. Tho. Pater, & Filius in omnibus unum sunt, in quibus inter eos non distinguit oppositio præsertim relativa juxta illud, *ego, & Pater* unum sumus, sed in ratione spiratoris, sivè principii spirantis nulla adest, & præsertim relativa, ergo absolutè sunt unum principium spirans Spiritum S.: §. Secundò (nec minùs efficaciter prob. ex eodem.) Nam ad multiplicationem nominis substantivi, (ut etiam vidimus suprà) contra positivè ad illam adjectivi, non solum requiritur multiplicatio suppositi, sed etiam formæ; (Hac enim ratione dicimus esse unum, non plures Deos, quià hoc nomen *Deus*, est nomen substantivum, & licet sint plura supposita in illo, est tamen una tantum natura, vel forma Deitatis. Sed pariter hoc nomen *principium* est nomen substantivum, ergo unum pariter erunt principium Pater, & Filius; & quidem absolutè contra prædictam explicationem, & non plura, sicut sunt unus Deus absolutè, & non plures. Undè D. Aug. lib. 5. de Trinit. c. 14. relatus à D. Tho. hìc in argum. *Sed contra*, inquit. *Sicut Pater, & Filius unus Deus, & ad creaturam relativè unus Dominus, sic relativè ad Spiritum S. unum principium*. Ob eandem scil. rationem D. Tho., quià tam nomen *Deus*, quàm *Dominus* sunt nomen substantivum, & una tantum utrobiq. est forma, scil. Deitas, & virtus creativa, licet sint plura supposita. Ex quo iterum impugnatur præfata interpretatio.

Adverto tamen ex D. Tho. hìc ad 7., quòd aliquod ex his nominibus apud SS. PP., non semper accipitur propriè, & in rigore pro substantivo, sed quandoq. etiam pro adjectivo, unde illud Hilarii, quòd Pater, & Filius sunt Autores Spiritus S., quasi sint duo in plurali, non unum principium. *Exponendum est* (inquit), *quòd ponitur substantivum pro adjectivo*. Itaut sensus illius sit, quòd sunt duo spirantes, seù producentes Spiritum S., qui sensus verissimus est, quià ly *spirans*, sumitur adjectivè: ad pluralitatem autem adjectivi sufficit pluralitas suppositorum, cum ergo sint plura supposita possunt Pater, & Filius verissimè dici in plurali, quòd sint spirantes Spiritum S.: §. An verò etiam dici possit, quòd sint duo spiratores. Respondet negativè his verbis. *Sed videtur meliùs dicendum, quòd quià spirans adjectivum est, spirator verò substantivum, possumus dicere, quòd Pater, & Filius sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositorum, non autem duo spiratores, propter unam spirationem. Nam adjectiva nomina habent numerum secundum supposita, substantiva verò à se ipsis secundum formam significatam*.

Obiicies tamen contra resolutionem. Nam dum dicimus Patrem, & Filium esse unum principium Spiritus S., aut per ly *Principium* denotatur formalis ratio producendi, aut suppositum producens, si primum, est locutio impropria; licet enim ratio formalis, una sit, scil. Divina voluntas, aut virtus spirativa, id tamen non sufficit, ut dicantur propriè unum principium, sed potiùs deberent dici habens, vel habentes unum principium, vel in illis esse unum principium, cum producere, & agere, non rationi agendi, & producendi, sed habenti illam tribuatur. Si secundum, est falsa propositio, cum sint duo supposita, non unum, ergo: §. Urg. hoc, quià ut patet ex dictis, & explicatur etiam infra. Spiritum S. à Patre, Filioq. procedere ut à duobus, non est per accidens, sicut creaturam procedere à tribus personis, sed per se illi convenit ex vi suæ proprietatis personalis, ergo propriè loquendo nequit verificari quòd sit ab illis ut uno principio, sed magis ut à duobus, aliàs non videtur subsistere talis ejus intrinseca exigentia concursus duorum, sed magis confundi, & in discrimen adduci.

Ad hoc patet ex dictis per ly *principium* denotari utrumq., sed non eodem modo, nam forma, vel ratio formalis, utpotè constitutiva nominis substantivi importatur principaliter, & veluti in recto; suppositum verò velut materialiter, unde licet ad pluralitatem illius sit etiam necessaria pluralitas illorum, forma tamen exigitur, ut formalis ratio constitutiva pluralitatis, unde sine illius multiplicatione nequit haberi pluralitas nominis substantini, licet ad illam, ut vidimus, adhuc requiratur altera suppositorum, ut conditio intrinseca, sine qua forma non constituit pluralitatem. Ad id vero, quod obiicitur contra primum, quòd esset locutio impropria: respondetur ex D.Th. hìc art.4., & infra q.39. art.3. ad 1., quòd quià hoc nomen *principium* significat virtutem spirativã, seù proprietatem spirandi per modum substantivi, cõvenientiùs, & magis propriè dicuntur unum principium, quàm habentes vel habens unum principium, nam habens illam dicitur adiectivè, ut inquit D. Thom. ad idem 2., qua ratione (concludit.) *Licet in Deo sint tres habentes Deitatem, non tamen sequitur, quòd sint tres Dii*: §. Ex his etiam sit satis ad confirm. Nã licet dicatur per se procedere ex illis, ut duobus in ratione suppositi, non tamen in ratione principii, cujus pluralitas, ut dictum est, sumitur à pluralitate formæ, ut à sui ratione formali constitutiva, non suppositi. Quod verò posset hìc obiici cõtra hujusmodi solutiones ex 3.p.scil. si una persona Divina assumeret plures humanitates, vel plures personæ eandem humanitatem, an dicendæ essent unus, vel plures homines simpliciter, jam in superioribus sufficienter dictum est, & ex professò ibidem examinatur q.3. ad art.6. & 7., Videri potest hìc Illustriss. de Marinis cap.1. ad finem.

Quæres secundò pro quo supponat hoc nomen *principium* Spiritus S., vel Spirator, an scil. pro aliquo individuo subsistente communi Patri, & Filio, constituto ex essentia, & spiratione activa; sicut hoc nomen Deus dicitur supponere pro individuo Deitatis communi tribus personis; an pro quo alio: §. Resp. ex D. Tho. hìc ad 4. supponere confusè, & indistinctè pro duabus personis simul, non pro aliquo individuo communi utriq. quòd persona non sit, sicut

cut supponere dicitur hoc nomen Deus. *Cum dicimus,* (inquit) *Pater, & Filius sunt unum principium; hoc quod dico principium, non habet determinatam suppositionem, imò confusam pro duabus personis simul.* Et ad 5. *Hoc quod dico principium non supponit pro una persona tantum, sed indistinctè pro duabus;* Et iterum ad 6. *Principium supponit confusè, & indistinctè pro duabus personis simul.*

Hanc doctrinam D. Th. non rectè aliqoi concipientes impognant ex eo, quòd non apparet aliquod signom exprimens hanc confusam suppositionem termini, seù vocis *principium*. Sed quamvis qnoad sonum, vel vocem, aot in rigore dialectico uon adsit tale signom; in ra tamen, & in sensu theologico negari oon potest, si omuia attendantur, quæ concurrunt ad rationem hujus principii, scil. unitas virtutis spirativæ, doalitas suppositorom, & convenientia ejusdẽ virtntis utriq. simul integrè, & perfectè communis, & cnilibet etiam divisim, quæ planè verificari non possunt, nisi supponat cõfusè, & indistiotè, ut ait D. Th:, & ut attentè consideranti coustare poterit. Unda existimo cum Mag. Serra hìc dub. onico, quòd hoc nomen principium supponat confusè, & distinctè ad hunc sensum, qobd de otraq. parte collectivè, & de qualibet divisim vetificatur asse principium Spiritus S. Cum eoim tota virtus spirativa sit perfectè, & integrè in Patre seorsum, & iu Filio seorsom, (utpotè indivisibilis,) in utroq. simol; de Patre est verum dicere, quòd est principium Spiritus S., juxta illud Jo. 15. v. 26. Spiritum, *qui à Patre procedit*, & idem de Filio juxta illud ad Galat. 4. *Spiritum Filii sui*, & de utroq. simul, juxtà utrumq. ralatum Concil. §. Hinc verò iufertur juxta D. Tho. hìc ad 4., non esse hanc concedendam: *Pater, & Filius sunt unum principium, quod est Pater*. Quià illud relativum, *quod*, restringit suppositiooam priucipii, eamq. determinat ad unam personam tantum, unde sicut dicit Aug. ibidem cap. 11. *Non potest dici Trinitas Pater, ità nec concedi prædicta prepositio, ut accipitur à D. Tho., nempè pro suppositione indeterminata. Cum enim dicimus* (inquit) *Pater, & Filius sunt unum principium, hoc quod dico,* principium, *non habet determinatam suppositionem, imò confusam pro duabus personis simul*. Posset autem concedi, si idem relativum *quod*, non acciperetor restrictivè, sed copolativè, (subdit laudatus Mag.) itaut æqoivaleret huic copulativæ: Pater, & Filius sunt unum priocipium Spiritus S., & illud est principium Pater; nam tunc non fit restrictio ad solam personam Patris, sed copulativè accipitur cum Filio juxtà naturam copulativæ, quæ exigit utramque sui partem veram, nec potest esse hæc posterior vera, nisi sumatur copulativà cum priori.

Obiicies primò contra resolutionem, Quià ex essentia, & spiratione passiva, (& idem est de aliis ralationibus) constituitur individuum quoddam in hac linea spirativa ex parte termini, sive Spiritus S., ergo poterit similiter constitui ex eadem asseotia, & spiratiooe activa ex parte principii producentis, scil. Patris, & Filii, pro qoo determinatè supponat, & non coofusè hoc uomen principium: §. Rasp. neg. cons., & disparitas sumitur ex dictis, quià spiratio activa supponit naturam Divinam jam oltimò terminatam paternitate, & filiatione, unde nequit immediatè illam terminare, sed advenit nostro modo intelligendi Patri, & Filio jam constitutis in rationa personæ, vel suppositi ax eadem essentia, & suis relationibus persoonalibus, cum illis immediatè conveniat quatenus supposita sunt, ac proindè nequit Divina natura sic oltimò terminata in Patre, & Filio per otramq. personalitatem, quæ reddunt eam in illis omniob incommunicabilem, & subsistenter in terminabilem, ulteriùs terminari par alium modum, aot relationem constitoentem individuum per sa subsistens. At verò spiratio passiva terminat oaturam immediatè, undè atiam constituit personam, & non solum individuum sobsistens, nec multiplicat aliquod qoaternarium sobsistens intrà lineam relativam, vel personalem, sicut multiplicaret activa, si semel constitueret tale individuum subsistens distioctum à Patre, & Filio, ut per se patet, qood tamen est alienom Diviuis.

Obiicies 2., & potest esse replica. Pater non constituitur in ratione spiratotis, vel principii Spiritus S. per paternitatem, nec similitar Filius per filiationem, sed per spirationem, seù vim activam spirativam, ergo spirator, vel principium Spiritus S. supponit pro individuo quodam illis communi constituto ex essentia, & spiratione activa, & non immediatè pro duabus personis. Ant. coostat, quià per patarnitatam, & filiationem constituuntur in ratione generantis, & geniti, ut ad invicam sunt: §. Ad hoc nag. cons., & suppositom illius, quòd spiratio activa possit constiruere tale individoum subsistens distioctum à personis jam constitotis per paternitatem, & filiationem, unde licet verum sit quòd in rationa spiratoris, vel principii Spiritus S. constituantur per spirationem, quæ est ralatio, quã significat hoc nomeo *principium*, ot hìc iu corp., & ad 1., & ad 7. docet D. Tho., & hinc etiam sequatur hoc idem nomen *principium*, Spiritus S., vel spirator non supponere pro personis Patris, & Filii absolutè sumptis, sed ut in eis est integrè, & perfectè virtus spirativa, non tamen licet inferre, quòd supponat, aut supponare possit pro distincto individuo ab illis, quià ut dictũ est, cũ supponat personas ntrinsq. jam cõstitotas, constituere, neqoit ac moltiplicare intra hanc lioeã salvo numero individuorũ subsistentium joxtà exigentiam mysterii, quod qoartum oon admittit intra personalem: §. Tum quià licèt hoc nomeo principium spirandi, siva spirator dicat, *ut quo*, virtutem spirativam; ut *quod* tamen dicit persooam Patris, & Filii, exigitq. ex propriis, sivè ax intriosecis ipsius virtutis spirativæ tanq. conditionam, diversitatem personarum Patris, & Filii, & ità spirator, sivè principium spiraudi non potest dicere unam personam, sed dicit, & supponit pro duabus ac proinde supponera nequit pro individuo spiratora ut distincto à personis, sed pro utraq. Patris, & Filii, quæ sicut sunt immediatum principium *quod* intelligendi, ita & amandi, quod nequit uni soli individoo immediatè competare, sed solum Patri, & Filio unitis in unica proprietate spirationis, ex qua habent quòd sint unus nomero spirator, sivè unum principium Spiritus S., & non propter unitatem alicujus sobsistentiæ, val suppositi, aut individui importati per hoc noman, spirator, aut principium Spiritus S., si quidem de ratione hujus nominis, ut dictũ est, sicut est importare unicã proprietatem, ut ratiooem formalem, ità est importare diversitatem suppositorum, ut conditionem intriusecam requisitã,

Restat tamen adhuc difficoltas, quare hìc Deus, ut communis Patri, & Filio sit individuum subsistens in natura Divina, & hìc numero spiraror dici nequeat onum individuũ subsistcos in virtute spirativa: §. Et videtur etiam hanc difficultatem orgera D. Tho. in 1. dist. 29. ad Annibal. q. unica ad 2. ubi inquit. *Quòd sicut Divinitas in Divinis non est nisi subsistens, & tamen*

una Deitas eſt Patris, & Filii, qui ſunt duo ſubſiſtentes ex alia ratione diſtincti, ſimiliter & de communi ſpiratione oportet intelligi. In quibus videtur ntrobiq. admittere individuum ſubſiſtens diſtinctum ab utreqne perſona, nempe ſicut in linea Divinitatis, vel Deitatis, aut naturæ Divinæ, utriqne communi, ità & in linea ſpirativa, ſeù virtutis ſpirativæ illis paritet communis, ſi de hac, ut ait, oportet ſimiliter iotelligi. Unde ſit ergomeotum. Ideò hic Deus eſt uoum individuum ſobſiſtens in Deitate pro priori ad ſubſiſtentias relativas, quià eſt nne numero natura per ſe exiſtans per modum ſubſtantiæ, ſed etiam eſt una virtus ſpirandi, & nue ralatio per modum ſubſtantiæ, ergo hìc etiam ſpirator eſt individuum ſubſiſtens.

Reſp. tamen tum ex proximè dictis, tum ex ſuperioribus, quòd cum Divioa natura, utpotè radix communis omniom Divinorum exiget in propria lines eſſe ſummè perfecta, debet omninò terminari immediatè per ſubſiſtentiam, & exiſtentiam pro priori ad omnia perſonalia, val ralativa, undè optimè poteſt prout ſic conſtituere individuum ſubſiſtens communa, ſine multiplicatione individuorum ſubſiſtentium intra hanc poſteriorem lineam, quæ ut dictum eſt, nequit edmittere quertum, quod perſona non ſit, ſicut eſt hìc Deus; cæterum virtus ſpirativa, ut proximè dicebamus, advenit perſonis jam conſtitutis, ac proindè ſupponit naturam ulteriùs interminabilem, & incommunicabilem, unde non eſt ampliùs capax per ulteriurem terminationem alicujus modi, vel relationis in eiſdem perſonis ſic jam conſtitutis conſtituere quertum individuumſubſiſtens utriq. commune; cum neq. hæc lines dicat perfectionem.

Aliis vetbis id explicant alii, cum quibus laudatus de Mariuis, ſcil. quòd cum natura Divina præintellecta relationibus ſignificetur per modum naturæ, & non per modū proprietatis, ex ſuo conceptu importet ipsū eſse Divinum, ut per ſe exiſtens, ac io ſe, & non in alio, uode ex vi conceptus ejus formalis importatur ſubſiſtentia, quentum ad muous exiſtendi per ſe, vel perſeitate indepeodentiæ ab alio. Cæterum ſpiratio active ſignificatur per modum proprietatis, & quamvis identicè ſubſiſtet ſubſiſtentia abſoluta, ſive eſſentiæ ſecundum quam rationem ſortitur, quòd ſit una numero in Patre, & Filio abſquà ulla diſtinctione, etiam virtuali, (quod bene uota ad ſolvendum plures objecti uoculas, quæ poſſent fieri,) non proinde in ſuo conceptu formali dicit ſobſiſtentiam, quià non explicat naturam, & eſſe Divinum ſub ratione eſſendi abſolutè, & per ſe, ſed ſub ratione proprietatis perſonalis ad modum aliorum attributorum, v. g. eſſe juſtum &c. quod non dicit iodividuum diſtinctum ſubſiſtens, licet ſit ſubſtentia, & ſubſiſtens identicè, unde non poteſt per ſe formaliter conſtituere ſubſiſtens.

Et licet ſit ita ſubſiſtens identicè ſubſiſtentia abſoluta, non temen id ſufficit ad conſtitnandum individuum ſubſiſtens diſtinctum à Patre, & Filio iotra hanc ſuam lineam relativam, quià ad hoc erat neceſſarium importare ſubſiſtentiam de hac linea. (hæc enim requiritur ad ſpirandum, ut *quod*, ſivè intra eandem lineam) Tum quiè ut dictum eſt, nec abſolutam importat ex propriis, ſive in ſuo conceptu formali, ſed tantum prout dicit proprietatem, ſivè formalem rationem ſpirandi, & de materiali utramq. ſubſiſtentiam relativam Patris, & Filii, quibus ipſa relativè ſubſiſtit, quæ ſunt unum principium *quod* ſpirandi. Et ſic omnia conſonant in tam ſublimi myſterio ſine ulla offenſione, vel confuſione illius per additionem quarti individui relativè, vel perſoualiter ſobſiſtentis à tribus aliis intra hanc lineam ſubſiſtentibus.

Huic verò non opponitur ibidem D. Th., ſed tantum vult, (ut patet in fine corp.,) quòd ſicut eſſentiæ Divinæ ſubſiſtentia abſoluta, & communis omnibus perſonis eſt una numero, & indiviſibilis in illis, ita virtus ſpirativa identicè ſubſiſtens eadem ſubſiſtentia abſoluta ſit una pariter, & indiviſibilis in Patre, & Filio, non tamen quòd in ordine ad conſtituendum individuum ſubſiſtens intrà lineam relativam, vel perſonalem eodem modo ſe habeat, ſicut eſſentia in linea abſoluta ob diſcrimen aſſignatum.

Quæres 3. An Pater, & Filius dicantur propriè ſe diligere Spiritu S.: 5. Reſp. affirmativè cum D. Th. hic q. 37. ar. 2. ſumpto ly *diligere*, non eſſentialiter, (ſic enim diligunt ſe eſſentia ſua) ſed notionaliter. Hujus propoſitionis, vel loquutionis, (quæ ſumpta eſt ex D. Aug. lib. 6. de Trinit. c. 5., & lib. 15. c. 7.) relatis variis aliorum opinionibus, rationem aſſignat D. Tho., quià nempe inquit. *Contingit aliquid denominari per id, quod ab ipſo procedit, non ſolum ſicut agens actione, ſed etiam ſicut ipſo termino actionis, qui effectus in intellectu actionis includitur*. Explicat hoc exemplo arboris, quæ non ſolum dicitur florere floritione (quæ eſt ipſa actio emiſſiva florum,) ſed etiam floribus, quià nempe flores clauduntur in conceptu actionis floritivæ ſignificatæ hoc nomine, ſeù verbo *floreo*, & ſic de aliis ſimilibus. Cum ergo Spiritus S. clauditur in conceptu ſuæ productionis ſignificatæ per hoc nomen *diligere* notionaliter ſumptum, quod eſt idem, ac ſpirare, ideò rectè dicitur, quod Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu S.

Hinc tamen non inferas, quòd ſicut de illis dicimus, quòd diligunt ſe Spiritu S. ità etiam dici poterit, quòd ſpirent Spiritu S. quià ut ſubtiliter advertit D. Th. ad 2. eſt diſcrimen inter utrumque verbum, quòd dum dico. *Spirat* (& idem eſt de verbo *generat* reſpectu Filii) *importatur actus notionalis tantum. At dilectio notionalis non ſolum importat productionem Divinæ perſonæ, ſed etiam perſonam productam per modum amoris, qui dicit habitudinem ad rem dilectam*, ut dicit ad 3. *Unde ſicut non dicimus, quòd arbor producit florem flore, ſed productione floris*, (ut inquit ad idem 2.) *ità nec poſſumus dicere, quòd Pater ſpirat Spiritu S., vel generat Filio*, quià ſcil. in his importatur actio notionalis tantum, *Poſſumus autem dicere* (ſubdit) *quòd Pater dicit verbo tanq. perſona procedente, & dicit dictione tanquam actu notionali*. Quià dicere importat determinatam perſonam procedentem, cum dicere ſit producere verbum. *Et ſimiliter diligere* (concludit) *prout notionaliter ſumitur eſt producere amorem. Et ideò poteſt dici, quòd Pater diligit Filium Spiritu S., tanquam perſona procedente, & ipſa dilectione, tanq. actu notionali*. Quæ omnia conſonant ad explicationem, & confirmationem noſtri aſſerti.

Quàmvis verò iſtud ſit commune apud Theologos, nihilominùs aliqui dubitant, an in ſenſu proprio, admittendum ſit, exiſtimantes non poſſe in proprietate concedi ſumpto fundamento ex Aug. lib. 1. retract. c. 26., ubi retractat hanc propoſitionem. *Pater eſt ſapiens Verbo, ſeù ſapientia genita*, tanq. falſam, ergo hæc pariter erit falſa; *Pater diligit ſe Spiritu S. vel Pater, & Filius diligunt ſe Spiritu S.*

Sed hanc objectionem præoccupavit D. Tho. hic ad 1. dicens. *Quòd eſſe ſapientem, & intelligentem in Divinis non ſumitur niſi eſſentialiter, & ideò non poteſt dici, quòd Pater ſit ſapiens, vel intelligens Filio. Sed diligere*

ſumi-

sumitur non solum essentialiter, sed etiam notionaliter, & secundum hoc possumus dicere, quòd Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto, ut dictum est, scil. in corp. art. Ad quod, & totam hanc solutionem pleniùs percipiendam notandum valdè est discrimen, quod adducit ar. 1. præcedenti in corp. intar intellectum, & utriusq. processionem, nempe quòd ex parte intellectus habemus vocabula adinventa ad significandam intellectionem essentialem, & notionalem. Unde intelligere solū accipitur essentialiter, dicere verò solum notionaliter. Ex parte autem voluntatis, præter diligere, & amare, quæ importaut habitudinem amantis ad rem amatam non sunt aliqua vocabula imposita, quæ importent habitudinem impressionis, vel affectionis rei amatæ, quæ provenit in amante ex hoc quòd amat, ad suum principium, aut è converso, & ideò propter vocabulorum inopiam hujusmodi habitudines significamus vocabulis amoris, & dilectionis. Ita D. Tho.

Ex quibus patet clara disparitas prædictæ ejus solutionis. Nam cum esse sapientem, & intelligentem non possit accipi nisi essentialiter, nequit dici, quòd Pater sit sapiens sapientia genita, quià autem ob penuriam nominum, diligere utroq., modo accipitur, ac proinde in intellectu ejus notionaliter sumpti clauditur terminus productus, sive Spiritus S. rectè dicitur, quòd Pater, & Filius diligunt se Spiritu Sancto, scil. sumpto diligere notionaliter. Unde in prædicationibus horum vocabulorum similiter discurrendum est, sicut iterum interà D. Tho. q. 39. ar. 3. discurrit de aliis, quæ possunt pluribus modis accipi, vel uno tantum, v. g. Quia hoc nomen Deus tam apud Latinos, quàm apud Græcos solum significat Divinam essentiam substantivè, nullo modo possumus illud enunciare pluraliter in Divinis. *Quià* (ut ait Gregor. Naziauf. tract. de fide) *unitas Maiestatis plurium vocabula Dei prohibet, appellari*. Ea verò, quæ utroq. modo posunt significare illam, scil. substantivè, & adjectivè, ut sunt Omnipotens, & alia hujusmodi, si sumantur adjectivè pluraliter dicuntur de tribus personis, juxta illud Concil. Latar. *Cap. Firmiter* de Sum. Triuit., & fide Catholica. *Pater generans, Filius nascens, & Spiritus S. procedens, consubstantiales, & coæquales, & coaterni &c.* Si verò substantivè, singulariter de illis prædicantur, & non pluraliter juxta illud Athan. *Non tres aterni, sed unus aternus. Non tres Omnipotentes, sed unus Omnipotens.* Et pro istorum nominum pluralitate, vel singularitate statuit ibidem illam regulam, quam supra insinuavimus; nempè, quòd *singularitas, vel pluralitas nominis substantivi attenditur secundum formam significatam per nomen*. In adjectivis verò secundum supposita, modo superiùs explicato.

Quibus obiter ad pleniorem intelligentiam addi potest, quòd si in prima regula sermo sit de nominibus substantivis abstractis ad eorum unitatem, vel pluralitatem dicitur sufficere unitas, vel pluralitas formæ significatæ, sicut & in adjectivis, unitas, vel pluralitas suppositi. Si verò de nominibus substantivis concretis, requiritur ad eorum pluralitatem utraq. pluralitas, altera ut dictum est, scil. formæ, ut ratio formalis constitutiva pluralitatis; altera verò suppositorum, ut conditio intrinseca. Ad unitatem verò eorū sufficit unitas formę, & nō requiritur unitas suppositi, aliàs tres Divinæ personæ, non possent dici unus Deus, quod est contra fidē; nec si tres assumerent unam humanitatē, essent unus homo, quod est contra D. Th. q. illa 3. 3. p. ar. 6. ad 1. Et ratio est, quià ut aliqua sint unū sub aliqua ratione satis est, ut sub illa ratione uniantur. Ut autem sint plura requiritur, ut absolutè, & simpliciter dividantur. Ut enim multi homines sint plura collegia, exercitus, aut populi, absolutè, & simpliciter oportet esse divisos: ut tamen sint unum collegium, exercitus, aut populus, non requiritur, quòd absolutè, & simpliciter fiut indivisi, sed satis est, ut sub ratione collegii, exercitus, & populi uniantur.

DISPUTATIO ULTIMA.

De constitutivo Divinarum Personarum.

Unum principaliter inquirimus, quod exprimit titulus, additis aliis deinde, de quibus agit D. Tho. in his ultimis art. ad q. 43., qua claudit hūc tractatum, aliqua resolvendo ibidem circa earū missionem.

QUÆSTIO UNICA.

Per quas proprietates constituantur, & distinguantur Persona Divinæ.

Supponimus primò ex dictis admittendas esse in Deo proprietates ultimò constitutivas, & distinctivas, ut etiam exprimit relatum supra Concil. Lateranen. cap. *Firmiter* de sum. Triuit. illis verbis. *Hac Sancta Trinitas secundum communem essentiam individa, & secundū proprietates personales discreta.* Et illis pariter utitur Ecclesia in præfatione Trinitatis, *Ut in personis proprietas, & in majestate adoretur aqualitas*. Et rationem tradit D. Thom. hic q. 40. ar. 2. *Quià in quibuscunq. pluribus* (inquit) *invenitur aliquid commune, oportet quarere aliquid distinctivum, unde cum tres persona conveniant secundum essentia unitatem necesse est quarere aliquid, quo distinguantur ad hoc, quòd plures sint.* Et hoc constitutivum, & distinctivum appellatur proprietas, de quo est præsens difficultas, an scil. sit aliquid absolutum, vel relativum & supposito, quod sit aliquid relativum, ut dicemus, cum duo de hac linea inveniantur in illis, secundum quæ differunt, scil. origo, & relatio, quæ licet in re non differant, differunt tamen secundum modum significandi, an convenientiùs secundum modum nostrum constituantur, & distinguantur per istud relativum sub conceptu originis, an potiùs sub illo relationis. Suppono secundò ne fiat æquivocatio, non semper idem

idem constitutivum personæ, & distinctivum, vel non semper dici mutuò, & convertibiliter, ut etiam patet ex dictis, nam spiratio activa est distinctiva Patris, & Filii à Spiritu S., nec tamen est constitutiva personæ, sed supponit constitutam. Similiter Filiatio, (& idem est de Paternitate) est constitutiva personæ Filii, & tamen prout sic, sivè ex propria ratione formali, ut dictum est, distinguit illam à Spiritu S. Nihilominùs semper id verificari, quòd omne constitutivum realiter personæ in ratione personæ, eam primò distinguit ab alia in Divinis, quamvis non ab omnibus, sivè non ab omni alia, à qua non primò, sed secundariò distinguitur, unde licet eadem filiatio constitutiva Filii nō habeat prout sic distinguere illum à Spiritu S., cum prout sic illi non opponatur, eundē tamen distinguit à Patre, à quo primariò distinguitur; & in hoc sensu constitutivū dicitur semper distinctivū, & è contrà, scil. respectu illius, à quo constitutum primariò distinguitur. Difficultas ergo est de primario distinctivo personarum, sivè de illo, ante quod non præhabetur persona constituta, unde primò distinguere personam non potest non esse illam primò constituere: §. Ex quibus infertur dupliciter aliquid distingui per aliud, uno modo, quòd ante illud res supponetur esse, sicut aqua distinguitur per divisionem, non tamen habet constitui per illam, quià totum esse aquæ præhabetur ante divisionem, ut dictum est etiam de Patre, & Filio, quòd distinguuntur à Spiritu S. per spirationem, nō tamen cōstituuntur per illam, sed supponuntur ante illam jam constituti. Et sicut rationale, quod distinguit animal, non tamen constituit illud, quià illud supponit; sed constituit hominem, quem non præsupponit, sed primò facit.

His præsuppositis Jo: de Ripa, quem citat Scotus in 1. dist. 26. q. unica §. tertia opinio sustinet personas Divinas constitui per quosdam modos absolutos, quam opinionem idem Scotus judicat probabilem, & absolutè eam sequitur Lichetus, & Linconiensis relati à Granados hic tract. 12. disp. 13. §. Opposita tamen sententia, quòd distinguantur, & constituantur per proprietates relativas, non per absolutas, est communis sententia Theologorum; licèt sit aliquod discrimen, ut insinuavimus, an secundum nostrum modum concipiendi, debeant constitui, & distingui per illas sub munere originis potiùs, quàm sub illo relationis; de quo infrà.

§. I.

Statuitur conclusio ex auctoritate.

Personæ Divinæ non constituuntur, nec distinguuntur per proprietates absolutas, sed relativas. Sumitur primò ex Divinis Scripturis, in quibus volens Spiritu S. dare nobis, sivè Ecclesiæ explicitam notitiam Trinitatis, exprimit illius personas per nomina significantia proprietates relativas non absolutas, ut patet Math. ult. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Et 1. Jo: ult. Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S., ergo signū est quòd per istas constituuntur, & distinguuntur non per absolutas. Prob. conf. quià nomina formaliter significantia propria constitutiva, & distinctiva sunt magis apta, ad causandam explicitam, & majorem notitiam Trinitatis, quàm alia solum exprimentia rationes formales supponentes personas jam constitutas, & distinctas, & solum à posteriori notificantes illas; & aliunde etiam homines faciliùs, & meliùs caperent Divinas personas, ut constitutas per proprietates absolutas, quàm relativas, cum in creatoris, ad quorum instar cognoscunt Divina, personæ constituentur per absoluta, ergo si nihilominùs voluit Deus dare nobis explicitam notitiam Divinarum personarum per nomina formaliter exprimentia proprietates relativas, non absolutas, signum est illas esse proprium constitutivum, & distinctivum illarū; aliàs fuisset magis expediens tradere illam per nomina exprimentia proprietates absolutas, utpotè faciliùs conducentia ad causandam talem notitiam.

Urg. hoc ex alibi etiam tradita doctrina, quæ videtur in similibus satis urgere. Nam de facto Deus volens nos explicitè instruere, vel tradere præfatā explicitā notitiā tā sublimis mysterii usus est nominibus exprimentibus proprietates relativas, non absolutas, ergo tenemur asserere, quòd illæ, & non istæ sint constitutivæ, & distinctivæ personarum. Prob. cons. quià si istæ pertinerent ad constitutionem, & distinctionem earum, videretur non solum minùs aptè, sed etiam diminutè, & insufficienter nos instruxisse de eodem mysterio, sed hoc est alienum ergo. Prob. ma. Nam in his, quæ pertinent ad mysteria fidei, sivè ut cognoscenda, sivè ut credenda, sive ut agenda, si alterum exprimitur, alterum non, dicimus illud non pertinere juxtà subjectā materiā, scil. necessariò, vel probabiliùs, ad illā, quià aliàs insufficienter, vel diminutè instrueremur de illis præsertim, quando ex professò agitur de eisdem, ergo si Divina Scriptura volens tradere nobis exactam notitiam de mysterio Trinitatis utitur nominibus exprimentibus proprietates relativas non absolutas, tenemur asserere, quòd illæ, & non istæ pertineant ad conceptum constitutivum, & distinctivum earum, alias viderentur deficere, vel diminutè, aut insufficienter tradere nobis hanc illius exactam notitiam.

Expl., & urg. hoc in aliis similibus. Quià, ut alibi efficaciter arguimus cum D. Tho. 3. p. q. 84. ar. 4. & communiter etiam arguunt Theologi impositionem manuum Sacerdotis non pertinere ad Sacramentum pœnitentiæ, vel constitutionem ejus, quià Christus exprimens, & conferens potestatem solvendi, & remittendi peccata, mentionem non fecit de eadem impositione, nec similiter utcumq. Concil. Florent. & Trident. exprofessò enumerantia, requisita ad illud, mentionē non fecerunt de illa: §. Similiter quià hoc posteriùs sess. 14. cap. 4. ex professò instruens fideles de necessariò requisitis ad valorē ejusdē Sacramenti, mentionem non facit de amore, quē aliqui juniores stricti rigoris ut vocant, vel contritionistas contendunt; frequentiùs, & ferè communiter inferunt cæteri Theologi, non esse necessarium, vel non necessariò pertinere ad illud, sed sufficere dolorem, vel attritionē ex metu gehennæ, vel alio inferiori motivo cōceptam, ac proinde non esse necessariam contritionem ex amore charitativo Dei super omnia dilecti, sed sufficere priorem contritionem, seu attritionem, quià aliàs videremur in his insufficienter instrui; ergo proportionabiliter in casu, si sacra Scriptura, vel Spiritus S., in illis ex professò nos instruens, seu dans nobis notitiam necessariam Divinarum personarum utitur vocibus significantibus proprietates relativas, & non absolutas, tenemur asserere, quòd illæ, & non istæ pertineant ad earum proprium conceptum constitutivum, & distinctivum, aliàs viderentur insufficienter, vel diminutè loqui. Secundò prob. ex aliis auto-

autoritatibus. Nam in Concil. Tolet. 11. sess. 2. in confessione fidei sic habetur. *In relativis personarum nominibus Pater ad Filium, & Filius ad Patrem, & Spiritus S. ad utrosq. refertur, quæ cum relativè tres personæ dicantur, una tamen natura per substantiam creditur*. Et post pauca. *In hoc solum numerum insinuant, quòd ad invicem sunt, & in hoc solo numero carent, quòd ad se sunt*. In quibus non solum fit personarum expressio sicut in Scriptura, per nomina significantia relationes, sed insinuatur etiam ratio, ob quam per illos constitui debeant: quià nempè in eo constitui debent, in quo multiplicantur, sed juxtà Concilium solum multiplicantur per relationes, ergo solum per istas constituendæ sunt.

Idē habetur in Conc. Flor. sess. ult. in litt. S. unionis, ubi sic definitur. *Quoniam Pater omnia, quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem &c.* Ergo hoc est, quod est esse Patrem, (quod est aliquid relativum) est constitutivum, & distinctivum Personæ Patris. Prob. cons. Quià Pater non dedit Filio suum constitutivum, & distinctivum, aliàs esset simul Filius, & Pater, ergo si juxtà Concil. omnia dedit illi præter esse Patrem, hoc erit ejus constitutivum, & distinctivum, sive id, quo habet esse Patrem, sivè quo constituitur in esse Patris: unde Jo: Theologus in eodem sic habuit. *Substantia cum personis communicat: proprietates verò nequaquam sunt communicabiles, quod quidem ex relationis vi creditur evenire*. Ex quibus sic arg. Ratio incommunicabilis personam constituit, & distinguit, sed quòd proprietates personarum sint inter se incommunicabiles oritur ex vi relationis, ut ad mentem Concil. inquit laudatus Theologus, ergo constitutivum, & distinctivum oriri debet ex vi solius relationis: §. Similiter in eodem Concil. in oratione pro unione cap. 6. Patriarcha Bessarion postquam præmisit identitatem inter origines, & relationes sic inquit. *Ideò utroq. quidem modo distinguuntur Divinæ personæ, propriùs tamen, & principaliter secundum modum intelligendi per relationes, per quas etiam constituuntur Divinæ personæ*. Quibus non solum habetur, quòd constituantur, & distinguantur per aliquid relativum, sed etiam quòd per illud sub munere relationis potiùs, quàm originis: de quo tamen infrà.

Tertiò prob. ex PP. Nam Boetius lib. de Trinit. relatus à D. Tho. hìc in arg. Sed contrà inquit: quòd sola relatio multiplicat Trinitatem Divinarum personarum: Constat autem ex dictis, quòd sola proprietas cōstitutiva personæ multiplicat illas. §. Anselmus: *In Divinis omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio*. Cyril. Alexand. lib. 2. Thesauri cap. 3. *Cum simplex natura Deitatis sit, nunquam in plures personas distingueretur, nisi quædam inveniretur differentia non secundum essentiam, sed secundum relationem*. Non immoror in aliis referendis, quià videntur omnes in hoc ipsum convenire.

Dices ex Vasquez in hoc quidem convenire, quòd per aliquid relativum differant, vel distinguantur, non tamen quòd per idem relativum constituantur in ratione personæ: §. Sed contra hoc est. Tum quià aliquæ in primis ex adductis autoritatibus non solum indicant distinctionem, sed etiam constitutionem, ut patet primò in Concil. Florentino ratione, & cap. 6. relatis ex verbis illis Bassarion. *Priùs tamen, & principaliter distinguuntur per relationes, per quas etiam constituuntur Divinæ personæ*. Iterum in eodem sess. 18. citat ex illis Joannis. *Sola relatio apud omnes multiplicat personas. Certum est autem, ut vidimus rationem illam constituere, quæ habet multiplicare illas. Expressiùs etiam in Tolet. dum ait; Hoc solo numerum insinuant, quòd ad invicem sunt, & in hoc numero carent, quòd in se sunt*. Sicut ergo sola relatio facit numerum personarum, sola illa erit constitutiva illarum. Idq. etiam apertè habetur in aliis adductis ex cit. PP.

Tum quià omnes ejusmodi authoritates ad solam relationē recurrunt tanquam ad earum distinctivum, & nullum aliud assignant, ergo tenemur asserere, quòd illam solam velint etiam, ut constitutivum. Prob. cons. Tum quià aliàs ut proximè dicebamus, insufficienter, & diminutè viderentur instruere nos de notitia tam necessaria mysterii adeò acriter impugnati, & ad finem mundi ab hæreticis impugnandi, ut alibi insinuat D. Tho. §. Tum quià quotiescunq. una res per unum distinguitur, & per aliud constituitur in se, toties oportet ponere duo distinctiva, ut insinuatum est, alterum primarium, & intrinsecum, vel constitutivum, alterum veluti secundarium, & supponens illam jam in se constitutam ut patet in exemplis adductis, ut in animali, quod distinguitur per rationale, & irrationale, sed non constituitur per illa, sed supponitur constitutum per sensibilitatem tanq. per primarium, & intrinsecum distinctivum à vivente non sensibili, & sic de aliis &c. Sed Concilia, & PP. solum assignant unum distinctivum, illudq. dicunt esse quid relativum, sivè solam relationam, ergo hanc solam agnoscunt tanq. constitutivum Divinarum personarum. Quod & ampliùs constabit.

§. II.

Ratione probatur Conclusio.

ID. In Divinis id est formalis ratio constituendi, & distinguendi personas, quod est formalis ratio opponendi præsertim relativè, sed absolutum nequit esse formalis ratio opponendi relativè, sed solum relativū, ut patet, cum absolutum sit ad se, non ad aliud, ergo solum relativum erit constitutivum, & distinctivum. ma: patet ex eisdem authoritatibus, dum asserunt per hoc solum multiplicari, quòd adinvicem sunt, vel per solam relationem, quod idem est, ac per solam oppositionem præsertim relativam, ergo id est formale constitutivum, & distinctivum earum, quod est formalis ratio opponendi relativè.

Expl., & arg. hoc ex superiori illa doctrina qu. 7. de pot. ar. 8. ad 4. quā etiam clariùs ad rem nostram tradit in 1. dist. 26. q. 2. ar. 2. ubi radicitùs ostendit nō posse in divinis assignari aliud distinctivū, ac proindè nec constitutivum Divinarum personarum nisi de linea relativa, aut per viam oppositionis de hac linea. Inquit ergo hoc posteriori loco. *Ideo dicimus, quòd nihil aliud est principium Distinctionis in divinis nisi relatio. Cuius ratio est, quià omnis distinctio rei, vel divisio est vel per quantitatem, vel per formam secundum Philos. 5. Metaph. Secundum quantitatem, vel materiam divisio in Divinis non est, cum non sit ibi quantitas, & materia. Omnis autem distinctionis formalis principium est aliqua oppositio, ut largo modo sumatur oppositio, secundum quòd etiam imperfectum, & perfectum opponuntur, inquantum in uno est negatio, vel privatio alterius. In omnibus autem oppositionibus alterum est, ut perfectum, alterum ut imperfectum præter relationem, quod patet per se in affirmatione, & negatione, & privatione, & habitu. Patet etiam in contra-*

rietate

rietati, qua secundum Philos. Phy. 1. semper alterum contrariorū est sicut nobilius, & alterum, sicut vilius. Et sicut privatio ut album, & nigrum, frigidum, & calidum, & hujusmodi omnia. Et ideò nulla talis distinctio potest esse in divinis, ubi est omnimoda perfectio. In relativis autem neutrum est sicut privatio alterius, vel defectum aliquem importans. Cujus ratio est, quia in relativis non est oppositio secundum id, quod relativum in aliquo est, sed secundum illud quod ad aliud dicitur. Unde quamvis una relatio habeat annexam negationem alterius relationis in eodem supposito, non tamen ista negatio importat aliquem defectum, quia defectus non est, nisi secundum aliquid, quod in aliquo natū est esse; cum enim id, quod habet oppositionem relativam ad ipsum secundum rationem oppositionis non ponat aliquid, sed ad aliquid, non sequitur imperfectio, vel defectus. Et ideò sola talis oppositio competit distinctioni personarum. Ita D. Thom.

Ex quibus fit iterum argum. Per id personæ Divinæ constituuntur, per quod primò distinguuntur, sed solum per aliquid relativum, sive per solam relationem possunt distingui, ergo per hanc solam, vel per aliquid relativum constitui debent. Ma. patet ex dictis, & inductivè in omni ente, & in omni specie entis, cum enim constitutivum cujuslibet rei sit ejus conceptus definitivus, nihil esse potest magis proprium, & peculiare ejus, quàm illud. ac proinde quod sit magis propriè, aut per priùs distinctivum: mi: autem prob. ex prædicta doctrina D. Thom. nam omnis distinctio oritur necessariò ratione alicujus oppositionis, largè sumpta oppositione prout perfectum dicitur oppoi imperfecto, sed in Deo solum oppositio relativa potest reperiri, ergo per istam solum possunt distingui personæ, consequenter constitui. Prob. mi. Quia in omni alia, ut ostendit D. Tho. alterum extremum est imperfectius, alio sola relativa excepta, nam opposita relativè, ut ait Div. Thom. non sunt talia secundum quòd aliquid sunt, sed secundum quòd sunt ad aliquid, & prout sic non dicunt perfectionem, sed purum respectum ad terminum, ac proinde nullum importat defectum in perfectione.

Dices hanc rationem solum militare posse in relativè oppositis in creatis, non in Deo, quià relationes Divinę nō distinguunt personas præcisè, ut ad aliquid sūt, sed etiam ut in se aliquid sunt, cum eo modo distinguāt quo constituunt, constituunt autem non solum ut ad aliquid sunt, sed etiam ut in se aliquid sunt, cum persona ad se dicatur, & non solum ad aliam referatur, utpotè subsistens non solum relativè, sed etiam absolutè, ut dictum est. Tum quià, ut dicit D. Tho. hic art. 2. Relatio constituit personam non ut origo, sed ut relatio, quià relatio significatur ut forma intrinseca, non verò origo, ac proindè relatio ibi verè constituit secundum quod est aliquid, non verò ut ad aliquid significatur, nam prout sic non significatur ut forma, sed ut via, & fluxus ad terminum productum, & solum priori modo concipitur, & significatur, ut forma, scil. ut relatio est, ac proindè etiam in tali oppositione poterit importari defectus alterius.

Sed contra hoc est. Nam licet relatio Divina dicatur distinguere etiam ut aliquid est, non tamen de linea absoluta, cum qua identificatur, & communiter convenit in illa cum omnibus Divinis, sed tantum de linea relativa, sed prout sic, ut rectè probat D. Tho., nullum importat defectum alterius quoad perfectionem, ergo sola hæc linea potest distinguere, & constituere personam in Divinis, quod est præcipuum intentum rationis illius; unde ly *ad aliquid* non est præcisè accipiendum contrapositivè ad omne *aliquid*, seù de linea absoluta, sed relativa: sic enim rectè concluditur ex vi ejusdem rationis recurrendum omninò esse ad aliquid relativum tanquàm distinctivum, & constitutivum Divinarum personarum, ut facilè constare potest considerанti vim ejusdem rationis, & qualitatem oppositionum, quæ enumerantur in illa. Per quòd etiam patet ad id, quod subditur ex art. 2. Nam utroque modo pertinet ad lineam relativam, sive significetur, ut origo, sive ut forma, licet ob rationem insinuatam dicatur potiùs constituere ut relatio, quàm ut origo, de quo tamen infra.

Secundò ex his prob. concl. Omnis distinctio in bona Metaphysica, & patet inductivè ex superiori doctrina D. Th., oritur vel ex limitatione, vel ex aliqua oppositione, at in divinis oriri nequit ex limitatione, cum sit Deus sūmè, & simpliciter infinitus: neq; ex alia oppositione præter relativā, ut cōstat ex præcedenti ratione, ergo ad hāc solā reccurrendū est, sive ad aliquid relativū in distinguendo, & cōstituēdo Divinas personas: §. Urg. hoc omnis alia proprietas in Divinis contradistincta à relativis est quid cōmune communitate reali, & indivisum realiter in omnibus personis ergo impossibile est, per aliquā ex illis distingui posse, aut cōstitui cōsenet, quià impossibile est, quòd possit aliquid distingui, aut constitui per id, quod est commune aliis, à quibus distinguitur, cum etiam constitutivum, ut dictum est, sit præcipuum, seù primarium distinctivum. §. Urg. ulteriùs totum hoc. Nam omnis distinctio realis in absoluto essentiæ, vel in cōceptu essentiali illius infert essentiam esse limitatam, sive limitationem illius, qua ratione implicat esse plures essentias, ergo si semel in aliquo absoluto essent personæ realiter distinctę secundum proprium esse personale, essent secundum istud, aliquid limitatum, quod est alienum, aliàs non essent unus, ac proinde, nec verus Deus. §. Denique Urg. quia aliàs nulla esset ratio, ob quā cætera attributa non possent similiter distingui realiter in Deo, sed hoc à nemine conceditur, ergo. Prob. ma. ex eo communiter negatur distinctio realis inter illa, quià Deus ob summā simplicitatem, & infinitatem Divinæ essentiæ exigit realiter identificare omnia relativè non opposita, sed hæc ratio, ut patet, statim cessat, si per aliquid absolutum, vel in aliquo absoluto non admittente oppositionem relativam possunt personæ realiter in Divinis distingui.

Dices his omnibus, quòd licet sit inconveniens dari in divinis aliquid finitum, vel limitatum intra puram lineam absolutam, sivè ut dicit purum conceptum ad se, faciens unum realiter distingui ab alio ob eandem rationem summæ simplicitatis, & unitatis essentiæ, non tamen intra lineam personalem, sivè ut spectat ad constitutivum unius personę prout hęc realiter distinguitur ab alia: Nam de facto relatio paternitatis, licet quid divinum sit, tamen in ratione relationis, sivè intra hanc lineam personalem est quid finitum, faciens Patrem realiter distingui à Filio, unde sicut hæc, quià spectat ad constitutivum, & distinctivum personarum, adhuc ponitur forma intrinseca entis infiniti, ita poterit similiter poni proprietas absoluta prout spectat ad idem constitutivum, & diffinitivū, & esse quid finitum prout sic sine præjudicio infinitatis entis divini, vel ipsius divinitatis, nam aliàs huic etiam præjudicaret finitas ejusdem relationis.

Dices deinde ad ultimū de attributis, esse discrimē, quòd si semel distinguerentur realiter, facerent compositionem; personæ autem absolutæ, sive proprietates ab-

absolutæ earum constitutivæ, non faciunt, nec possunt facere illam nec inter se, quià una non communicatur, nec unitur alteri, neque etiam sunt realiter idem.

Sed contra primam solutionem, quæ videtur continere præcipuam vim sententiæ oppositæ; dicimus primò esse de subjecto non supponente, & petere principium. Nam de hoc inquirimus, an absolutum in divinis possit esse capax distincti conceptus ab illo ad se, vel habere talem finitatem, vel limitationem, quam (aliàs perperàm, ut statim dicemus) tribuunt relationi, & ob quam consequenter, subire possit munus constitutivi, & distinctivi; hoc enim expressè repugnat conceptui absoluti præsertim in divinis ob carentiam totius oppositionis cum quolibet divino ex hoc eodem propriissimo sui conceptu, scil. absoluti, ut tradit D. August. 5. de Trinitate cap. 8. in principio. *Quapropter* (inquit) *illud præcipuè teneamus, quidquid ad se dicitur præstantissima illa, & divina sublimitas substantialiter dici; Quod autem ad aliquid non substantialiter, sed relativè: tantumque vim esse ejusdem substantiæ in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, ut quidquid de singulis ad se ipsos dicitur non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur.* Et post multa idem repetit concludens. *Quidquid ergo ad se ipsum dicitur Deus, & de singulis personis singulariter dicitur, idest de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & simul de ipsa Trinitate non pluraliter, sed singulariter dicitur.* Enquàm alienum sit juxtà S. P. aliquid absoluti juxta proprium conceptum *ad se* pertinere posse ad lineam distinctivi, val plurificativi, si etiam ut dicitur de parsonis non pluraliter, sed singulaziter, vel indivisim realiter dici debeat de illis.

Secundò impug. Repugnat quòd aliquod Divinum, quodcunq. Divinum sit, licet realiter distinctum, vel ex aliquo capite non identificatum realiter cum, alio dici possit, aut sit quid finitum, & limitatum, ergo licet relatio paternitatis sit realiter distincta, vel ex munere *Ad* non identificetur realiter cum filiatione, non tamen inferendum est esse quid finitum, & limitatum. Prob. ant. Tum quià ut dicebamus, licet ex aliquo capite non identificetur, val realiter distinguatur, per circuminsessionem tamen, qua identificatur cum essentia, est realiter omnia Divina. Sicut realiter est omnia, eadem essentia, ergo rapugnat aliquod Divinum quodcunq. sit, dici posse, aut esse quid finitum, licet ex aliquo capite distinctum, aut realiter cum alio identificatum non sit. Prob. cons. Quià finitum, ut patet vel ex ipsa significatione vocis, est id, quod sistit, & non transit, ergo si quodlibet Divinū etiam relativum identicè transit per circuminsessionem ad omnia Divina, nonnisi abusivè dici potest quid finitum. Unde ut explicatum est, quodlibet ralativum prout sic, v. g. Pater est tantus, vel tantum, quanta est tota Trinitas. In quo consistit præstantissima illa sublimitas hujus mysterii: oportebat ergo ad inferendam talem finitatem, quòd ex omni capite essent realiter distincta, & ex nullo identificata, & non ex solo *Ad*, vel oppositionis relativæ.

Tertiò impug., & simul urg., val magis explicatur sub aliis terminis præcedens. Quamvis relationes Divinæ, ut explicant *Ad*, sive ut adinvicem sunt, distinguantur una realiter ab alia, nec possit eam sibi realiter identificare salvo mysterio Trinitatis, ut tamen dicunt *In* (ex utroq. enim concepto coalescunt, cum non sint purus respectus, sed in se etiam *quid*, vel forma subsistens) sunt realiter ipsa res, quæ est Trinitas, summè enim identificantur cum Divina essentia, ergo quælibet est verè, & simpliciter infinita. Consetenet, quià ad rationem infiniti simpliciter sufficit sibi ideutificare omnem rationem entis ex eo capite, ex quo infinitum habet quantitatem, sed relatio solum ex capite *In* habet quantitatem, cum secundum *Ad* sit purus ordo ad terminum, ergo si ut dicit *In* identificat sibi omnem Divinam entitatem, erit infinita simpliciter.

Exquibus instauratur ratio facta cum sui confirmatione. Nam duo requiruntur ad constituendum Divinas personas, nempe ratio infiniti, & ratio distinctivi realiter ab alio, sed hæc duo nequeunt convenire formæ, val proprietati absolutæ, ergo nequit hæc esse constitutiva personæ. Ma. est certa, nam constitutum est infinitū, & juxta exigentiam mysterii incommunicabile: mi. verò prob. ex dictis, quià forma, vel proprietas absoluta ex quo absoluta est, non habet aliquam oppositionē cum aliquo Divino, ergo ex quo absoluta est identificat sibi omnia Divinum, ergo cum ex omni capite, ut supponitur, sit quid absolutum, ex nullo poterit esse distinctiva realitas unius ab alia, ac proinde, nec cōstitutiva.

Quòd si dicas, ut supra, formam absolutam constitutivam unius parsonæ posse opponi disparatè cum alia; hæc enim oppositio non repugnat Deo, ut patet in relatione paternitatis respectu spirationis activæ: §. In contra hoc est; quià hac etiam oppositione admissa, non tamen est sufficiens ad distinguendum realiter unum Divinum ab alio, ut patet in justitia, & misericordia, & in eadem forma absoluta constitutiva personæ, & essentia, & in ipsa etiam paternitate, & spiratione activa, quæ similiter disparatè se habent, & tamen nullum ex his distinguitur realiter ab alio, ergo extra lineam relativam, nulla potest esse ratio distinguendi realiter in Divinis, ut latè etiam supra ostensum est.

Dices non quamlibet oppositionem disparatam sufficere, sed solum illam, quæ esset inter duas proprietates personales, cum propria uniuscunq. personæ ex terminis sint incommunicabilia, & sic est necessarium realiter distingui. Quamvis ergo inter cætera absoluta non personalia, vel inter unum personale, & alterum non personale non sufficiat oppositio disparata ad distinguendum realiter unum ab alio, sufficit tamen inter duo personalia, ut sunt hujusmodi formæ absolutæ constitutivæ personarum, quià nempe ex propria ratione personali important incommunicabilitatem.

Sed hæc solutio, ut vidimus, est de subjecto non supponente, & petit principium: nam de hoc inquirimus, an aliquod absolutum in Divinis, quod ex quo absolutum est, sive quod petit ex propriis absoluti esse communicabile omnibus Divinis, possit constitutivè ingredi lineam personalem, & esse ratio distinguendi unum realiter ab alio, sunt enim rationes omninò incompossibiles in concepto absoluti in Divinis, si rectè de illo, & juxta meritum præsentis mysterii loqui velimus. Et quidem videtur mirum, quòd velit duo absoluta fore incompossibilia, si adsit oppositio inter illa, ut prætendit posse esse inter eadem, ut constitutiva, & quòd deindè nolit duo ralativa in quocunq. eventu posse esse compossibilia, si desit inter eadem origo, vel propria eorum oppositio, ut contingeret in superiori hypothesi, quòd Spiritus S. non procederet à Filio.

Contra verò posteriorem solutionem, vel discrimen inter alia attributa, & hæc absoluta constitutiva, vel personalia, ut vocant, facilè instatur. Nam ideò hæc

hæc posteriora non faciunt compositionem, nec inter se, nec cum essentia, quià huic sunt realiter idem, & inter sa sealiter distinguuntur, & disparatè sa habent, sed alia etiam se habent disparatè ut dictum est, & patet in misericordia, & justitia, immensitate, & sic de aliis, & sunt sealiter idem cum essentia, ut supponitur, ergo licet essent realiter inter se distincta, nullam facerent inter sa compositionem.

Quòd si dicas absoluta purè talia non posse realiter distingui, nisi ratione limitationis, quià nullam habēt, nec habere possunt oppositionē relativā nec formalē, nec etiā radicalem, radicando scil., vel exigendo illā: cæterum personalia, vel constitutiva personarum, etsi non habeant formalem, ex quò quid absolutum formaliter sunt, exigunt tamen, vel fundant illam, ex quò illatum constitutiva sunt.

Sed hæc dum dicunt, nihil dicunt, & sibi potiùs contradicunt. Tum quià ut dicebamus in eadem hypothesi, quòd Spiritus S. non procederet à Filio, tunc filiatio cessante origine inter illos, nec formaliter, nec radicaliter haberet relativā oppositionem, cum in Deo quod actu non est, nec possibile est esse, & tamē adhuc contendunt distingui realiter inter se ob oppositionem disparatam, & non ratione limitationis, ergo ob hanc etiam oppositionem, & non ratione limitationis possent alia absoluta realiter distingui. Tum quià ut semel, & iterum dictum est, est de subjecto non supponente, & petitio principii, quòd absolutum possit ità ingredi lineam personalem, ut fundet, & exigat oppositionem relativam ex propriis ad distinguendum se ipsum realiter ab alio, & ad se constituendum incommunicabile cum illo: videntur enim hæc omninò aliena ab eodem mysterio. Tum deniq. Si semel absolutum personale non obstante, quòd ex propriissimo conceptu absoluti, sivè ad se, potest fundare oppositionem relativam ad aliud, vel incommunicabilitatem cum illo, poterit pariter absolutum essentiale, quorum unum esset realiter inidentificabile alteri, eiq. disparatum fundare realem relationē diversitatis, & dissimilitudinis. Non enim apparet major ratio, cur unū non obstante cōceptu absoluti possit fieri realiter incommunicabile, & non alterum realiter dissimile ob diversam sui, & disparatam rationem ab alio, si semel absolutum Divinum est capax distinctionis realis ab alio.

§. III.

Solvuntur argumenta ex auctoritate.

PRimò arg. ex illo Prov. 30. v. 4. *Quod nomen est ejus, & quod nomen Filii ejus, si nosti?* Ubi videtur supponi, quòd præter hanc proprietatem relativam expressam per hoc nomen Filii, sit alia prior, & consequenter absoluta, & constitutiva, importata per aliud nomen occultum, unde etiam Apocal. 19. *Habens nomen scriptum, quod nemo novit.* Quo iterum supponitur quidem nomen relativum Verbi, & Filii, at valdè seconditum nomen proprium illius, ergo non rectè infertur ex Scripturis deesse proprietates absolutas personis, quibus constituantur, quarum nomina sint nobis occulta.

Secunda sumitur ex D. Aug. lib. 7. de Trinit. c. 1. circa medium; *Omnis essentia*, (sivè res inquit,) *quæ relativè dicitur, est etiam aliquid excepto relativo; sicut homo Dominus, homo servus, & equus jumentum, & nummus arra; homo, & equus, & nummus ad se dicuntur, & substantia sunt, vel essentia, Dominus verò, & servus, & jumentum, & arra ad aliquid relativè dicuntur: sed si non esset homo, idest aliqua substantia, non esset, quod relativè Dominus diceretur*; Ita D. Aug. ex quibus sic sumitur: ergo cum una persona Divina dicatur relativè ad aliam salvari nequit, quòd sic relativè dicatur, nisi supponatur, quòd per aliquid absolutum distinctum ab essentia sit constituta. Prob. cons. quià essentia non dicitur relativè in divinis, ergo si juxta Aug. omnis res, quæ relativè dicitur, est aliquid excepto relativo, hoc *aliquid* non est absolutum essentiæ, & consequenter erit aliquid absolutum personale, constitutivū personæ, cū nō sit aliud assignabile, quamvis ob sui sublimitatem, (ut inquit ubi supra) habeat nomen nobis ignotum, ut dicunt Scripturæ: Tum quià persona, quæ dicitur relativè est formaliter subsistens, sicut personalitas est formalissimè subsistētia; omnis autē subsistētia est quid absolutum, ut patet, vel ex ipsa vocis significatione, dicit enim sistere in se, vel ad se, ut etiam docet ibidē S. P. cap. 4. in fine dicens. *Omnis res ad se ipsam subsistit, quantò magis Deus?* quod etiam ibidem supra dicit de persona, quòd nempe ad se dicitur, & consequenter aliquid absolutum ex propriis importat, sivè constitutivè.

Tertia ex D. Tho. q. 8. de pot. ar. 3. ad 7. circa medium, ubi inquit. *Relationes autem in Divinis, & si constituant hypostases, & sic faciant eas subsistentes, hoc tamen faciunt inquantum sunt essentia Divina. Relatio enim inquantum est relatio non habet, quod subsistat, vel subsistere faciat, hoc enim solius substantiæ est. Distinguunt verò relationes in quantum relationes sunt; sic enim oppositionem habent.* Ita D. Tho. Quibus videtur expressè docere oppositam sententiam, nempè, quòd constituant hypostasim, vel personam, inquantum sunt aliquid absolutum, sivè essentia Divina; & deinde quòd illam distinguant, scil. jam constitutam, in quantum sunt aliquid relativum, sivè prout dicunt oppositionem; nam duo distinguit in illis, & id, quod eis convenit, in quantum sunt essentia Divina; & id quod eisdem convenit in quantum relationes sunt. De primo dicit quòd constituant illam, & faciant subsistere. De secundo verò, quòd eam habent distinguere. Ex quibus atq. sic. Quod faciunt relationes ratione essentiæ, faciunt ratione absoluti, sed juxtà D. Tho. habent constituere hypostasim ratione essentiæ, ergo id præstant ratione alicujus absoluti.

Resp. ad 1. ex scripturis non negari ab illis, quòd nomina Patris, & Filii, non sint propria nomina Divinarum personarum exprimentia proprietates constitutivas utriusq. illorum personæ, sed tantum quòd non explicent illas quiditativè, & perfectè, quatenus per illa non valemus nos quiditativè, & perfectè earum naturam cognoscere, & ideò tanq. aliquid semper nobis occultum asseritur hoc mysterium à Divinis scripturis; quasi dicatur per emphasim intelligentiæ nostræ excessivam. *Quod nomen ejus, & quod nomen Filii ejus, si nosti?* juxtà illud, de quo supra. *Ascendet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Idest non intelliget, ut explicat noster Ugo Cardinalis, nempè perfectè, vel quiditativè, quià semper exaltatur, & superat omnem nostram intelligentiam, unde etiam dicitur nomen ejus ineffabile, quià tam sublimem nominis significationem, vel naturam per illud significatam, ut par est, effari, aut concipere non possumus, juxta illud aliud Isa. 54. *Generationem ejus quis enarrabit?* idest nullus, scil. perfectè, cum simus veluti vespertiliones ad lucem illam inaccessibilem. Sumitur

tur solutio ex D. Tho. supra q.13.ar.1. ad 1. *Dicendum* (inquit) *quòd ea ratione dicitur Deus non habere nomen, vel esse supra nominationem, quià essentia ejus est supra id, quod de Deo intelligimus, & voce significamus.*

Ita etiam subtiliter prout de more explicat Cajet. hìc ar.2. §. *Circa limites quæsiti &c.* ubi respondens huic objectioni innixæ eidem authoritati inquit. *Ad id verò Salomonis, quod Scotus tanti facit, respondetur, quod est æquivocatio de nomine Filii Dei. Dupliciter enim potest nominari, sicut & concipi. Uno modo secundum suum (ut ità dicam) quod quid est. Alio modo secundum conceptus, & nomina ex creaturis abstrahibilia. Et primo quidem modo nullum nomen non solum Filii, sed nec Dei habemus: scriptum est enim Isa. 54. Generationem ejus &c. Et sic Filius* (ideſt hoc secundo modo) *est nomen proprium secundæ personæ Divinæ inter nomina parientia nobis cognitionem, quià est.* Sicut etiam Deus est nomen proprium ipsius Dei; & tamen nomen significans *quid est Dei* ineffabile est. Et de his nominibus significantibus quiditatem loquitur Scriptura.

Ad D. Aug. quoad primum, quòd dicit cap. 1. respond. esse intelligendum de re, quæ relativè dicitur, & non est aliquid relativum, sive relatio subsistens, ut patet in exemplis ex eodem adductis, quia tunc dicitur indigere aliquo absoluto, in quo fundetur, & quod per ipsam referatur ad terminum; cæterum si sit relatio, subsistens, ut est Divina, non tenetur supponere aliquod absolutum, quod per ipsam referatur, sed solum quod cum eadem identificatur, ac proinde præter absolutum essentię non est necessarium assignare aliud absolutum personale, tanquàm constituvum personæ. §. Quoad 2. ex c.4. resp. ex superioribus loqui de subsistere, prout dicit alterū munus subsistēdi, scil. perseitatē independentiæ ab alio ut à substentante, quod habetur per subsistentiam absolutam, & per perseitatē, quę est in ordine ad se; non verò ut dicit perseitatem incommunicabilitatis, sive exclusivam communicabilitatis alteri, ut supposito. Hæc enim solum haberi potest per subsistentiam relativam, seu personalem, ut dictum est. Per quod patet ad id, quod ultimò subditur, omnem nempè subsistentiam esse quid absolutum; id enim solum verificatur in Divinis de illa secundum priorem perseitatem, non secundum utramque, vel adæquatum ejus conceptum, ne confundatur, vel ponatur in discrimen, idem mysterium exigens utramque ut ostensum est, ad salvandam Trinitatem personarum inter se incommunicabilium cū una numero natura.

Ex his ad D. Tho. resp. 1. eodem modo, quòd loquitur de subsistere secundum eandem perseitatem independentiæ, quam solum obtinent ratione Divinæ essentiæ, vel ejus substantiæ absolutæ, cum qua realiter identificantur. §. Vel potest etiam dici (per quod magis explicatur præcedens solutio) mentem illius non esse, quòd relationes Divinæ constituant proximè, & formaliter hypostases ratione Divinæ essentiæ, vel alicujus absoluti, quod sibi realiter identificant, cum oppositum hìc, & perpetuò doceat, sed tantum præsuppositivè, & veluti radicaliter ad hunc sensum, quòd ut illas constituant, debeat præsupponi necessariò, quòd sint idem cum Divina essentia, nisi enim supponatur relationem esse identicè Deum, non erit in se ipsa subsistens, ac proindè non poterit constituere hypostasim, cum quo tamen stat, quòd ratione illius, quod est sibi proprium, seù conveniens de linea relativa illam constituat juxta meritum, vel exigentiam hypostasis constitutæ, sivè pertinentis ad eandem lineam, sivè incommunicabilis.

Nec obstat, quòd ait relationes distinguere ex quò relationes sunt, constituere verò in quantum sunt idē cū essentia, quasi velit, alterum quidē munus præstare, scil. distinguere, ex quò sunt quid relativum, alterum verò, scil. constituere, ex quò sunt quid identicè absolutum. §. Dicimus enim iterum primò, hunc esse sensum omninò alienum à mente ejus, dum perpetuò recurrit ad constituendas illas ad aliquid relativum, & solum sit gravis difficultas, sub qua formalitate intra hoc genus velit relationem esse constitutivam; sive in explicando hanc illius mentem, ut dicemus §. seq. sensus ergo est, quòd licet relatio utrumq; formaliter præstet, & constituere, & distinguere illas ratione relativi, & non absoluti, tamen hoc, quod est distinguere, sit magis formaliter eidem conveniens, quàm constituere. Cujus ea assignatur ratio, quià nempè relationi ex terminis, sivè ut abstrahentis à creata, & increata, cum conveniat opponi correlativo, convenit pariter distinguere relativum realiter à corelativo, cum non possit idem sic realiter opponi sibi ipsi, unde etiam in supremo analogato, quale est relatio Divina, id habet formaliter, & ex propriis, scil. distinguere realiter hypostases; at vero constituere illas, licet hoc habeat etiā ratione prædicati relativi, non tamē ità ex terminis illi convenit, vel ut abstrahenti ab utraque, sed quià est increata, vel Divina, qua ratione est subsistens, scil. identicè, ut dictum est, subsistentia absoluta, & formaliter relativa. Sicut similiter dicitur de processione Verbi, quòd veluti ex terminis, aut ut abstrahit ab utraque processione per intellectum, & voluntatem non convenit illi assimilare formaliter in natura terminum productum, sed quia est per intellectum; & processioni Spiritus S. solum quià Divina est: Et per hæc etiam patet ad argumentum ibidem subsumptū, distinguendo mi., habent juxtà D. Thom. constituere ratione absoluti, vel Divinæ essentiæ præsuppositivè, conc., formaliter, & proximè, nego.

Sed contra hanc doctrinam, & explicationem instas. Sicut relationi mutuæ convenit ex propriis ab intrinseco distinguere relativum à corelativo, ità convenit illud constituere, ergo sicut ascendendo ad supremum analogatum, habet primum ex propriis ab intrinseco, pariter habebit secundum. §. Resp. neg. ant. quia constituere relatum, vel relativum convenit illi per habitudinem ad subjectum, distinguere verò ex habitudine ad terminum, magis autem propria est, vel magis conveniens illi hæc posterior habitudo, quàm prior, unde ut vidimus, si relatio subsistens sit, ut est Divina, habet quidem, vel petit identificari cum subjecto, vel Divina essentia, non tamen constituit illam relativam, vel relatam, sed tamen semper distinguit unum relativum à sui corelativo. Et ratio etiam est, quia per habitudinem ad terminum explicatur id, per quod differt ab absolutis, & per illam ad subjectū id, per quod convenit cum cæteris formis, unde conceptus *Ad*, scil. ad terminum, dicitur magis proprius illius, quàm *In*, quo respicit subjectum.

Quòd si huic doctrinæ, & superiori explicationi iterum opponas non videri posse hæc duo componi, nempè, quòd relatio habeat ratione prædicati de propria linea constituere personam, & quòd illam ex propriis ab intrinseco, sivè per intraneam differentiam nō constituat illam, nam quæ illi conveniunt de propria linea, ex propriis ab intrinseco conveniunt illi, sivè sunt illi intima, & intranea, sicut enim sunt intra proprium genus, debent esse intra proprias differentias talis generis, ergo semel admisso, quòd relatio personam

constituat ratione prædicati relativè tenemur admittere, quòd hoc præstet ex sibi propriis, & per intraneas relationis.

Resp. enim, & simul hoc ipsum impugnatur ex dictis. Nam optimè stat aliquid convenire rei per prædicatum de propria linea, & tamen illi non conveniat ex propriis ejusdem lineæ, sive per differentiam sui propriam, vel intraneam, ergo potest utrumque optimè componi respectu relationis. Prob. ant. tum superiori exemplo insinuato Spiritus S., qui per actum voluntatis accipit naturam Divinam, & tamen eam non accipit per intraneam differentiam, sive ex propriis ejusdem actos, alias eam acciperet ex vi suę processionis formaliter, & consequenter esset hæc in similitudinem naturæ, sicut illa Verbi quod ut ostendimus, est alienum. Tum proportionabiliter in actu supernaturali vitali, nam quòd per illum, principium vivens se supernaturaliter moveat, convenit illi ratione prædicati, vel meriti ejusdem lineæ, non tamen per differentiam intrinsecam solius vitalitatis, sed vitalitatis contractæ per differentiam, vel prædicatum supernaturalitatis, ut supra de visione explicatum est, & sic de aliis, ergo licet similiter relationi cōveniat cōstituere personam ratione prædicati relativi, non tamen debet hoc illi convenire per intraneam sui differentiam, vel sol us relationis, sed quià substantia est, seu Divina, & subsistens, seù contracta, ut sic dicamus, ad supremum illius analogatum relationis increatæ, sivè Divinæ, sicut vitalitas ejusdem actus, quià proportionabiliter contracta est ad supremum vitæ supernaturalis, facit suum principium sic se supernaturaliter ab intrinseco movere, quòd totum quidem est de lineæ vitalitatis, sed non conveniens ratione differentiæ ejusdem solius lineæ, aliàs quodlibet semel vivens posset sic se movere sine ullis viribus gratiæ etiam de lege ordinaria, quod esset declinare ad Pelagianismum.

§. IV.

Solvuntur argumenta ex ratione.

SEcundò Arg. principaliter. Persona Patris non constituitur per relationem, ergo neque aliæ personę, ac proinde constituēdę sunt per aliquid absolutū, hęc posterior cons. tenet quià non est aliud assignabile. Prima etiam quià, ut inquit D. Tho. q. 8. de pot. art. 3. in corp. versus finem *omnium hypostasum ejusdem naturæ est eadem ratio constitutionis, & distinctionis*. Ant. autem prob. Quià si per aliquam constitueretur maximè per paternitatem, sed per hanc constitui nequit, ergo per nullam, Prob. mi. quià Pater in ratione personæ supponitur constitutus ante generationem, vel pro priori ad illam, quià cum actiones sint suppositorum, debet suppositum, vel persona supponi, & esse priùs quàm operetur, sed paternitas non convenit Patri ante generationem, sed subsequitur ad illam, cum paternitatis fundamentum sit generatio, ut vidimus in logicis, & docet Philos. 5. Metaph. tex. 2., ergo à fortiori supponere debet, & non constituere personam Patris. §. Explic., & urg. hoc. Antecedenter, vel pro priori ad relationem Patris, verè datur suppositum generans, & non constitutum per relationem, ergo per aliquid absolutum. Ma. patet quià ratio generationis præcedit rationem Patris, sivè paternitatem, sicut fundamentum, relationem, quam fundat, ergo pro priori ad paternitatem verè datur in Deo suppositum generans: mi: verò prob: si pro priori ad illam esset constitutivum per relationem daretur in Patre præter relationem paternitatis, & spirationis activæ, alia relatio realis constituens illum in ratione genitoris, consequens non admittitur juxtà fidem, ergo tale suppositum generans nequit esse constitutum per relationem.

Ad hoc, quod continet gravissimam difficultatē, & consistit in explicando quomodo eadē relatio, si semel constitutiva est, possit antecedere generationem, quam aliàs ut relatio est, tenetur omninò supponere illam, tanquàm sui fundamentum, ut etiam fatetur D. Tho. hic art. 2. Unde alii succumbentes argumento quoad relationem paternitatis, negant ant. Ad illius prob. negant ma., & dicunt constituendam potiùs esse personam Patris per innascibilitatem, non quidem sumptā pro formali, sic enim importat negationem, per quam nequit primò, & per se constitui persona Divina, sed pro fundamento, quod dicit aliquid positivum, non absolutum, sed relativum, non reale, sed rationis, sive relationem rationis, quià cum hujusmodi constitutio non sit realis, sed rationis, optimè fieri potest per hanc rationis relationem. Ità Vasquez disp. 159. c. 5. & seqq.

Sed hæc solutio, (ut patet ex dictis) subsistere nequit. Repugnat enim personam Divinam constitui per relationem rationis; nàm licet constitutio realis non sit, sed rationis ex defectu distinctionis realis inter constituens, & constituentia, & constitutum ob carentiam oppositionis, constitutum tamen reale est, & quidem in supremo analogato realitatis, utpotè Divinum, ergo repugnat constitui per aliquid purè relativum rationis, prob. cons., quià aliàs hoc constitutum magis esset quid rationis, quàm reale, sicut in simili supra dicebamus de libero Dei decreto contra eundem Autorē, quòd licèt solū addat supra Divinam essentiā respectū rationis, non tamen in isto formaliter consistere potest, aut per illum formaliter constitui, aliàs volitio efficax libera Dei, quæ est causa rerum, esset eos rationis, & ratio utriusque est, quià nequit constitutum excedere suum formale constitutivum.

Quare vel aliqui ejus discipuli, ut Alarcon cum eodem conveniens non constitui personam Patris per relationem paternitatis, recurrit quidem ad aliud relativum cum ipso, scil. ad relationem radicalis, vel fontalis principii, non tamen ausus est dicere, quòd hæc sit relatio rationis, sed fatetur esse realem, non quidem prædicamentalem, quæ nempè in puro respectu ad aliud et ad terminum formaliter consistit (ne plusquàm quatuor relationes reales in Divinis contra commonē consensum cogatur admittere) sed transcendentalē.

Sed hæc solutio magis confundit, quàm explicet priorem modum sui magistri, & præsens constitutivū. Divinarum personarum. Nàm in primis relatio transcendentalis, ut vidimus in logicis, consistit in aliquo absoluto, licet ejus essentia congruè explicari non possit nisi in ordine ad aliquod extrinsecum, quod connotat, & à quo dependet, ut patet in respectu transcendentali, quem dicunt potentiæ, & habitus ad suum objectum, & per quem constituuntur, unde non est vera, & propria, vel simpliciter relatio, sed quid simpliciter absolutum, sicut eædem potentiæ, & habitus, quæ sunt accidentia absoluta, & non relativa, & ideò reperitur in generibus absolutis, ergo juxtà hunc modum magis esset constituenda persona Patris per aliquid absolutum, quàm relativum contra ejus intentum. §. Ex quo etiam non rectè ab aliquibus asseri relationem paternitatis esse transcendentalem, ut evadant vim argumenti, quià nempè hæc non tenetur supponere generationem, & in ea fundari, sicut pater-

nitas

nitas creata ex eo, quòd prædicamentalis sit. Nàm si increata Patris esset quid relativum transcendentale, non esset vera, & propria relatio, sed magis ut dictũ est, quid absolutum. §. Nec etiam ex eo quòd prædicamentalis sit timendum est fore collocandã in prædicamento relationis, quià solum dicitur, & est talis, quià, ut insinuemus, est pura relatio secundũ esse, & respicit terminum, ut purum terminum; & quià in hoc etiam convenit cũ creata prædicamentali, & non quià ad illud pertineat, ut aliquid in eodem contentum, cum actus purus sit, & in infinitum Deus excedat in omnibus suis prædicatis quodlibet prædicamentum, quæ sunt determinatæ mensuræ entis, & consequenter quid finitum. Nec refert, quòd Pater per illam respiciat Filium etiam ut terminum productum, quià cum productio in Divinis sit sine omni causalitate, & dependentia, non extrahuntur ibi relationes à linea relativa prædicamentali, & consequenter ad suum terminum, ut purum terminum.

Secundò impugnatur argumento, quo supra. Illa est formalis ratio distinguendi, & constituendi personã Divinam, quæ est formalis ratio opponendi relativè, sed relatio transcendentalis nequit id præstare, ergo nec esse distinctive, & constitutive Divinæ personæ. Ma. patet ex dictis, quia constitutio, & distinctio personarum in Divinis solum attendi potest penès oppositionem relativam, sive de propria hac linea, ut contradistincta ab absoluta, ut latè ostensum est ex communi illo axiomate; omnia sunt unum, & idem in Divinis, ubi non obviat relativa oppositio. Mi. verò prob. Tum quià, ut dictum est, relatio transcendentalis est simpliciter quid absolutum, & magis pertinet ad hoc genus, quàm ad relativum, ergo nequit ex illa haberi oppositio propria de hac linea, vel de genere relativo. Tum quià permisso etiam, quòd hujusmodi relatio, sivè relatio fontalis principii generativi quid propriè relativum sit, tenebitur supponere sui fundamentum sub hoc explicito munere relationis, sicut omnis relatio, quę propriè, & simpliciter talis est, sub eodem supponit illud, ac proindè fundari debebit in generatione quasi in actu primo, seù in potentia proxima, vel radicali, cum non sit aliud assignabile, sicut paternitas juxtà hos Authores fundatur in generatione quasi in actu secundo, ergo sicut hac ratione relatio paternitatis nequit constituere personam Patris, quià supponit eandem actualẽ generationem, sed magis constitutam supponit, ut ipsi dicunt, ità eadem ratione non poterit constituere illam relatio fontalis principii, quià supponit generationem proximam, vel radicalem, sed magis tenebitur supponere principium generativum jam constitutum. Undè videtur sine necessitate constitui relatio realis ab aliis quatuor distincta, quod est contra cõmunem consensum, ut dictũ est, omniũ Scholasticorũ, qui communiter rejiciunt sententiam Præpositivi statuentem hanc novam relationem præter easdem quatuor, nec aliam agnoscunt in Patre præter realem paternitatis, ut sit principium Filii, & spirationem activam, seù spiratoris, ut sit principium Spiritus S. Neque aliam etiã agnovit hactenus fides ad statuendam hãc rationem principii in illo. Et contra hos modos dicendi videri possunt inter alios M. Jo. à D. Th. disp. 15. ar. 2. & Suarez l. 8. de Trin. c. 2. n. 10. & Illustr. de Marinis c. 2.

His ergo relictis, communiter nostri Thomistæ recurrunt ad relationem paternitatis pro constituenda eadem persona Patris, de qua est specialis difficultas, quæ non est de aliis; nam tam persona Filii, quàm Spiritus S. supponunt suas origines, per quas producuntur, & in quibus fundantur: undè optimè D. Tho. hic ar. 4. asserit origines passivè significatas præcedere secundũ intellectum proprietates personarum procedentium, etiam personales, quià origo passivè significata, inquit, significatur ut via ad personam proprietate constitutam, scil. per relationem formaliter. Undè rectè nativitas præintelligitur filiationi, per quàm Filius formaliter constituitur. Et hæc filiatio in nativitate fundatur. Et similiter processio, sivè origo in persona Spiritus S. intelligitur præcedere relationem formaliter constitutivam ipsius. Potissimè ergo difficultas reducitur ad personam Patris, respectu cujus non præintelligitur talis origo passiva, sicut respectu aliarum, & ideo respectu istarum nulla potest apparere dissonantia in dictis D. Tho. sicut respectu personæ Patris ut infrà dicetur. §. In forma ergo ad arg. resp. neg. ant. Ad prob. neg. mi. Ad prob. ex D. Thom. hìc eodem ar. 4., & alibi dist. mi. Paternitas non convenit Patri ante generationem, in quantũ relatio est, conc., sic enim supponit generationẽ, & in ea fũdatur: in ratione formę hypostaticę subsistentis, neg., sic enim præintelligitur generationi, & constituit personam. Hæc ergo *proprietas personalis potest considerari dupliciter* (inquit D. Tho.) *Uno modo ut est relatio, & sic secundum intellectum præsupponit actum notionalem, quià relatio in quantum hujusmodi fundatur super actum. Alio modo secundum quòd est constitutiva personæ: & sic oportet, quòd præintelligatur relatio actui notionali, sicut persona agens præintelligitur actioni.* Ità D. Thom.

Verum est non modica difficultas etiam apud ejus Discipulos circa hanc distinctionem relationis, & primò quidem, quià dum ait quòd in ratione formæ hypostaticæ subsistentis est constitutiva personæ videtur sibi contrarius, nàm supra ar. 2. excludit originem à ratione constitutivi ejus, cum tamen origo non sit minùs subsistens, quàm relatio, si consideretur ut res, & in actu signato, & aliàs præintelligitur relationi utpotè fundamentum illius, sivè utraque consideretur in actu signato, sivè in actu exercito, cum ex terminis origo, vel actio fundet relationem prædicamentalem, quæ est pura relatio secundum esse, ut dictum est. Secundò. Quià sub hoc conceptu formæ hypostaticæ, vel est constitutiva personæ, ut dicit aliquid absolutum; vel quid commune ad absolutum, & relativum; vel determinatè quid relativum secundum propriam, & rationem differentialem suæ lineæ. Primum dici non potest, quià aliàs constitutivum illius erit aliquid absolutum. Secundum est contra rationẽ constitutivi rei in particulari, quòd debet esse determinatũ, & de propria linea rei constitutæ, & non quid commune, aliàs non erit proprium distinctivum illius ab aliis, ut est conceptus cõstitutivus, vel definitivus cujuslibet constituti. Si verò dicatur tertium, ergo ut est relatio sub propria, & ratione differentiali relationis erit paternitas constitutiva personæ Patris, quod tamen negat Div. Thom.

In his conciliandis variè etiam procedunt ejus Discipuli, & quidem quoad primum de origine dicemus §. seq. *Quoad* secundum verò licèt omnes conveniant in interpretando præfatam distinctionem S. D. de Paternitate, prout exprimit rationem relationis, & prout alteram subsistentiæ, sivè constituentis personam, ut etiam sub hoc posteriori conceptu importet aliquid relativum, ne declinent ad oppositam sententiam de constitutivo absoluto, non tamen istud relativum constitutivum eodem modo explicant. Nam aliqui considerantes conceptum adæquatum relationis importare,

non præcisè adaleitatem, sed inadaleitatem etiam, ut innuimus in logicis, & paulò etiam superiùs, scil. conceptum *In*, quo respicit subjectum referendo ad terminum, & conceptum *Ad* ut exprimit purum respectum ad illum, distinguunt in paternitate considerata etiam secundum propriam, & ultimã differentiam relationis duos cõceptus objectivos distinctos distinctione virtuali inadæquata penès explicitũ, & implicitum. Alter est conceptus formæ hypostaticæ subsistentis, seù conceptus *In* proprius paternitatis. Alter est conceptus *Ad*, scil. ad Filium: dicunt ergo quòd sub priori conceptu constituit personam Patris pro priori ad generationem, sub posteriori verò, non, quià sic sequitur ad generationem, & consequenter supponit constitutam. Et licet prior conceptus formæ hypostaticæ subsistentis pertineat tanquàm conceptus inadæquatos ad ultimam differentiam paternitatis, prout est forma relativa contradistincta à perfectionibus absolutis, quià tamen ratio relationis magis exprimitur per conceptum explicitum *Ad*, quo completur esse relationis, ideò D. Tho. cõtradistinguit paternitatem ut constitutivam personæ à se ipsa ut relatio est. Ità plures recentiores Thomistæ post Capreol., & Ferraram cũ Illust. Godoii.

Hic modus dicendi subtilis, & valdè plausibilis est præsertim ob autoritatem eorundem gravissimorum Thomistarum. Salva tamen ejus probabilitate placet alter Cajetani, qui considerans personam Divinam esse formaliter *Ad aliquid*, consequenter existimat personam Patris esse constituendam paternitate etiam ut importante formaliter conceptum explicitũ *Ad*, & non quasi materialiter tantum, aut identicè, vel implicitè, ut vult præcedens Unde in relatione paternitatis, secundum quòd dicit *Ad* distinctum à conceptu *In* admittit duos alios conceptus inadequatos, scil. relationis ut conceptæ, vel signatæ, & relationis ut exercitæ, quas D. Thom. appellat prædictis nominibus, nempè *Paternitas ut constituens, & paternitas ut relatio*. Et sub priori ait constituere personã, & præcedere generationem, & terminum genitum; sub posteriori verò supponere illam constitutam, & sequi generationem, & concomitari terminum ad quem: dicit ergo. *Quòd sicut apud logicos relatio dupliciter significatur, scil ut cõcepta, & ut exercita, & tamen una est relatio est. Ita in proposito paternitas ut exercita consequitur actũ generationis, & ipsamet sub eadẽ expressa relatione, paternitas, ut cõcepta præcedit generationẽ, & cõstituit.* Et post pauca subdit. *In littera paternitas, ut relatio significat paternitatem ut exercet actum relationis ut relatio est: Paternitas verò ut constitutiva personæ significat paternitatem eandem, ut exercet actum hypostaticæ formæ.* Quibus subdit Mag. Serra quòd per relationem ut exercitam, intelligenda est secundum exercitium actu referendi, quod habet à parte rei. Per relationem verò conceptam intelligi debet secundum propriam rationem, & quidditatem, quam præcisam ab exercitio solum habet in mente eam concipiente. Sicut autẽ ut docet idem S. D. Quod lib. 9. qu. 3. ar. unico ad 2., ratio, & quiditas substantiæ non est esse per se, & ratio, & quiditas accidentis non est esse in alio, sed quòd substantia sit talis naturæ, cui debetur esse per se; accidens verò, cui debetur esse in alio. Ità ratio, & quiditas relationis, non est actu, & in exercitio ad aliud referre, sed esse aptam natam unum ad aliud referre. Sicquè relationi ut conceptæ solum convenit referre per modum actus primi, relativumque constituere; relationi verò, ut exercitę convenit, referre per modum actus secundi.

Quamvis verò relatio paternitatis creatæ quocunque modo consideretur præsupponat generationem super quam fundatur, quià considerari non potest, ut subsistens; (qua ratione ut innuimus in logicis, à communi intelligentia definitionum, quod nempè non dicunt actum, sed aptitudinem, excipitur definitio relationis, scil. creatæ:) relatio tamen paternitatis Divinæ considerata, secundum quòd est constitutiva personæ, & ut concepta non præsupponit generationem, quià consideratur ut subsistens, sicq. ut non indigens fundamento quasi sustantante. Hoc verò modo non consideratur quatenus est relatio exercita, sed ad modum relationum creatarum, quæ ex actione tanquam ex fundamento consequuntur. Unde paternitas habet quidem esse subsistens, non tamen quatenus est relatio, aliàs omnis relatio esset subsistens, sed quatenus est relatio constitutiva personæ. Unde omnis relatio constitutiva personæ est subsistens. Habet autem esse relationem constitutivam personæ, ut concepta, hoc est secundum rationem propriam, & quiditatem sumpta, non ut exercita, hoc est sumpta secundum exercitium actu referendi, nam hoc est veluti accidentarium, vel consequens, & ideò ut relatio exercita non consideratur, ut subsistens, quatenus verò concepta consideratur, ut subsistens, ac proinde non indigens fundamento, sed ut forma hypostatica præintellecta actui notionali, & relationi ut exercitæ super illum fundatæ.

Advertit ulteriùs, & consequenter ad hæc idem laudatus Mag. relationem paternitatis, ut conceptam, actu constituere personam Patris, non tamen actu illam distinguere ab aliis, sed solum esse illius distinctivam sicut id, quo Adam antequam essent alii homines, constituebatur, actu illum ab aliis non distinguebat, sed solum erat illius distinctivum. Quod subtiliter explicans D. Tho. q. 8. de pot. ar. 3. ad 7. inquit. *Dicendum, quòd de ratione hypostasis duo necesse est esse. Quorum primum est, quòd sit per se subsistens, & in se indivisa: secundum est, quòd sit distincta ab aliis hypostasibus ejusdem naturæ. Si tamen contingat in eadem natura alias hypostases non esse, nihilominus hypostasis erit: sicut Adam, quando non erant aliæ hypostases in humana natura. Semper ergo necessarium est intelligere hypostasim generantem ante generationem, quantum ad id, quòd hypostasis subsistit in se una existens, non tamen in quantum est ab aliis hypostasibus ejusdem naturæ distincta, si per solam hujusmodi generationem aliæ hypostases generentur: sicut Adam non fuit distinctus ab aliis hypostasibus ejusdem naturæ priusquàm mulier formaretur ex ejus costa, & ejus filii ab eo propagarentur. In Divinis autem non multiplicantur hypostases, nisi per processionem aliarum personarum ab una. Prius est ergo intelligere hypostasim Patris in quantum est subsistens, quàm generationem, non tamen in quantum est distincta ab aliis hypostasibus ejusdẽ naturæ, quæ non procedunt, nisi hac generatione supposita. Relationes autem in Divinis, & si constituant hypostases, & sic faciant eas subsistentes, hoc tamen faciunt in quantum sunt essentia Divina. Relatio enim in quantum est relatio non habet, quòd subsistat, vel subsistere faciat. Hoc enim solius substantiæ est. Distinguunt verò relationes in quantum relationes sunt: sic enim oppositionem habent. Relinquitur ergo quòd ipsa paternitatis relatio in quantum est constituens hypostasim Patris, quod habet in quantum est idem substantiæ Divinæ, præintelligatur generationi. Secundum verò quòd distinguit, sic generatio paternitati præintelligitur.* Ita D. Tho. rem hanc totam subtilissimè explicans, ejusq. mentem nullus intimiùs, (ut reor) Cajetano penetravit, quam etiam præfata sui distinctione brevissimè expressit.

Itaq.

Itaq. per relationem paternitatis secundum quòd distinguit, intelligit illam D. Tho. ut exercitam. Distinguit enim actu, quando in exercitio refert Patrem ad Filium, (ut inquit idem Mag.) Per eandem verò in quantum est constituens hypostasim Patris, & ut est subsistens, & idem substantiæ Divinæ, eandem intelligit ut conceptam secundum suam quiditatem, aut per modum actus primi, nam prout sic licet sit distinctiva personę Patris, actu tamen non distinguit ab aliis, quousq. aliæ personæ intelligantur productæ, & exercitium referendi illam ad eas accedat: quamvis hoc modo sumpta nata sit terminum oppositum habere, ad illumq. Patrem referre, (propter quod non forma absoluta, sed relativa est) actu tamen, & in exercitio consideratur, ut non habens, nec ad illum referens. Unde in illo priori, quo intelligimus personam Patris relativè subsistentem constitutam per personalitatem, ut conceptam adhuc non intelligimus filiationem secundum quòd est constitutiva personæ Filii: nam hæc prout sic præsupponit generationem, & generatio proprietatem personalem Patris, ut docet hìc eodem ar. 4. ad 3., sed solū intelligimus filiationē sub ratione termini terminativi, hoc est non actu terminantis, sed potentis terminare: & similiter Filium, non ut formaliter, & actu genitum, sed ut veluti possibilē generari: & hoc modo paternitas in ratione formæ relativæ, & filiatio in ratione termini terminativi, sunt simul cognitione.

Ex his constare potest, quàm rectè hic posterior modus Cajet. sit fundatus in doctrina D. Tho., & quàm efficaciter etiam suaderi possit ex eo, quòd ait, ut supra: *Persona autem Divina est formaliter Ad aliquid, & consequenter oportet constitutivum personæ esse adaliquid,* quibus innuit non posse paternitatem formaliter constituere personam propriori ad conceptum explicitum *Ad*. Unde prob. sic: persona Divina importat formaliter *Adaliquid*. Ergo paternitas non constituit illam non concepto formaliter, vel explicitè *Ad*: cons. tenet, quià constitutivum rei debet explicitè importare, quod est de conceptu formali rei constitutæ, cum definitivè etiam per illud explicetur. Ant. etiam constat. Nam persona Divina importat formaliter aliquid relativè oppositum; non enim in linea absoluta, & non opposita admittitur persona in Divinis, ergo formaliter dicit *Ad* aliquid, & consequenter explicitè *Ad*.

Urg., & expl. hoc ratione, qua supra. Ea ratione paternitas est constituens personā Patris, qua est ratio opponendi, & distinguendi realiter hypostaticè illum à Filio, sed hoc habet sub cōceptu formali, vel explicito *Ad*, ut explicatū est; sub nullo enim alio munere præcisivè ab isto concipitur ut relativa, vel ut referens Patrem ad Filium, ut ad terminum terminativum, vel ut terminantem, ergo neq. ut constituens relativè oppositum, vel hypostaticè realiter distinctum ab illo, ut etiam innuit D. Tho. proximè relatus illis verbis: *Distinguunt verò relationes, in quantum relationes sunt, sic enim oppositionem habent*.

Dices satis esse ad hoc, quòd implicitè, & identicè, vel connexivè dicat *Ad*, non formaliter, & explicitè sub munere formæ hypostaticæ subsistentis, sub quo constituit, & quòd licet distinguatur ab eodem explicito *Ad*, illud tamen implicat, & cum eo connectitur, vel identificatur: §. Sed hæc solutio videtur insufficienter præoccupari argumento facto. Quià Persona Divina, utpotè formaliter de linea relativa, & opposita formaliter, est Adaliquid, (ut rectè dicit Cajet.,) & non implicitè tantum, vel connexivè, aut identicè, ergo explicitè dicit, vel est *Ad*: §. Deinde ut toties dictum est, sicut realis distinctio habetur ex limitatione, & finitate, ità in Divinis ex oppositione relativa, sed increatis unum suppositum distinguitur realiter ab alio ratione alicujus modi absoluti explicitè, & formaliter limitati, & limitantis, & non implicitè tantū, ergo in Divinis realis distinctio unius personæ ab alia habetur ratione relationis sub proprio cōceptu *Ad* sive ut oppositæ, & opponentis formaliter, & explicitè importato, & non implicitè tantum, vel connexivè: §. Tertiò, & urg. utraq. præcedens. Nam paternitas, vel relatio Divina juxta exigentiam personæ, quæ constituitur, formaliter intra lineam relativam, & oppositam debet constituere illam secundum formalem, & proprium sui conceptum differentialem, vel ultimum, ut distinguitur ab absoluto, sed hìc est *Ad*, ità ut in nullo sui conceptu, sive adæquato, sivè inadæquato concipi possit sine isto, sicut in nullo sui concipi potest absolutum sine conceptu ad se formali, vel explicito, ergo non potest relatio, vel paternitas esse constituens, vel constitutiva personæ Patris præcisivè à formali, vel explicito conceptu *Ad*.

Ex his omnibus non solum patet ad difficultatatem, vel replicam principalem, quòd nempè paternitas, ut constituens non sit aliquid absolutum, vel quid commune ad absolutū, & relativum, sed determinatè relativum, etiam secundum proprium conceptum *Ad*, sub munere tamen relationis ut conceptæ, non ut exercitæ; sed etiam ad id, quod poterat contra hoc ipsum opponi, nempè quòd non videatur relatio formaliter ut talis posse sub priori munere conceptæ præscindere à se ipsa, ut exercita, sivè à respectu, ut exercito ad terminū, cū iste sit de conceptu formali, vel essentiali relationis, cujus totū esse est ad aliud se habere, unde vel cōceptus paternitatis, ut cōstitutivę, si semel pręscindit ab hoc munere, erit aliquid absolutum: vel si est quid relativum formaliter erit ipsa relatio non solum ut concepta, sed etiam ut exercita. Dicimus ergo ut supra, quod quià paternitas Divina non præcisè est relatio sub puro munere relationis, sed etiam subsistens, optimè potest exercere munus formæ hypostaticæ, & sub isto constituere sine actuali exercitio, vel respectu ad terminum ut actu terminantem, sed ut ad terminativum ut explicatum est, qua ratione consideratur ut concepta, & non ut exercita, licet uterque pertineat ad forum relativum, ut dictum est.

Non desunt tamen etiam ex nostris, (& est replica contra præcedentem doctrinam,) qui velint paternitatem adhuc ut exercitam, sivè sub munere referendi, & non solum ut signatè conceptam, sine ut aptam natam referre, constituere personam Patris. Ità M. Herrera, cui videtur consentire noster Eminentiss. Ferrarius, Tum quià relatio, qua relatio est essentialiter dicit actuale exercitiū referendi ad suum terminum formalem, quidquid sit de termino materiali, ergo si sub explicito conceptu relationis est constitutiva, debet illam constituere etiam ut exercita tribuendo illi actuale exercitium referendi ad suum terminum; constituit enim tribuendo illi se ipsam, ac proinde esse relatam, quod idem est ac dare illi actuale exercitium referendi sub ratione actualis exercitii.

Secundò. Quià etsi forma non semper tribuat omnem suum effectum formalem suo subjecto pro omni signo, vel priori, tamen tunc non constituit tale

tale subjectnm, nec illi exercitè unitnr sob ea ratione, sub qna est causa talis effectus, ut patet indnctivè, unde anima rationalis, quià non tribuit capillis esse sensitivum non constituit capillos formaliter, ut est fosma sensitiva, ergo si parernitas sub ratione explicita relationis constiruit personam Patris, impossibile est, quòd nnn tribnat proprium effectum formalem, scil. esse exercitè relatam ad ter minum.

Tertiò deniq. quià persnna Patris debet constitui paternitate pront est relatio in actn ultimo, debet enim constitui ut persona Divina ergò per modum actns puri in sua linea, sed persona Divina, pertinet formaliter ad lineam relativam, sicut persona creata ad lineam absolutam, ergo dabet constitui paternitate prout est relatio in actu ultimo, sed ultimus actus relationis, nt relatio est, est actu referre exercitè ad terminnm, ergo sub hoc munere debet constitui relatione paternitatis, sicut intellectns Divinus constituitur intellectione actuali, & exercita, & essentia Divina existentia actnali, & exercita, ut sustinet ubi supra idem Eminentiss., & plures ex contrariis etiam fatentur.

Videtur etiam fundari hoc ipsum in D. Tho. tum hic ar. 2. ad 4., nbi inquit, *Quòd relatio præsupponit distinctionem suppositorum, quando est accidens: sed si relatis sit subsistens, non præsupponit, sed secumfert distinctionem*. Et in 1. dist. 27. q. 1. art. 2. in fine corp. inquit. *Ipsa relatio potest tripliciter considerari. Vel in quantum est relatis absolutè, & ex hoc non habet, quòd præcedat operationem, imò magis, quòd sequatur; vel in quantum est relatio Divina, quæ est constituens personam, & est ipsa persona subsistens, & sic præcedit secundum intellectum operationem, vel in quantum est ipsa operatio personalis, & sic sunt simul secundum intellectum, & idem*. Quibus videtur expresè sentire, quòd licet paternitas Divina ex cnnceptu relationis ut sic, vel prout abstrahit à creata, & increata, vel prnut est analogicè communis ad utramq., seqnatur operationem, ut tamen Divina, substantialis, & subsistens est, etiam sub expressn conceptu relationis, vel referendi, generationi præsnpponitur.

His taman non obstantibus recedendum non est à superiori modo Cajet., quòd etiam nt Divina, pront concepta præcedat, & solum nt exercita sequatns ad illam; nt videtnr satis expresè docere hìc art. 4. Nam loqnens de illa, ut est proprietas persoualis Patris, (quæ planè pront sic Divina est) inquit, ut vidimns. *Potest considerari dupliciter. Uno modo ut est relatio: & sic iterum secundum intellectum præsupponit actum notionalem: alio modo secundum quòd est constitutiva persona, & sic oportet, quòd præintelligatur relatis actui notionali, sicut persona agens præintelligitur actioni*. Planè iternm constat, quòd nt constitutiva personæ est Divina, qnam vocat Cajet. nt conceptam, & taman prout sic dicit illam pręintelligi actui notionali; quod etiam docuerat supra q. 29. ar. 4. ad 1., & q. 9. de pot. ar. 4., & q. 10. ar. 3. Nec contrarium docet aliis locis relatis, sed solnm statuit diffesentiam inter paternitatem creatam, & Divinam, qnòd nempè creata, ntpotè accideus, sub omni conceptu supponit generationam; Divina varò sub nno snpponit illam; snb alio antem præcedit illam, qnæ omnia consonant ad intentum Cajet.

Quibus addi potest, qnòd si semel paternitas Divina adæquatè sumpta, vel snb utroq. munere præcederet generationem, prima persona esset genitor, quià Pater, & nnn è contra, quià per paternitatem asset jam constitnta ante generationem, & nt dicit D. Th. persona agens præintelligitur actinni. Et ità etiam Filius non esset Filins, quià genitus, sed magis è contrà, quæ non sunt admittenda: §. Imò etiam si pes impossibile eadē prima persuna non generaret adhnc esset, vel intelligeretnr Patar, cū prius, nt prius non dependest à posteriori, maneatq. vel intelligatur, isto per impossibile ablato, vel non intellecto (quidqn id sit de facto ob summam identitatem, & connexionē) ut etiam patet de intellectu, per impossibile remota, vel non intellecta voluntate: & de absnlutis in Deo semotis per impossibile notionalibus, & proprietatibus selativis, nt dicunt Judæi esse unam tantnm pesfonam in Deo.

Ad ea verò, qnibus prob. idem modns landati Mag.: Ad 1. resp. dist ant. relatio creata, conc., Divina, subdist. juxta pciorem doctrinam, vel distinctionem D. Tho., ut relatin est, scil. exercita, ut loqnitur Cajet., iterum conc., ut subsistens est, vel nt habet rationem formæ hypostaticæ constituentis personam, neg. Nam prnut sic, ut dicebamns, sufficit, nt sit apta referre, sicut substantia licet sit essentialites ens pes se, sufficit illi, ut vidimus ex eodem D. Thom., qnòd sit ei debita perseitas: qua etiam simili paritate paulò supetiùs utitur idem Emincntiss. arguens; de absoluto, & relativo, qnòd sicut illud dicitnr ad se, val etiam in alio si sit accidens, ità istud ad alind, & tamen non omne hujusmodi absolutum petit esse tale secundùm actuale exercitium, sed tantnm secnndnm debitum, ut de substantiali cxplicat ejus definitionem D. Th.; si verò de accidentali fatemur etiā omnes, satis esse debitū inhærendi, ergn pariter ralativū præsertim Divinū, sub eodē munere subsistentis, & constituentis non tenetur dare in omni priori rationē relati ad terminnm actn terminantem, sed tantum rationem relativi, ad tarminativnm, ut explicatum est, cum snla aptitndine ad actn referendum. Per quod patet adprob. annexam, quòd relatio constitnat tribnendo seipsam; nam cum Divina constitnat persnnam ut subsistens est, non tenetnr prout sic in illo priori dare ultimum sni effectū formalē, quem pręstat, ut relatio est, scil. esse relatam, sed tantum essa relativam, siuè aptam rafessi, nt in simili docet D. Thn. ad c. 11. 1. ad Corint. sect. 7. de gratia secundum se ipsam cnmmunicata accedanti ad Sacramentum pænitentiæ priùs contrito (aliis exemplis ommissis,) quòd tunc præstat formalem sni effectum sanctitatis, & reconciliationis cum Deo quantnm ad remissionem culpæ, & pænæ æternæ; post confessionem verò, & satisfactionem, quantum ad totalem remissionem pænæ, & reconciliationem ad membra Ecclesiæ: ex quo infert quandoq. sufficere solam contritionem, (scil. in necessitate) ad dignam commnnionem.

Ad 2. ex his neg. suppositum consequentis, quòd ralatio Divina quoad sni conceptnm explicitnm limitetur ad se ipsam, ut expresam sub hac voce, vel munere relationis, tamē alternm etiam comprehendit, scil. formæ hypostaticæ subsistentis, quo pacto etiam relatio est, vel qnid relativnm, ntpotè proprietas personalis, ut ait D. Tho., & sub isto non tenetur præstare, qnod præstat snb posteriosi, sed tantnm constituere hypostaticè relativè, non relatè, ut dictū est. §. Ad 3. ne eadem repetamns, patet ex superioribus; quòd ad salvandnm conceptnm actus puri non tenemur pervenire cnnstitutivè, & explicitè ad ultimam omninò actnalitatem, sed tantnm in snn gradu, vel linea, cum identitate, & inclnsione cujuscunque alterius. Vel solum

lum ad illam, quam ex propria formali ratione explicat, & non quam solùm secondariò, vel consequenter, si utramque habeat explicare, ut dictum est in opposita sententia, de essentis respectu existentiæ: nodè relatio etiam Divina, licet constituat secundum explicitum conceptum *Ad*, non tamen tenetur constituere secundum istum exercitè acceptum, sed tantum signatè, & prout sic tantum esse in acto ultimo cum identitate sui ipsius exercitè sumpti.

Tertiò arg. argumento jam insinuato, in quo etiam facit vim Scotus. Id quod refertur est prius relatione, quia res priùs est, quàm referatur, sed persona Divina est, quæ refertur, ergo priùs est in se, quàm referatur, ac proindè supponenda est ante illam constituta per aliquid absolutum, cum non sit aliud assignabile. §. Urg. 1. omne compositum supponit partes componentes, & earum unionem, homo enim supponit animam, & corpus, & utriusque unionem. Similiter album supponit corpus, & albedinem, & eorum unionem, ergo etiam relatum supponit rem, quæ refertur, & relationem, qua refertur, & unionem utriusque, ergo cum res, quæ refertur sit persona debet hæc constitui ante relationem. §. Tertiò denique quià omnis relatio realis supponit extrema distincta, & constituta, ergo nulla relatio realis constituit, & distinguit personas.

Ad hæc omnia patet primò ex dictis solum probare de relatione, & composito in creatis, non in Deo. Deindè ad arg. dist. ant supra mas si id, quod refertur non sit ipsa relatio, ut in nobis, conc. secus, ut in Divinis, nego. Quià relatio ibi, utpote subsistens, est intransitivè id, quod refertur, & non præcisè *ut quo* subjectum, vel persona jam constituta referatur, & ideò non oportet, quòd persona, quæ refertur, præcedat relationem, qua refertur nisi inadæquatè prout exercitam, & consequenter non tenemur recurrere ad aliquid absolutum ad constituendam personam in Divinis. §. Ad 1. confirm: nego suppositum consequentis, quòd constitutio Divinarum personarum fit per modum compositionis, in quo deficiunt omnia ejusmodi argumenta: militant enim contra constitutionem hujus generis; & quià difficilè percipiunt, quomodo Divinæ simplicitati, quæ eminenter est multiplex, non repugnet, imò in eadem, ejusque eminentia fundetur, quòd possimus, & debeamus formare conceptus diversos absoluti, & relativi, nominibusque concretis, & abstractis uti formæ constituentis, & personæ constitutæ. Est ergo duplex constitutio, ut benè idem observat hìc ar. 3., alia per modum compositionis, alia per modum simplicitatis, vel identitatis. Et hoc modo simplex forma constituit suppositum simplex, ut deitas Deū, omnipotētia omnipotentem, sapientia sapientem, immensitas immensum, & sic de aliis. Et in hoc differunt, quòd in prima, forma constituens non est ipsum constitutum, & contra hanc militat argumentum, & utraque ejus confirmatio. In seconda verò forma eadem est ipsum constitutum, non enim constituit, nisi ponendo se in concreto, & hujus generis est præsens constitutio, undè D. Tho. hìc ar. 2. in Corp. inquit, *quòd relationes constituunt personas in quantum sunt ipsæ personæ subsistentes, sicut paternitas est Pater, & filiatio est Filius, et quid in Divinis differunt abstractum, & concretum*. En quomodo per viam simplicitatis, & identitatis fit constitutio in Divinis, & non per viam compositionis juxtà meritum Divinitatis, quæ adeò una, & simplicissima est etiam in suis personis, ut non admittat in illis distinctionem realem, nisi prout adinvicem sunt, seu ut relativè oppositæ, cum tamen, ut vidimus, per circum insessionem adhuc realiter identificentur. Et per hæc patet ad 2. Non immoror diutiùs in aliis recensendis, tum quià ferè omnia procedunt ex prædicta æquivocatione. Tum quià facilè ex dictis solvi possunt.

Ex quibus etiam colligi potest eandem distinctionem realem in Divinis esse maximam quoad dignitatem, & causalitatem, minimam verò quoad quantitatem. Primum patet, quia Divina est, & habetur per relationem subsistentem, quæ in omni ordine, vel genere superat in dignitate omnem distinctionem creatam, & creabilem. Secundum verò, quià ex tribus personis realiter distinctis, sivè à Deo indivisè in illis tribus causatur omnis multiplicitas creata, eique indivisè tribuitur causalitas omnis entis. Tertium denique quià ex quò fit per aliquid relativum, fit per id, quod ex proprio genere censetur minimum in genere entis, ut in logicis explicatum est.

Sed contra hoc 3. instas. Nam distinctio realis, qua Pater, & Filius distinguuntur in creatis est minor quoad quantitatem, dist inctione, qua distinguuntur Pater, & Filius in Divinis, ergo non est hæc prout sic omnium minima. Prob. ant, quià ut dictum est, relatio Divina est subsistens, creata verò est purum accidens, ac proindè quid minus in genere entis, ergo pariter distinctio, quæ habetur per istam erit quid minus quoad quantitatem. §. Resp. neg. ant. Ad prob. dist., & explico ant. Divina est subsistens, & adhuc de pura linea relativa in ratione distinguendi, conc. alterius lineæ, vel absoluta, neg. ant., & cons., quià licet in creatis sit purum accidens, ejus tamen extrema correlativa, scil. Pater, & Filius non tantum distinguuntur per paternitatem, & filiationem, sed etiam per fundamenta, & subjecta; Divina verò licet ex quò capite subsistens est, dicatur confesse ad majorem dignitatem, ex quò tamen in ratione faciendi distinguere est de pura linea relativa facit distinctionem minimam quoad quantitatem, quia nempè tota habetur per aliquid purè relativum in omnibus enim aliis, ut dictum est, Pater, & Filius sunt unum, & solum relationibus distinguuntur.

§. IV.

Expeditur quæsitum an constituantur personæ Divinæ per relationes secundum munus originis, an secundum illud relationis.

Duo hæc munera habet relatio in Divinis, ut insinuavimus ex D. Thom. hìc ar. 2. in princ. ubi inquit. *Inveniuntur autem in Divinis personis duo, secundum quæ differunt, scil. origo, & relatio. Quæ quidem quamvis in re non differant, differunt tamen secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, ut generatio, relatio verò per modum formæ, ut paternitas*. Hinc oritur difficultas (eam etiam supposito quòd personæ constituantur per aliquid relativum, scil. per relationes, & non per aliquid absolutum) sub quò munere illas constituant. *Quidam enim (prosequitur Div. Thom.) attendentes, quòd relatio consequitur actum dixerunt, quòd hypostases in Divinis distinguuntur per originem, ut dicamus, quòd Pater distinguitur à Filio in quantum iste generat, & hic est genitus. Relationes autem sivè proprietates manifestant consequenter hypostases, sivè personarum distinctiones; sicut, & in creaturis proprietates manifestant distinctiones individuorum*, quæ fiunt per materialia principia.

Pro hac sententia refertur D. Bonav. in 1. dist. 26, & 27., potissimùm q. 3. & Ricardus de S. Victore lib. 4. de

de Trinit. cap.19. §.Alii verò asserunt constitui, & distingui æquè primò etiã per originas.Ità Valentia hic q.14.puncto 2.,& lib.2.de Trinit. cap.11. Idque indicat etiam Molina disp.2.memb.3. §.Thomistæ verò, & alii Theologi communiter cum D. Thom. hic sustinent, quòd primum constituens, & distinguens sit relatio secundum rationem relationis, & non originis.

Resp. ergo personas Divinas constitui primò, & distingui sub prioti munere relationis, non posteriori originis.Ità etiam D.Thom.infrà ar.4.in fine corp.illis verbis *sicut persona agens præintelligitur actioni*. Ex quibus prob. Nam origo, vel accipitur activè, vel passivè, sed neutro modo potest constituere, ergo, prob.mi.quià priori modo concipitur ut egrediens à persona producente; posteriori verò, ut via ad personam producendam, ergo neutro modo concipi potest ut constituens formaliter personam.Patet cons. nam actio ut egradiẽs supponit agens, vel personam producentem constitutam in suo esse, ut autem via, est in tendentia ad formam, v.g. filiationem formaliter constituentem. Qua ratione etiam utitur D.Th.q.8. de pot. ar.3.

Explic.,& urg hoc ex eodam hic ar.2. Constitutivum rei debet esse, vel significari ut quid intrinsecum, & manens in illa, ut patet inductivè in omni constitutivo, cum nihil sit intimius, & magis impræscindibile ab ipsa; sed origo (ut inquit D. Tho., & patet) significari nequit, ut aliquid intrinsecum, & manens in re, sed ut via quædam à re, vel ad rem, nam activè significatur, ut egrediens ab illa, vel à persona; passivè verò, ut tendens in personam ut constituendam personam sibi intrinsecam, & in illa manentem, ut est paternitas in Patre, filiatio in Filio, & spiratio passiva, seù ratio spirati in Spiritu S., ergo origo in quantum talis non elt forma constituens personam.

Expl. ulterius, vel sub aliis terminis exponitur hęc ratio D. Thom.Constitotivum cujuslibet rei habentis esse fixum, & permanens debet significari, ut fixum, & permanens, cum nihil illi sit magis proprium, ac proportionatum, sed persona Divina est quid fixum, & permanẽs, origo verò sivè activa, sive passiva non significatur ut talis, sed ut quid viala, & in tendentia à re ad rem, ergo non est quid proportionatum ad constituendam personam.

Dices hac ratione excludi etiam relationem, nam ipsa etiã se habet ut via, & tendentia ad aliud, cum totum illius esse sit ad aliud se habere. § Sed contrà hoc est, quià relatio non est ità via, & tendentia ad aliud, ut simul non retineat rationem formæ intrinsecè permanentis in facto esse, sed origo prout sic nequit aliter significari, nisi per modum viæ, & fluxus, ergo nec concipi prout sic ut constitoens personam sicut relatio, cons. tenet, & præmissæ prob., ma.quidem nam etiam in creatis videmus, quòd transacto motu manet in Patre paternitas, & in Filio filiatio, ergo à fortiori id illi conveniet in Divinis, ubi est firmior, & stabilior, utpotè subsistens, ac proindè ex utroque capite concipi potest ut forma constituens: mi. etiam, quià origo prout sic tantum concipitur secundum duplicem conceptum, scil. *Ab*, & *Ad* scil. ut ait D.Tho.à re ad rem, sivè ut egressio à producente, ut illius facere, & producere si consideretur activè; vel ut via ad rem producendam, si passivè, ut dictum est, tanquam fieri illius, ergo neutrò modo significatur ut forma intrinsecè permanens in facto esse, & consequenter ex vi modi significandi prout sic, vel secundum rationem originis repugnat significari per modum intrinsecè, & permanenter subsistentis, ac proindè etiam, ut constituentis personã fixam, & permanentẽ, de quò iterũ infrà.

§. V.

Solvitur difficilis objectio.

SEd contra hanc replicam, & rationem principalem, ejusque confirmationes, quæ continent alteram rationem D. Thom. est celebris instantia in operatione naturali, sivè in intellectione essentiali. Nam ità se habet origo, sivè operatio personalis ad personam, sicut intellectio essentialis ad naturam, at Divina natura, ut vidimus, in probabilissima sententia etiam inter Thomistas, metaphysicè constituitur actuali intellectione, ergo etiam persona Patris constitui poterit operatione personali, sivè generatione activa. §. Explic., & urg. hoc. Sicut hæc generatio, vel activa origo ejus personalis significatur, ut egrediens à Patre producente, ità actualis operatio, vel intellectio essentialis à Deo intelligente, sed nihilominùs hæc in eadem sententia non supponit, sed constituit naturam Dei, ergo pariter illa non supponet, sed constituet personam Patris.

Huic instantiæ, quæ censetur satis difficilis, variè respondẽt Authores etiam ex nostris: & quidem primò Suarez 7. de Trinit. c.6. assignat discrimen, quòd intelligere essentiale Dei constituit esse Dei non prout concipitur, ut via, & egressus à Deo intelligente, sed secundum rationem perfectissimi gradus habentis esse permanens, & fixum in Deo. §. Sed hæc solutio non videtur sufficiens, quià non est major ratio, cur in intelligere essentiali concipi possit prædicta duplex formalitas, quarum altera sit constitotivum, & altera non, & non possit similiter cõcipi duplex in origine, altera, scil. viæ, & fluxus, & altera formæ hypostaticæ, & secũdum hanc sit constitutiva, licet non secundũ priorem. Eò vel maximè, quòd in Deo nulla sit formalitas, quæ subsistens non sit, si absoluta, subsistentia absoluta, si relativa, subsistentia relativa, ut docet D.Th., ergo si quià actus intellectionis est perfectissima actualitas, distinguuntur in illo duo conceptus, alter perfectissimi gradus, alter viæ, & fluxus, & secundum primum est constitutivus, non verò secundum posteriorem, ità similiter distingui potest, & aseri de origine.

Secundò resp. salmanticen: hic disp.18. dub.3.§.3.ad 2.objectionẽ n.mihi 56. quòd intelligere essentiale nõ dicit ex parte rei conceptæ esse viale, & consistens quasi in fluxu, licet quià à nobis concipitur connotativè ad intelligere nostrum, quod in fluxu, & esse viali consistit, concipiatur, ut via, & fluxus, sivè ut in fluxu, & in esse viali: Cæterum origo, quià vera productio est, dicit viam, & fluxum, & ideo supponit prout sic, & non constituit personam in esse producentis. §.Huic solutioni adhæret etiam laudatus Eminentiss. negans intelligere se habere, ut viam, & fluxum, sed potiùs ut terminum, & factum esse, quià nempe de ratione intellectionis non est egressio à natura intelligentis, cum in intelligere non importetur ordo originis unius ab alio, sed tantum ultima actualitas vitaliter perceptiva termini, undè à multis dicitur, quòd non sit actio physicè, sed solum grammaticaliter, & ideò etiam in creatis pertinet ad prædicamentum qualitatis, non verò actionis. At verò generatio in Divinis prout significata hoc nomine importat realem, & physicam originẽ unius ab alio, & consequenter egressum à persona generante, unde se habet ut fluxus, & via à generante ingenitum, & est vera actio physica, cum sit verè activa,

va productio; hinc est, quòd sub hoc modo concipiendi nequit personam constituere, sed magis constitutam supponere. Ità prout de more subtiliter discurrit idem Eminentiss.

Sed hæc etiam solutio displicet M. Ferre hic q.27. §.1. in manuscriptis, quià difficilimum reputat, quòd intelligere ex parte rei conceptæ non importet fluxũ, & viam, undè arguit sic. Deus sicut est perfectissimum ens, ità est perfectissimum agens per intellectum, ergo sicut ex parte rei conceptæ ponimus in Deo formam, qua verè constituitur in linea essendi, ità debemus ex parte rei conceptæ ponere in illo formam, qua verè constituatur in linea agendi per intellectum, ergo & dabemus ponere in illo actionem, quę vera actio sit, ergo, & quę sit fluxus, & via licèt non ad terminum productum, saltem ad terminũ contemplatum. §. Secundò Quià Deus non est beatus in linea essendi, sed in linea agendi, ergo cum sit verè beatus debemus in illo ponere veram actionem; hæc est intellectio sui, ergo intellectio sui ex parte rei conceptæ vera actio est, ergo vera via, & fluxus: undè subdit, quòd propter hoc argumentum contra superiorem rationem conclusionis propositũ ità sibi semper difficile visum est, ut nullo modo supra de scientia Dei, constitutivum ejus in intelligere per modum actus secundi esse constituendum judicaverit.

Sed quidquid sit an intelligere præsertim essentiale Divinum sit vera actio, cum aliàs Thomistæ communiter, ut vidimus supra de visione ad ar.2., doceant actiones immanentes propriè esse qualitates cum Cajet. supra q.34. ar.1. circa solut. ad 2., & infrà q.79. ar.2. dub.2. & Bannez ibidem dub.2., & aliis juxtà D. Tho. opusc.48. c.1. & in 1. dist.18. q.4. ar.3. ad 3. dicentem in prædicamento actionis tantum constitui actionem, quę est cum motu physico: nihilominus adhuc difficile est præscindere illud ex parte rei conceptæ ab omni ratione viæ, & fluxus, vel tendentiæ ad terminum saltem contemplatum licet non productum, ut ait Mag. Ferre, ità ut hinc assignetur sufficiens disparitas inter illud, & originem, & planè solvatur prædicta instantia.

Vnde contra eandem instatur sic. Quamvis intelligere magis qualitas sit, quàm vera actio ex parte rei conceptæ, verè tamen habet modum essendi actionis, itaut sicut actio naturali resultantia emanat ab agente constituto in actu primo completo, & aplicato ad agendum, ità etiam naturali resultantia emanat intellectio ab intellectu eo ipso quòd in actu exercito est constitutus per speciem in esse intelligibili, & exercitatur ad intelligendum, ergo nequit omninò præscindere ab egressu saltem virtuali ab intelligente, & à via vel tẽdentia ad terminum. §. Expl. hoc. Licet in intelligere, ut cõtradistinctò à dicere, non importetur aliqua ratio originis, itaut secundum suam rationem formalem, nec sit productio verbi, nec verbum productum, verè tamen importat habitudinem intelligentis ad rẽ intellectã, ut docet D.Th. supra q. illa 34. ar. 1. ad 3., ergo ex parte rei conceptæ dicit hanc habitudinem per modum viæ, & tendentiæ ad terminum intellectum, vel contemplatum.

Expl. ulteriùs, & org. totum hoc. Quamvis ut dicebamus ibidem de visione ex Arist. 9. metaph. tex. 16. hoc inter alia sit discrimen inter actionem immanentem, & transeuntem, quòd transiens necessariò habet aliquem terminum productum, immanens non necessariò sit productio termini, hoc tamen ei ex propria ratione formali non repugnat, sed potest ei permissivè convenire, at si ex propriis, vel ex parte rei conceptæ omninò præscinderet à ratione viæ, & fieri, & solũ per modũ quietis sisterat in facto esse nec permissivè videratur posse id ei cõpetere, sed magis repugnare, sicut facto esse, ipsũ fieri, vel quieti, ipsũ desideriũ ergo. §. Itàq. sicut in opposita sententia etiam probabili formalis ratio actionis immanentis, si verè actio est, dici potest, quòd consistat in hoc, quod sit actualitas potentiæ, aut virtutis activæ, ut ejus actualis influxus, & tendentia ad objectum, circa quòd versatur, ità ratio intellectionis sit quædam actualis tendentia, & contemplatio attingens objectum in verbo.

Relictis ergo his solutionibus in sua probabilitate, ad argum. vel ejus instantiam resp. ex dictis prænotando cum eodẽ M. Ferre, quòd in nulla sentẽtia intelligere secundum modum actionis ponitur Dei constitutivum essentiale, quià prout sic, ut dictum est, dicit emanationem, vel egressum ab intelligente, ac proindè eundem in suo essentiali constitutum. Unde Authores hujus sententiæ dicunt, ut vidimus, quòd quià intelligere per modum actus secundi est ultima actualitas omnium, quæ spectant ad esse intelligibile, ideo est quid actualissimum, & perfectissimum in eadem linea, & sic in illo intelligere distinguunt, & rationem perfectissimæ formæ, & sub hac consideratione Deum metaphysicè constituere, & modum actionis, seù egressus, & prout sic esse attributum Dei.

Secundò suppono ut ab initio innuimus dubiũ præsens non esse præcisè de relatione, an cõstituatur persona per illam (hoc enim in superiori quæst. jam resolutum est) sed cum in illa reperiatur duplex munus, vel consideratio, scil. originis, & relationis, ut formæ referentis, per quod nam istorũ constituenda sit, & nos dicimus per hoc posterius, quià relatio sub priori originis etiã signatè accepta, reduplicativè significatur, ut egrediens, ac proindè ut via, & fluxus, ab illo ad suum terminum, ut dicit D. Tho. Unde potest instantia retorqueri. Nam quià intellectio, ut actio consideratur, ut quid agrediens, & viale ad suum objectum, in nulla sententia constituit intelligentem, sed supponit constitutum, ergo, quià pariter origo, ut origo est aliquid egrediens, & viale ad suum terminum, in nulla erit constituens, sed supponet constitutum.

In forma, ergo ad argum: vel neg: ma: quià in operatione personali, vel origine activa, seù generatione, redoplicativè, ut origo est, etiam signatè accepta sola est consideratio illius per modum egressus, & viæ, vel fluxus, ad rem, ut ex D.Tho. ostensum est, sed in actuali intellectione esẽtiali juxtà prædictã sententiam, quæ asserit esse constitutivũ Dei, est duplex munus, ut dictũ est, sicut nos communiter dicimus juxta D. Thom duplicem esse in relatione, & ideò non ità se habet origo ad producentem, sicut se habat intellectio essentialis ad intelligentem, vel paternitas ad Patrem generantem, seù personam relativè se habentem ad Filium. Vel potest claritatis gratia distingui. Ita se habet, sicut actualis intellectio essentialis, sumpta hæc sub munere actionis, vel egressus, conc., sub omni, neg. ma., & etiam suppositum illius, quòd origo, ut origo possit aliter cõsiderari, sicut intellectio, ut dictum est: & dist. similiter mi: constituitur actuali intellectiona essentiali, sub munere actionis, vel egressus etiam in eadem sententia, neg: sub alio ultimæ actualitatis, vel formæ perfectissimæ, conc., & neg. cons., vel iterum suppositum illiùs, quòd generatio, vel origo activa, ut talis habeat similẽ duplicem considerationem. Per quod etiam patet ad ejus explic., vel confirm.

Sed instas. Sicut intellectio, & relatio possunt

sic dupliciter considerari, & duplici præfato munere gaudere, ità paritar origo, val generatio, cum paritea habeat rationem subsistentie, argo potiori jure de illa affirmandum ast, quòd sit constitutiva personæ Divinæ, quàm de ralatione etiã const.tenet, quià aliàs relatio fundatur super originem: §. Quod urgentiùs militat de origine, vel generationa passiva, quæ est ptios filiatione atiam ut habet rationam subsistantiæ, & formæ hypostaticæ, cum sit veluti fieri illius: §. Expl., & urg. totum hoc. Sicnt in eadam intellectione concipitur doplex illud munur, scil. egressus, & ultimæ actualitatis, saù formæ perfectissimæ, & similiter in relatione duplex considaratio, scil. ralationis, ut exercitę, & ut conceptæ, vel subsistẽtis, pariter origo sivè activa, sivè passiva potest sic duplicitas considarari, cũ non minùs Divina sit, ac proinda subsistens, quàm intellectio vel telatio, ergo si utraq. hæc formalitas potast sub altero munere, vel consideratione importare quid fixũ, & permanens, ac proinde prout sic constituere, & non supponere intelligentẽ, vel producentẽ, aut parsonã constitutã paritas potarit cõstituere origo, & nõ supponere illã constitutã: nõ enim videtur majo rratio de illis, quàm de ista. Unde D. Tho. hìc art. 2. in fine corp. etiam de originibus addit, quòd etiam per illas aliquomodo constituuntur personæ, sicut per oelationes: §. Quibus addi potest; quòd etiam origini, ut origo est, correspondet sua subsistentia distincta ab ea, quæ correspondet relationi, ut forma est, argo origo sub munere subsistentis poterit parsonam constituere,

Huic instantiæ patet discrimen ex dictis, jam enim assignavimus rationem illius, cur nempè intellectio, & relatio ut tales, sint capaces prædictæ duplicis considerationis, ut secundum alteram concipi possint, ut aliquid fixum, & permanens, & consequanter constituere possint intelligentem, & pruducentem, non tamen origo ut origo; ut explicatum est. Unda D. Tho. ibidem inquit. *Contra rationem originis est, quòd constituat hypostasim vel personam: quià origo activè significata significatur ut progrediens à persona subsistente, unde præsupponit eam. Origo autem passivè significata, (ut nativitas) significatur ut via ad personam subsistentem, & nondum ut eam constituens. Unde hoc nomen Pater non solum significat proprietatem, sed etiam hypostasim. Sed hoc nomen genitor, vel generans tantum proprietatem. Quià hoc nomen Pater significat relationem, quæ est distinctiva, & constitutiva hypostasis. Hoc autem nomen generans, vel genitus significat originem, quæ non est distinctiva, & constitutiva hypostasis*. Ità D. Th. Quibus clarè ostendit, cur origo, ut origo reduplicativè, sivà activè, sive passivè ax modo significandi, (ut hìc loquimur,) non habeat latitudinem utrinsq. considerationis, sicut relatio (de intellectiona jam similiter dictũ ast esse capacem utrinsq.) & ideo non potest prout sic formalites accepta constitucre, sicut oelatio.

In forma ergo neg. ant. Ad prob. annexam, nego illam, formaliter loquendo, & reduplicativè de origine, & ex modo significãdi; quidquid sit ut materialiter, vel implicitè idam sunt, Et ideò notanter ait D. Tho. nostro modo concipiendi personas constitui non originibus, sed relationibus, quià nempè ut præmittit paulò post principium corp. *Quamvis origo, & relatio re non differant, differunt tamen secundum modum significandi. Nam origo significatur per modum actus, ut generatio, relatio verò per modum formæ, ut paternitas*. En clarissimè discrimen adductum. Unde origo ut talis, tantum considerari potest, ut via, & fluxus; ralatio verò etiam ut forma, & ideò respicientia termini, quam de formali importat, vel explicat, non repugnat inhærentiæ, si creata sit; nec subsistentiæ, si Divina est. Origo autem prout sic secundum adæquatum sui explicitum conceptum, solum concipitur ut quid viale, vel transiens, ut patet in eadem generatione sive creata, sive increata, nam licet creata inhæreat, non tamen permanenter, sed vialiter, & transeunter; idemq. de Divina, quæ licet non inhæreat semper tamen significatur per modum viæ, ut ait D. Thom.

Ex his etiam patet ad explic., vel confirm., & ad id etiam, quod subditur ex eodem D. Tho., nempè dici posse, quòd aliquo modo pertineant ad constitutivum prout in re idem sunt cum oelationibus, vel ad earum lineam pertinent, quià secundum id, quod addunt supra actus essentiales pertinent ad hanc lineam, & dicuntur esse ipsæ telationes sine distinctiona etiam virtuali, unde sicut istæ pertinent ad idem constitutivum, ità pariter dicit prout sic aliquomodo pertinere ad illud: *quod* videtur expressià tradere illis verbis versus finem post illa, *ut eam constituens. Unde melius dicitur, quòd personæ, seù hypostases distinguantur relationibus, quàm per originem. Licet enim distinguantur utroq. modo, tamen priùs, & principaliùs per relationes secundum modum intelligendi*. Unda tandem absolutè concludit ut supra non asse originam distinctivam, nec constitutivam hypostasis.

Ad id tandam, quod in fina additur de subsistentia distincta, resp. eodem modo, quòd cum origo, ut origo solum significat aliquid ut fluens, & transiens, & non fixum, & permanans, nequit illi prout sic correspondere ratio suppositi, vel subsistentiæ ralativà, unde loquendo de subsistentia relativa, tantum correspondet relationi secundum munus relationis, quod est munus formæ permanentis, ut dictum ast: unde quando supra diximus, quòd omnia Divina secundũ D. Tho. sunt subsistentia, ac proinde cum origo sit formalitas Divina, dabeat ipsa atiam subsistere, non debet id intelligi sub quocunq. munera, sad ut exprimit, vel significat aliquid fixũ, & permanens, non fluidũ, & viale, & ideò non ast necessarium, quòd sub quocunq. munera correspondaat illi subsistase, sed tãtum sub quo significatur ut forma habens esse fixum, unde non infertur, quòd sit duplax subsistentia, altara respondens telationi ut telatio ast, altera respondans illi, ut origo est.

Alia argumenta, ex autoritate nõ addo, quià facilè explicari possunt, nam quæ adducuntur ex aliquibus SS. PP., intelligandæ sunt non da primario, aut formali constitutivo, & distinctivo personarum, dum recurrunt ad originem, vel processiones, vel actiones, sed de aliquo quoad nos magis noto, & à posteriuri, & consequenter magis conducente ad proprium intentum, scil. ad dandam majoram, quam poterant de illis notitiam contrà hostes fidei, quià cum actiones sint suppositorum, magis quoad nos conducunt ad eorum manifestationem, non verò ad resolvendam præsentem difficultatem, da quo non erat præcisè lis contra illos, sad de aliis contra fidem hujus mysterii, in quibus conveniunt omnes Catholici; ut constat ex superioribus.

§. VI.

§. VI.

Expeditur aliud quæsitum; quomodo actus notionales dicantur voluntarii.

Subjungimus hoc quæsitum cum nonnullis aliis ad quæst. 41. & 42., ad ampliùs detegendam æquivocationem hujus vocis, *voluntarii*, ex qua ut ex radice orta est tertia ex 5. damnatis propositionibus, quæ asserebat ad merendum, & demerendum non requiri libertatem à necessitate, sive indifferentiam ad oppositum, sed sufficere solam rationem voluntarii, seu spontanei, ac proindè solam libertatem à coactione, quæ etiam reperitur in amore beatifico, & actibus notionalibus Divinis, ac proinde istos etiam fore liberos, ut in superioribus infinuavimus. Putant enim satis esse ad rationem essentialem libertatis, quòd procedat actus ex perfecto judicio rationis, quod quidem tantò perfectiùs habetur, quantò est sub tractu gratiæ perfectioris, ut contingit in Patrie, nec esse necessarium ad illam judicium indifferens, sed solum pertinere ad libertatem accidentalem. De quo latè agimus etiam in 3. de anima in fine, quod & communiter reiicitur, ut ibidem ostensum est.

Resp. ergo cum D.Tho. hic q.41.art.2. prædictos actus esse naturales, & necessarios, non voluntarios ad hunc sensum, quòd voluntas sit veluti liberum principium illorum. Hoc enim est proprium solius processionis creaturarum. Unde quamvis Spiritus S. procedat à voluntate, & possit prout sic ejus processio dici voluntaria, non tamen in sensu dicto, quià non est ab illa, ut libera est, sivè ut à principio libero, sed ut natura est. Voluntatem autem posse naturaliter aliquid velle ostendit D.Tho. 1. 2. q. 10. ar. 1. Cur ergo nō poterit Spiritus S.naturaliter ab illa procedere? ut etiam loquitur idem de pot.q.2.ar.3.ibi. *Sequitur, quòd tam Filius, quam Spiritus S. naturaliter procedant.* Quod etiam repetit hic: S. Neque hoc opponitur, quod ait qu. 10. de pot. art.2. ad 5. scil. *Liberè Spiritus S. procedit à Patre. Nam loquitur de libertate ut opponitur violentiæ, & coactioni, ut statim explicabimus; unde ibidem ad 4. ait, quòd sicut Filius naturaliter procedit à Patre ut Verbum, ità Spiritus procedit ab eo ut amor.*

Ut ergo in his non fiat æqui vocatio adverto, quòd ut docent graviores Theologi eadē 1. 2.da voluntario, & involuntario, voluntariū est quid superius ad liberū, quamvis enim omne liberum sit voluntarium, non tamen omne voluntarium est liberum (in quo graviter æquivocat tertia propositio, putans posse sufficienter salvari rationem liberi ad merendum, & demerendum cum sola ratione voluntarii, ut opponitur coactioni, & ideò extendit rationem liberi ad amorem beatificum, qui tamen licet sit maximè voluntarius, utpotè summè oppositus coactioni, non tamen est liber, sed omninò necessarius, *cum beatus efficiatur talis per apertam Dei visionem, cui visa non potest non inhærere, cum ipse sit ipsa essentia bonitatis, à qua nullus potest averti, cum nihil desideretur, & ametur nisi sub ratione boni,* ut inquit D.Th. infra q.100. ar.2.

Similiter etiam necessarium est quid superius ad id, quod est tale per coactionem, & ad id, quod est tale ex propria inclinatione, unde licet valeat, est coactū, ergo est necessariū; non tamen; est necessariū ergo est coactū, quià potest esse tale ex naturali inclinatione, Homo enim necessariò, & naturaliter ex propria inclinatione amat se ipsum, & propriam beatitudinē sive esse beatus, non tamen coactè. Ad rem ergo nostram dicimus, quòd licet actus notionales sint necessarii non tamen coacti, imò maximè voluntarii, quià ex propria inclinatione Deus vult se generare, & se spirare, & complacet sibi in suis processionibus, sicut vult se esse Deum voluntate scil. concomitante, non se habente per modum liberi, & ideò dicuntur etiam voluntarii concomitenter, quià scil. sibi complacet in illis.

Ex his ergo concludendum est, quòd actus notionales sunt objectum à Deo volitum ea voluntate, qua se ipsū, & omnia, quæ intra se sunt, diligit, unde sicut diligit personas, ita & consequenter diligit processiones, sivè origines, vel actus notionales, ac proinde ponenda est voluntas concomitans, seu complacentia in actibus notionalibus. Cæterum quià isti non possunt, nisi sic esse, (quod enim potest sic, vel aliter esse longè est à natura Divina, ut ait hic D. Thom. versus finem corp.) ideò necessarii sunt, & non liberi, quamvis non sint coacti.

Ex quibus etiam inferimus non esse dicendum, quòd Filius ideo est, quià Pater vult ut sit, hoc enim est ad Arrianismū declinare: esset q. volutas antecedens, nō cōcomitans, ac proide processio Verbi dependens à voluntate Patris tanquam à principio, & ideo Verbum dependens ab illo, ut voluit Arius negans ejus consubstantialitatem cum Patre, sed solum dicitur esse à Patre volente concomitanter, ut dictum est, seu complacente sibi in generatione illius. Non enim datur in Deo potentia sicut principiū actionis, aut veluti antecedenter ad illam, sed sunt principium effectus, (scil. ad extra,) vel termini ad intra, ut docet D. Tho. supra q.25. ar.1. ad 3., ut etiam explicat Cajet. hic ad art. 4. In Patre est (inquit) potentia generandi, quæ est principium secundum rem generationis non secundum se, sed secundum quòd ponit genitum: solum ergo in creatis est potentia, quæ non solum est principium effectus, sed etiam actionis secundum se, nam hæc etiam realiter producitur, vel egreditur, & à principio producente realiter distinguitur, ac dependet, at in Deo actio sive essentialis, ut creatio, sivè notionalis ut generatio, non producitur, vel egreditur realiter à potentia generativa, nec ab illa realiter distinguitur, & ideò respectu ejus secundum se nō est realiter potentia, principium, sed sine ulla omninò dependentia ponit genitum consubstantialem Patri communicans illi idem esse, & naturam Patris.

Ex quo etiā excluduntur impiæ aliæ voces Arrianorum, nempè *Filium Dei ex nihilo genitum, creatum esse, quæ etiam damnatæ sunt in Concil. Nicæno, & contra eas definitum, scil. credimus Filium Dei de Patre natum, unigenitum, idest de substantia Patris;* ut etiam statuit D. Tho. hic art.3., & idem est de Spiritu S. Et meritò quià aliàs non procederet, ut verus Filius per veram, & propriam generationem, & nativitatem Divinam. Nam produci ex nihilo est proprium creaturæ. Dum enim Deus producit ex nihilo producit tanq. artifex. Unde sicut artifex dum producit artificiatum ex materia externa, artificiatum illud, licet procedat simile ideæ, quæ est in mente artificis, non tamen procedit simile naturæ artificis, ac proinde non procedit, ut naturale, sed ut factum, & artificiatum; ita dum Deus producit ex nihilo, & tanquam supremus artifex, id, quod ab illo sic procedit, non potest procedere, ut simile in natura, sed ut artificiatum, & creatura, ut impiè prædicti blaspha-

mebant de Filio, & alii de Spiritu S. negantes utriusque Divinitatem, & consubstantialitatem, de quo etiam supra sufficienter dictum est.

SECUNDUM QUÆSITUM.

Quid sit, vel quid importet in recto potentiæ generandi, & spirandi in Deo. Proximè insinuavimus verè dari in Deo physicam, & realem potentiam generativam, & spirativam respectu utriusq. actionis non secundum se, sed respectu termini, ut tradit D.Tho. hic 41. art.5., itaut oppositum censeatur temerarium, errori proximum, & periculosum. Nam cũ potentia in quocunq. agente, (ut ait D. Tho.) sit id, quo agens agit, & Pater in Divinis verè, & physicè, ac realiter producat Filium; & Pater, & Filius physicè, & realiter producant Spiritum S. negari non potest verè in illis dari utramq. physicam, & realem potentiam. Difficultas verò est, quid in recto significent an absolutum, vel relativum.

Resp ergo ex superioribus, & cum D.Tho. hic ar.5. significare in recto absolutum, & in obliquo, vel connotativè relativum, ac proinde potentiam generãdi in Patre intellectũ in recto, & in obliquo paternitatẽ; alteram verò spirãdi voluntatem in utroq., in recto, & relationem Spiratoris in obliquo. Ità frequentiùs Theologi contra D. Bonav. & Duran., & aliquos alios existimantes in sola relatione prædicta consistere potentiam, sed principium *quo* proximum generandi, & spirandi; & nonnullos alios statuẽtes illas ex æquo in utroq. scil. absoluto, & relativo, quibus videtur alibi favere D. Th. in Sententiis, sed expressè hic docet oppositum, & in solo absoluto statuit rectum utriusq., ut connotans relativum.

Prob. ratione ejus proximè insinuata. Illud propriè formaliter, & in recto est potentia in quocunque agente, quo agens agit tanq. principio quo formali agẽdi, ut patet inductivè in omni agente creato, sed istud in Deo nequit in recto esse aliquid relativum, sed absolutum connotans relativum, ergo utraque potentia in Deo consistit in recto in aliquo absoluto, ut connotãte relativum, & non in relativo. Prob. mi. Tum quià relatio ex propriis nõ est activa, sive per modum principii radicalis, sivè proximi, sed aliquid purè respectivum, unde D.Tho. hic ad 1., & q.2. de pot. ar.2. inquit. *Id quod est principium actionis, vel passionis non est relatio, sed forma absoluta, & id est essentia potentiæ; & inde est, quòd Philos. ponit potentiam non in genere relationis, sed qualitatis*, ergo, Tum quià (specialiter loquendo de generativa Patris) illud est principium formale quò in recto in Patre, in quo Filius, vel genitus eidem assimilatur, sed istud nequit esse aliquid relativum, sed tantum absolutum, nam relatio ex propriis facit magis opponi, & differre, quàm convenire, & assimilari, cum sit origo totius oppositionis, & distinctionis inter Divinas personas, ergo.

Urg. hoc, & præoccupatur solutio. Quamvis ita sit, quòd non semper res genita assimiletur generanti in potentia proxima generandi, sed tantum radicali, cum scil. est impotens, & ejus generatio imperfecta, ut sæpè contingit in creaturis, in quibus potentia proxima est qualitas, vel accidens realiter distinctum à radicali, secus tamen in generante perfectissimo, ut est Pater Divinus, cujus proinde generatio debet esse perfectissimè assimilativa, seu summo modo possibili, sed possibilis est hæc similitudo ibi in utroq; principio, imò necessaria ex parte recti, tam radicali, quàm proximo, nam si semel non est de ratione principii quo radicalis distingui realiter à genito, nec erit de ratione principii quò proximi, cum in linea principii non magis dicatur influere radicale, quàm proximum, ergo absolutum dũtaxat ex parte recti poterit esse principium formale *quod* proximũ generandi, cũ in hoc solo haberi possit hæc similitudo, & vis assimilative, & non in relativo.

Quòd verò in illo ut connotante relativum, & non in illo præcisivè ab isto, vel absolutè sumpto petet, quià absoluta in Divinis sunt communia omnibus Divinis, sed potentia generandi convenit soli Patri, ergo nequit consistere in absoluto præcisè, sed ut connotante propriam ejus relationem, sivè paternitatem tanq; conditionem necessariò requisitam, ut Divina natura sit principiũ radicale, & intellectus principium proximum generandi in Patre: Et idem similiter est de potentia proxime, & radicali spirativa in Patre, & Filio; ac proindè potentia generandi, & spirandi erit aliquid absolutum in recto, & relativum in obliquo: Unde *Deitas* (ut inquit Cajet. §. Ad evidentiam) *non ut paternitas, sed ut est Patris, potentia est generandi*.

Ex his solvi possunt argumenta, quibus nititur Durand. lib.1. dist.7. q.2. n.26., & seqq. ad probandum, quòd potentia, quæ est principium quò generans generaret, sit sola relatio paternitatis: solùm nemq; probare possunt de absoluto præcisè sumpto, non connotativè, ut considerãti cõstare poterit ex rationibus adductis in favorem nostræ sententiæ ex doctrina D. Th., & adhuc ex solutione sequẽtis objectionis, cũ qua aliquo modo etiam coincidunt. §. Obicies Principium productivum, vel generativum, *ut quod* in Patre, sivè subsistens ejus personale ex parte recti, & rationis formis constitutivæ, utpotè relativæ, distinguitur realiter à producto, sive à Filio genito, ergo etiam principium productivum, vel generativum *quo*, ac proindè nequit istud in aliquo absoluto quoad rectũ, & rationem formalem consistere, sed magis in relativo. Ant. est certum, & posterior etiam cons. infertur ex priori. Prima verò prob. Tum quià videtur eadem ratio militare, imò magis de principio *quò*, quã de *quod*, cũ magis influat, utpotè formalis ratio agendi. Tum paritate relationis: nam sicut nequit idem referri ad seipsum, ità nec producere se ipsum, (in quo etiam facit Durandus præcipuam vim) sed non solùm, relativũ *ut quod*, seu subjectum relatum distinguitur realiter à termino correlativo, sed etiam relativum ut *quo*, seu relatio, quæ est ratio formalis ratio referendi illud ad suum correlativum, distinguitur realiter ab illo, ergo pariter in Patre generante non solũ generans *ut quod*, sed etiã generãs, *ut quò*, sivè potentia, vel principium proximum generativum erit realiter distinctum à termino producto, vel genito, & consequenter erit in recto aliquid relativum, & non absolutum, cum penès absolutum non sit distinctio in Divinis.

Ad hoc patet primò, quòd etiam probaret de potentia, seu principio *quò* radicali, sivè de natura, cum hęc in quolibet agente sit formalis *quò* radicale agendi, quod tamen est alienum in Divinis, nisi velimus ad Arianismum declinare. Undè resp. neg. 1. conseq. Ad 1. prob. neg. ant., & disparitas est, quià productivum *ut quod*, importat pro formali, vel in recto utrumque requisitum ad agendum, tam per modum rationis formalis, quàm per modum complementi, vel conditionis, hæc enim nempè suppositalitas, vel subsistẽtia, formaliter, & constitutivè se habet respectu illius, ut dictũ est, cum personæ Divinæ, ut explicatum est sint formaliter, & constitutivè quid subsistens relativum,

& so-

& solum implicitè, vel identicè importent subsistentiam absolutam. At verò principium *formale quò* solū importat in recto, quod requiritur, ut forma, seu ratio formalis agendi, in qua debet assimilari terminus productus, vel genitus (in quò fundatur ratio D. Thm.) & solum in obliquo, quod facit distinctionem ab eodē genito, & appropriationem respectu generantis, & ideò rectū debet esse quid absolutum (penès quod attēditur convenientia, & similitudo) & obliquum quid relativum, quod facit oppositionem, ac proindè distinctionem. Per quod etiam patet ad probat: annexam: nam licet dicatur principium *quò* magis influere, non tamen utrumq; eodem modo importat, unde non debet quoad distinctionem illud imitari. §. Ad 3. prob patet etiam ex dictis, quòd cum relatio sit formalis ratio opponendi, non solum quod per illam refertur, seu relativum *quod*, sed ipsa etiam debet à termino distingui realiter, & præsertim in Divinis, ubi est ipsum subsistens relativum, ut dictum est.

§. VII.

TERTIUM QUÆSITUM.

An ordo originis in Divinis sit absq. omni prioritate?

Rigorosè loquendo resp. cum D. Tho. hic ar. 3. affirmativè. Hic verò ordo vocatur ab Aug. ordo naturæ, non quòd alter sit prior altero, sed quòd alter est ex altero, ut constabit infrà ratione D Tho. §. Pro quo adverto quatuor modos prioritatis agnosci apud Physicos, & metaphysicos: Primus est temporis, seu durationis, quando aliquid incipit, vel est in sua duratione prius alio, quæ solet appellari prioritas in *quo*. Secundus est naturæ, quādo aliqua licet sint simul tempore, tamen quià unum dependet, vel causatur ab alio, dicitur istud prius illo prioritate naturæ, sicut sol dicitur prior luce, quam causat, non prioritate temporis, vel existentiæ, sed naturæ, sivè causalitatis, & dependentiæ. Tertiùs est prioritas originis, in qua unum ab altero procedit tanquam à principio, sicut Pater est prior origine Filio. Et hæc prioritas dicitur abstrahere à duratione, & ab identitate, vel diversitate naturæ. Potest enim salvari, sivè origo, vel originans, & originatum sint simul duratione, sivè non, sivè ejusdem naturæ, sivè non. Quartus denique est prioritas rationis, seu intelligentiæ, cum unum concipitur prius alio.

Hoc prænotato dicimus rigorosè loquendo, secundum usum Ecclesiæ, & PP. non esse admittendam in Divinis ullā ex prædictis prioritatibus; nam quamvis aliqui etiam inter Thomistas non renuant admittere prioritatem ibi cum addito *originis*, tutiùs tamen videtur omittenda, cum ejus corellativum sit posterioritas, quæ etiam cum eodem malè sonat, neq; etiam juvet ad explicandū ordinē originis, sed sufficienter exponatur ut suprà *A quò alius, & qui ab alio*. Et ne etiam magis recedamus ab hostibus hujus mysterii: unde Ecclesia absolutè sine ullo cavit illud Athanasii. *Sed in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil majus, aut minus*: sicut ergo nulla est majoritas, vel minoritas in Divinis, ità nulla est prioritas, aut posterioritas.

Deindè prob. duplici ratione ex D. Thom. Prima in corp. Ordo semper est per comparationem ad aliquod principium, sed in Divinis dicitur principium secundum originem absq; prioritate, ut ostenditur supra q. 33. ar. 1. ergo. §. Secunda ad 2. In Divinis personis solum adest essentia, & relatio, sed nulla persona est prior alia, ratione essentiæ cum hæc sit omninò eadem in omnibus; nec etiam ratione relationis, cum relationes sint simul natura, & cognitione, ergo. De prioritate autem durationis, & naturæ, est certum etiam de fide, cum Personæ Divinæ sint coæternæ, ut prob. ar. præced., & nulla sit causalitas, & dependentia inter illas §. Solum est aliquod dubium de prioritate rationis: nam supra D. Thom. q. 40. ar. ult. ut vidimus, expresè ait quòd persona Patris secundum intellectum est prior actu notionali, scil. generativo, & consequentur prior Filio; Hic verò ad 2. ait, quòd neq; etiam secundum intellectum potest una persona esse prior alia.

Daindè etiam contra principalem resolutionem videtur militare, quòd ait 22. q. 26. ar. 1. *ordinem*, scil. *includere in se aliquem modum prioris, & posterioris*. Hic verò, ut dictum est, docet esse ordinem absq; prioritate: Et licet hic ordo dicatur ab Aug. ordo naturæ, non tamen ut explicatum est, quòd alter sit prius altero, sed quò alter est ex altero. Unde videtur utrobiq; repugnātia asserere.

Ad 1. resp. cum Cajet. quòd hic loquitur secundum rem, & tunc rectè excludit omnem prioritatem etiam secundum intellectum, ut efficaciter convincit secunda ejus ratio. Supra verò de Patre, & Filio sub aliquo partiali conceptu, seu modo concipiendi, scil. inadæquato, vel imperfecto ex parte nostri; & meritò (inquit Cajet.) *Quià titulus articuli erat de præintellectione proprietatum respectu actuum, & è converso, & sic Pater, similiter paternitas concepta, ut hypostasis præcedit secundū intellectum generationem, & Filium. Unde nulla est in dictis contradictio*. Ità Cajet. Itaque quando hic D. Tho. negat prioritatem etiam secundum intellectum loquitur de intellectu adæquatè concipiente ipsas relationes. Et sic cum una sit de intellectu alterius, neutra est prior secundum intellectum, sed simul cum altera, unde communiter dicimus relativa prout sic, scil. adæquatè concepta, esse simul natura, & cognitione. Supra verò loquitur de paternitate secundum conceptum inadæquatum diversorum actuum, vel munerum, nēpè constituendi hypostasim, & referendi. Et secundum unum ex his docet, quòd ipsamet potest præintelligi prior se ipsa secundum aliud, ut ostensum est.

Ad 2. resp. pariter ex eodem ibidem Cajet., quòd non loquitur de quocunq. ordine, sed in subjecta materia, sive de ordine principii, non ut cunq; sed per modum causæ ad effectum, & tunc non solum importat prioritatem ex parte principii, sed etiam posterioritatem ex parte termini, vel affectus, aut principiati, quæ tamē nō admittitur in Divinis. Et sumitur etiā hæc solutio, vel explicatio ex eodē D. Th. suprà q. 33. ar. 1. ubi inquirens an Patri competat ratio principii, tertiò argoit sic. *Nomen principii à prioritate sumitur: sed in Divinis non est prius, & posterius, ut Athan. dicit, ergo in Divinis non debemus uti* nomine principii. *Ad quod respondet*. Ad 3. dicendum. *quòd licet nomen principium, quantum ad id, à quò imponitur ad significandum, videatur à prioritate sumptum, non tamen significat prioritatem, sed originem*. Quæ scil. in Divinis est sine prioritate, & à fortiori etiam sine posterioritate, ex quo etiam excluditur ratio principiati in Filio, & Spiritu S., ut explicat ad 2., quià, scil. videntur Importare aliquam rationem minorationis, & subjectionis, licet attribuamus Patri aliquid authoritatis ratione principii. Ex quo patet, quod est 22. loquatur de ordine principii nō loquitur de quocunq; ordine, sed qui est principii ad principiatū, vel effectum, nō secundum puram rationem, vel ordinem originis ad terminum, qui optimè solvatur, sine

ſine ullo ordine prioris, & poſterioris etiam ſecundum intellectum, ut dictum eſt.

§. VIII.

Expeditur quartum quæſitum.

PLacet expedire aliud quæſitum, quod plurimùm etiam confert ad pleniorem hujus tam ſublimis myſterii intelligentiam, circa, ſcil. inexiſtentiam, ſivè ut communiter vocant circuminſeſſionem unius perſonæ in alia ſecundum relationes. Triplicitas enim ait D. Thom. hic ar. 5. verificari hanc mutuam inhabitationem, vel incluſionem in Divinis perſonis juxtà illud Jo. 10. *Pater in me, & ego in Patre*, & repetitur c. 14. & c. 17. Unde primò eſt ſecundum eſſentiam, quià una, & indiviſa eſt in utroq., & etiam in Spiritu S., ubi autem eſt eſſentia alicujus, ibi maximè eſt ipſe, nec poteſt eſſe intimior coniunctio, quàm ubi eſt ejuſdem eſſentiæ communicatio.

Deindè eſt ſecundum originem, quià Divinæ origines, cum ſint immanentes, & ad intrà, non ad extra, exigunt, ut terminus maneat in principio, & quià per eas communicetur idem eſſe ſubſtantiale, neceſſe eſt, quòd principium dando naturam, det etiam ſe ipſum, ac proinde ſicut ex vi originis tranſit natura ad terminum, ita & ipſum principium: §. Deniq. ſecundum relationes, quià inquit, *Unum oppoſitorum relativè eſt in altero ſecundum intellectum*. Relata enim, ut dictum eſt, ſunt ſimul natura, & cognitione.

Hæc ratio D. Tho. multis viſa eſt difficilis. Quomodo enim affirmari poteſt, quòd una perſona ſit in alia ſecundum eam rationem, ſecundum quam diſtinguitur ab illa. Per relationes autem perſonæ Divinæ diſtinguuntur, & opponuntur. Unde per relationem habet quidem una perſona, quòd ſit ad aliam, ſed non quòd ſit in illa. Et licet in cõceptu unius relativi claudatur correlativũ (per quod excluditur prioritas, & poſteriorioritas, inter utrumq. ut dictum eſt,) non tamẽ importatur per modum inexiſtentis, ſed per modum termini ſimul exiſtentis, quod parum juvat ad hoc, ut una ſit in alia. Unde eam refellunt Durand. & Aureolus, ſed perperàm, & æquivocè, ut ſtatim conſtabit.

Reſp. ergo optimè ſtatui, & probari hunc etiã modum eſſendi unius perſonę in alia in Divinis ſecundũ relationes. Prob. ſimul, & expl. Nam ut rectè obſervat Capreol. in 1. diſt. 19. q. 1. §. *Ad argumenta ſecundo loco*, & patet ex litera ipſa, non dicit D. Th. nec intendit, quòd una perſona, vel una relatio ſit in alia ſecundum eſſe, ſed ſecundum intellectum, ſcil. relationum, non enim vult Patrem eſſe in Filio ſecundum rem quoad relationem, ſed ſecundum intellectum, ſeu diffinitivam rationem; ſed hoc negari non poteſt, tum ex uſu frequentiſſimo, quo dicimus unum correlativum eſſe in ratione alterius, ut dicit Porphyr in prædicabil. Tum quià hac ratione uſus eſt etiam D. Chryſoſt. orat. 9. in fine tom. 5. Ubi ait. Inexiſtentiam perſonarum (ſcil. ſecundum relationem,) ſecundum animi contemplationem intelligendam eſſe, quià nec Filius ſine Patre, nec Pater ſine Filio cognoſcitur. Imò eandem indicat Chriſtus c. illo 14. Jo: dum Philippo poſtulanti *oſtende nobis Patrem*. Reſpondit. *Qui videt me, videt & Patrem*. Et clariùs etiam hoc ipſum expreſſerat S. Tho. in 1. eadem diſt. q. 3. ar. 4. ad 2., ubi etiam ſolvit oppoſitam obiectionem. *Dicendum* (inquit) *quòd una perſona dicitur eſſe apud aliã non ratione diſtinctionis, ſed dicitur eſſe in alia, vel quantum ad eſſentiam, vel quantum ad intellectum relationum, quià in una intelligitur alia, quamvis unum relativum ab alio ſit diſtinctum*. En clara mens D. Tho., & ſolutio prædictæ obiectionis.

Pulchrè adhuc explanat eandem rationem noſter Contenſon differt. 6. hic c. 1. §. *Alia etiam via*. Ubi inquit. Licet relationes ordinariè petant dumtaxat ſimultatem cognitionis, non verò inexiſtentiam realem, tamen illæ, quæ reſultant ex actu cognitionis, & amoris petunt eſſe ſimul. Pro quo recolit communem illam doctrinam ex diſcrimine utriuſq. potentię, ſcil. intellectus, & voluntatis; quòd de natura cognitionis eſt trahere ad ſe objectum cognitum; amoris verò trahere amantem ad objectum amatum. Ex quo infert, quòd licet in nobis objectum non fiat realiter præſens intellectui, nec voluntas realiter unietur objecto amato, hoc tamen non tollit, quin ad illam realem unionem tendant ſuo modo ambæ potentiæ, ſcil. ex conceptu utriuſq. ut ſic, licet in nobis impediantur vel ob diſtantiam objecti, vel ob materialitatem illius, quæ non patitur phyſicam unionem, ſed tantum intentionalem in intellectu, & affectivam in voluntate, quæ (ut myſticè etiam ſubdit) quantumvis objecti amati nexum ardenter concupiſcat, cogitur tamen ſolis ſuſpiriis, & affectibus illi coniungi, cujus præſentiam tantoperè concupiſcit. Imò quià dum præſens ſit objectum propter groſſitiem illius, non poſſunt inter ſe veluti transfundi, uniuntur tamen arctiori modo, quo poſſunt, nimirũ converſatione, colloquiis, aliiſq. id genus, uſq. adeò verum eſt, illa, inter quæ eſt relatio cognoſcentis, & cogniti; amantis, & amati per ſe poſtulare unionem, & cohabitationem mutuam, & realem. Quod totum clariùs exprimit D. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 7. ex Phil. 9 Eth. c. 4.

Ex his ergo aſcendendo ad Divina rectè, & efficaciter concludit præfatam inexiſtentiam realem unius perſonæ in alia ſecundum relationem, cum nullum ſit ibi tale impedimentum, ſed ſint relationes fundatæ in perfectiſſima cognitione, & amore, omninò immateriales, ſubſiſtentes, & immenſæ. Igitur perſonæ, Divinæ, (optimè infert,) quæ conſtituuntur relationibus fundatis in cognitione, & Verbo procedentes in dilectione, & amore procedente, non ſolum ſunt ſimul cognitione, ſed etiam inexiſtentia; præſertim, quià illæ relationes fundatę in amore, & cognitione ſunt immateriales, ſubſiſtentes, & immenſæ, unde ſapiunt naturam cognitionis, & amoris, atque adeò in ſe invicem transformantur: cum enim in ſe invicem non correferantur, niſi quià ſunt terminus cognitionis, & amoris, trahuntur, & trahunt principium cognoſcens, & amans, & una aliis fruitur, & omnes ſuaviſſimis, ac juxtà caſtiſſimis amplexibus ſe ſe indiſſolubiliter complectuntur. Ita laudatus Author.

§. IX.

Reſolvuntur aliqua quæſita de miſſionibus Divinarum perſonarum.

DE his miſſionibus egit D. Tho. hìc qu. 43, quę etiam numerantur inter proprietates perſonales, quià licet opera ad extra, ut vidimus, ſint indiviſa toti Trinitati connotant tamen effectum, perſonæ procedenti attributum, utpotè fundatæ in proceſſione,

na, quæ non est communis Trinitati, quamvis hæc, ut etiam iosinuavimus ad omnem affactom ad extrà in ratione efficientis indivisà sempar concurrat, qua ratione dicuntur eadem opera toti Trinitati indivisa.

Quæras primò quid sit hujusmodi missio. Supponimus aotem de fide dati, vel convenire alicui personæ, ut sæpe exprimitur in Scripturis: de Filio quidem Jo: 8. *Non sum ego solus, sed ego, & qui misit me Pater*, Et suprà ibidem 6. *Sicut misit me Pater &c.* Et ad Galat. 4. *Ubi venit plenitudo temporis misit Deus Filium suum*. De Spiritu S. Jo: 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis &c.* Et 16. *Si enim non abiera paraclitus non veniat, ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos.* Hac ejus ergo supposita existentia Resp. adæquatè consistere io processiona æterna, & productione effectus temporalis, ratione cujus persona missa novo modo existit in creatura, quo antea oon erat. Ità D. Tho. hìc ar. 1., & 2., & communiter Theologi. Hic verò modos, vel missio ot dicimus infrà, cum sit per donum gratiæ saoctificantis, potest sic definiri, vel describi, qood sit processio unius personæ ab alia, ut existat in alio visibiliter, vel invisibiliter ad effectum sancti ficandi creaturam rationalem.

Expl. simul, & prob. responsio. Nam missio, ut patet ex ipsa voce, duo essentialiter importat, scil. habitudinem processionis originis missi à mittente, & ad terminum, ad quem mittitor, vel quià scil. simpliciter incipit ibi esse, ubi antea nonerat, vel solū novo modo essendi; sed secoodum priorem habitudinem nequit esse aliquid temporale, cum una persona Divina non procedat ab alia io tempore, sed ab æterno, cum Deus sit ab æterno, & personæ Divinæ sint coæternæ; nec sit ab alia per puram processionam moralem, sivè per imperium, sicot servus dicitur mitti à Domino, vel per coosilium sicut Rex dicitur mitti à consiliariis ad bellum, cum sint omninò coæquales sine omoi imperfectione. Secundum verò aliam ad terminum, cum Deus sit immensus, nequit dici, quòd alicobi sit, obi priùs non erat, sed taotum novitatem modi essendi ratione alicujus effectus noviter producti, ergo essentialiter consistit in processione æternæ originis, & effectus temporalis.

Rem hanc totam declarat D. Tho. Ad Annibal. lib. 1. dist. 15. q. uoic. ar. 1. & simul assignat discrimen inter hanc Divinam missionem, & nostram, in qua duæ inveniontur imperfectiones, à qoibus immunis est Divina. *Missia in Divinis* (loquit) *accipitur non propriè, sed similitudinariè. A creaturis verò ad Divina fit translatio similitudinum quoad ea, quæ sunt perfectionis, nō quæ imperfectionis. In missione quidem propriè dicta creaturæ, quatuor reperiuntur. Unum ex parte mittentis, scil. authoritas. Alterum ex parte missi, scil. separatio, sivè diversitas ejus à mittente. Tertium ex parte termini à quo, scil. loci mutatio. Quartum ex parte termini ad quem, scil. effectus aliquis. Primum, & ultimum perfectionis sunt, ideo conveniunt Divinæ missioni. Secundum, & tertium imperfectionis, & ideo non conveniunt personis Divinis. Sed quià authoritas in mittente respectu missi non est in Divinis personis, nisi quatenus una persona est ab alia, ideò missio in Divinis significat exitum missi à mittente.*

Ex quibus ad rem nostram clarè habetur, quòd missio à creatis ad Divina translata duo prædicta importat, in qoibus adæquatè consistit, scil. exitum missi à mittente, & habitudinem missi ad terminum, ad quem mittitur, cum productiona alicujus effectus, ratione cujus sit novo modo in illo; nam licet Deus, vel persona Divina per sui immensitatem sit ubiq., *non tamen omni modo. Idea propter novum modum existendi in creatura, quo modo priùs non erat, dicitur mitti*, ut inquit ibidem ad 2. *Quod etiam innuit hìc dicens; missio igitur Divinæ personæ convenire potest, secundum quod importat ex una parte processionem originis à mittente, & secundum quòd importat ex alia novum modum existendi in alia.*

Utramq. verò imperfectionem excludit, alteram quidem ad 1. *Dicendum, quòd missio importat minorationem in eo, qui mittitur secundum quòd importat processionem à principio mittente secundum imperium, aut secundum consilium, quià imperans est major, & consilians est sapientior. Sed in Divinis non importat nisi processionem originis, quæ est secundum æqualitatem, ut supradictum est.* Alteram deindè ad 2. dicens. *Quòd illud, quod sic mittitur, ut incipiat esse, ubi priùs nullo modo erat, sua missione localiter movetur: sed hoc non accidit in missione Divinæ personæ, quià persona missa sicut non incipit esse, ubi priùs non fuerat, ità nec desinit esse, ubi priùs fuerat. Unde talis missio est sine separatione, sed habet solam distinctionem originis.*

Ex his duo inferuntur. Primum, quod ab initio insinuavimus, scil. missiooem Divinam duo simul importare, alterum essentiale, scil. productiooem effectus ad extra, quæ est communis toti Trinitati, alterum verò notionale, nempè processionam, vel originem æternam ab alio, quæ est notionalis, & ratione cujus, ut dictum est, ponitur inter proprietates personales. Quod oam verò importet in recto, vel principalius, est in hoc aliquod dissidium etiam inter nostros: nam alii affirmaot de notionali connotante essentiale, ut Mag. Io. à S. Tho., cui consentit Gonet, & Illustriss. de Marinis. Alii ex opposito de essentiali, ut connotat notionale, ut Salmaot: Alii verò de utroq; directè, & secundū diversam considerationem magis, & minùs principaliter, ut Illustriss Godoii.

Secundus tamen modus dicendi videtur conformior Div. Thom. ibidem ad Anoibal. art. 2. ubi inquit. *Quidam dicunt, quòd principaliter significat, quod notionale est. Alii autem dicunt, quòd principalius significat, quod essentiale est. Quod videtur verius, quia missio non ponit de se exitum missi à mittente secundum esse; sicut patet de servo misso à Domino. Sed importat solum quantum ad aliquem effectum, authoritatem mittentis respectu missi. Sed quià in Divinis non potest esse authoritas in mittente, nisi quatenus procedit ab eo, ideò ex consequenti significat quod notionale est* Ità D. Th. §. Ex quo etiam inferri potest, cur missio magis dicatur, imò simpliciter temporalis, & libera non verò æterna, & necessaria, esto processio necessaria sit, & æterna; quià nēpè denominatio sumi debet à principaliori significato, quod in casu est temporale, & liberum, scil. productio effectus ad extra. Tum quià ut aliqood totum, vel complexum dicatur tēporale, sufficit ut aliqua illius pars, (sivè in recto, sivè in obliquo importetor) incipiat esse in tempore. Nam cum denominatio æterni simpliciter sit sine inceptione, & desitione, & illa necessarii simpliciter, sine omni alietate, statim utraque cessat ubi prior conjungitor cum temporali, quod incipit, & desinit; posterior verò cum libero, quod potest esse, & non esse.

Secondò infertur ad hujusmodi missionem, omoinò necessariam esse productionem alicujus effectus, quià cum mittere non fiet nisi in ordine ad aliqoem effectum, vel locom, & persona Divina nequeat esse noviter in aliquo loco, in quò prius non esset, cum sit

ubiqua

ubique per essentiam, præsentiam, & potentiam, oportet, quòd aliquid efficiat de novo in locum, ad quem mitti dicitur, ut novo modo sit in illo; Unde Filius missus est in mũdum visibiliter per carnem assumptã, & invisibiliter per sanctificationem creaturæ rationalis medio dono gratiæ sanctificantis.

QUÆSITUM SECUNDUM.

Queres secũdò an prædicta missio invisibilis sit solum secundũ donum gratiæ gratũ faciẽtis, & hoc supposito verificetur etiam de personis Divinis secundum substantiam. §. Priori parti resp., quòd loquendo de missione absolutè, & simpliciter, secundum idem donum solum verificatur mittiįnam per hoc solum dicitur novo modo esse simpliciter, & absolutè in nobis. Per alia verò dona extra gratiam solum dicitur mitti secundum quid, ut innuit D. Tho. hic ar. 3. ad 3. & ex Aug. dicente *quòd tunc Filius* mittitur, cum ex *tempore mente percipitur*. Unde licet per fidem, & illuminationem, aliisque auxilia supernaturalia nondum dicatur esse in nobis Deus ut inhabitans, est tamen ut disponens, & movens ad sanctificationem, & inhabitationẽ.

Tunc ergo dicitur esse novo modo simpliciter, & absolutè, quando inhabitat, & mansionem facit, quod solum habetur per gratiam sanctificantem juxtà illud Jo. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum*, & infrà *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Unde inquit D. Tho. *Secundum istum specialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio, quòd Divina persona sit in rationali creatura nisi gratia gratum faciens. Unde secundum solam gratiam gratum facientem mittitur, & procedit temporaliter persona Divina*. Et ratio ulteriùs assignari potest, quià hæc missio simpliciter, & absolutè est ad ineundam, & stabiliendam amicitiam creaturæ rationalis cum Deo. Cõstat autem hanc solum haberi per idem donum gratiæ sanctificantis, scil. formaliter, & completè, ergo hæc sola est ratio missionis. Ex quibus intelligi potest, quod præmittit D. Thom., scil. quòd hic specialis modus convenit soli naturæ rationali, quià nempè importat modum essendi Dei in creatura, sicut cogniti in cognoscẽnte, & amati in amante, cum per utramque hanc potentiam, scil. intellectus, & voluntatis haberi possit hæc perfectissima unio, & præsentia Dei in illa. Ex quò etiam sequitur ne fiat æquivocatio, quòd respectu missionis non loquitur de quacunq; cognitione, sed quæ facit quasi experimentaliter possessionem illius ut amici: quod clarè explicat in 1. dist. 14. q. 2. ar. 2. ad 3. dicens. *Non qualiscunque cognitio sufficit ad rationem missionis, sed solum illa, quæ accipitur ex aliquo dono appropriato personæ, per quod efficitur nobis conjunctio ad Deum secundum modum proprium illius, scil. per amorem, quando Spiritus S. datur. Unde cognitio ista est quasi experimentalis*. Ita D. Tho., ex quibus manifestè habetur, quòd dum hic ait, quòd Deus sit nobis *tanquam cognitum in cognoscente, & amatum in amante*, non loquitur de quacunq; cognitione, sed de experimentali illius, quæ ex ipla præsentia, & possessione, ac intima unione Dei, ut amici oritur. Quod aliqui explicant exemplo animæ nostræ informantis, quam non videmus, & tamen experimentaliter cognoscimus, dum animationem sentimus; sic quasi experimentaliter anima justi cognoscit præsentiam Dei vivificantis per gratiam.

Ex his etiam colligimus Deum esse hoc modo non solum in Patria in anima justi, quando clarè, & intuitivè videt, & possidet illum sibi unitum, per modum speciei intelligibilis, sed etiam modo in via per realem, & intimã sui unionem, non præcisè ratione cognitionis fidei, sed ratione præcipuè cognitionis experimentalis habitæ per sapientiam, quæ supponit gratiam, & charitatem, per quam Deus est in illa, quam præsentiam justus per sapientiam cognoscit, & experitur. De quò Div. Thom. qu. 45. per totam, & præsertim artic. 2. 4., & 5. Hic etiam modus dupliciter contingere potest, scil. actualiter, & habitualiter. Undè infantes quando baptizantur, fit in eis missio invisibilis, & Spiritus S., & tota Trinitas incipit novo modo esse in anima illorum per gratiam, & charitatem: Et quià eis simul etiam infunduntur habitus fidei, & sapientiæ, similiter dicitur esse in illis Deum speciali hoc modo sicut cognitum in cognoscente, & amatum in amante, scil. habitualiter.

Responsio posteriori parti quæsiti.

Huic etiam secundæ parti respond. affirmativè, quòd non solum in hac missione invisibili datur donum gratiæ sanctificantis, sed etiam persona Divina quoad substantiam, itaut ambæ procedentes nempè Filius, & Spiritus S. mittãtur à Patre, (qui non mittitur cũ aliis personis, nec eodem modo secundum substantiam veniat, & se communicet; taliter quod ipse Deus, & tota Trinitas (inquit laudatus de Marinis cum aliis hic cap. 3. ad ar. 3.) adeò per intimam, veram, & substantialem, ac realem præsentiam, sic incipiant specialinovo, & ineffabili modo habitare in anima ejus ad, quem fit missio, ut si per impossibile Deus, & personæ non essent præsentes communi illa præsentia per essẽtiam &c. per hunc solum specialem modum essendi substantialiter, & personaliter, ac realiter existerent in eadem anima, ac in ea habitarent. Constat primò ex D. Tho. hic ar. 3. ad 1. ubi inquit. *Et ideò missis in visibilis sit secundum donum gratiæ gratum facientis, & tamen ipsa persona Divina datur*. Frustra autem videretur addi hæc posterior pars si sola daretur gratia, & non persona Divina quoad substantiam, sed esset veluti inutilis repetitio de dono gratiæ. Nec etiam videretur satisfacere argumento, in quo sic concluditur. *Si igitur persona Divina mittitur solum secundum donum gratiæ gratum facientis non donabitur ipsa persona Divina, sed solum dona ejus, quod est error dicentium Spiritum S non dari, sed ejus dona*. Patet autem huic inconvenienti non satisfieri, si solum daretur donum gratiæ. Unde communiter ità sentiunt Theologi cum eodem, & cum Aug. statim referendo, & meritò, ut constat ex pluribus Scripturæ locis potissimùm verò ex illo ad Rom. 5. quo utitur D. Th. in 1. dist. 14. q. 1. ar. 1. *Charitas Dei* (inquit Apost.) *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datur est nobis*. Ubi expressè distinguit inter donum charitatis, & gratiæ, quæ infunditur, & præter illa affirmat etiam dari Spiritũ S., quod non videretur esse superaddãdũ, ut proximè dicebamus ad intentum D. Thom., nisi suprà dona intẽderet dari etiam personam illius, cum superfluè, vel otiosè non ponatur aliquid in sacra Scriptura. Idẽ repetit 1. ad Corint. 6. *Membra vestra templum sunt Spiritus S., qui in vobis est, quem habetis à Deo*. §. Alio quoq; urgenti utitur D. Aug. lib. de Agone christiano cap. 28. adversus Cataphriges asserentes Spiritum S. à Domino promissum Apostolis non fuisse missum. Est que illud Luc 24. v. 49. *Ego mittam promissum Patris mei*

voci in vos. Cum ergo persona ipsa Spiritus S. fuerit promissa, hęc quoq. fuit missa. Nec etiam possent hujusmodi Scripturæ verificari, nisi etiam intelligerentur de vara, & reali præsentia. Nam secundum hanc suppositur etiam facta promissio, si velimus D. Aug. efficaciter contra eosdam concludere.

Solum est aliqua difficultas in eo, quod addit idem Archiepis. adhuc nempe subsistere hanc specialem præsentiam in anima justi, non supposita etiam per impossibile, alia communi, qua Deus est præsens per suam immensitatem in omnibus rebus; nam aliqui recentiores ex nostris existimant necessariò tanq; conditionem requiri hanc communem, sivè eandem immensitatem, itaut sine illa non resultaret altera specialis, & realis, quod etiam judicat probabile, & ex professo id explicat Mag. Jo. à S. Tho. disp. 17. ar. 3. n. 4. Nec vacat diutiùs in his immorari, nam magis spectant ad Cor, quàm ad mentem.

Ex dictis colligimus, quòd quià missio fundatur, vel importat indispensabiliter originem nulla, potest verificari respectu personæ, quæ ab alia non procedit, sivè loquamus de illa rigorosè accepta, secundum quā persona missa procedit à mittente; sivè largè, vel minùs rigorosa significatione, qua eadem persona dicitur mittere se ipsam, vel mitti ab alia, à qua non procedit juxtà modum loquendi D. Aug. lib. 2. de Trinit. c. 5. dum ait. *Filius mittitur à se, & à Spiritu S., & Spiritus S. mittitur à se.* Unde de his tantum verificari potest non de Patre; qui ab alio non procedit, ut dicit ibidem lib. 4. c. 20. S. D. *Pater* (inquit) *non dicitur missus. Non enim habet, de quo missus sit, aut ex quo procedat.* Undè mitti conveoit tantum personæ ab alio existenti, vel procedenti; mittere autem cuilibet personæ.

Hanc missionem sic largè acceptam admittit D. Th. hic ar. ult. & explicat in reverentiam PP., qui utuntur tali modo loquendi juxtà D. Aug. Unde ait, *Si mittens designetur, ut principium personæ, quæ mittitur; sic enim non qualibet persona mittit, sed solum illa cui convenit esse principium illius personæ* (en missio propriè sumpta) *& sic Filius mittitur* tantum à Patre, & Spiritus S. à Patre, & Filio. Si verò intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam *missam*. Quià nempè hic effectus, (ut vidimus) est à tota Trinitate. *Et secundum hoc*, ut præmittit in principio Corp., cum dicitur Filius Dei missus à Spiritu S., referendum est hoc ad humanam naturam, secundum quam missus *est ad prædicandum à Spiritu S.* Ità D. Tho In quo sensu explicat prædictā propositionem D. Aug. nempè de missione largè, & minùs rigorosè accepta; de qua etiam intelligendi sunt alii SS. PP., dum utuntur vocabulo missionis in Divinis, etiam ubi non intercedit distinctio inter missum, & mittentem, ut patet in eadem propositione D. Augusti., quando nempè effectus ad extra est tam ab eo, qui dicitur missus, quàm ab eo, qui dicitur mittere, dummodo (ut dictum est, & tradit hic D. Tho.) qui dicitur mitti aliàs procedat ab alio.

Quamvis hæc doctrina, & missio, non placeat Suarez 12. de Trinit. cap. 3., nec velit esse admittendam de mente D. Aug., sibiq; videri hujusmodi propositiones, *Filius mittitur à se, & à Spiritu S., vel mittitur à tota Trinitate*, & similes planè improprias, cum vox hæc *mitti* indispensabiliter involvat distinctionem aliquam realem inter mittentem, & missum; onde etiam recentior Thomista non audet absolutè eas concedere, sed tantum cum addito: non tamen, ab ea recedendum est. Tum quià est D. Tho. (ut dictum est,) in reverentiam PP., quæ ubi sine ullo inconvenienti, & in sano sensu explicari possunt, ut revera explicat D. Thom. comparativè ad effectum ad extra, sustineri debent. Tū quià prædicta realis distinctio sine ulla exceptione solum militare potest in creatis, non in Divinis, sed solū de missione ibi rigorosè accepta, quando nempè mittens, ut ait D. Thom., designatur principium personæ, quæ mittitur, & non ut principium effectus, qui necessariò est à tota Trinitate, unde sine ulla offensione, concedi possunt; licet non in rigore, vel non propriè, de personis ab alio procedentibus, & nunqua de Patre, quià ut dictū est, missio ut sic in Divinis fundatur in origine, vel processione ab alio, quæ Patri nullo modo convenit, unde de illo solum dicitur, quòd mittat aliā personam, vel detur, aut simul cum aliis veniat juxta phrasim Scripturæ, & mansionem faciat, nunquam tamen quòd mittatur, aut se ipsam mittat; nec in his debemus uti vocibus aliquis à PP., vel ab eadem S. Scriptura. §. Quāvis ergo sola secūda, & tertia persona mittatur, quià istæ tantū procedunt; Pater tamen cum illis venit, quià perfecta amicitia, qua Deus nos dignatur, exigit præsentiam, & convictum amicorum, nec patitur abesse Patrem nos tantopere diligentem, & donasua tam largè communicantem, unde licet concedi nō debeat Patrem se ipsum mittere, nihil tamen vetat dicere, se ipsum dare nobis; illud enim dari dicitur, quod liberaliter alicui communicatur.

§. ULTIMUS.

Corolaria ex dictis.

Colligimus primò præter proximè insinuatam divisionem missionis in strictè, & largè acceptam, secundò principaliter dividi in invisibilem, & visibilem, & cum D. Aug. 4. de Trinit. & cum M. Sent. in 1. dist. 15. & D. Tho. hic art. 3. docent communiter Theologi. Visibilis dicitur, quæ fit sensibiliter, sivè cum aliquo signo sensibili, ut missio Filii in carne humana, & Spiritus S. illo ignis, aut columbæ. Invisibilis verò, quæ fit intùs in anima absq. exterioribus signis, ut cum communiter infunditur gratia: & utraq. habetur expressa in sacris Scripturis locis relatis.

Ratio autem hujus divisionis est, quià hæc attenditur penès distinctos effectus causatos per missionē, sed hi sunt tantum visibiles, vel invisibiles, sivè sensu perceptibiles, vel non perceptibiles, ergo duplex tantum est, scil. visibilis, & invisibilis, sivè sensibilis, vel insensibilis, quod idem est in proposito. §. Expl. & urg. hoc, & simul affertur convenientia harum duarum effectuum: nam conveniens est, & ad Divinam bonitatem, ac providentiam commendandam valdè condecens, ut missio Divinæ personæ in aliquo visibili effecto refulgeat. Nam cum creatura rationalis sit rebus sensibilibus assuefacta per hujusmodi visibiles apparitiones faciliùs ad invisibilia rapitur, & ex his, quæ animus novit, surgit ad incognita, quæ non novit; ac per hoc quod scit notum diligere, discit, & incognita amare: quod est finis totius missionis, ergo præter missionem interiorem, vel invisibilem per donum gratiæ gratum facientis, convenientissima etiam est exterior, & visibilis, per quam in aliquo effectu sensibili repræsentetur persona Divina, sive intercedat unio hypostatica, ut in Incarnatione; sivè sit tantum aliquod signum externum, ut in aliis, de quibus fit mētio in Scripturis; Luc. 3. Matt. 3. & 17. Jo. 20. Act. 2. & ad Gal. 4.

Est autem discrimen inter utramq., quòd in missione visibili mittitur, & manifestatur una persona sine alia, ut patet in Incarnatione respectu personæ Filii; & in igneis linguis, vel columbæ specie respectu personæ Spiritus S.: cæterum in invisibili non mittitur una sine alia, imò omnes veniunt, ut dictū est, in animam justi, & mansionem apud eam faciunt: & ideò omnibus justis dicuntur conferri omnia dona tam ea, quę pertinent ad intellectum, & appropriantur Verbo, quàmquæ pertinent ad voluntatem, & appropriantur Spiritui S., ut videre est in idiotis quibusdam utriusq. sexus tam intra, quàm extra claustra Religiosorum, qui omni sapientia humana destituti habent scientiam SS., & prudentiam Spiritus: ducunt enim vitam integram sine crimine, & querela, quod summæ prudentiæ, & mirabilis judicii, consiliiq. argumentum est.

Objicies contra prædictam divisionem. Nam aliqua nec visibilis, nec invisibilis est, ergo est insufficiens. Prob. ant. quià peracta consecratione mittitur persona Filii ad Eucharistiam, ut ibi novo modo existat, scil. realiter, & sacramentaliter; sed hæc nec est visibilis, cum Christus non appareat; nec invisibilis, quæ solum contingit per productionem gratiæ, quæ non est in Sacramento, ut in subjecto, sed ut in instrumento, ergo. §. Urg. hoc. Quià etiam missio Spiritus S. in signis illis, vel creaturis visibilibus, scil. columba, aere, vento, igne non fuit novo aliquo modo, nec per gratiam, cum sint incapaces illius, nec per unionem hypostaticam, ad quam non fuerunt assumptæ, ergo tunc non fuit Missio alicujus personæ Divinæ, sed solum repræsentatio ejus, ac proinde distincta à duabus prædictis.

Huic objectioni resp. priorem missionem Christi reductivè pertinere ad invisibilem, per quam cælesti illo cibo reficitur, & impinguatur anima dignè recipientis, & ad hoc tendit, non ut sistat præcisè ibi, sed transeat ad fideles eodem cibo pascendos, & pro fervore accedentium Divinis muneribus replendos. § Ad confir. resp. ex D. Th. hic ar. 7. ad 6. missiones illas non esse ad sanctificandas easdem creaturas, quibus manifestatur persona missa, sed creaturam rationalem supra quam hoc vel illud signū apparet, imò ut rectè explicat D. Th. eadem missio designat uberiorē collatæ gratiæ plenitudinem, quæ habetur per personam missam: nec est novus modus à superioribus distinctus, sed per gratiam similiter, ut in aliis justis: & licet hìc effectus, ut dictum est, sit efficienter à tota Trinitate, & omnes etiam personæ veniant, solus tamen Spiritus S. dicitur visibiliter missus.

Secundò colligimus, quòd licet dicat D. Tho., ut vidimus, per hujusmodi donum gratiæ Deum esse nobis præsentem, tanq; objectum cognitum, & amatum, non indè infertur esse tantum præsentem, sola præsentia objectiva, vel intentionali, aut pura denominatione extrinseca cogniti, & amati, quæ non exigit, nec significat hanc realem præsentiam, quià ut idem explicat ubi supra, non est cognitio purè speculativa, sed experimentalis, non claræ, sed subobscurè, & quibusdam indiciis, (nam certitudinem præsentiæ ejus per gratiam, nemo citrà revelationem habere potest, ut fides catholica in Tridentino fatetur) in animam, & ejus potentias influit, sicut vitis in palmites, vita vitæ nostræ, anima animę nostrę, intimo nostro intimior, & Deus cordis nostri, juxtà illud Pauli de se ipso, *Vivo ego, jam non ego vivit verò* in me Christus. *Et iterum* Ipse Spiritus *testimonium reddit* Spiritui nostro, quòd Filii Dei sumus. *Quæ indicia D. Thom. in 1. dist. 14. q. 2. ar. 2. ad 2. vocat* Divinæ *personæ sigillationem in quantum* (*inquit*) quadam sui *sigillatione in animabus nostris relinquunt quædam dona, quibus formaliter fruimur, scil. amore, & sapientia: propter quod Spiritus S. dicitur esse* pignus hæreditatis nostræ. *Quod etiam repetit hic ar. 5. ad 2. ubi inquit.* Non igitur *secundum qualibet perfectionem intellectus mittitur Filius, sed secundum talem instructionem intellectus, quæ prorumpat in affectum amoris, ut dicitur Jo. 6. Omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. Et in psal. in meditatione mea exardescet ignis, & ideò dicit Aug.* (*4. de Trin. cap. 20*) *Quòd Filius mittitur, cum à quoquam cognoscitur, atque percipitur. Perceptio autem quandam experimentalem notitiam significat. & hæc propriè dicitur Sapientia,* quasi sapida scientia.

Hanc etiam notitiam vocat calculum Jo. Apocal. 2. *dabo illi* calculum candidum, & in calculo nomen novum, quod nemo scit, nisi *qui accipit*, & iterum ibidem. *Manna absconditum*. Quod totum explicans iterum D. Tho. infra 1. 2. q. 112. in fine Corp. inquit. *Tertio modo conjecturaliter per aliqua signa; & hoc modo aliquis cognoscere potest se habere gratiam, in quantum scil. percipit se delectari in Deo, & contemnere res mundanas, & in quantum homo non est conscius sibi alicujus peccati mortalis. Secundum quem modum potest intelligi, quod habetur Apoc. 2. Vincenti dabo manna absconditum, quod nemo novit, nisi qui accipit, quià scil. qui accipit per quandam experientiam dulcedinis novit, quam non experitur ille, qui non accipit.* Hocq; fit cum tanta connaturalitate (subdit laudatus eruditus ex nostris,) ut Sancti præsertim contemplativi, personas Divinas in se esse, & operari veluti perciperent. Undè Sap. 7. dicitur. Mitte illam de cœlis Sanctis tuis, ut mecum *sit, & mecum laboret*. Hinc etiam deducit, in quo sano sensu intelligi debeat, quod docti, ac verà Mystici Theologi tradunt de oratione passiva; in qua (inquit) mens pura, terrenisq; affectibus defecata non secus ac crystallus pellucida solaribus radiis oblata ità in Deum transformatur, ut nihil agere videatur, sed Deo frui. Et non esse id intelligendū, aut existimandam hāc orationē ita passivam, ut voluntas omninò otietur, (ut Pseudo Mystici pessimè docebant,) quin potiùs in ferventiores actus prorumpit. Sancti enim aguntur, ut agant, non ut ipsi nihil agant, ut dixit D. Aug.; sed quià ob præstum experimentum delectationis, tanta facilitate, suavitate, & connaturalitate Deum contemplantur, & ament, ut non tam agere, quàm Divina pati, seù recipere videantur: nec egent longo discursu, inquisitione, vel prolixo meditationis circuitu, sed statim unico veluti intuitu ad contemplationis culmen ascendunt, & sacri amoris flammas concipiunt, ut corolario seq:, ne in his iterum fiat æquivocatio constare poterit, & clariùs percipi.

COROLARIUM III.

Ad rectam iterum intelligentiam alterius Doctrinæ mysticæ.

TErtiò colligimus ex eadem propositione D. Tho., scil. quòd in anima justi, ad quam fit missio Divinæ personæ, Deus est ut amatum in amante, & cognitum in cognoscente, non posse esse ibi sic amatum absq; omni prævia cognitione, ac proindè nullo modo esse dilectum à nobis non priùs cognitum, licet hujus oppositum affirment aliqui contemplativi cum Ger-

sone

sione 3. tract. de Mystica Theologia, consideratione 4. §. Sumitur istud Corolarium tum ex ejusdem propositionis doctrina, nam si semel non stat ad esse, ut amatum non præviè cognitum, ut cunq; vel simplici tantum cognitione, sed experimentali, & sapida, à fortiori non stabit ad esse, ut amatũ nullo modo priùs cognitum; nam sapida, & experimentalis cognitio supponit cognitionem, sicut sapidus cibus supponit cibum, aliàs essent de subjecto non supponente. Et itá etiam docent Theologi omnes cum D. Thom. 1. 2. q. 9. ar. 1., & q. 27. ar. 2. quod ibidem probat. 1. ex D. Aug. lib. 10. de Trinit. cap. 1. in princ., ubi inquit, *Rem prorsus ignotam amare omninò nullus potest*, & lib. 8. cap. 4. *Quis diligit quod ignorat*. Quià si non potest, nemo diligit *Deum antequam sciat*. Idem dicit S. Greg. homil. 36. in Evangelia.

Secundò probat generaliter de quocunq. objecto semel amato. Nam bonum non est objectum appetitus sivè sensitivi, sive intellectivi, nisi ut est aprehensum, ergo sine prævia cognitione objecti naquit esse amor. cons. tenet, quià nequit esse sine sui objecto. Ant. verò prob. Quod non proponitur appetitui, nõ objicitur illi, ac proindè non est actu objectum, sed bonum non proponitur appetitui, nisi per aprehensionem, & cognitionem, ergo non est objectum, nisi prout est aprehensum, & cognitum. §. Urg. ex eodem infrà q. 80. ar. 2. ubi ait. *Differentiæ aprehensi sunt per se differentiæ appetibilis. Unde differentiæ appetitivæ distinguũtur secundum differentiam aprehensorum, sicut secundum propria objecta*, ergo cum implicet rem perseverare sublata ejus differentia, implicabit remanere objectum appetitus eodem non aprehenso, & cognito, ac proindè non poterit ferri in rem, quæ non est aprehensa, & cognita per sensũ, & intellectũ. §. Sed opponunt primò authoritatem D. Bonav. tom. 2. opusc. lib, de Mystica Theol. c. 3. par. 4. q. unio. ubi sic habet. *Postquam affectus se exercendo diuturniùs, vel cogitando diligentiùs se exercuerit, tunc dimittitur omnis cognitio, vel meditatio, & solum per amoris desiderium quodcunque vult, vel de die, vel de nocte intus, vel extra ad unitionem ipsius dilecti solum aspirans animus consurgentis se erigit, & ibi amoris affectio præcedit cognitionem*. Quod etiam probat nonnullis D. Dionys. & ejus commentatoris Versellensis testimoniis.

Secundò quià non est negandum Divinæ Omnipotentiæ posse efficere, ut uterque appetitus feratur in rem non aprehensam, nec cognitam, quià aprehensio, & cognitio non sunt ratio formalis objecti voliti, vel dilecti, & præsertim hac in re sublimis unionis cum Deo, quę est penès affectus, ergo poterit suppleri à Deo, sicut potest facere, ut absq; approximatione agat ignis in rẽ distantẽ. §. Urg. hoc. Quià ejusdem rationis videtur esse, quod aliquid incognitũ ametur, & aliquid ametur plusquã cognoscatur, sed aliqua amantur plusquã cognoscũtur: sicut Deus in hac vita potest per se ipsum amari, non autem per se ipsũ cognosci, unde potest perfectiùs amari, quàm cognosci, ergo cognitio objecti, non præcedit necessariò amorem, ac proindè poterit amari objectum, quin præviè cognoscatur.

Ad 1. resp. solum probari ex eadem autoritate, quòd Sancti, & Viri perfecti, ut proximè dictum est, postquam ascendunt ad culmen contemplationis non indigeant longo discursu, vel inquisitione, aut meditationis prolixo circuitu, sed veluti sibi feliciter elapsi statim recipiuntur ad amplexus sponsi per ferventissimã unionem animæ illorum cum illo. Ea enim ingentis amoris vis, & natura est (inquit noster Granata conc. 2. in Nativitate B. V. 2. in fine) ut ad dilecti præsentiam ardentissimo desiderio sam per aspiret, in qua summo gaudio maximisq; deliciis fruitur, quibus velut spirituali quodam glutino dilecto suo, indissolubili societate conjungitur. §. Itá etiam piè, ac subtiliter explicat Mag. Serra ar. illo 2. q. 27. dub. unic. ad 1 Undè non intendit D. Bonav. excludere objecti ardentissimè amati congnitionem, sed solum asserere, quòd eis, dem viris maximè perfectis præter Dei cognitionem, & hujus objecti propositionẽ non est necessaria aliqua meditatio, aut consideratio specialis ad amorem Dei inducens, ut contingit in incipientibus, qui ex cogitatione aliqua, vel meditatione beneficiorum Dei, vel excellentiæ ejus super omnes creaturas, vel similium (de quibus egregiè Cajet. 2. 2. q. 82. ad ar. 3.) excitantur ad illum amandũ. Proficientibus verò, & jam purgaris omittendam esse consulit omnem meditationem, dicendo solum, si aliud dicere nesciunt, O Domine quando te diligam? quando te constringam? Affectionibus flammigeris (sic ipse loquitur) ad amoris ardorẽ debere pertingere. Sed maximè perfectis neq; hoc, nec illud necessarium esse inquit; sed Deo cognito, hocque objecto occurrente statim absq. aliqua meditatione prævia, & tametsi nihil dicant) Deum ardentissimè diligere, & ferventissimo amoris affectu Deo perfectissimè uniri. Ex qua unctione (ait) ingenium ad investiganda occulta mirabiliter clarescit. Et sic licet cognitio Dei tanq. proponens voluntati objectum supponatur ad Mysticam sapientiam (ut expresè dicit ad 2.) amoris tamen affectus, in quo consistit mystica sapientia, præcedit cognitionem occultorum mysteriorum Dei. ejusq. beneficiorum, & quarũ ncumq. aliarum rationum ad illius amorem inducentium, quæ ab eisdem viris perfectis post ardentissimam amoris erga Deum affectionem clariùs, & faciliùs percipiuntur. Eodem modo exponi possunt S. Dionys., & Versellensis testimonia ab eodem adducta.

Ad 2. neg. ant. Ad prob. annexam quidquid sit an sola bonitas sit ratio formalis objecti voluntatis, & aprehensio, vel cognitio sit tantum conditio, (de quo dictũ est in Physicis) non tamen est pura conditio, sed se habet tanquã modus intrinsecus, sicut ratio non visi respectu objecti fidei, ac proinde insupplebilis à Deo, unde remoto omni cognitionis actu impossibile est haberi, vel conservari amorem elicitum ab homine, nam remota omni cognitione necesse est consequenter removeri objectum appetitus, & remoto objecto pariter removeri operationem potentiæ, nec posse ampliùs conservari, sicut nec conservari posse actum fidei sublata ratione non visi, sine qua non subsistit ejus objectum.

Ad confirm. ex D. Tho. ibidem ad 2. neg. ant., quià plus requiritur ad perfectionem cognitionis, quàm amoris, nam ad illam requiritur, quod homo cognoscat sigillatim quidquid est in re, sicut partes, & proprietates, & virtutes, cum pertineat cognitio ad rationem, cujus est distinguere inter ea, quæ secundum rem sunt conjuncta, & componere quodammodo ea, quæ sunt diversa unum alteri comparando. Sed amor est in vi appetitiva, quæ respicit rem secundum quod est in se, unde ad illius perfectionẽ sufficit, quòd res prout in se aprehenditur, ametur. Ob hoc ergo contingit, quòd aliquid plùs ametur, quàm cognoscatur, quià potest perfectè amari etiamsi non perfectè cognoscatur; non tamen quòd amari possit nullo modo cognitum, licet crescere possit amor, perfectiùs cognito objecto. In quo sensu intelligendum est,

quod insinuavimus infrà de amore, & cognitione Angelorum cohærenter ad hanc doctrinam D. Tho. à qoo nunq., vel in minimo recedere intendimus, Sed iterum redibit fermo ibidem, & explicari poterit in impressione.

Ex his etiam infertur, quod tradit infra, scil. q.82. & art.3.cit.& alibi etiam insinnavimus, nempè quòd perfectiùs ametur, vel amari possit Deus, quàm cognosci, cū amor cōtrapesitivè ad cognitionem, ut hic ait, feratur ad rem secundum quòd in se est, ut docet ibidē infra, quando res habet nobilius esse in se, quàm intra intellectū, ut est Deus, & cætera, quæ sunt supra animam, tunc enim perfectiùs consequenter amatur, quàm cognoscatur. Unde ait ibi. *Actio intellectus consistit in hoc, quòd ratio rei intellectæ est in intelligente, actus verò voluntatis perficitur ex eo, quòd voluntas inclinatur ad ipsam rem. prout in se est. Quando igitur res, in qua est bonū est nobilior ipsa anima, in qua est ratio intellecta, per comparationem ad talem rem voluntas est altior intellectu. Quando verò res, in qua est bonum, est infra animam, tunc etiam in comparatione ad talem rem intellectus est altior voluntate.* Ex quibus ad rem nostram concludit, quod licet rerum corporalium, quæ sunt infra animam, melior sit cognitio, quàm amor, respectu tamen Dei, qui est suprà illam, *melior est amor ipsius, quàm cognitio.* De quo tamen excessu intelligendus sit, ad Metaphysicos, vel Theologos Scholasticos magis pertinet, quàm ad mysticos, in quorum gratiam, & stimulum ad eundem Dei amorem hæc addere placuit, & refersa ex S. Præceptore in utraq. Theologia versatissimo. De quibus etiam videri potest M. Ferre tom.2. in 2.2. tract.4.q.9.§.2.

Deniq. ex omnibus hactenus dictis ad eorundam, & piorum omnium solatium inferimus, quòd non solum in via, sed etiam in Patria fit missio Spiritus S. ad nos; hic quidem quoties augetur gratia in nobis, quod contingit, ut docet D. Tho. ar 6. hujus q.43. ad 2., dum in ferventes actus charitatis prorumpimus, vel rebus caducis efficaciter renunciamus. Verba illius sunt. *Dicendum, quòd etiam secundum profectum virtutis, aut augmentum gratiæ fit missio invisibilis &c. Vt cum aliquis ex fervore charitatis exponit se martyrio, aut abrenunciat his, quæ possidet, aut quodcumq. opus arduum aggreditur.* Nomine verò operis ardui, intelligi potest illud, in quo, (ut inquit memoratus recentior) natura corrupta multum debellatur, ut cum quis inimico insigni, insigne præstat beneficium. Cum Clericus, vel Prælatus efficaciter incipit vivere ad normam Canonum, & Conciliorum præsertim Tridentini, idest frugaliter in victu, humiliter in vestitu, modestè in gestu, liberaliter in pauperum, & afflictorum succursu, ferventer in amplificando Dei honore, & cultu, totaliter in animarum Deo lucrandarum fructu. Hoc vocatur opus arduum significeus missionem, & aduentum Spiritus S. Similiter cum Religiosus laxus collapsam disciplinam regularem in se resarcire satagit, & vitam suam ad strictioris observantiæ, & instituti sui normam exigere seriò incumbit. Denique cum sæcularis mollis jam non semisaucia voluntate, sed fortiter, & integrè sæculi maximas aspernatur, nec iteratis lapsibus ad vomitum redidit, tunc signum est missionis Divinæ. Ità describit, non minùs piè, quàm eruditè arduitatem hujus operis idem Autor.

Quòd verò etiam fiat ad beatos in Patria, docet ad 3. dicens. *Quod ad beatos facta est missio invisibilis in principio beatitudinis. Postmodum autem ad eos fit missio invisibilis non secundum intensionem gratiæ. Sed secundum quòd aliqua eis mysteria revelantur de novo.* Quod est usq. ad diem judicii, quod quidem augmentum attenditur *secundum extensionem gratiæ ad plura se extendentis. Ad Christum autem* (subdit) *fuit facta invisibilis missio in principio suæ conceptionis, non autem postea, cum à principio suæ conceptionis fuerit plenus omni sapientia, & gratia.* Ità D. Tho. In quibus duo habentur. Primum, quòd licet beati sint perfectè uniti Deo, quantum ad intensionem gratiæ, ut rectè subjungit M. Porrecta,) & conseq. prout sic ad illos, (ut ait D. Tho.) non possit fieri nova missio invisibilis, tamen quantum ad extensionem gratiæ, possunt dici à Deo aliquomodo distantes, in quantum aliqua mysteria de novo revelantur eis, quæ tam perfectè nesciebant. Alterum verò, quòd Christus neq. etiam extensivè proficit in cognitione mysteriorum aliquorum, & ideò ad ipsum prout sic nullo modo fit nova missio. Conveniunt ergo cæteri beati cum Christo, quoad intensionem gratiæ, quod neque ad illos quoad hanc fit ulla de novo invisibilis missio, cum neque in illis intensivè crescere possit, sed sint semper ab ingressu in Patriam consumativè præsentes, & uniti cum Deo, sed differunt quoad extensionem ob rationem traditam à D. Tho.

Neq. huic obstat (quod obiter addo ad planiorem illius intelligentiam) nempè quod de Christo dicatur Luc.2. *Quòd proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines*, ac proinde illi etiam, quoad extensionem factam fuisse eandem missionem: §. Nam ut egregiè explicat idem S.D.3.p.q. 7. ar. 12. ad 3. augmentum illud non erat per aliquid, sivè intensivè, sivè extensivè, noviter acquisitum, vel cognitum, sed quià in dies juxtà ætatis incrementa majora externa virtutis, & sapientiæ operabatur. Quæ est etiam communis expositio SS. PP. Et ratio hujus est, quià in Script. Sacra, opera externa, quæ procedunt ab habitibus, nomine habitus significari solent, ut patet Ecclesiastes 10. *Verba oris sapientis gratia*: idest gratiola & Jacobi 2. *Hæc est religio visitare pupillos &c. Et sic Christus* (inquit D. Tho.) *proficiebat sapientia, & gratia, sicut & ætate, quià secundum processum ætatis perfectiora opera faciebat ut se verum hominem demonstraret, & in his quæ sunt ad Deum, & in his, quæ sunt ad homines.*

Quòd si dicas Evangelistam non solum dicere profecisse apud homines, sed etiam apud Deum, ac proinde non solum extensivè, quoad opera externa, sed etiam quoad novam cognitionem, vel illuminationem, aut revelationem sibi factam ex parte Dei: §. Resp. neg. hanc sequelam, nam horum verborum apud Deum, & homines duplex est sensus. Primus est præcedens D. Th., qui est etiā D. Bonav. Luc. 2. Nempè quòd Christus ostendebat majora opera externa tam ex pertinentibus ad Dei cultū, & honorem, quàm ex pertinentibus ad utilitatem proximi. Secundus est, quòd opera Christi externa in dies erant majora non solum judicio hominum, quod sæpè fallitur, sed judicio etiam Dei. Ità Theofilatus. Luc. 2. Et hoc de tractatu præsentis mysterii Trinitatis, à quo immediatè transeo ad posteriorem de Angelis, nam de causalitate creationis sufficienter in Philosoficis, & alibi dictum est præsertim de celo, & mundo, & aliquid dicemus Deo benedicente ad q.13. tertiæ Part.

FINIS TRACTATUS DE TRINITATE.

TRACTATUS PRIMUS DE ANGELIS

Quæstio 56. ad 63.

POstquam D.Tho. ea omnia, quæ ad Dei essentiam, personarum processiones spectant, exactissimè persolvit, deinde recto ordine descendit ad processionem creaturarũ à Deo, disputans à q.44. usq; ad 47. de primo rerum omniũ principio, an scil. sit Deus, vel quid aliud; deindè de modo, quo res productæ ab eodem processerunt an per creationem, vel per aliam actionem. Tertiò de rerum duratione. Quartò de rerum distinctione in communi. Postea in 48. & seq. de distinctione inter bonum, & malum. Tandem in q. 50. incipit agere de distinctione inter spiritualem, & corporalem creaturam, & ex his compositam, sivè hominem; & primò quidem incipit à nobiliori, & purè spirituali, quam antiqui Philosophi intelligentiam, seù substantiam separatam, Theologi Angelum vocant. De hac ergo simul cum ipso instituimus hunc priorem tractatum; nam de alijs recensitis præsertim de causalitate creationis sufficienter alibi egimus, ut in fine superioris proximè insinuavimus; dicturi deindè à 64. ad finem de pœna Dœmonum, de illuminatione, & locutione, ac de custodia Angelorum.

DISPUTATIO PRIMA.

De existentia, & quiditate Angelorum.

DUo principaliter inquirimus, alterum circa efficaciam rationis D. Th. ad probandum eorum existentiam: Alterum verò an consistent aliqua materia saltem spirituali.

QUÆSTIO PRIMA.

An efficaciter, vel demonstrativè probet D. Tho. dari substantias omninò spirituales.

§ I.

Quibusdam suppositis exponitur ratio D. Thomæ.



Upponimus primò de facto dari hujusmodi substantias, quas antonomasticè Angelos appellamus, & secundum communem usum Sac. Scripturæ, PP., & Ecclesiæ, nam ut advertit D. Gregor. Homil. 34. in Evangelia, hoc nomen *Angelus*, nomen est officji, non naturæ, unde non per se solum, sed simul cum alio, *Spiritus*, substantias omninò spirituales designat; aliàs D. Io: Baptista, & Sacerdotes, qui sæpè in illis nominantur Angeli, substantiæ completè spirituales significarentur. Et ideò etiam D. Ambros. ad Hæbr. 1. exponens illud, *Qui facit Angelos suos Spiritus*, inquit. *Si naturæ nomen quæris, Spiritus est, si nomen quæris officii, Angelus est*. Nam græcè idem significat, quòd Nuncius. Quia autem omnes, ut ibidem ait Apost: sunt ministratorji Spiritus propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, modo eadem vox accomodata est ad significandas prædictas substantias.

Suppono 2. quòd licet veritas fidei non sit, Angelos esse substantias perfectè omninò spirituales, & incorporeas; de fide tamen est saltem mediatè, vel illativè illos de facto dari, & quòd sint substantiæ excedentes omnia hæc inferiora: sic enim passim habetur in scripturis, in quibus eorum existentia simul, & excellentia, vel idem excessus manifestatur. Primum quidem psal.8. & 103., & Hæbr. 1. & Matt. 2., & Luc 9. & ut inquit Greg. ubi supra: Angelos, & Archangelos penè omnes Sac. eloquii paginæ testantur. Secundum verò specialiter sumitur ex illo psal. 8. *Minuisti eum paulo minùs ab Angelis*, quod literaliter de homine absolutè intelligi potest. Et ad Hæbr. 1. refertur ad hominem Christum.

Ex quibus fit argumentum. Suprema omnium creatura inter visibiles est homo, & præcipoè homo Christus, ergo si Angelus est superior homine, erit omnium suprema: præsertim, quià in Conc. Later. sub Innoc. III. in cap. Firmiter de sum: Trinitate, non sit aliud genus creaturarum supra angelicũ. Non enim novimus aliud genus earum, nisi idem Angelicum, sivè spirituale; & mundanum, sivè corpo-

rale;

tale; & commune, siuè humanum constitutum ex utroq; spiritu nempe, & corpore, ergò absolutè est suprema. Quidquid sit intrà ordinem gratiæ, in quo superari potest, & de facto superatur non solum ab humanitate Christi, & à B. Virgine, sed etiam ab alijs Sanctissimis Viris, qui ob diuturniorem viam, & ob merita Christi, & passionis ejus potuerunt plùs mereri, ut alibi explicatur.

Tertiò similiter suppono. Quòd licet de fide sit Angelos non fuisse creatos ab æterno, ut definitur in eodem Concil., sed ab initio temporis; de fide tamen non est, nec tam certum fuisse simultate temporis productos cum hoc Uniuerso, quòd oppositum sit reputandum erroneum, quamvis longè probabilius sit, ita de facto productos fuisse, non quasi in eodem instanti, sed saltem simultate coexistentiæ durationis, & temporis non discontinuati; ut jam communiter tenent Theologi, quià est conformius Scripturæ, & eidem Concil., dum dicit simul ab initio temporis utramq. de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem. Quod etiam sumitur ex illo Luc. 10. *Videbam Satanam tanq. fulgur de cęlo cadentem*. §. Ex quo sic arg. Satan de Cælo cecidit, quando peccavit, sed statim post creationem sui peccauit, ut constabit infrà ex illo Io: 8. *Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit*, ergo si de cęlo peccando cecidit, simul ab initio cum illo coexistebat.

Cęterum quòd oppositum non sit erroneum nolunt aliqui admittere, contendentes id sinè temeritate non posse sustineri ob prædicta verba Concilji; ita Suarez lib. 1. de Angelis c. 3. num. 14. Valentia hic q. 1 a. puncto 2. & Molina infra q. 61. ar. 2. Nihilominus id sustinent plures cum Cajet., & Sixto Senensi, Mag. Io: à S. Tho. hìc disp. 19. ar. 2. num. 12. & seq. Vasquez, Arrubal, Granados, Alarcon., & alji: & sumitur ex D. Tho. eadem q. 61. art. 3. ubi propter authoritatem Greg. Nazians., licet alteram sententiam, ut probabiliorem tueatur, hanc tamen ab omni nota erroris excusat, ex eo quòd tanta sit ejusdem S. P. in doctrina authoritas, ut nullus unq. ejus dictis calumniam inferre præsumpserit; sicut nec Athanasji ducumentis, ut dicit Hieronymus.

Nec obstant verba Concilji. Nam præcipua mens illius, ut exponit S. Tho. opusc. 37., ad hoc erat, ut excluderet utrumq. errorem, & Aristotelis ponentis creaturas ab æterno, & Origenis fuisse corporalem quasi productam per accidens, scil. ad alligandam spiritualem post peccatum ut intra carcerem: sed ad hoc nihil refert, quòd in duratione antecedente, & discreta fuisset hæc posterior producta, ut per se patet, ergo sinè omni nota erroris, & temeritatis poterit eadem sententia etiam post Concil. sustineri.

Quòd si aliquando inveniatur in Scriptura Deum simul omnia creasse, ut dicitur Eccl. 18. explicari potest de simultate collectionis, quià simul omnia collecta sunt in unum tanq; partes universi construendi, & non de præcisa simultate temporis, nam aliàs restringendum foret ad simultatem instantis, si velimus ad vocis rigorem attendere, cum tamen ut probabilius colligimus ex litera Genes., per successionem 7. dierum sint omnia creata.

Hinc etiam inferri potest fuisse Angelos in cœlo creatos, cum non solum de cælo ceciderint, ut dictum est, sed paulò post suam creationem, vel in secundo instanti, peccando, ergo verisimiliter infertur fuisse ibi in initio suæ creationis. Quod etiam probat D. Thom. ubi supra ar. 4. Quià spirituales creaturæ utpotè spectantes ad hoc universum, aliquē ordinem servant ad corporalem ei præsidendo, ergo conveniens fuit, quòd in supremo corpore crearentur tanq; toti naturę corporeæ præsidentes. Unde jam communiter defenditur, quòd in supremo cęlo, sivè in ēpireo creati sint. Nec obstat, quòd D. Aug. tom. 3. antiquioris ædit. lib. super Genes. ad literam cap. 10. ante med. dicat fuisse productos in superiori parte aeris. §. Id enim explicat D. Thom. ad 2., quòd fortè Aug. per supremam partem aeris intelligit supremam partem cæli, cum qua habet aer quandam convenientiam propter suam subtilitatē, & diaphaneitatem: quāvis postea subdat nō esse inconveniens asserere, quòd superiores Angeli habentes virtutem elevatam, & universalem supra omnia corpora sint in supremo corpore creati; alii verò habentes virtutes magis particulares sint in inferioribus corporibus creati. Et ità explicat secundò D. Aug.: quòd non loquatur de omnibus, sed de illis, qui peccavarūt, qui, ut aliquibus placet, fuerunt de ordinibus inferioribus.

His suppositis difficultas est de valore, vel efficacia rationis D. Tho. ad probandum, quòd de facto dentur hujusmodi creaturę completè spirituales. Et potest sub hac forma proponi. Id quod præcipuè intendit Deus in rebus creatis est bonū Universi consistens in assimilatione ad se ipsū, sed perfecta assimilatio nō habetur, effectu nō imitante causā in eo, per quod causa agit, vel producit, ergo in Universo debet dari creatura sic imitans illum, nempè intellectualis tantum, vel incorporea, aut completè spiritualis. consťatet, quià Deus tantum agit per intellectum, & voluntatem.

Hanc rationem D. Thom. existimant aliqui esse tantum congruentiam, & quasi minùs efficacem omittunt. Ità Valentia hìc disp. 4. puncto 2., Vasquez, & Molina ad hunc ar. versus finem Commentarii; quià videtur ex illa tantum concludi, quòd dentur creaturæ intellectuales, non tamen quæ sint Angeli, sed sufficere, quòd sint substantiæ spirituales, ut sunt animæ nostræ. Nam præcipua vis argumenti consistit in salvando assimilationem ad Deum penès intellectum, & voluntatem, hoc autem, ut patet, sufficienter salvatur cum sola existentia, vel productione animæ rationalis, quæ est principium intelligendi, & amandi. Quarè Vasquez putat id efficaciùs concludi, tum ex magna velocitate, qua moventur, ut dicitur Job. 1. *Circuivi terram, & per ambulavi eam.* Tum ex ingressu, & penetratione in humana corpora sine divisione. Tum ex motione linguæ in arreptitiis, dum mox loquuntur lingua, quam nunquam audierunt; mox aliqua prædicunt, quæ impossibile est à causa naturali corporea provenire.

Sed immeritò his levibus motivis recedit ab eadem ratione. Tum quià, vel ejus efficaciam cum aliis dissimulat, vel non perfectè, ut par est, penetrat, quæ non consistit in quacunque assimilatione, ut statim constabit, sed in perfectiori possibili, quam intendit agens, cum potissimùm intendat assimilare effectum in eo, per quod agit, quantum possibile sit, quod in solo Angelo, & non in anima rationali salvari potest, ut leviter consideranti utriusque naturam constare potest. Tum quià etiam corpus gravissimà ponderosum, incredibili velocitate movetur, & descendit. Tum quià pariter de stellis in majori earum firmamento dicunt Astrologi, quòd in minuto horæ habent motum superantē plusq; septies circuitum terræ. Tū quià similis ingressus attribui potest subtilitati corporū, ut patet in aere penetrante, vel ingrediente poros. Tum deniq; de arreptitiis posset quis dicere id fieri virtute magorum, vel naturæ superioris, quæcunq; sit.

§. II.

§. II.

Statuitur Conclusio.

RAtio D.Tho. non est tantum congruentia, sed argumentum convincens,& demonstrativum, ut revera intendit concludere. Nam postquā opusc. 15. cap. 1. & 2. relata positione Platonis, & Arist. eorum rationes adduxerit, illas ut minùs sufficientes omittit, & aliàs adducit hic,& 2. Cont.Gent.c.46. quod est signum non adducere eas tantùm, ut congruentes, sed ut necessarias, seu necessariò concludentes præsertim quià ut advertit Eminentiss. Pallavicinus, quando D.Tho. utitur his vocibus, per se evidens est, vel similibus;ut manifestum,vel necesse est, ut in præsenti, signum est, quòd habet rationem à priori, ac proindè, quòd demonstrativè procedit. §. Undè prob. 1. sic sistendo superiori formæ. Nam consequentia illius, ut potè facta in prima figura, & præmissæ sunt lumine naturali notæ, & causa conclusionis, ergo est demonstratio. Conf. tenet ex regulis dialecticis; & ma. prob. Nam hæc propositio, Deus condidit universum perfectum,est secundùm se nota,cum sit per se notum Deum esse agens perfectissimum,ac proindè perfectissimè agere; ergo pariter hæc; quod præcipuè intendit Deus in rebus creatis est bonum universi consistens in assimilatione ad Deum; erit secundùm se nota, cons. tenet, quià sensus istius propositionis apud D. Thom. est, quòd in toto universo, quod est effectus Dei, id quod præcipuè intendit Deus producens est, quòd sit perfectum, ut patet ex conclusione ab eodem illata, quæ talis est,ergo ad perfectionem universi requiritur, quòd sint aliquæ creaturæ intellectuales, ubi manifestè concludit de perfectione debita universo. §.Hinc etiam prob. miu. nam ratio pariter naturalis dictat, quòd omne agens,sive causa naturalis producens agit, vel intendit agere sibi simile in eo, quod est ratio agendi, seu forma per quam operatur,ut patet in calido faciente calidum, & in aliis agentibus inductivè, ergo lumine naturali erit notum, quòd perfecta similitudo effectus non habetur, eo non imitante causam in eo, quod est sibi ratio agendi, vel per quod causa illum producit.

Pro quo adverto ne fiat æquivocatio,& ad præoccupandas instantias, vel solutiones, non esse hanc similitudinem, vel assimilationem restringendam ad univocam,sed ad perfectam, sivè, ut jam intinuavimus, quantùm possibile sit, sivè univoca,sivè æquivoca sit, dum tamen sit in forma,per quam agens agit, eo perfectiori modo, vel possibili, quo ab effectu participari potest. Undè si agens sit universale, licet non requiratur,quòd forma agentis participetur ab effectu,vel eidem communicetur secundùm eandem omninò rationem, vel denominationem,requiritur tamen eam participari juxtà illius capacitatem, quià ut dictum est, omne agens intendit imprimere illam perfectiori modo,quo possibile sit. Cum ergo universum sit effectus perfectus Dei requiritur, quòd in illo sit creatura perfectè imitans Deum modo perfectiori possibili in eo,quod est sibi ratio agendi,sivè per quod illud producit,scil.in intellectu,& voluntate,& consequēter creatura purè intellectualis, vel angelica.

Quòd si iterum dicas satis esse ad hoc, dari in illo animas rationales. §. Contra hoc est, quià ut proximè, & supra dicebamus, non salvatur in illis perfecta assimilatio possibilis, qua intendit Deus perficere universum, & quodlibet agens communicare suo effectui in eo, quod est sibi ratio agendi; nam perfectior est assimilatio,secundùm quam superior creatura,sivè substantia completa intellectualis, vel angelica illum imitatur, ut suppono apud omnes, aliàs Angelus non excederet illas ingradu intellectuali, ergo necessè est ad perfectionem universi dari etiam Angelos, & non solas animas rationales.

Explic.hoc,& urg. præcedens replica. Nam Deus non tantum agit per intellectum, & voluntatem, sed non aliter, nisi per hanc utramq; potentiam, qui est supremus modus operandi in hoc genere, sivè operativo, sed hæc perfecta assimilatio salvatur in solo Angelo, & non in anima rationali, ergo ad perfectionem universi non sufficit existentia animæ rationalis, sed est etiam necessaria existentia Angeli, ma. est certa, & mi.etiam constat: Nam solus Angelus intelligit tantū, & vult; anima vero rationalis etiam vegetat,sentit, & ratiocinatur habens alia principia inferiora proximè operativa.

Urg. ulteriùs. Nam ut ipsi fatentur, ad perfectionem, & similitudinem universi Deo requiritur anima rationalis, ergo tenentur à fortiori fateri, quòd etiam sit ad illam necessaria existentia Angeli. Prob: conf.,nam in quolibet grado inferiori, posita creatura per modum partis, tenemur à fortiori ponere aliam per modum naturæ totalis, nisi velimus relinquere illum imperfectum, & deficere agens in cōstituendo illum, ergo in supremo gradu intellectualitatis posita anima rationali per modum partis, vel formæ imperfectæ tenemur ponere perfectam,sivè substantiam cōpletam spiritualem per modum naturæ totalis, conf. tenet,quià in hoc supremo gradu magis relucet perfectio Univ ersi, & virtus prim æ causæ, ergo semel ad missa anima rationali tenemur à fortiori admittere Angelum, si velimus eundem gradum, simul & universum perfectè constitutum à Deo,sivè cum omni creatura, perfectiori modo possibili imitante illum in eo, quod est sibi ratio agendi.

Secundò ex his prob. concl.urgendo præced.replicam; & proponitur eadem ratio sub hac alia forma. Ad perfectionem universi requiritur creatura perfectè imitans Deum in ea ratione, per quam agit, & causat illud, sed Deus tantum agit,& causat per intellectum, & voluntatem, ergo ad perfectionem illius requiritur creatura tantum operativa secundùm intellectum, & voluntatem, & consequenter angelica, hæc posterior cons. tenet, quià hæc sola est sic operativa, ut dictum est. Prima etiam constat cum sit in prima figura. Et præmissæ sint necessariæ, ergo est demonstratio. Ma. patet ex dictis; mi. prob. à Div. Thom. ex his, quæ docuit supra quæst. 14.ar.8. & q.19.ar.4. & potest hac ratione etiam demonstrari, quià ut ostendit Philos.in 7.,& 8. Phys. Deus est primum movens immobile, sed istud nequit aliter operari nisi per intellectum, & voluntatem, ergo, prob. mi. nam de ratione primi moventis est operari tantum per modum actus puri, sivè non indigentis alio motore, ad quem se habeat potentialiter, vel per modum mobilis, aliàs non esset omninò movens primum, ut patet ex terminis, sed in ratione actus puri cōstituitur per summam immaterialitatem, sivè per exclusionem totius materiæ tam physicæ, quàm metaphysicæ, seu potentialitatis, ut iterum constat ex terminis, ergo Deus ut primum movens, vel agens,tantum operatur per principia immaterialia, sive per intellectum, & voluntatem.

Quòd si dicas hanc rationē nimis probare, nempè quòd

quòd non solum deberent dari Angeli in universo,sed quòd solis istis deberet idem constare,quià tunc salvarentur perfectè assimilatio ad Deum in eo, quod est sibi ratio agendi. §. In contra est quià universi perfectio non tantum debet constare uno, vel supremo gradu, sed collectione, vel possessione omnium communicabilium, nam pulchritudo ejus ex varietate omnium consurgit, sicut dicimus de Ecclesia, quòd est pulcherrima, quià est circumdata varietate, ut patet inductivè in cœteris rectè, & ordinatè compositis, ergo licat ex perfectione ejus efficaciter inferatur creatura angelica, sive perfectiori modo possibili imitans Deum Creatorem in eo,quod est sibi ratio agendi,sunt tamen necessariæ aliæ imitantes illum in aliis gradibus in inferioribus, sivè aliæ participantes esse, aliæ vivere, aliæ santire, aliæ intelligere, & intra istum, quæ participant intelligere tantum, & velle, scil.angelica, ut habeat plenam imitationem, & participationem, scil. in omnibus gradibus,aliàs esset deficiens ejus perfectio, nec esset idem effectus Dei, qui modo est, & de quo loquimur: quidquid sit in alia rerum providentia, si solam creaturam spiritualem in supremo intellectualitatis gradu voluisset Deus producere in mundo.

Ultimò tandem prob. reducendo ad hanc aliam formam. De facto datur universum perfectum, sed ad ejus perfectionem requiritur gradus completæ intellectualitatis,ergo datus creatura completè intellectualis,vel angelica:conf. patet, & ma. est de fide juxta illud Genes.1.vers.31.*Viditque Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona*. Et hanc quidem supponit ratio D.Th.,aliàs non potuisset assumere ordinem,& perfectionem universi tanquã medium, nisi supponeret illam.Mi.etiã est per se nota,notum est enim,quòd universum juxta prædictam emphasim Scripturæ: *Et erant valdè bona*,constaret ex omni gradu possibili, aliàs non solum non esset valdè perfectum, sed minùs etiã, vel deficiens in eadem tota collectione omnium,quam approbat Deus tanq; valde perfectam, si potissima, vel excellentissima deesset, ut patet. Et hæc est demonstratio theologica constans ex una præmissa de fide, & altera per se nota.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. Ad perfectionem universi non requiritur existentia creaturæ habentis omnem perfectionem possibilem secundum speciem, ergo neque habentis omnem possibilem secundum gradum.§.Dices esse discrimen, quòd gradus sunt finiti tam actu, quàm potentia, unde non est inconveniens, quòd actu ab universo participentur omnes, modi verò specifici participandi eosdem sunt infiniti in potentia,quià nequit dari suprema creatura, vel in eodem supremo gradu, qua non sit alia perfecior intra illum factibilis à Deo, aliàs esset exhausta potentia Dei, quod est impossibile,cũ sit simpliciter infinita. Hoc antè nõ derogat perfectioni universi, sicut in simili dicimus 3.p. q. 7. de gratia Christi non derogare perfectioni ejus,quòd non sit gratia in illo in summo gradu intensionis, quià sæpè intẽsivè esset exhausta,quod est impossibile utpotè contra illius, & cujuscunq;qualitatis proprietatẽ,ut ibidem,& alibi in physicis ostensum est, Unde licet ex perfectione universi rectè arguatur continentia omnium graduũ,& productio creaturæ intellectualis intra illum, non tamen omnium in illo producibilium.

Sed contra hoc est, Quià ut notat Cajet. hic §. *Ad primum*. Non est omninò certum, quòd non sint alii gradus perfectiores. Unde inquit. *Gradus siquidem rerum finiti sunt actu, & potentia, nisi forte in thesauris esse per essentiam* (scil. Divinæ Omnipotentiæ) *lateat aliquis*. Ergo si quià latet alia perfectio secundum speciem, non rectè infertur ex perfectione universi existentia creaturæ habentis omnem perfectionem possibilem secundum speciem, pariter quià fortè latet alia secundum gradum inferenda non est continentia habentis omnem possibilem secundum gradum. §. Expl., & urg. hoc: nam defacto tenent alii Theologi in Deo reperiri aliquem gradum entitatis incommunicabilem naturæ creatę communicatione saltem substantiali, & essentiali: nam qui important infinitatem simpliciter in suo conceptu essentiali sunt incõmunicabiles creaturę,ut in superioribus ostensum est. Ex quo sic arg. nam quià non omnis perfectio secundum speciem est communicabilis creaturæ salvatur perfectio universi sine existentia creaturæ habentis omnem perfectionem possibilem secundum speciem, ergo quià pariter probabile est non omnem secundum gradum esse communicabilem salvabitur sine existentia habentis omnem secundum gradum.

Dices cum M. Bannez hic non esse formidandum, sicut formidat Cajet. admittere nullum esse gradum entitatis in Divina natura, vel ejus Omnipotentię,qui de facto communicatus non sit intra universum, quià omne bonum ea ratione,qua est bonum est diffusivum sui, & est communicabile, omnis autem gradus entitatis habet specialem rationem boni, ac proinde est communicabilis secundum propriam sui rationem.

Sed contra hoc est. Nam licet omne bonum ea ratione, qua est bonum sit diffusivum sui, non tamen subjecto incapaci, sed non omnis boni creatura est capax,ut proximè insinuatum est de perfectionibus, vel prædicatis Divinis,quæ in sui essentiali conceptu important infinitatem simpliciter, & patet in Deitate, in puritate actus, & nos etiam supra contendimus in supernaturalitate substantiæ, quam eadem ratione diximus esse impossibilem, & in aliis similibus, ergo ex eo, quòd quilibet gradus habeat specialem rationem boni,non rectè infertur esse communicabilem creaturæ,& minùs à fortiori esse communicatum, de quo modo est difficultas.

Resp.sustinendo utramq; solut. Ad replicam contra primam dist.ant. Non est omninò certum, si attendamus ad modum loquendi de thesauris infinitæ sapientiæ Dei,conc.si ad rei veritatem, nego, nam ut inquit D. Tho. supra q.22. ar.4. in corp. *Post bonitatem Divinam,quæ est finis a rebus separatus,principale bonum in ipsis rebus existens est perfectio universi. Quæ quidem non esset, si non omnes gradus essendi invenirentur in rebus.Unde ad Divinam providentiam pertinet omnes gradus entium producere.*Exquibus rectè inferimus omnes gradus essendi ità esse de perfectione universi, ut sine illis tanq;partibus per se integrantibus illud stare non posset, quod maximè ut dictum est, verificari debet de intellectuali utpotè simillimo Deo, ut latè ostendit Aug.lib.14. de Trinit., ut sic salvetur perfecta similitudo, & reditus ad suum principium. Tum quià hoc ipsum vox ipsa Universum sonat, scil. integritatem partium, & perfectionum saltem essentialium,ut sunt gradus essendi, & præsertim idem supremus. Tum quià saltem iterum de istis intelligenda est superior illa generalis approbatio rerum creatarum Genes.2. v. ul-

ultimo. §. Quod verò inquit Cajet. *Fortè aliquem latere*. Est quidam modus loquendi non quasi assertivus, vel opinativus, sed admirativus, & exprimens adeò immensum pelagus illud essendi, ut ejus abyssum stupore magis, quàm verbis exprimere valeamus. Unde est veluti quædam suspicio pietatem redolens, inquit Nazarius. §. *Resolutio*. Quo pacto etiam monet intelligenda esse dicta D. Thom. in 1. dist. 44. q. 1. ar. 2., & supra q. 25. ar. 6. ad 3., ubi videtur probabiliter admittere non omnes rerum gradus à Deo fuisse productos, nec omnes ad perfectionem universi esse necessarios; scil. per modum probabilitatis, & pietatis, explicat idem Author.

Cæterum quantum attinet ad D. Th., non videtur hæc explicatio menti ejus conformis, nempè quòd hic probabiliter admittat, & per modum pietatis possibilem alium gradum essendi, cum expressè, ut vidimus, oppositum firmiter statuat, & veluti contradictoriè, qu. 22. antec., unde ut non leviter insinuat in corp. hujus ar. 6., non loquitur de alia perfectiori creatura possibili per modum gradus, sed intra eundem gradum: distinguit enim duplicem bonitatem, alteram essentialem, alteram superadditam ad essentiam rei, *Alia bonitas* est (inquit) *quæ est extra essentiam rei, sicut bonum hominis est esse virtuosum, vel sapientem. Et secundum tale bonum* (concludit) *potest Deus res à se factas facere meliores*. Constat autem ex dictis gradus entis, præsertim intellectualem non esse bonum extra, sed pertinere ad perfectionem essentialem universi, & ità non esse juxtà mentem D. Tho. de numero creaturarum, quarum dicit posse Deum facere meliores.

Ad confirmat. nego suppositum consequentis, quòd omnis perfectio gradus secundum rationem gradus ut sic non sit communicabilis, quidquid sit secundum rationem illius, ut contracti per excellentiam aliquam Divinitatis importantem ex proprio, vel formali conceptu infinitatē simpliciter creaturæ repugnantem, ut innitur in confirmatione, unde licèt gradus entitatis non sit illi communicabilis ut cõtrahitur per rationē, v. g. entis per essentiam, vel puritatem actus excludentem omnem potentialitatem tam physicam, quàm metaphysicam: Vel ratio etiam substantiæ ut contractæ per supernaturalitatem, & sic de aliis similibus; absolutè tamen utraque est illi communicabilis, & actu cõmunicata quantũ possibile est. Unde nullus est dabilis gradus, qui communicabilis non sit, & actu communicatus eidem, juxtà sui capacitatem, licet nõ omnis modus participandi, vel habendi illum, non sit nobis communicabilis. Sed hinc ex opposita eadem opinione (quæ magis censenda est probabilis, ut dictum est, secundum pietatem, quàm secundum veritatem) inferendum esset, non solum non esse necessarium ad perfectionem universi talem gradum, sed etiã impossibiliter requiri, si semel lateret in Deo aliquis gradus, qui impossibile esset communicari secundum eandem rationem gradus ut sic. Est ergo ad illam necessarius supremus intellectualitatis non quidem ut contractus cum puritate actus, ut est in Deo, sed cum superiori illo modo intelligendi, & volendi, scil. per intelligere tantum, & velle, quæ est perfecta imitatio Dei intra illum possibilis creaturæ.

Ex his ad 2. replicam nego suppositum illius, loquendo præcisè de bonitate gradus; quià nulla est assignabilis, cujus creatura capax non sit: unde etiam poterat distingui mi. Non omnis est capax, quantum ad gradum, neg., quantum ad modum participandi, vel habendi illum, conc. Et ad probat annexam, neg. pariter suppositum, quòd Deitas, & puritas actus distinguãtur ut gradus à natura intellectuali, sed magis comparantur ut supremi modi habendi illam; nam puritas actus à summa immaterialitate; & Deitatis nomen ab universali providentia sumitur, constat autem ex superioribus, quòd immaterialitas vel pertinet, ut radix ad naturam intellectualem, ut vult etiam M. Jo. à S. Tho. hic, vel est idem conceptus adæquatus cum intellectualitate ità ut sint veluti duo inadæquati, quorum unus mutuò probetur per alium, ut supra de attributis vult M. Ferre, & insinuat D. Tho. ibidem q. 14. ar. 1. & hic etiam ar. 1. hujus q. 50., dum probat ibi Deum intellectivum, vel cognoscitivum, quià est immaterialis; hic verò ex opposito probat Angelos esse immateriales, & incorporeos, quià sunt intellectuales, quod est eandem radicem ratione unius conceptus inadæquati probari, vel explicari per se ipsam ratione alterius inadæquati. Vel juxtà priorem modum, quòd ibi procedit à priori; hic verò à posteriori. Similiter providentia non potest non exprimere modum ejusdē naturæ, cum ad illam pertineat, ut vidimus ex Div. Thom., universa condere, & curam gerere, quod facit Deus per intellectum, & voluntatem: dicuntur autem incommunicabiles, non quià gradus distincti sint, sed quià ut dictum est, sunt supremi modi habendi gradum, soli Deo connaturales, & proprii ob infinitatem simpliciter, quam important soli Deo convenientem.

Ex his colligimus contra Zumel non esse ex instantia Deitatis, & puritatis actus rejiciendam sententiam Mag. Banez de actuali communicatione substantiali trium graduum intra Universum. Et similiter contra Nazarium non esse judicandum minùs efficax fundamentum illius, quià stando in subjecta materia, illa ma., omne bonum ea ratione qua est bonum, est diffusivum sui, & communicabile, sumenda non est disjunctivè, ut distinguit Nazarius, sed copulativè, & ad intra, & ad extra, cum revera omnis hujusmodi bonitas in ratione gradus, communicabilis etiam sit creaturæ.

Sed instas. Nam si nullus in Deo est gradus superior, vel bonitas in ratione gradus, qui communicabilis non sit, sequitur non esse impossibilem speciem creatã quiditativè repræsentantem Deum, conseq. est contra communē nostram sententiã supra q. 12. ad ar. 2., ergo. Prob. sequela. Nam ex eo prob. ibi impossibilitas ejusdem speciei, quià quælibet creatura est ordinis, vel gradus inferioris ad Deum, ergo si semel nullus est gradus in Deo creaturæ incommunicabilis non repugnabit creatura sic quiditativè repræsentans illũ.

Resp. neg. sequelam. Ad prob. dist., & simul explico ant. ex dictis proximè, & ibidem, quià est inferioris ordinis, seu gradus in immaterialitate, quasi sit extrà gradum illum in genere essendi, neg., in genere repræsentandi quiditativè, conc. ant., & neg. cons.; quià ad repræsentandum quiditativè Deum non satis est, quòd pertineat utcunq. ad supremum gradum Dei, vel immaterialitatis, sed per univocam, & formalem, vel specificam convenientiam cum quiditate Dei, ut ibidem ostensum est, & consequenter deberet esse actus purus. Videantur, quæ latè ibi ad hanc rem adducta sunt, ne eadem repetamus.

Secundò etiam principaliter arg., & est replica contra hanc solutionem, & superiora ibidem. Si ex perfectione Universi inferenda est existentia creaturæ omninò intellectualis, vel incorporeæ, pariter inferenda esset existentia creaturæ univocè convenientis cum Deo in aliquo gradu entis, consequens non ad-

admittitur præsertim à nobis argn. Prob. sequela quià omnimoda incorporeitas, non potest non esse ejusdem rationis in Deo, & creaturis, nam si semel omnimoda est, in indivisibili consistit, ergo univocè, & non inæqualiter illis conveniet.

Dices dist. ant. omnimoda in corporeitas &c. dicta de Angelis inter se, & ex parte termini à quo; scil. à materia physica, & ab ordine ad illam, transeat, vel conc., dicta de Deo, & Angelis, neg. quià Deo convenit per recessum à materia, tam physica, quàm metaphysica, scil. ab omni potentialitate; cũ sit actus purus, quod nulli creaturæ quàmlibet perfectissimæ convenire potest, cum in quocunq. gradu essendi reali ponatur, semper sit ens per participationẽ, & consequenter potentiale. §. Sed contra hoc est. Quià omnimoda incorporeitas per recessum ab omni potentialitate tam physica, quàm metaphisica non est attributum incorporeitatis, sed actus puri, ergo ratio incorporeitatis formaliter loquendo non est diversæ, sed ejusdem rationis in illis.

Resp. bene ibi. Ad replicam neg. suppositum ant., quòd ratio incorporei, spiritus, & actus puri sint, aut constituant diversa attributa. Nam sicut immaterialitas in Deo non præcisè dicitur per recessum à materialitate physica, sed ab omni; ita ratio incorporei, quæ eadem est cum immaterialitate, non sumitur præcisè à recessu à potentialitate physica, sed ab omni, ac proindè non potest non coincidere cum puritate actus.

Tertiò arg. Ex perfecta similitudine Universi ad Deum non videtur legitimè inferri existantia creaturæ intellectualis, ergo non videtur subsistens ratio D. Tho. Prob. ant. Nullũ agens per intellectum, & voluntatem ex his, quæ experimur, assimilat sibi effectum in natura sua, quæ est principium operandi, sed tantum in idæa, quæ est intra intellectum, ergo nec Deus sic operans, vel producens Universum, assimilabit sibi illud in hac ratione intellectualitatis per productionẽ creaturæ intellectualis, sed tantũ in idęa.

Dices neg. hanc posteriorem conseq., & disparitas primò est, quià effectus in creaturis procedentes ab agente per intellectum, & voluntatem non sunt naturales, sed artificiales, & ideò non debent imitari naturam, sed artem, & idæam sui. §. Secundò quia in agente creato omnia ista, intellectus, intelligere, actualis productio, species impressa, & exemplar, vel idæa sunt realiter distincta, in Deo verò sunt realiter idem inter se, & cum natura, & aliàs Deus etiam hanc in istis intendit similitudinem imprimare, juxta illud *Faciamus hominem* (& idem etiam à fortiori de Angelo utpotè perfectiori in gradu intellectualitatis) *ad imaginem, & similitudinem nostram*, dando eis scil. intellectum, & voluntatem, (ut infrà explicat D. Tho.) ut videre possint se ipsum, & illo frui per participationem suæ beatitudinis, qui ob infinitam sui bonitatem est finis productionis eorum.

Sed contra hoc est. Quamvis idæa, & natura in Divinis sint idem realiter, distinguuntur tamen secundum diversitatem saltem munerum, sed hoc sufficit ad imitationẽ solius idæe, nõ naturæ, ergo Prob. mi. Nam eadem diversitas munerum sufficit, ut natura Divina secundum munus ideandi sit tantũ formæ intelligibilis; & ut natura est, sit etiam forma intellectualis, ergo pariter sufficiet, ut effectus imitans idæam, non teneatur imitari naturam. § Urg. & expl. hoc. Natura Divina sub munere naturæ tantum concurrit ut cognita, & consequenter ut forma tantum intelligibilis, & non ut intellectualis, sed Angeli imitantur illam, ut idæam, ergo solum imitantur eandem, ut formam intelligibilem, & non ut intellectualem, ac proindè ex eo quòd imitentur idæam non sequitur, quòd imitentur naturam intellectualem.

Resp. bene ibi. Ad replicam neg. mi., ad prob. neg. cons., & suppositum ejus, quòd effectus imitans idæam Divinam imitatur præcisè illam secundum munus idæę, cum neq; Deus intendat communicare illi tale munus, sed magis participationem suæ Divinæ bonitatis in natura, quæ exercet illud; sicut etiam dicitur ad intra ut vidimus, in productione Verbi, quòd intellectus Patris, est assimilativus termini producti cum specie, vel objecto, ex cujus cognitione procedit, non quasi intendat communicare Verbo rationem speciei impressæ, vel objecti, sed magis naturam contentam, & exercentem munus speciei. Per quod etiam patet ad confirmationem.

Secundò huic arg., vel paritati ejus ex his, quæ supra insinuavimus, responderi poterat asse latum discrimen inter agens intellectuale creatum operans per intellectum, & voluntatem, & Deum, quòd illud quià non perfectè participat gradum intellectivũ non potest producere aliquid substantiale, vel generare sibi simile in natura, sicut generet Deus; (*Hoc enim est proprium opus naturæ perfectæ in statu perfecto,*) sed tantum operari aliquid accidentale, circa sibi similia, v.g. unus Angelus alium illuminare, Qua ratione etiam, (*ut vidimus, & hoc obiter iterum dictum sit*) gratia adoptionis, quæ est formalis participatio Deitatis, seù naturæ Divinę, quià in puro homine habet imperfectum modum essendi ex eo quòd non est in illo ut in suo connaturali subjecto, sicut est in Christo, non potest generare sibi similem merendo de condigno illam aliis, aut satisfaciendo pro illorum culpis, sicut illa Christi, quæ habet efficaciã infinitã ad sic merendum necessariã, sed tantum potest satisfacere pro pænis existentium jam in gratia, qui sunt membra viva Corporis Christi Mystici. De quo D. Tho. in 4. dist. 29. q. 2. art. 2. quæstiunc. 3. ad 1.

QUAESTIO II.

Utrum Angeli constent ex aliqua materia saltem spirituali.

Vidimus ex D. Tho. Angelos esse omninò incorporeos, ex eo quòd intellectuales sint, & consequenter constare non posse aliqua parte sui, quæ sit corpus, vel quid corporeum. Adhuc tamen est difficultas, quã resoluit hic in art. 2., an scil. sint omninò formæ simplices non solũ per exclusionẽ cujuscumq. corporei, sed cujuslibet etiã materialis per modum partis essentiæ, contradistinctæ realiter à parte formali, sivè sit materiæ similis, aut diversæ rationis à nostra, & spiritualis; ità ut non sit quid compositum ex utroq., nam Avicebron in libr. fontis vitæ relatus à D. Tho. hic, & opusc. 15. cap. 5., postquam concedit illos esse incorporeos, & spirituales, adhuc tamen asserit esse materiales, constituendo aliam materiam in illis præter corpoream, quod etiam placuit aliis Scholasticis, Alensi, & D. Bonav.

in

in 2. dist. 3. q. 1. circa 1. concl., ubi enumeratis, & suppositis pluribus compositionibus in Angelo ad conditionem creaturæ pertinentibus tandem concludit. *Et ideo illa positio videtur verior esse, scil. quòd in Angelo sit compositio ex materia, & forma; nempè ut immediatè antea explicat, ex diversis, vel duabus naturis, quæ se habent per modum actualis, & possibilis, & ità materiæ, & formæ.*

§. I.

Statuitur Conclusio:

ANgeli non componuntur ex materia, & forma spiritualibus. Ita D.Tho. hìc art. 2. & jam communiter Theologi cũ eodem. §. Sumitur 1. ex Sacra Scriptura apud ipsum opusc. rel. cap. 18. paulò post initium, ubi postq. statuit esse omninò incorporeos, deindè ad removendam omnem materiam ab illis subdit. *Si quis autem diligenter velit verba Sac. Scripturæ inspicere, ex eisdem accipere poterit esse immateriales (scil. per exclusionem totius materiæ, sicut sunt incorporei per exclusionem totius corporis, vel corporei) Nominat enim eos Sac. Scriptura quasdam virtutes, Dicitur enim in psalm. 104. Benedicite Domino omnes Angeli ejus: & postea subdit. Benedicite Domino omnes virtutes ejus, & Luc 21. Virtutes Cæli movebuntur. Quod de Sanctis Angelis omnes Doctores exponunt, Quod autem materiale est, non est virtus, sed habet virtutem, sicut non est essentia, sed habens essentiam. Sequitur enim essentiam virtus. Unde concludit, Relinquitur igitur secundum intentionem Scripturæ Angelos immateriales esse. Et paulò infra aliquibus authoritatibus D. Dionys. subdit. Ex quibus omnibus patet hanc fuisse Dionys. sententiam, quòd Angeli sunt immateriales, & simplices substantiæ. Quod etiam ex hoc patet. quòd frequenter eos nominat cælestes intellectus, seu Divinas mentes. Intellectus autem, & mens aliquid incorporeum, & immateriale est, ut Philos. probat. in 3. de anima.* Ità D.Thom.

Ratione deindè ejus hìc in corp. prob. desumpta ex omnimoda independentia operationum illorum à materia. Forma nullam habens operationem dependentem à materia, nequit materiæ uniri, sed Angelus nullam habet in suis operationibus dependentiam à materia, ergo nulla materia constare potest, ma. patet. Nam ad hoc præcipuè est unio formæ cũ materia, quià ab illa in suis operationibus dependet, ut patet in anima nostra, quæ illi unitur ut fatemur omnes, quià in pluribus suis operationibus dependet ab illa. Mi. verò prob., quià forma angelica, ut dictum est, & iterum fatemur omnes, est omninò incorporea, ac proindè non habet aliam operationem nisi intelligere, & velle, sed utraque est independens à materia, ut dicitur in 3. de anima, ex quo etiam prob. ibidem animam nostram esse immortalem. Qua etiam ratione in statu separationis perfectè intelligit, & amat, ergo.

Dices formam uniri materiæ non præcisè ob dependentiam in operando, sed ut operetur connaturaliter, seu modo connaturali, ut patet in eadem anima rationali post diem judicii, quæ non præcisè reunietur corpori ad operandum ministerio phantasmatum, sed ut operetur connaturali modo in statu illo: & præter ea etiam unio formæ cum materia ad hoc est, ut simul constituant unum completum subsistens. §. Sed contra hoc est, & insto eodem argumento. Forma omninò independens à materia tam in esse, quam operari non indiget consortio alterius, sivè ad constituendum tertium subsistens completum, sivè ad connaturaliter operandum, sed hujusmodi est forma angelica, ergo ex nullo capite est unibilis materiæ. Ma. patet. Quià forma sic independens est perfectè subsistens, & connaturale principium suarum operationũ in omni statu; nam ideò non esset talis, quià sola sine consortio est aliquo modo deficiens, & consequenter dependens in esse, & operari, mi. verò prob. forma in nullo statu habens operationem aliquam dependentem ab alio in esse, aut operari, potest esse dependens ab illo, aut indigere illo, aliàs penderet, & non penderet ut in simili probatum est in physicis de impossibilitate ejusdem numero effectus à duabus causis totalibus non sub ordinatis; sed forma angelica in nullo habet aliquam dependentem, ergo. Prob. mi. quià in nullo statu habet aliam præter intelligere, & velle, quæ ex propriis sunt independentes, præsertim ubi perfectæ sunt, vel perfectè exercentur, ut contingit in Angelo.

Nec juvat instãtia de anima nostra in statu reunionis. Nam primò falsum est reuniendam esse corpori non ut juvetur ab illo, sed ut sit principium connaturale. Nam anima gloriosa non solum habebit intellectualem operationem, sed etiam sensationes in aliis inferioribus potentiis, sivè peculiares delectationes cuilibet sensui proportionatas, si velimus plenè satiari, & beatificari quoad omnia, ut exigit status beatitudinis. Certum est autem, quòd in his non potest non juvari à corpore. Sed præterea hoc etiam admisso retorquetur instãtia, nã ideò in statu illo indiget reunione cum corpore ut sit connaturale principium, quià aliquando fuit dependens ab illo, sed forma angelica in nullo statu est dependens in aliqua sui operatione à materia, ergo in nullo indiget, ut sit connaturale principium.

Tertiò prob. specialiter de materia spirituali præoccupando solutionem, nempè quòd ex his tantum convincitur de materia corporali non spirituali. Et sumitur vis argumenti ex doctrina. quàm egregiè tradit D Th. hìc ad 2. ubi inquit. *Dicendum quòd ratio illa esset necessaria, si idẽ esset modus quo intellectus recipit, & quo recipit materia, sed hoc patet esse falsum. Materia enim recipit formam, ut secundum ipsam constituatur in esse alicujus speciei, vel aeris, vel ignis, vel cujuscunque alterius. Sic autem intellectus non recipit formam aloquin verificaretur opinio empedoclis, qui posuit, quòd terram terra cognoscimus. & ignem igne. Sed forma intelligibilis est in intellectu secundum rationem formæ; sic enim cognoscitur ab intellectu, unde talis receptio non est receptio materiæ, sed est receptio substantiæ immaterialis.* Quibus radicitùs evertit hanc positionem materiæ primæ spiritualis.

Prob. ergo ex hac doctrina D.Thom. sic. Materia etiam spiritualis pugnat, vel incompossibilis est cum operatione angelica, vel intellectuali, ergo nequit admitti in Angelo, Prob. ant. operatio intellectualis, sive intelligere petit ex propriis ampliationem, & extensionem, ut explicatur in eodem 3. de anima, unde intellectus intelligendo dicitur fieri omnia, & ideò subtiliter ait D Thom., quòd recipit speciem intelligibilem, ut formam, & quòd in illo est secundum rationem formæ, & consequenter, quòd talis receptio non est receptio materiæ, sed est receptio substantiæ immaterialis, nam aliàs potiùs impediretur à propria operatione, vel intellectione, quià materia ex proprio conceptu materiæ est ad coarctandum, & limitandũ, ut rectè ait D.Tho., materia enim recipit formam, ut secundum ipsam determinetur, vel constituatur in ali-

aliqua determinata specie, vel in esse alicujus speciei, vel aeris, vel ignis, vel cujuscunq; alterius, ergo ex propriis est incompossibilis cum operatione angelica, ac proinde impossibilis in subjecto non habente aliam operationem nisi intellectualem, sivè in Angelo.

Explic., & urg. hoc: materia spiritualis, vel ex quò spiritualis est, extrahitur à linea materiæ, vel non? Si primum, erit purum figmentum in eadem linea. Si secundum est in compossibilis cum operatione subjecti purè intellectualis, vel Angelici, ut manifestà convincitur argumento facto. §. Urg. ulteriùs. Non est Angelus minùs intellectivus, & immaterialis, quàm sit anima nostra, sed longè perfectior, ut supponitur; sed si anima nostra esset immixta materiæ alicui etiam spirituali impediretur ab amplitudine suæ intellectionis, nec posset recipere species in sua universalitate, & repræsentatione naturæ in sua universalitate, cum materia ex propriis, quæcunq; sit, ut patet ex dictis, habeat limitare, & coarctare, nisi velimus invertere naturas, vel essentias rerum. Hic est enim proprius conceptus materiæ, vel potentiæ contrapositivè, ad actum, vel formam, quòd actus ampliat, & materia limitat, & propterea Deus, qui est purus actus in nulla linea habet limitationē, sed immensam amplitudinem, vel infinitatē simpliciter; creatura verò, quò materialior, & potentialior est utpotè magis recedens à summa immaterialitate, & actualitate, eò magis est finita, & limitata, ergo à fortiori in Angelo longè superante in intellectualitate, & immaterialitate animam nostram erit impossibilis talis materia.

Egregiè iterum, & clariùs rem hanc totam exprimit, & à priori ostendit D.Thom. q. 1. de spiritualibus creaturis ar. 1. in corp. versus medium, ubi ad manifestandum, quòd hæ substantiæ spirituales sint longè supra totam materiam, & omnia materialia elevatæ inquit. *Talem igitur potentiam oportet in substantiis spiritualibus requirere, quæ sit proportionata ad susceptionem formæ intelligibilis. Hujusmodi autem non est potentia materiæ primæ. Nam materia prima recipit formam contrahendo ipsam ad esse individuale. Forma verò intelligibilis est in intellectu absque hujusmodi contractione. Sic enim intelligit intellectus unumquodque intelligibile, secundum quod forma sius est in eo. Intelligit autem intellectus intelligibile præcipuè secundum naturam communem, & universalem, & sic forma intelligibilis in intellectu est secundum rationem suæ communitatis. Non est ergo substantia intellectualis receptiva formæ ex ratione materiæ, sed magis per oppositam quandam rationem, unde manifestum sit, quòd in substantiis spiritualibus illa prima materia quæ de se omni specie caret, sius pars esse non potest.* Ità D. Tho. quibus nihil veriùs, ac clariùs dici potest ad rejiciendam omnem materiam, etiam ut vocant spiritualem, si velimus esse de linea materiæ, ut ostensum est.

Ex his prob. ult. urg. hæc omnia. Repugnat angelū componi ex parte aliqua implicāte, sed materia spiritualis implicat, ergo. Prob. mi., quià excederet, & nō excederet omne corporeū, & quod excederet, patet; quià entitas spiritualis est excellentioris, vel superioris ordinis quocunq; corporali: quòd verò non excederet prob., quià forma, sivè actus, quicunque sit etiam corporeus ex propriis, utpotè actualior excedit quamcunque materiam, cum hæc pariter ex propriis sit de linea potentiæ, ergo nequit excedere omne corporeū. §. Expl., & urg. hoc. Materia spiritualis, si daretur, ex quò spiritualis, sivè ex vi suæ spiritualitatis deberet excedere omne corporeum, cum spirituale sit ordinis superioris ad corporeum, nisi velimus iterum invertere naturas, & ordinem rerum, & consequenter deberet pro ut sic non solum esse supra materiam corporalem, sed etiam elevari supra formas corporeas, & habere magis de actu, quàm quælibet illarum: ex quò verò materia est, nequit habere talem excessum, cum prout sic pertineat ad lineā potentiæ, ergo excederet, & nō excederet, prol ndè esset, & nō esset de linea ac materiæ, quod implicat. §. Dices materiā non ità esse in genere potentiæ, ut omnem actū excludat, cum non desint, qui probabiliter admittant in illa actum entitativum. Sicut ergo sine ulla implicantia potest in illa admitti hæc ratio actus, poterit in illa admitti ratio spiritualitatis, unde licet in ordine ad formam spiritualem comparetur in pura potentia, sicut tamen salva ratione potentiæ includit actum entitativum, poterit includere spiritualitatem, & ratione istius excedere formam corpoream.

Sed contra hoc est, & in primis contra hanc solutionem militant, quæ latè adduximus in 1. Phys. contra prædictum actum, & existentias partiales. Deindè impug. sic: quamvis admittatur habere actum entitativum, non tamen extrahitur à linea potentiæ, vel partis potentialis, aliàs non faceret unum per se cum formali, ergo licet pariter admittatur habere tale m actū, vel rationem spiritualitatis non tamen poterit excedere actum, vel formam corporeā. Prob. conf., quià quod adæquatè spe ͭat ad lineam actus nequit superari ab eo, quod per se pertinet ad lineam potentiæ, ergo si ex meritis illius actus non extrahitur à linea potentiæ non poterit habere excessum supra formam substantialem estò corpoream. Conf. tenet, quià estò corporea sit, adæquatè tamen est de linea actus: ant. etiam est certum, quià actualitas in entibus, ut dictum est, fundat perfectionē, ut etiā patet inductivè: quodlibet enim est perfectius, quantò est actualius, & ideò Deus est summè perfectus, quià est actus purus. Unde qui etiam concedunt aliqualem perfectionem materiæ, tenentur recurrere ad actum entitativum, vel ad ordinem ad actum.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. autoritate D.Aug. 12. Confess., ubi dicit, quòd Deus fecit materiam communem visibiliū, & invisibilium. Invisibilia autem sunt substantiæ spirituales, ergo istæ habent materiam, at non corporeā, ergo spiritualem. §. Deindè etiam lib. 7. super Genes. ad literam ca p. 6. circa med. tom. 3. dicit: Quòd sicut caro habuit materiam, idest terram, de qua fieret, sic fortaſsè potuit, & antequam ea ipsa natura fieret, quæ anima dicitur, habere aliquam materiam pro suo genere spiritualem, quæ nondum esset anima, ergo sicut hæc videtur composita ex forma, & materia, scilà spirituali, pariter eadem ratione Angelus, ac proindè non solum hæc materia spiritualis non implicat, sed verè juxta Aug. admittenda.

Ad 1. resp. ex D. Thom. ubi supra de spiritualibus creaturis ad 4., quòd S.P. nomine materiæ visibilium, & invisibilium, non intelligit materiam primam, seu quæ sit pars potentialis, vel materialis simul cum forma, vel altero extremo actuali constituens totum compositum, sed informitatem quandam utriusque creaturæ spiritualis, & corporalis, quatenus priùs fuerunt creatæ, quàm perfectæ per illuminationem à Deo,

Deo, secundum quod non dum (inquit D.Th.) erant conversæ ad Verbum, à quo illuminantur, quod pertinet ad potentiam intelligibilem.Undè Angelus priùs fuit creatus, quàm converteretur ad illud, à quo erat illuminandus, atq; adeò in potentia intelligibili productus, & non quasi constitutus ex materia aliqua spirituali. §. Sed admisso etiam, quòd non loquatur præcisè de hac materia, vel potentia intelligibili, sed etiam de physica, tanq. parte componente, responderi potest cum Capreol. in 2. dist. 3. q. 1. quòd loquatur secundum opinionem tunc probabilem quòd Angeli essent corporei. Sed ex hoc nihil infertur contra nos, quià tunc materia illa magis erat corporalis, quàm spiritualis, de qua modo est difficultas, suppositis Angelis purè spiritualibus, vel intellectualibus.

Ad 2.resp.ex eodem D.Thom.ibidem ad 13.quòd Aug.inducit illud inquirendo, quod patet ex hoc, quòd illam positionem improbat, ait D. Thom. Et quidem quantum attinet ad mentem D. Aug. in favorem nostræ communis sententiæ, patet ex eo quod docet lib.9. de Trinit. c.4.scil. Animã nostrã se totam intelligere; non autem intelligit per materiam, imò per hanc potiùs impeditur, quæcunq; sit, ut probatum est, quod à fortiori militat de Angelo perfectiùs spirituali, & subtiliùs intelligente. Et lib.12. Confession.cap.7. inquit. *Duo fecisti Domine, unum propter te, idest substantiam angelicam, aliud propè nihil, scil. materiam*, ergo manifestè sentit nullam in Angelo admittendam esse materiam, cum illam dividat contra ipsum. Tum quià ideò illum fecit propter se, ut cognoscat, amet, & eo fruatur. Hoc autem, ut sæpè dictum est, potiùs impeditur, si in illo esset aliqua materia.

Secundò arg. substantia Angeli intra lineam substantiæ tenetur habere realem compositionem, sed nõ aliam nisi ex materia, & forma, ergo. Ma est certa, cum non sit actus purus tam physicè, quàm metaphysicè, & ideò solus Deus est realiter carens omni hujusmodi compositione. Mi. verò prob. Quià intra lineam substantiæ non est alia pars physicè componens nisi materia, & forma. §. Dices quòd in linea substantiæ præter compositionem ex materia, & forma est etiam alia ex essentia, & esse, per quam sufficienter distinguitur à Deo, qui nullam realem admittere potest, utpotè in nullo potentialis. §. Sed contra hoc est. Nam quià Angelus metaphysicè distinguitur à Deo, tenetur admittere realem metaphysicam ex essentia, & esse, ergo quià etiam physicè disting. ab illo, tenetur admittere physicam ex materia, & forma.

Dices ad hoc satis esse, quòd natura angelica sit extremum physicum realis compositionis in Angelo, ex quo scil., & subsistentia resultet esse realiter compositus, nam Divina natura nullo modò venit in realem compositionem cum Deo. §. Sed contra hoc est. Nam esse extremum, vel venire in realem compositionem cum alio competit etiam naturæ Divinæ, ergo id non sufficit ad distinguendam ab illa. Prob. ant. in Christo, in quo eadem Divina est verè de facto extremum veniens in compositionem cum humana, ex quibus, & una subsistentia verè realiter dicitur compositus, ut explicatur 3. par. q. 2. ad ar. 4.

Resp. benè ibi usq; ad hanc posteriorem replicã cui dist. ant., competit etiam naturæ Divinæ per modum partis, vel extremi incompleti per se ordinati ad componendum, neg. Per modum puri extremi sine ulla imperfectione, & potentialitate, conc., hoc autem modo convenire nequit angelicæ utpotà potentiali in quocunq; modo reali essendi ponatur, si velimus in omni esse ens per participationem, & creaturam.

Sed instas. Natura angelica est substantia completè spiritualis, ergo nequit habere ordinem per se ad componendum per modum partis, per quem distinguatur prout sic à Divina. §. Resp. dist. conf. ad componendum cum alia comparte physica, conc., metaphysica, aut per modum complebilis per subsistentiã, & existẽtiam realiter distinctas, neg., nam licet ex quò substantia complete spiritualis est, nequeat iogtedi physicam compositionem per modum partis componentis, sicut anima rationalis, ex quò tamen qoid potentiale adhuc est, & non actus purus potest per se ordinari, & completi per utrumq; actum existentiæ, & subsistentiæ; quod omninò Divinæ repugnat, cum sit suum esse, & subsistere. Vid. Div. Thom. 2. Cont. Gent. cap. 52., & 53., & hic ad 3.

Tertiò Arg. Substantia Angeli constat ex genere, & differentia, ergo etiam ex materia, & forma. Prob. conf. quià genus sumitur à materia, & differentia a forma, ut dicitur 8 metaph. tex. 6. §. Dices ex D.Th. hic ad 1. hanc propositionem Phil. verificari in rebus materialibus, in quibus aliud est, quod determinat ad specialem gradum entis, scil. forma, aliud verò, quod determinatur, scil. materia, unde in illis ab alio sumitur genus, ab alio differentia. Cæterum in immaterialibus, cum unum quodq; eorum teneat determinatum gradum non tenemur assignare distinctam radicem generis, & differentiæ, sed unam, & eandem, scil. ipsum totum, quatenus in eo invenitur aliquid de potentia, & aliquid de actu determinante talem potentiam. Unde secundum illud, quod considerat intellectus, ut indeterminatum, sumitur ratio generis, secundum alterum verò, quod considerat, ut determinans, ratio differentiæ.

Sed contra hoc est. Nam prædicatum potentialitatis, & actualitatis in gradu generis, & differentiæ debet esse de linea naturæ, sed in subjecto non composito ex materia, & forma nequit esse de linea naturæ, ergo vel non datur in Angelo propria ratio generis, & differentiæ, vel altera etiam in illo sumenda est à materia, altera à forma. Ma. patet cum sint prædicata propria ipsius naturæ. Mi. verò prob., nam subjectum non compositum ex materia, & forma, est forma simplex, ergo nequit in proprietate habere latitudinem gradualem generis, & differentiæ.

Dices ex eadem doctrina D.Tho. præsertim in fine solut., non esse genus in reali potentia ad differentiam, sed secundum considerationem intellectus cum fundamento tamen in re, quę cum non sit actus purus, verè in illa concipitur aliquid ut potentiale, & determinabile, & aliquid ut determinativum alterius, & ideò non esse necessariam distinctionem realem inter utrumq; sed solam rationis, fundatam tamen in re cõcepta, quæ optimè componitur cum simplicitate formæ angelicæ. §. Sed contra hoc est. Et in primis videtur solutio petere principium, quià hoc intendit replica facta, quòd si istæ partes non distinguantur secundum rem, non sit aliquid, à quo sumatur principium distinctionis rationis. Unde impug. sic. Forma non habens latitudinem realem partium est forma tãtum, ergo non potest dare fundamentum distinguendi potentiam, & actum Prob. conf., quod est potentia tantum, nequit dare fundamentum distinguendi, aut concipiendi in illo aliquam rationem actus, vel actualitatis, ut nos contendimus in materia prima, ergo quod est forma tantum, nequit dare fundamentum distinguendi, aut concipiendi aliquam rationem poten-

tentiæ, vel potentialitatis, & consequenter erit actus purus, sicut nos dicimus de materia prima, quod est potentia pura. §. Urg. hoc. Quod est formà tantum, est forma omninò simplex, sed forma omninò simplex nequit admittere compositionem constitutam ex aliquo sibi opposito, vel potentiali, ut est prædicatum generis, ergo si semel Angelus est forma tantum sine reali compositione ex materia, & forma, neq; erit compositus ex genere, & differentia.

Resp. benè ibi usq; ad hanc posteriorem replicam: Ad quam neg. quòd sit petitio principii, ut jam insinuavimus, cum non sit actus purus, & statim amplius constabit. Undè ad impugnat. dist., & simul explico ant., est forma tantum, per exclusionem potentiæ physicæ, conc., metaphysicæ, neg. Hanc enim non excludit, nisi quod est actus purus: Et ideò optimè potest tribuere fundamentum concipiendi aliquid ut potentiale, & determinabile, & aliquid ut determinativum, ac proinde ratio generis, & differentiæ, in quo latissimè distat à forma Divinitatis, quæ est forma pura sine ulla omninò potentialitate tam physica, quàm metaphysica, & sine ulla compositione consequenter, sivè physica, sivè metaphysica. §. Ex quo etiam patet ad illius conf. prob. ex puritate materiæ primæ, nam quòd hæc sit pura potentia non derogat conceptui entis creati, ut patet, imò est necessarium conceptui proprio, secundum quem tenetur simul cum forma constituere unum ens simpliciter, vel substantiale, quod constituere non posset semel includens in se ipsa, vel identificans aliquem actum, vel partialem existentiam, ut latè ostendimus in eodem 1. Phys. Cæterum formam creatam ita esse puram formam, ut excludat omnem potentialitem etiam metaphysicam est manifestè implicatorium, si valimus, ut dictum est, quòd ex quò creata est, fit ens per participationem. Nec impeditur. per hoc, quòd verè componat, imò est necessarium ad compositionem constantem ex utroque extremo purè creato, ut 3. p. ubi supra explicatum est.

Ad confirm. similiter dist. ma., quod est forma tantum, est omninò simplex: omnimoda simplicitate per exclusionem totius materiæ physicæ, vel compositionis ex illa, loquendo de forma in subjecta materia, nempe angelica, conc., cujuscunq. alterius compositionis, vel potentialitatis, neg. Nam simplicitati ejus, cum non sit summa, sicut illa Dei, non opponitur quæcunq. compositio, sed tantum realis, vel physica sive ex materia physica, vel parte materiali, non metaphisica ex genere, & differentia, vel realis ex essentia, & esse, & subsistere, ut ostendit D. Tho. ubi proximè in 2. cont. Gent., & hic ad 3. dicens. *Licet in Angelo non sit compositio formæ, & materiæ, est tamen in eo actus, & potentia. Quod quidem manifestum potest esse ex consideratione rerum materialium, in quibus invenitur duplex compositio. Prima quidem forma, & materia, ex quibus constituitur natura aliqua. Natura autem sic composita, non est suum esse; sed esse est actus ejus. Unde ipsa natura comparatur ad suum esse sicut potentia ad actum. Subtracta ergo materia, & posito quod ipsa subsistat non in materia, adhuc remanet comparatio formæ ad ipsum esse, ut potentiæ ad actum, & talis compositio est intelligenda in Angelis.* Ità D. Tho. ex quibus manifestè patet, quòd cum Angelus non sit ita forma simplex, quòd sit actus purus, vel suum esse, & subsistere, sicut Deus; simplicitati ejus non opponitur quæcumq. compositio, sed tantum ex materia, & forma, quia adhuc subtracta materia, remanet comparatio ejus ad suum esse, ut potentiæ ad actum.

4. Arg. impugnando utramq. rationem. Nulla est contradictio, quòd detur in Angelis materia spiritualis, ergo non est deneganda. Conf. tenet. Tū quià altera ratio procedit ex contradictione. Tum quià licet ex eo, quòd aliquid non implicet non inferatur existentia ejus, sed tantum possibilitas, nihilominùs dum nobis non constat talem materiam non esse productam, & aliàs videatur convenientius dari ex eo, quòd substantia Angeli ponatur in prædicamento substantiæ, cujus principia sūt materia, & forma, si aliàs nō est contradictio legitimè infertur esse admittendā, eò vel maximè, quòd ptout sic magis elongat à Deo, à quo creatura, utpotè essentialiter finita tenetur infinitè distare. Ant. autem prob., quià si esset contradictio, præcipuè ut dicebamus, quià excederet, & non excederet omne corporeum: vel quià esset impeditiva, & non esset, intellectivæ ejus operationis, sed neutra subsistit, ergo. Prob. mi. 1. quoad 1. par. Nam ex eo quòd forma sit nobilior materia, non sequitur, quòd hæc posita in ordine superiori simpliciter non excedat formam corpoream, ergo non rectè infertur debere utramque partem verificari. Prob. ant. Ex eo, quòd substantia creata sit nobilior accidente non sequitur, quòd istud positum in ordine superiori simpliciter non excedat omnem substantiam creatam, ut patet ex dictis de gratia sanctificante in materia de visione. Quoad 2. verò. Quià illa materia opponitur intellectualitati, vel intellectivitati, quæ habet conditiones confundentes objectum ne appareat, sed materia spiritualis non est hujusmodi, ergo. Ma. constat. quià cum intellectivitas, & operatio immaterialis perficiatur per denudationem sui objecti, illa sola materia eidem opponitur, quæ habet conditiones impedientes manifestationem illius. Mi. verò prob. Quià conditio impediens hanc manifestationem est sola ratio corporea, ob ejus ut sic dicamus, crassitiem, ut patet inductivè in omni intellectione, & ideò indiget eisdem spoliari, ut apparere possit, & intelligi.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. neg. mi. quoad utramq. part. Ad prob. 1. dist. non sequitur, quòd posita in ordine superiori non excedat, tantum, neg. excedat, & non excedat, conc. Nam ex quò est in ordine superiori tenetur excedere, ut dictum est. Ex quò verò materia est, ac proinde quid potentiale ex propriis carens actu formali, impossibile est, quòd istum excedat, sivè formam substantialem, quæcunque sit, nisi velimus, quod potentia excedat actum, quod est alienum à bona metaphisica. Ad prob. pro neg. conf., & disparitas est, quià gratia sanctificans non est utcunq. in ordine superiori, sed ut possidens nobilissimum prædicatum illius ordinis, scil. esse formalem participationem totius Divinæ naturæ, & supernaturalis ordinis infiniti, qua ratione potest eam sine termino participare, & augeri, in quo differt à cæteris formis naturalibus, quæ licet sint participationes Divinæ perfectionis infinitę, non tamen ordinis infiniti, & ideò ex sua natura habent terminum, ultra quem non possunt augeri: cæterum materia spiritualis si daretur, adhuc in ordine isto superiori sisteret intra limites potentialitatis, si velimus esse de linea materiæ, unde impossibile est, posse habere excessum supra actum formalem, quicunq. sit; sicut superat gratia omnem substantiam creatam. Nam excellentius prædicatum est in creatura esse formalem participationem Divinæ naturæ, quam esse substantiam. Et propterea etiam dicitur, quòd

quòd etsi certum sit, (ut insinuavimus ibidem,) rationem substantiæ, ut abstrahit à creata, & increata perfectiorem esse ratione accidentis communis ad naturale, & supernaturale; tamen probabile est rationem accidentis ut sic non esse imperfectiorem substantia creata propter continentiam gratiæ sanctificantis; quæ non solum est supernaturalis ordinis, sed etiam est supremum analogatum totius entis purè creati consistens in prædicto prædicato formalis participationis naturæ Divinæ, quod est nobilissimum à toto genere ejusdem entis, & ad quod nulla substantia creata etiam de potentia absoluta, ut probatum est, pervenire potest.

Ad 2. prob. sivè pro 2. p. Dist. ma. Illa, & omnis alia recipiens formam modo coarctato, conc., illa sola, neg., & dist. mi. Non haberet, nec reciperet formas modo coarctato, neg., coarctãdo istas ad se, conc., & neg. conf. Quià materia non tantum impedit intellectivitatem, quià corporea est, sed quià etiam recipit formas modo entitativo, coarctando illas ad se, & ad proprium esse, & componendo simul unum tertium, sivè substantiale, sivè accidentale, quod est contra rationem intellectivatis, quæ nequit coarctari, sed exigit ampliari, & fieri alia à se, recipiendo modo intelligibili, & repræsentativo, ut patet in intellectu recipiente species intentionales, modo immateriali, & intelligibiliter, qui est fieri alia à se, & consequenter petit amplitudinem, & non restrictionem ad se, ut facit materia quæcunq. sit, & ex hoc cap. materia illa in Angelis non posset non impedire ejus intellectivitatem vel actualem, operationem, non quasi excludendo formam intellectualem, sed coarctando illam, vel ejus spiritualitatem, & immaterialitatem, quæ est ratio, vel radix intellectivitatis, & intelligibilitatis.

Ex dictis colligi potest, quomodo substãtia complete spiritualis, esto in se materiã non habeat, sed sit forma simplex, possit nihilominùs poni in prædicamento, quià cum genus, ex quo simul, & differentia resultat compositũ metaphysicũ non sumatur à materia physica, ut dictum est, sed ab ipso secundum id, quod dicit de potentiali, non est necessaria hujusmodi materia, ut aliquid ponatur in illo (præcipuè cũ istud non pertineat ad Physicum, sed ad Metaphysicum, utpotè series graduum, vel prædicatorum superiorum, & inferiorum, sive series, & ordo prædicabilium) sed satis est, quòd constet aliquo ut contrahibili, & altero ut metaphisicè contrahente, sivè genere, & differentia, ut revera constat essentia totalis Angeli, ut dictum est, cum non sit actus purus. Non enim est de ratione substantiæ, quæ est genus, esse compositam ex materia, & forma, ut optime explicat D. Tho. de spiritualibus creaturis q. 1. ar. 1. ad 23. 24. & 25. Vid. ibidem, ubi egregiè hoc ipsum, & superiora explanat ad solutionem etiam aliorum argumentorum.

DISPUTATIO SECUNDA.

De multiplicatione, & incorruptibilitate Angelorum:

DUO etiam hìc principaliter inquirimus, & alterum supponendum est, nempe de facto non dari plura individua intra eandem speciem, quod à fortiori constabit ex resolutione primæ difficultatis. Primò ergo inquirimus, an de potentia absoluta multiplicari possint intra eandem speciem. Secundò An sint ex sua natura incorruptibiles.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum multiplicari possint intra eandem speciem plures Angeli.

§. I.

Præmisso supposito referuntur sententiæ.

SUpponimus nec de facto, nec de possibili de lege ordinaria plures dari intra eandem speciem, ut convincit ratio D. Tho. hic art. 4. sumpta ex Philos. 12. Metaph. tex. 49. Nam quæ conveniunt in specie, & differunt numero, conveniunt in forma, & differunt materialiter, vel penès materiam, ut patet ex terminis, sed Angeli non constant materia, ut probatum est, ergo. Sed hæc ratio examinabitur §. seq. §. Secundò prob. ex eodem ubi proximè de spiritualibus creaturis ar. 8. ratione desumpta ex ordine universi. Angelus est perfectissima pars universi, ergo nequit de facto multiplicari solo numero. Ant. est certum, & constat ex dictis. Conf. verò prob. Perfectissima pars universi perfectissimè participat, vel participare debet bonum illius, at non sic illud participaret multiplicatus solo numero, ergo. Ma. cõstat, nã quò pars est perfectior participat perfectiùs vel participare debet de bono totius: mi. verò prob. supponendo ut docet ibi D. Tho., duplex esse bonum universi, quoddam separatum, sicut est Deus, qui est sicut Dux in exercitu; & quoddã in ipsis rebus cõsistens, & hoc est ordo partium, sicut ordo partium exercitus est bonum exercitus: nam *quæ à Deo sunt*, ut ait Apost. ad Rom 13. *ordinata sunt.* Et hic ordo etiã est duplex; alter per se, qui scil. per se intenditur à natura, ut est ordo specierum, quæ per se intenduntur à natura; alter verò per accidens, nempe individuorum, quæ solum intenduntur ab illa propter speciei conservationem. Nã individua cõveniunt in natura, & differũt secundũ principia induiduantia, & diversa accidentia, quæ per accidens se habent ad naturã speciei. Quæ autem specie differunt, ordinationem habent per se, & secundũ essentialia principia. His suppositis prob. eadem mi: quià multiplicatus numero intrà eandem speciem minùs participaret, vel imperfectiùs de

de hoc bono ordinis, ergo non participaret perfectissimè conſ. tanet: & aut. prob. quià participaret etiã de ordine per accidens, ſed hic eſt de linea imperfectionis diminuentis perfectionem ordinis per ſe, ut patet ergo.

Expl., & urg. hoc. Nam participatio ordinis tantum per ſe, perfectior eſt participatione ordinis etiam per accidens, tum quià eſt participatio ſine hac imperfectione. Tum quià eſt participatio illius, quod per ſe intenditur à natura, unde ordo per accidens detrahit de perfectione in jis, in quibus admiſcetur ordini per ſe, ergo nequit admitti in Angelo ſine diminutione, vel detractione perfectiſſimæ ſuæ participationis de bono Univerſi. §. Expl. ulteriùs exemplo D. Tho. in corporibus cœleſtibus. Nam quià ſunt ſuprema in linea corporum, ſolus ordo per ſe reperitur in illis. Unde inquit ibidem. *In ſuperiori parte Univerſi ſcil. in corporibus cęleſtibus non invenitur ordo per accidens, ſed ſolum per ſe, cum omnia corpora cęleſtia ab invicem ſpecie differant, nec ſint in eis plura individua ejuſdem ſpecici, ſed unus tantum Sol, & Luna, & ſic de alijs (quià nempè ut premittit) magis de bono Univerſi participant, quod eſt ordo per ſe; perfectiùs autem participant ordinem ea, in quibus eſt ordo per ſe, quam ea in quibus eſt ordo per accidens tantum. Ex quibus ſic concludit. Multò erga magis in ſuprema parte Univerſi (ſcil. in Angelo) non inveniuntur aliqua ordinata per accidens, et non per ſe, et ſic relinquitur*, quòd omnes Angeli ab invicem ſpecie differant ſecundum majorem, & minorem perfectionem formarum ſimplicium ex majori, vel minori propinquitate ad Deum, qui eſt actus purus, & infinitæ perfectionis. Ita D. Tho.

Sed inſtas primò in perſonis Divinis, quæ ſolo numero differunt, & tamen pertinent ad ſupremum bonum Univerſi per infinitum exceſſum ſupra omnes partes illius. §. Secundò in anima rationali, quæ ſimiliter multiplicatur in plures numero, & tamen inter illas eſt ordo per ſe, præſertim in opinione Cajet. aſſerentis unam eſſe perfectiorem alia eſſentialiter individualiter. §. Tertiò in gradu generico, qui eſt imperfectior ſpecifico, & nihiluminùs reperitur in Angelo, ergo licet ordo per accidens imperfectior ſit ordine per ſe, poterit admitti in illo, ſalvo ejus conceptu partis perfectiſſimæ univerſi. §. Ad 1. reſp. ex D. Th. ibidem ad 7. neg. conſ. & diſparitas eſt, *quià modus diſtinctionis divinarum perſonarum eſt abſque diverſitate eſſentiæ, vel naturæ, quod non patitur natura creata*, quæ ſola facit ordinẽ per accidens in individuis ejuſdem ſpeciei, quià tunc naſcitur ex principio per accidens ſe habente ad naturam ſpeciei, ut ſupra ex eodem explicatum eſt. Cæterum diſtinctio individuorum, aut perſonarum in Divinis, (ut etiam patet ex ſuperioribus,) procedit ex aliquo per ſe exiſtente in natura Divina, ſcil. ex intellectu, & voluntate, cum nihil ſe habeat per accidens ad illam; unde nequit inducere ordinem per accidens, ſed magis pertinere ad ſupremam excellentiam, & dignitatem Trinitatis. *Et ideò* (concludit D. Tho.) *Non eſt hoc ad conſequentiam trahendum in creaturis*.

Ad 2. reſp., quòd licet in eadem opinione ſit aliqualis ordo per ſe, non tamen per comperationem ad univerſum, & intentionem naturæ. Quià cum ſint formæ rerum corruptibilium, nequit earum pluralitas per ſe intendi à natura, aut eſſe de perfectione univerſi, ſed tantum propter bonum ſpeciei conſervandum, ut dictum eſt, licet ſecundum ordinem gloriæ fortè aliter diſcurrendum ſit, cum dicantur ibi multiplicari plures animæ, & plures homines, ut compleatur numerus electorum, & prædeſtinatorum, quod eſt eſſe per ſe intentum ab Autore gratiæ.

Ad 3. neg. conſ., & ſuppoſitum ejus, quòd ex eo præcisè negetur ordo per accidens in Angelis, quià ſit imperfectior ordine per ſe, ſed quià admixtus ordini per ſe, tollit ſimpliciter, ut inſinuavimus, perfectionem ordinis. Et cum hæc ab aliqua creatura, (ut probatum eſt ex D. Tho.) neceſſariò participari debeat (niſi velimus perfectionem ſimpliciter univerſi in nulla creatura inveniri, quod eſſet maximum inconveniens) omninò admittenda eſt in ſuprema earum, ſivè Angelica. Ex quo patet diſcrimen inter gradum genericum, & ordinem per accidens, nam licet ille ſit imperfectior ſpecifico, per ſe tamen ordinatur ſimul cum iſto ad componendum unum per ſe, unde eſt de genere boni per ſe intenti, & conſequenter reperibilis in Angelo ſine detrimento ſupremæ ſuæ perfectionis, quod tamen non invenitur in ordine per accidens comparativè ad illum per ſe, ſed magis facit unum per accidens in ſubjecto habente utrumque, quod propterea denominatur deficienter, aut non ſimpliciter ordinatum.

Ex his colligitur altera pars ſuppoſiti, quod nec de potentia ordinaria id fieri poſſit. Quià de potentia ordinaria operatur regulariter Deus id, quod eſt magis conſentaneum naturis rerum, ſed ponere ordinem per accidens in ſuprema parte univerſi non ſolum non eſt conſentaneum, imò contra debitum naturæ, ut oſtenſum eſt, ergo juxta hanc legem non eſt poſſibilis in illa talis ordo, ſivè multiplicatio numerica intra eandem ſpeciem naturæ angelicæ. §. Præcipua ergo difficultas eſt de potentia abſoluta, & pro utraq. parte militant etiam graviſſimi Thomiſtę. Et ex extraneis Scotus in 2. diſt. 3. q. 7. Durandus ibidem q. 3. Vaſquez diſp. 187. cap. 3. Suarez in Metaphiſ. diſput. 5. ſect. 2. nu. 28., & alii adhuc ex noſtris probabilẽ reputant Capreol. in 2. ibid. q. 1. Ferrara 2. cont. Gent. c. 93. Bannez hic ad art. 4. dub. 2. & noviſſimè Mag. Aravið. Oppoſitã tenent idẽ Capreol. ad 2. arg. Durandi contra 2. concluſ.; Cajet. de ente, & eſſentia c. 5. q. 19. Hervæus ibidem q. 1. ar. 2., Bergomenſ. in concordan. dub. 115., & eſt jam frequentior inter recentiores Thomiſtas, Nazarium Salmant. à S. Tho., Serra. Gonat., M. Ferre, & alios; quam etiam ſuſtinent Ægidius; Quodlib. 2. q. 4. & Granadus controv. 7. tract. 2. diſp. 4. n. 9.

§. II.

Statuitur Concluſio.

NEqueunt de potentia etiam abſoluta multiplicari Angeli ſolo numero intra eãdem ſpeciem. Eſt conformior menti D. Th., quià non ſolum efficaciter ſavent plura ejus teſtimonia, ut poterit conſtare infra, ſed hoc ipſum, evidenter, ni fallor, concludit ejus ratio: quam ſi aliquid probat, probat impoſſibilitatem abſolutam. Procedit enim ex impoſſibilitate principii multiplicantis numericè tantum. Unde ſupra q. 41. ar. 6. in corp. ex eo ſimiliter probat, non poſſe in Divinis eſſe plures paternitates, aut plures filiationes, quià formæ unius ſpeciei non multiplicantur niſi ſecundum materiam, quæ in Divinis non eſt, qua ratione etiam Philoſ. intulit non poſſe omninò dari plures numero Deos, quià Deus eſt purus actus, vel

for-

forma carens omni materia, ergo sicut in Deo ob carentiam materiæ impossibile est non solum de lege ordinaria, sed etiam de potentia absoluta multiplicari solo numero plures paternitates, aut filiationes, etiā eadē ratione juxtà D.Th.impossibile multiplicari plures Angelos solo numero. Undè Scotus ubi supra fatetur, quòd si sequamur rationem D. Th. tenendum est Angelos non posse solum numero differre.

Secundò prob. ex aliis illius testimoniis. Nam infrà qu.75. ar.7. in corp. iterum loquendo de Angelis inquit. *Manifestum est, quòd necesse erit in eis esse diversitatem in specie. Non enim potest intelligi, quod aliqua forma separata sit nisi una unius speciei, sicut si esset albedo separata, non posset esse, nisi una tantum.* Ubi primò advertendum est, quòd quotiescunque negat aliquid D. Tho. illis verbis; *non potest intelligi*, negat etiam de potentia absoluta; sic interpretantur ejus Discipuli 1.2 qu.113. ar.2. ubi juxtà mentem illius asserunt impossibilem esse etiam de potentia absoluta remissionem culpæ, sivè justificationem impii sine infusione gratiæ, quià iisdem verbis hoc ipsum affirmat; *Et ideo non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset gratiæ infusio.* Et ratio utriusq; est, quià id solum intelligi nequit, quod involuit contradictionē; quod autem à Deo fit de potentia absoluta implicatorium non est, ergo dum D. Tho. negat aliquid, quià intelligi non potest, signum est, quòd velit esse impossibile etiam de potentia absoluta.

Secundò ponderanda est paritas illa albedinis separatæ, de qua sine dubio loquitur tam separata à subjecto, quàm ab ordine ad illud; nam per hunc ordinem potest esse multiplex, sicut anima rationalis multiplex est ex habitudine ad materiam, sicut ergo ex hac omnimoda separatione arguit non posse absolutè esse nisi unam, id pariter de mente ejus inferendum est de specie Angelica omnimodè ab utroque separata non posse absolutè esse nisi unam per exclusionem totius numericæ multiplicationis intra se ipsam.

Idem repetit infra q.76. ar.2. ad 2., ubi in eo assignat differentiam inter animam intellectivam, & formam Angelicam, quòd licet utraque careat intra se ipsam materia, & entitativè spiritualis sit, anima tamen dicit ordinem ad illam, cum qua componit, quod Angelo non convenit, utpotè formæ completè spirituali: Ex quo concludit, quòd licet secundum divisionem materiæ, sint multæ animæ unius speciei, plures autem Angeli unius speciei omninò esse non possunt. §. Clariùs adhuc hoc ipsum docuerat q. illa de spiritual. creaturis ar.8. relato, ubi ait. *Si autem Angelus est forma simplex abstracta à materia impossibile est etiam fingere quod sint plures Angeli unius speciei.* Constat autem ex eodem ubi supra, & hic ar.2. Angelos esse formas omninò absolutas à materia, & ab ordine ad illam, ergo nequit in doctrina ejus etiam fingere plures numero tantum distinctos.

Ex his sumitur ratio fundamentalis. Implicat multiplicatio tantū numerica, ubi nullum est assignabile principiū illius, sed in Angelis nullū est assignabile, ergo omninò repugnat in illis eadem multiplicatio. Ma. est certa nisi velimus effectum sine causa, vel principio illius, aliàs esset à se ipso, quod implicat; unde contrarii conantur assignare illud, ut statim dicamus. Mi. verò prob., quià in forma omninò abstracta in re ab omni materia, & ordine ad illam nullum est assignabile principium ad sic multiplicandum, sed Angelus est hujusmodi, ergo. Mi. constat ex dictis, nec contra illam contendunt adversarii, nam supposita etiam eadē abstractione ad aliud principium recurrunt, præter materiam, ut statim dicemus. Ma. verò prob. primò. Nam in forma abstracta per intellectum à materia singulari, non est assignabile in illo statu principium multiplicans numericè; unde nec est divisa prout sic, nec divisibilis in plura solo numero distincta, ut patet in ratione hominis abstracta, & existente in intellectu, ergo. Secundò: Quià forma sic abstracta in re à materia est forma tantum, vel actus, sivè de pura linea formæ, sed hæc nequit multiplicare solo numero, sed tantum formalizare, & specificare, ut patet ex ejus definitione, unde proprium illius munus, & officium est dare speciem rei, cum sit ultimum in linea quidditativa, ac proindè egrederetur quodammodo limites proprios, si daret effectum, qui non est de hac linea, scil. formæ, sed individuali, vel numerica, ergo. Ma. est per se nota, nam cum actus, & potentia adæquatè dividāt ens, ut dicitur 7. metaphysicę, quò magis aliqua substantia recedit à materia, eò magis est actus, & forma, qua ratione Deus, ut dictū est, quià recedit ab omni tàm physica, quàm metaphysica, vel potentialitate est actus purus, ergo. §. Tertiò. Quæ solo numero differunt, adæquatè cōveniunt in principiis formalibus, ergo solū differre possunt penès materiam, ergo in forma ab eadem omninò abstracta, & irreceptibili in illa non est assignabile principium multiplicans solo numero.

Huic rationi variè occurrunt Contrarii contendentes posse aliundè haberi solam multiplicationem numericam, quàm ex sola materia præcipuè loquendo de substantiis incorporeis, & spiritualibus. Quidquid sit in rebus materialibus. §. Cæterum stando in principiis perhipateticis, vel doctrina Arist. est omninò irrefragabile, quòd sola materia est principiū multiplicans numericè; nam expressè 12. Metaphysicè c.8. tex. 49. loquens de unitate numerica primi principii, ax eo infert, ut insinuavimus, esse unum numero Deum, & non plures, quià caret materia, ergo nequit explicari de solis rebus materialibus; nam Deum, quem ex defectu materiæ probat esse tantum unum numero, incorporeum, & immaterialem admisit. Unde optimè procedit D. Tho. utendo principiis, quæ lumine naturali haberi poterant ad sui intentum; & præcipuè, quià tenemur illis uti, quæ magis favent veritati catholicæ fidei, ut est prædicta unitas Dei.

Dicas nihilominùs primò eidem rationi, & autoritati Philos. materiam istam, aut principium multiplicans numericè non esse limitandam ad solam materiam physicam, sivè quæ est per modum compartis compositi physici, sed esse differentiam numericam, sivè hæcceitatem, ut vocant, quæ respectu naturæ specificæ, quam contrahit, materialiter se habet. Licet autem in Angelis non possit esse materia priori modo, possunt tamen plures hæcceitates reperiri intra eandem speciem Angelicam, Sic Philos. interpretatur Scotus.

Sed hæc solutio, vel explicatio videtur manifesta petitio principii. Nam idem est non posse multiplicari solo numero, ac non posse habere plures hæcceitates. Hęcceitas enim est aliquid purè numericum per modū unitatis numericæ, sicut & differentia individualis, si velimus illam distinguere à specifica. Hoc est autem, quod inquirimus, an possint Angeli habere intra eandem speciem plures hæcceitates, seù differentias individuales, vel plures numericas. Undè etiam Philos. idem per idem probaret, quòd ideò Deus est unus tantum numero, quià est unus tantum numero, cum idem sit esse unum tantum numero, & habere unam

unam tentum hæcceitatē,& non plures.Imò ficut dicũr Angelos posse esse plures numero,quià possũt habere plures hæcceitates, quamvis materia careant,ità pariter posset quis dicere,posse esse plures primos motores, quià licèt non haberent materiam, possent tamen habere plures hæcceitates, Vel assignent quare non possunt habere illas, & tunc vel erit reccurrendum ad defectum materiæ, vel ad aliud principium alienum à mente Arist.

Secundò impug.,& urg.præcedens replica. Nam postquam Philos.probat Deũ non posse esse plures,sed unum,deinde probat non posse habere materiam,quià est actus purus, vel forma tantum. Ex quo arg. sic. De illa materie loquitur, ex cujus recessu fit accessus, ed actum,vel formam puram,sed hic recessus,& accessus unn fit ab hæccitete, sed à materia prima, ergo de hac loquitur non de hæcceitate. Prob.mi. Quià debet fieri ab extremo opposito actui, ut per se patet, sed istud non est hæcceitas, sed materia, vel potentialitas physica, & respectu Dei etiam metaphysica, nam de Deo verè prædicamus hæcceitatem, sivè quòd est hic Deus,quià nempè hæcceitas non opponitur actualitati,sed universalitati, ergo talis accessus ad actum, vel spiritualitatem non est ab hæcceitate, sed à materia prime, vel physica potentialitate juxtà veritatem, & mentem Philos.

Dices 2. cum Suarez ubi supra,hujusmodi formas individuari se ipsis entitativè,seu secundum propriam entitatem, & ideò licet careant materia habent sufficiens principiũ ad multiplicandum numericè. §.Sed contra hoc est. Et in primis adverto hunc Autorem ad prædictum locum Phil. ex 12. Metaph. nihil respondere, quod est tecitè hac in re ab illo recedere. Deindè quià hæc etiam solutio videtur petere principium. Nam de hoc inquirimus, unde habeat eorum entitas, incapax ob carentiam materiæ multiplicationis numericæ ut probatum est ex D. Thom., quòd sit capax illius. Nam idem est, nullo alio assignato principio, quòd est capax illius, quià est capax illius. Undè arg. sic. Angelos esse plura individua sa ipsis entitativè, est esse plura secundum propriam entitatem ut singularem, led hoc ipsum inquirimus, unde habeat eorum entites, quòd sit singuleris, ergo assignare propriem entitatem, ut causam multiplicationis numericæ, idem est ac dicere, quòd est singularis, quià est singularis,& consequenter petere principium: ma. patat, quià non possunt esse plura per suam entitatem reduplicando rationem specificam, aliàs essent etiam plura specificè. §. Explic. hoc. Nam idem est Angelos se ipsis entitativè individuari, aut esse pluras numero intra eandem speciē, ac habere plures entitates individuantes, sed hoc est in controversia, an possint habere illas, ergo dicere,quòd possunt esse plura individua, quià possunt esse plures entitates individuantes idem est, ac dicere, quòd possunt esse plura individua, quià possunt esse plura individua. Undè licet suppositis pluribus individuis intre eādem speciem dicamus illa differre numero secundum suas entitates, hoc est tamen quod negamus posse deri hujusmodi entitates solo numero distinctas; nam idem est dari istas, ac dari plura individua solo numero distincta.

Dices 3.,quòd licet in Angelo ex quò est forme itreceptibilis non possit assignari principium distinctivum materialiter,quòd sit materia,est tamen eliud assignebile vicem gerens illius, nempè subsistentia,nem revera formæ angelicæ recipiuntur in suppositis creatis, unde per illa,vel habitudinem ad illa possunt duo Angeli materialiter differre. §.Sed contre hoc est 1. quià non est officium,vel munus subsistentiæ(& idem est de existentia) individuere naturem, sed magis supponere individuam, ergo non possumus recurrere ad subsistentiam tanquam ad principium multiplicandi individua angelica. Ant. patet in humanitate Christi, quæ ut individua, præsupposita fuit essumptioni, per quam fuit illi communicata subsistentie, & existentia Divini Verbi, ergo subsistentia non individuat, sed supponit naturem individuam.

Secundò impug.,& urg. præcedens replica. Quæ differunt materialiter nequeunt differre penès principium adæquatè originativà spectans ed lineā formæ, sive adæquatè habitum à forma,sed subsistentia in Angelo est hujusmodi, ergo nequit esse principium materialiter distinctivũ, ma.est certa,& patet ex dictis,nã sicut à forma,ut probatũ est,non potest talis distinctio oriri, ità neque à principio adæquatè habito eb illa, nisi velimus iterum egredi limites propriæ lineæ, & ingredi alienos,quod repugnat principio,vel formæ finitæ. Mi verò prob. quià subsistentie oritur ex principiis naturæ, ergo adæquatè oritur à forma angelica, cons. tenet,quià in Angelo non est aliud habans rationem naturæ nisi forma, ut supra etiam ex D. Thom. insinnavimus.

Urg.ulteriùs quià non stat differre penès subsistentiam,& non differre etiam formaliter,ergo penès illam nequeunt multiplicari solo numero, vel materialiter tantum.Prob. ant. Nam varieta proprietate rei nequit non variari essentia ejus, ergo si subsistentia oritur à natura, & forme angelica, tanquam proprietas illius non poterit non varieri natura, & essentie Angeli variata subsistentia ejus, & consequenter si semel differunt per subsistentiam different etiam formaliter, vel essentialiter, & non solum numero, vel materieliter tantum: Ant. constat, quià variata proprietate, non potest non variari aliquod prædicatum essentiale in natura, vel radice ejus, scil. prædicatum continentiæ,vel secunditatis, quæ sunt essentialia respectu naturæ, vel radicis. §. Et per hæc etiem patet ad id, quod subditur, scil.formas angelicas recipi in suppositis,unde juxtà conditionem cujuslibet receptivi poterunt hæc obtinere rationem materiæ, aut principii materialiter distinctivi nam hoc solum verificatur de receptivo adæquatè non dimanante à forme, quam recipit, ut patet in materie prima, & in subjecto accidentium etiam in ipsis Angelis, à quò sumitur distinctio eorum numeralis, quotum nullum oritur à formis, quas numericè distinguunt.

Dices 4. ità esse de lege ordinaria, quòd non sit aliud assignabile principium præter materiam, cæterũ Omnipotentiæ Dei nõ deest modus,ut alio via multiplicet numero,puta producēdo aliquam formem substantialem in uno Angelo, quàm non in alio. Quòd verò hæc esset sufficiens ad distinguendum merè materieliter patet, quià cum non esset de numero prædicatorum essentialium, si semel distingueret, solum materialiter posset distingnere, & ideò saltem de potentie absoluta erit possibilis hæc multiplicatio numerica, itaut non semper verificari debeat prædicte propositio, scil.etiam in ordine ed hanc potentiã,quod quæ conveniunt in specie, ità edequatè conveniant in forma, ut non possint aliter differre materialiter nisi penès materiam, sed etiam per alia principia, quæ de numero essentialium non sint, sed extre essentiam.

Sed contra hoc est, Quià ut rectè insinuat D.Tho., in

in intelligibilis est in Angelo, vel purè fictitia forma aliqua substantialis, quæ licet dicatur extra ejus essentiæ, huic tamen adversetur, vel irreceptibilis non sit juxta sui conditionem, cum ut sæpè dictum est, sit substantia completè spiritualis, seu forma omninò abstracta à materia. Unde impug. sic. Ex eo duo Angeli se ipsis sine aliquo superaddito, ut ipsi etiam dicunt, nequeunt esse principium sufficiens multiplicandi solo numero, vel numero tantum differre, quià sunt formæ irreceptibiles, & omninò abstractæ à materia, sed hujusmodi est etiam quælibet alia perfectio substantialis illis superaddita, ergo nulla ex his potest esse sufficiens principium multiplicandi solo numero: mi. supponitur, aliàs esset, & non esset perfectio substantialis Angelica, unde nisi recurrant ad aliud superadditum, de quo erit eadem difficultas, & contradictio, adhuc non habetur principium sufficiens etiam de potentia absoluta ad illos multiplicandum solo numero.

Secundò impug. Nam hujusmodi perfectiones substantiales distinctivæ ità se haberent ad formas Angelicas, ut dicerent intrinsecam habitudinem ad illas, ergo non solum essent principium distinctivum numero, sed etiam formaliter. Ant. est certum, quià cum individuatio sit principium intrinsecum individui, nequit ejus multiplicatio fieri per principium merè extrinsecè se habens. Conf. verò prob. Nam forma, vel perfectio dicens habitudinem intrinsecam ad principium, vel prædicatum formale non potest formaliter non differre à perfectione, vel forma non habente illud, nam formæ rerum se habent sicut numeri, in quibus quælibet additio, vel subtractio unitatis, aut prædicati formalis variat speciem, vel facit diversitatem formalem, ergo si prædictæ perfectiones ità se habẽt, quòd sint formalis terminus habitudinis intrinsecæ, non præcisè distinguent numero, sed etiam formaliter, vel specificè.

Dices iterum, quòd licet sint prædicata formalia, non tamen de numero essentialium, unde habitudo ad illas impossibile est, quòd sit distinctiva formaliter, vel specificè. Nam etiam habitudines animarum, ad distinctas materias sunt formales, & tamen non distinguunt illas essentialiter, vel specificè, sed solo numero, quià sunt præcisè de linea individuationis, & non essentiæ. §. Sed hæc solutio jam præoccupata est, nam non solum non essent de numero essentialiũ, sed etiam adversa essentialibus. Sed deindè impugn. retorquendo paritatem animarum. Nam ideò particulares earum habitudines ad diversas materias non distinguunt formaliter animas, quià licèt subjectivè, vel ex parte animæ formales sint, terminativè taman, vel ex parte materiæ materiales sunt, sed habitudo formæ Angelicæ ad illam formam, vel perfectionem substantialem, vel habitudo istius ad illam tam subjectivè, quàm terminativè formalis est, cum utrumque extremum formale sit, ergo non potest non distinguere formaliter: ma: etiam constat in prædicato irreceptionis modo de facto conveniente duobus Angelis specie distinctis. Nã ideò petit oriri à formis specie distinctis, quià licet sit de linea individuationis, est tamen formale tam subjectivè quàm terminativè, vel ex parte utriusque extremi?

Dices ultimò, quòd sicut forma angelica, non obstante quòd sit forma tantum, sivè abstracta à materia, & retineat tantum officium formæ, se ipsa nihilominùs sine aliquo realiter superaddito constituit individuum, quod est officium distinctum ab officio formæ, poterit pariter radicare plures differentias individuales, aut multiplicare intrà propriã speciem, licet sic multiplicare ad officium formæ non pertineat.

Sed contra hoc est, & in primis hæc solutio militaret etiam de lege ordinaria, cujus tamen oppositum modo supponimus, & solum agitur difficultas de potentia absoluta. Nam constituere individuum de facto etiam convenit illi. Undè longè distat constituere, ac multiplicare, & à longè diversa radice provenit, ut etiam ex proximè dictis constare potest; aliàs sicut de facto supponimus esse impossibile hoc posterius, teneremur etiam de facto supponere impossibile primũ §. Impug: ergo sic. Forma retinẽs officiũ formę, & rationem irreceptibilis, incapax est prædicati incõpossibilis tam primariò, quàm secundariò cum se ipsa ut tali, sed hujusmodi est prædicatum multiplicationis tantum numericæ respectu formæ angelicæ, ut hactenus ostensum est, ergo ex eo quòd individuet non teste infertur posse etiam multiplicare individuationem. §. Ratio autem discriminis est, quià munus, vel officium formæ irreceptibilis, licet primariò non sit ad duodam individuationem, convenit tamen illi secundariò, nam ab eadem entitate ut vidimus, secundum quòd in illa consideratur aliquid potentiale sumitur ibi ratio generis, & secundum quòd concipitur in illa aliquid determinativum, vel actuale, ratio differentiæ, ut etiam explicat ubi supra D. Tho. ità etiam ut irreceptibilis, est ratio individui, quià hæc si una tantum sit, non extrahit à linea formæ, bene verò si plures essent, ut probatum est ex defectu principii solo numero multiplicantis.

Secundò prob. etiam principaliter concl. De conceptu formæ infinitæ intra aliquam speciem est esse immultiplicabilem intra illam, sed forma angelica est infinita intra propriam speciem, ergo. Mi. constat ex dictis, quià cum sit irreceptibilis, caret limitativo, forma enim limitatur, vel ex subjecto, vel ex materia, in qua recipitur. Ma. verò prob. De conceptu formæ infinitæ intra lineam entis est esse immultiplicabilem intrà illam, ergo pariter erit de conceptu infinitæ intra aliquam speciem. Ant. patet in Deo, nam hac ratione est unus, & immultiplicabilis, quià est infinitus simpliciter in genere entis, ut vidimus supra q. 11. ad ar. 3. Conf. verò prob., nam ideò primum, quià infinitum in eodem genere debet continere omnia illius generis, aliàs infinitum non erit in illo, & patet inductivè in pluribus exemplis, quæ possent afferri, ergo eadem ratione infinitum intra aliquam speciem, debet continere omnia illius speciei, & consequenter esse similiter unam, & immultiplicabilem intra illam.

Dices cum Suarez ubi supra, formam sic infinitam, vel abstractam non teneri ad continendam omnem perfectionem entitativam, sive pertinentem ad sui entitatem, vel intra illam contentam, sed tantum omnem essentialem, sivè contentam intra sui essentiam, vel formam essentiale, qualis non est, quæ pertinet ad lineam individualem, nam hæc est quid superadditum essentię, Undè licet abstracta, & infinita sit, est tamẽ individua, de cujus ratione est, quòd in creatis habeat, aliquid superadditũ speciei ab ejus essentia distinctũ.

Sed hanc solutionem præoccupavit D. Th. art. illo 8. de spiritual. creat uris ad 4., & supra q. 3. ar. 2. ad 3. Unde ex eodẽ impug. sic. Forma cõtinens omnẽ perfectionẽ essentialẽ intra suã specie continet etiã omnẽ entitativam, ergo si forma angelica continet omnem priorẽ continet etiã posteriorem, vel intra suam suæ en-

entitatis contentā. Prob. ant. quià sic continens omnem essentialē, se ipsa est individua, non indigens ad hoc aliquo sibi realiter superaddito, ergo continet omnem etiam entitativam. Conf. tenet, quià in tantum non sic contineret omnem, quià non esset se ipsa talis, sed indigeret aliquo sibi realiter superaddito. Ant. verò prob., quià forma continens omnem essētialem se ipsa est irrecepta, vel non est nata recipi, ergo se ipsa sine aliquo realiter superaddito est individua: ant. constat, aliàs nec contineret omnē essentialem, ut patet in formis incōpletis, vel natis recipi in materia, quæ se solæ, vel si bi relictæ non continent omnem perfectionē totius essentiæ, sed indigent cōparte, sivè materia ad illā integrandam. Conf. verò prob., quià, ut docet D. Tho. ibidem, sicut forma materialis individuatur ex hoc, quod est esse in subjecto, ita immaterialis ex hoc, quod non est nata recipi, aut esse in illo; non enim minùs opponitur communitati non esse natam recipi in aliquo, quàm esse in illo saltem ordinativè, sive per se ordinari ad essendum in eodem, ergo sicut forma materialis quià est nata recipi in aliquo nequit se ipsa esse individua, sed ad hoc indiget aliquo realiter superaddito, ex opposito immaterialis quià non est nata recipi erit individua se ipsa sine aliquo realiter sibi superaddito.

§. III.

Solvuntur argumenta ex authoritate D. Tho.

Primò arg. ex D. Th. in 1. dist. 34. q. 1. a. 1. in corp. ubi docet, quòd licet in Angelis non sit materia, est tamen aliquid gerens vicem illius. Unde in initio ait. *In illis enim, in quibus aliud est essentia, quàm hypostasis, vel suppositum, oportet, quòd sit aliquod materiale, per quod natura communis individuatur, et determinetur: Unde illam determinationem materiæ, vel alicuius, quod loco materia se habet, addit in creaturis hypostasis supra essentiam, et naturam.* Ità D. Tho. Ex quibus arg. sic. Secundum D. Tho. In his, in quibus hypostasis est realiter distincta à natura, vel est materia, vel aliquid gerens vicem illius, sed in Angelis est hypostasis realiter distincta à natura, ergo licet in illis non sit materia, est tamen gerens vicem illius, ergo sicut in his inferioribus distinctio, vel multiplicatio numerica sumitur à materia, vel ex ordine ad illam, sumenda ast in Angelis ex gerente vicem materiæ, vel ex ordine ad illud.

Secundò ex opusc. 16 c. 5. ubi contra Averoistas non longè à princ. sic ait. *Valde autem rudiler argumentatur ad ostendendum, quod Deus facere non posset, quòd sint multi intellectus eiusdem speciei credentes hoc includere contradictionem. Dato enim, quod non esset de natura intellectus. quòd multiplicaretur, non propter hoc oporteret, quòd intellectum multiplicari includeret contradictionem. Nihil enim prohibet aliquid non habere in sui natura causam alicuius, quod tamen habet illud ex alia causa. Sicut grave habet ex sua natura, quòd non sit sursum, tamen grave esse sursum non includit contradictionem. Sic ergo intellectus si naturaliter esset unus omnium, quià non haberet naturalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex supernaturali causa, nec esset implicatio contradictionis.* Ita D. Thom.

Ex quibus iterum arg. sic evertendo primam rationem. Hæc conseq. apud D. Thom. est nulla. In intellectu non est assignabile principium, vel causa multiplicationis, ergo implicat multiplicari, ergo pariter hæc erit nulla. In natura angelica non est assignabile principium multiplicationis numericæ, ergo implicat multiplicari numericè.

Tertiò ex solutione ad idem 4. proximè relatum ex disput. ubi inquit. *Sicut ergo hæc albedo non prohibetur habere sub se multa individua ex hoc, quòd est albedo, quod pertinet ad rationem speciei, sed ex hoc, quod est in hoc, quod pertinet ad rationem individui; ita natura huius Angeli non prohibetur esse in multis ex hoc, quià est natura in tali ordine rerum, quod pertinet ad rationem speciei, sed ex hoc quòd non est nata recipi in aliqua substantia, quod pertinet ad rationem individui.* Ità D. Tho. Ex quibus tandem arg. sic. Multiplicatio numerica in Angelo non est contra rationem speciei juxtà D. Thom., sed individui, at si repugnaret ex carentia materiæ, ut nos dicimus, esset etiam contra rationem speciei, cum hæc carentia illi conveniat ex proprio conceptu specifico, ex quo est substantia completa spiritualis, ut dictum est, ergo juxta hanc doctrinam D. Thom. asserendum non est impossibilem esse in Angelis multiplicationem tantùm numericam ex defectu materiæ, ac proinde nullam esse primam rationem.

Ad 1. patet primò probare etiam de facto, quod nullus ex nostris conced.t; & modo etiam oppositum supponimus, ut dictum est. Deindè resp. sensum D. Tho., esse, quòd in natura creata, in qua suppositū, vel hypostasis est aliod à natura, vel realiter distinguitur ab essētia est necessariū assignare aliquid determinās; aut individuans naturam communem; quod quidem in rebus materialibus est materia, in spiritualibus verò est ipsa irreceptio formæ, ut exprese docet idem ubi supra. Hæc autem dicitur habere rationem materiæ, non quià multiplicare valeat, ut apertissimè tradit ipse, sed quià dat singularitatem, sicut materia. Ex quo infert, quòd idem suppositum creatum præter subsistentiam duo includit, scil. naturam, & determinationem, quam habet vel à materia, vel à gerente vicem materiæ, ut contingit in Angelis. Per quod patet ad arg. factum; unde dist. & simul explico ma., vel est materia, vel gerens vicem illius, sufficiens ad multiplicandum, neg., ad determinandum, vel singularizandum, conc. Et hoc modo repetitur in Angelo, & non aliter, ut dictum est.

Ad 2. quo utuntur plures Thomistæ, & cum eisdē Suarez ità confidens eidem autoritati, ut omninò putet esse irrefragabilem, nec posse in sententia D. Tho. oppositam defendi. At ni fallor tam facilis videtur solutio. vel explicatio ex ipsamet litera, ut nec militare videatur, nedum urgere contra conclusionem. Solum enim, (ut patet) redarguit modum illum arguendi tanquam rudem, nempè hoc non habetur in natura, vel non est in illa, causa illius, ergo involuit contradictionem. Plura enim sunt possibilia absolutè, vel non implicant, quæ tamen attenta natura, vel conditione rei fieri nequeunt, ut patet in exemplo adducto à D. Thom. de gravi ascendente sursum: Et hoc ipsum etiam fit manifestum ex eo, quod subdit. *Quod non tantum dicimus propter propositum, sed magis ne hæc argumendi forma ad alia extendatur.* Ubi non levitar insinuat hoc tātùm intendere, quòd insufficiens sit talis modus arguendi, vel inferendi præfatam contradictionem. Ceterū nos non inferimus impossibilitatē absolutā multiplicationis numericæ ex solo defectu principii illius, ut conq:, sed ex omnimoda incapacitate, & impossibilitate habendi illud, quià nullum est aliud ima-

gina-

ginabile sivè naturaliter, sivè supernaturaliter, nisi materia, ut ostensi est, unde neg. conf. argumenti facti.

Ad 3. qua utuntur etiam nostri Thomistæ in logicis ut vidimus, ad probandum naturam angelicam esse capacem secundæ intentionis universalitatis, seu speciei prædicamentalis, Salmanticenses hic dicunt es se intelligendum D. Tho. de conceptu inadequato, in quo explicitè solum veniant prædicata specifica naturæ, licet implicitè claudatur in illo etiam singularitas; unde apud ipsos ad salvandum, quòd eadē natura non prohibeatur ex conceptu speciei esse inpluribus satis est, quòd in illo non exprimatur singularitas, quamvis implicitè illam claudat. Sic etiam discurrunt alii Thomistæ, qui negant distinctionem virtualem, & objectivam præcisionem inter eadem naturam, & ejus singularitatem, quod non obstare asserunt illius universalitati. Cæterum hæc solutio habet contra se hoc difficile argumentum. Conceptus ille inadequatus debet esse univocus, cum sit conceptus speciei prædicabilis, ut ipsi etiam fatentur, ergo nequit implicitè claudere singularitatem, sed objectivè ab illa præscindere. Prob. conf., quià conceptus univocus debet implicitè etiam præscindere ab omni principio diversitatis, aliàs conceptus entis erit etiam univocus, licet implicitè claudat substantiam, & accidens, ergo. §. Urg. hoc. Quià non non minùs universalitati immediatè opponitur singularitas, quàm univocationi diversitas, sed ut patet in eodem ente, implicita diversitas destruit univocationem, ergo implicita singularitas destruet universalitatem. Unde alii Thomistæ existimāt esse necessariam præcisionem illam objectivam naturæ à sua singularitate ad salvandum in illa conceptum univocum speciei prædicabilis. Et videtur id esse cōformius his nostris principiis, & cōmuni doctrinæ de conceptu entis, ut latè ibidem ostensum est. Tum quià ab omni eo, quod non ingreditur definitionem essentialem potest præsertim logicus objectivè præscindere, sed singularitas non est de conceptu definitivo naturæ angelicæ, sed ex solo genere, & differentia specifica integrè constituitur, sicut & quælibet alias in creatis, ergo poterit ab eadem præscindere.

Aliter ergo ex dictis ibi resp. sensum D. Tho. esse, quòd si natura angelica consideretur præcisè secundum prædicata sui specifica, sive in statu solitudinis, prout substat considerationi logicę cum sola immaterialitate abstracta, & indeterminata (cū prout sic habeat indifferentiā in esse objectivo (nō prohibetur esse in multis, non quidem in re, sed secundum considerationē intellectus fundatā in hoc ejus conceptu potentiali objectivo, & indifferēti contrapositivè ad naturā Divinam, (quæ est actus purus;) & ideò non dicitur universalis secundum rem, & rationem simul, sed secundum rationem tantum, fundarā tamen in re prout sic concepta, quod de natura Divina nullo modo affirmari potest, cū in nullo sui conceptu concipi possit ut potentialis, vel cum tali indifferentia objectiva, & ideò solum de illa affirmatur communitas dialectica, sive quòd Deus sit terminus communis, sola communitate dialectica, sivè secundùm explicari, non logica, quæ exigit prædictum fundamentum indifferensiæ, & potentialitatis objectivæ. Cæterum si consideretur secundum omnia, quæ habet tam physicè, quàm metaphysicè, sive cum immaterialitate ultimù determinata, & contracta, sive cum irreceptibilitate sibi cōveniente à parte rei, ut modo loquimur, agendo de ejus multiplicabilitate numerice in re, tunc prohibetur omninò esse, vel concipi, ut in multis, quià tunc nequit aliter concipi sine sui singularitate, quæ pront sic dicitur de essentia ejus, scil. physicè consideratæ, saltem negativè, quià est essentialiter talis, non per aliquod superadditum, sed se ipsa, ut radice unica tantum singularitatis, unde metaphysicus qui pertingit ad illius radicem nequit affirmare talem non repugnantiam ad essendum in multis.

In forma ergo ad arg. factum dist., & explico ma., non est contra rationem speciei, consideratæ secundum prædictum statum solitudinis, transeat, vel conc., si in re, & secundum omnia, quæ illi conveniunt tam physicè, quàm metaphysicè, neg., & dist. mi. si repugnaret ex carentia materiæ &c., sumpta natura hoc posteriori modo, & ut in re, conc., sumpta solitariè, vel cum præfata præcisione à singularitate, neg., & etiam suppositum, quòd modo loquamur de illa secundum hanc præcisionem, vel considerationem logicam, cum multiplicatio numerica, de qua agimus, pertineat ad forum physicum non intentionale. Quando ergo dicimus, quòd ex carentia materiæ habet omnimodam repugnantiam ad illam, sumitur natura prout in re secundum omnia, quæ illi conveniūt tam physicè, quàm metaphysicè, & non præcisè, ut dicit carentiam materiæ, sivè immaterialitatem abstractam, & indeterminatā in statu illo solitudinis, & præcisionis, vel purè intentionali, inquo aliter discurrunt logici considerando nudam illam indifferentiam, quam habet species angelica in esse objectivo, nec penetrando ad radicem singularitatis, quæ spectat ad naturam, & ad considerationem ejus metaphysicam, vel theologicam.

Sed instas. Quamvis logicus non consideret, nec penetrat ad radicem, hæc tamen implicitè continetur in eadem natura, ergo sicut ob implicitam continentiam singularitatis dicunt prędicti Thomistę non salvari conceptum univocum, & universalitatis in natura, non salvabitur ob continentiam implicitam radicis: cons: tenet, quià non sola singularitas, sed etiam radix illius universalitati obstat. Ant. verò prob. quià prædicatum radicis est essentiale naturę, ergo nequit objectivè ab illo pręscindere. §. Expl. hoc. Licet dicamus naturam angelicam objectivè pręscindere ab actuali singularitate, quià non intrat definitionem ejus essentialem, utpotè non spectans ad conceptum illius quiditativum metaphysicum, non tamen id affirmari potest de radicali, sive de radice ejus, cum sit prędicatum essentiale ejus, ergo sicut ex continentia actualis impeditur per nos conceptus univocus, & universalitas, pariter impedietur ex continentia radicalis.

Resp. dist: ant: implicitè continetur in natura prout in re, vel sumpta tam physicè, quàm metaphysicè, conc: sub statu illo præcisionis, neg: Ad prob. dist. ant. prædicatum radicis est illi essentiale, prædicatum radicis propriarum passionum, conc. radicis existantiæ, & aliorum accidentium, quæ magis pertinent ad forum individuale, quàm specificum, subsing., si sumatur adæquatè, tam physicè, quàm metaphysicè, transeat; si metaphysicè tantum, vel in eodem statu præcisionis, neg., Duplex enim est valuti conceptus radicis in eadem natura; alter propriarum passionum per se primò convenientium secundum gradum specificum, & iste utpotè pertinens ad constitutionem speciei, semper retinetur implicitè; alter verò accidentium, quæ conveniunt illi secundum gradum individualem, cum sint actus suppositi, & ab isto nihil obstat posse præscindere, utpotè pertinente ad constitutionem individui, nec intrante conceptum essentialem de-

definitivum, & quià hîc tantum posterior conceptus radicis impedire potest univocationem, & universalitatem, non verò prior (aliàs impediret in quacunq; natura specifica,) ideò adhuc in illo statu manet univoca, & universalis saltem secundum rationem, ut dictum est; licet implicitè claudat priorem illum conceptum radicis.

§. IV.

Solvuntur alia argumenta.

SEcundò arg. Gradus specificus per nos, & conformiùs ad commune nostram doctrinam de univocatione, distinguitur virtualiter ab individuali, ergo saltem de potentia absoluta potest intra eandem speciem angelicam multiplicari. Prob. conf., nam supposita distinctione virtuali inter utrumq; nequit inferior adæquare totam capacitatem specifici, sed eo ipsò, quòd non adæquat, est possibilis multiplicatio, ergo. Mi. constat, quià eò ipso quòd non adæquat, jam specificus in aliquo superat individualem, sed in omni eo, in quò superat, est contrahibilis per alias differentias individuales, sicut in omni eo, in quo genericus superat specificum, est contrahibilis per plures specificas. Ma. verò prob., nam supposita eadem distinctione, specificus dicit aliquid reale, quod non dicit Individualis, aliàs non essent virtualiter distincti, sed unus omninò, ergo supposita tali distinctione non adæquaret totam capacitatem specifici.

Resp. neg. conf. Ad prob. dist. ma., nequit adæquare, in sua linea, idest in ratione termini individuationis, neg., in alia linea transeat: & dist. mi. Eo ipso quòd nō adæquat, in alia linea, neg., in sua, conc., sed tunc nego suppositū ejus, quod non adæquet: Ad prob. verò ma. Dico ità esse, quòd supposita distinctione virtuali dicit aliquid reale virtualiter distinctum, scil. esse absolutum primarium, vel esse essentiæ, individualis verò modum, vel proprietatem ejus, sed hinc non infertur, quòd in sua linea non adæquet, sed tantum, quòd non in omni: Nam etiamsi esset quid realiter distinctum tanq. passio ab essentia, adhuc posset adæquare in eadem sui linea, ut patet in anima rationali, quæ realiter distinguitur ab intellectu, & tamen hic in sui intellectiva, & cognoscitiva adæquat illum. Unde licet specificus in Angelo non ità adæquetur ab individuali, ut veluti impleat, aut exhauriat totā ejus capacitatem, & consequenter non impediat, ut possit alias proprietates radicare, scil. intellectum, & voluntatem, in sua tamen individuali ob carentiam materiæ, ità adæquat, ut nulla via sit multiplicabilis intra illam.

Sed instas. Nam quià genericus in illo virtualiter distinguitur à specifico, ità superat ut sit multiplicabilis in plures species, ergo eadem ratione specificus ità superabit individualem, ut sit multiplicabilis in plura individua. Conf. videtur tenere à paritate rationis. Resp. 1. hanc instantiam, sicut & præcedens argumentum probare etiam de facto, sicut genericus de facto multiplicatur in plures species. Sed deinde neg. causalem ant. Nam etiam cum distinctione reali, ut dictum est, posset esse adæquatio in sua linea, scil. in ratione termini, & radicis earum: disparitas ergo est, quòd genericus multiplicatur in plures species per principia formalia, vel per plures formas, quę reperiri, & assignari possunt in Angelis, vel formis simplicibus: specificus verò ut vidimus, multiplicari nequit in plura individua, nisi per principia materialia, vel penès materiam, quæ est impossibilis in illis.

Sed adhuc instas 1. Ex eo species nequit multiplicari in plura individua nisi per principia materialia, quià aliàs non staret multiplicatio individui non multiplicata specie, sed hoc non videtur subsistere, ergo Prob. mi. Benè stat, quòd ab eodem principio, à quo sumitur multiplicatio numerica sumatur etiam ratio specifica sine eò quòd multiplicato individuo multiplicetur species, ergo ad multiplicandum individuū sine multiplicatione speciei non tenemur recurrere ad principium materiale. Prob. Benè stat quod ab eodem principio, à quo sumitur multiplicatio specifica sumatur etiam ratio generica, & tamen multiplicata specie non tenetur multiplicari genus, ergo pariter in casu non tenetur multiplicari species, multiplicato individuo, non obstante identitate principii.

Secundò, Nā individuatio in Angelo non est de linea materiæ, sed formæ, ergo pariter ejus multiplicatio. Prob. conf. Nam quià ratio specifica est de linea formæ pariter est de eadem linea multiplicatio ejus, ergo idem dicendum est de multiplicatione individuali. §. Tertiò, & simul urg. prima. In substātia complete materiali ab eodem principio, à quo sumitur gradus specificus, sumitur etiam individualis, sed sine multiplicatione specifici est ibi multiplicatio individualis, ergo etiā in substantia complete spirituali poterit esse multiplicatio individualis sine specifica, non obstante eadem identitate principii. §. Quartò deniq; Nam quamvis individuatio in Angelo formalis sit, & super addita speciei, non tamen variat illam, ergo quamvis etiam multiplicatio, formalis esset, & oriretur à forma, non tamen variaret illam. Prob. conf. Ideò primum, quià Benè stat aliquid esse formale, & oriri à forma, & non spectare ad speciem, vel gradum specificum, ergo eadem ratione multiplicatio individualis poterit oriri à forma, & non multiplicare speciem, & consequenter, quòd possit unus Angelus distingui individualiter, vel etiam formaliter ab alio sine eo, quòd distinguatur specie ab illo.

Ad 1. neg. mi. Ad prob. neg. ant. Ad prob. neg. cōs., & disparitas est, quià cū ratio generica licet sumatur ab eodē principio, sit tamen prima, & superior potestativa intra lineā essentiæ, ità superat quamlibet sui differentiā, ut impossibile sit adæquari per illā, aliàs totū potestativū essentialiter non esset, unde multiplicata specie non solum non tenetur, sed nec potest per individualē multiplicari, cum sit adæquatè extra essentiam gradus specifici, & excedens illum in hac essentiali. Cæterum differentia speciei athomæ, cum sit ultima, & ultimus terminus in eodem genere quiditativo, & de linea formæ, vel est impossibile, quòd aliud ulteriùs oriatur ab eadem forma multiplicans speciem, vel quòd si semel aliquid oritur multiplicās, non multiplicat specificè illam, quià jam oriretur per modum differentiæ ultimæ de linea formæ, quod est esse differentiam formalem, & specificam, unde solum posset multiplicare intra lineam materiæ, ac proindè penès principium materiale, quod est impossibile, ut dictum est. Quamvis etiam ut insinuavimus, singularitas in Angelo licet non sit de essentia naturæ ejus metaphysicè sumptæ, sit tamen de essentia ejus sumptæ physicè, de qua modo est difficultas, & ideò non stat prout sic multiplicari non multiplicata essentia in eadem linea.

Ad 2. neg. conf. Ad prob. neg. causalem ant., sed quià, ut dictum est, intra lineam essentiæ est gradus distin-

distinctus à generico, habens per se primò exercitium constituendi, & distinguendi intra illam. Quià tamen ut supra etiam dicebamus cum D. Tho., eo ipso quòd est forma irreceptibilis, vel non nata recipi in materia, se ipsa est individua, individuatio ejus pertinet quidem ad lineam formæ saltem per modum proprietatis substantialis, sed tamen ex eodem capite impeditur ejus multiplicatio, ut probatum est. §. Ad 3. dist. ma. In substantia materiali ab eodem principio secundum idem, neg., secundum diversa conc., & concessa etiam mi. neg. conf. Quià cum substantia completè spiritualis sit forma tantum, non solum gradus individualis sumitur ab eodem principio, sed etiam in ordine ad idem, & ideò non stat multiplicari individuū, non multiplicata specie, completa autem materialis simul habet materiam, & formam, unde in ordine ad istam conveniunt ei prædicata specifica, individualia verò penès materiam, & ideò multiplicato individuo non sequitur multiplicari speciem.

Ad 4. neg. conf. Ad prob. dist. ant. Benè stat aliquid esse formale, & non spectare ad speciem, nec per modum gradus specifici, nec per modū proprietatis ejus, aut modi essentialis naturæ adæquatè sumptæ, neg. Per modum præcisè gradus specifici transeat, quià aliqui Thomistæ negantes distinctionem virtualem, & præcisionem objectivam inter utramque gradum, existimant individuationem, vel singularitatem esse ipsum gradum specificum cum sola diversitate inadæquata munerum ex parte nostri modi concipiendi: sed deindè neg. conf. Nam sicut individuatio supposito quòd sit quid superadditum ad specificum se habet saltem ut proprietas ejus, ità pariter multiplicatio ejus tali modo se habere debet. Tunc verò manifesta involvitur repugnantia, quòd ab eadem radice oriantur diversæ proprietates. Undè ab ipso, quòd multiplicatio, formalis est, & per modum proprietatis, saltem à posteriori colligimus necessariò variari radicem, & essentiā ejus, ut insinuavimus.

Ex quo solvitur præcipuum fundamentū P. Vasquez, qui ex eo, quòd videt in Angelo ab eadem entitate, & forma provenire gradum genericum specificum, & individualem, existimat quòd non sit necessarium ad hunc ultimum multiplicandum recurrere ad aliud principium distinctum à forma, sivè ad materiam, sicut non sit recursus ad aliud realiter distinctum ad multiplicandas species, vel extendendum genus intra illas. Sed præterquam quòd ut vidimus, id probaret etiam de facto. Est tamen ut supra latum discrimen, quòd eadem forma radicare potest sine ullo inconvenienti gradum etiam individualem, imò est necessarium, ut dictum est, si sit irreceptibilis in materia, ut est Angelus, sed quòd radicet illum, ut multiplicabilem, hoc judicamus impossibile, nisi velimus radicare diversas proprietates formales, quod fieri nequit sine variatione intrinseca essentiali ex parte radicis. Undè non potest hæc multiplicatio individualis non esse de linea materiæ, vel penès principium materiale, in quo distinguitur à specifica, quæ cum sit de linea formę non indiget alio principio realiter distincto, vel extraneo, aut alterius lineæ.

3. Arg. Et est replica. Ab eadem specificè natura angelica oriri possunt diversæ subsistentiæ, ergo pariter diversæ individuationes. Conf. videtur tenere. Tum quià non minùs est proprietas naturæ subsistentia, quàm individatio. Tum quià subsistentia est terminus individuationis substantialis. Ant. verò prob. Nam si persona Divina assumeret naturam Gabrielis, & postea illam dimitteret, prior & sibi propria in adventu Divinæ necessariò periret, (cum per utramq. simul subsistere nequeat ut ostendimus 3. p.) & in recessu istius alia resultaret, ergo diversæ possunt ab eade natura oriri. Ant. quoad etiam 2. part. patet, quià illud, quod periit, naturaliter recuperari non potest, & aliàs sine omni perseveraret naturaliter non potest.

Huic arg. Mag. Jo: à S. Tho. hîc ad 2. circa 3. prob. nu. 21. resp. naturam angelicam esse capacem plurium subsistentiarum ad hunc sensum, quòd sint tantum plures materialiter, & entitativà, non tamen formaliter quantum ad officium personandi, vel faciendi personam, undè in illa hypothesi prior subsistentia, quam habuit natura ante assumptionem, est eadem formaliter cum posteriori, quæ advenit, recedente Divina, quia eadem natura individualis habet in se principium habendi subsistentiam tanq. terminum, sic quòd una pereunte, alia loco illius succedit pertinens ad idem individuum, quia utraq. oritur ab eisdem principiis individualibus, & ideò non essent plures respectu diversorum individuorum, sed respectu ejusdem, quod est esse plures materialiter tantum, sicut dicitur de pluribus superficiebus sibi invicem succedentibus respectu ejusdem locati sub eadem distantia ad polos mundi, & centrum terræ.

Sed hæc solutio apparet difficilis. Primò quià juxtà illam videtur sequi, quòd personalitas Divina adveniens in terminando eandem naturā non constituat distinctam personam à priori constituta per priorem personalitatem propriam naturæ; consequens est alienum ergo. Prob. sequela. Nam ideo posterior adveniens post recessum divinæ non non constituit personam distinctam à priori creata, quià succedit priori in eodem officio personandi, & terminandi naturam manentem in eadem individuatione, sed alia personalitas etiam ita succederet, ergo non constitueret in tali natura personam distinctam à priori creata. §. Secundò, & urgentiùs. Nam posterior creata adveniēs, nō posset esse distincta specificè à priori, sed tātum materialiter, cū utraq. oritur, ab eisdē principiis specificis, ergo non posset non esse terminus naturæ individuæ numero distinctę à terminata per primam, quod est intentum argumenti. Prob. conf. quià non posset entitativè numero distingui una ab alia, seipsa intransitivè ergo solum posset distingui, quià solum oritur à natura individua numero distincta ab alia. Ant. constat, quià duo entia spiritualia seipsis, vel à seipsis intransitivè numero tantum distingui non possunt, ut patet ex dictis, cum solum prout sic spectent ad lineam formæ, ergo si distinguitur, hoc ideò erit, quià à natura individua numero distincta oritur.

Aliter ergo resp. ad arg. neg. ant., ad prob. dicimus non perire propriam subsistentiam in adventu divinæ, tam formaliter, quàm virtualiter, quià in natura manet vis statim eam recuperandi sublato impedimento. Unde in forma claritatis gratia dist. ant. Periret propria, adæquatè, scil. tam formaliter in se, quàm in sui radice, neg., inadæquatè, sive in se tantum formaliter, conc. & deinde etiam dist. quoad 2. p. Alia resultaret, ex vi naturæ, vel suę radicis statim, ut sibi propriam recuperantis conc., quasi extranea, vel per novam actionem si ab extrinseco producta neg., ad illius prob. similiter dist. ant. id, quod perit naturaliter recuperari non potest, si pereat adæquatè conc., si inadæquatè tantum, ut in casu, neg. Itaquè cum subsistentia habeat

in-

intrinsecam connexionem cum natura, multò magis, quàm proprietas, sicut posita natura ex vi ejusdem actionis, qua ipsa fit resultat in natura, subsistentia, ità in eadem, si destrueretur propria subsistentia sublato impedimento, naturali sequela sine nova actione consurgeret propria personalitas, unde Verbo dimittente humanitatem, hæc statim recuperaret propriam subsistentiam, quià humanitas non se habet merè passivè, aut ut causa tantum materialis respectu propriæ subsistentiæ, sed virtutem habet activam, aut formalem respectu illius, ut docet D. Tho. in 3. dist. 5. q. 3. ar. 3. ad 3. Ait enim quòd si Verbum humanitatem deponeret, hoc ipso haberet rationem personæ, quià nempè statim resultaret naturali sequela subsistantia propria sine nova actione: ex vi autem causæ merè passivæ non sequitur effectus. Idem docet 3. p. q. 16. art. 12. in corp. & ad 1. & q. 17. ar. 2. & 2. cont. Gent. 54. & 55. Idq. totum fit etiam manifestum in aqua calefacta, quę statim recedente calore recuperat suam frigiditatem. Et in corpore vivo, cujus si abscindatur pars aliqua, & illicò reuniatur, recuperat quoad eandem, propriam vitam, ut explicatum est in lib. de anima ostendendo axioma illud, à privatione ad habitum non esse naturaliter regressū, intelligendum esse de privatione adæquata, vel in totum, non de inadæquata, vel secundum partem.

Sed instas. Licet natura, quando primò producitur, si impediatur à resultantia suarum passionum conservet actionem, & virtutem productivam earum sublato impedimento, non tamen reproductivam, si jam existentes perierunt, ergo prior subsistentia semel destructa non poterit recuperari ex vi ejusdem actionis, nec esse eadem veluti numero reproducta, sed saltem materialiter diversa, ut dicit præcedens solutio. Prob. ant., quià autor naturæ dans formam, licet determinet, & determinatam relinquat ad habendam omnem perfectionem sibi debitam ex vi primæ productiones, ut patet in eodem mysterio, si persona divina dimitteret naturam primò assumptam ante resultantiam propriæ, vel prævię ad illam, quam tunc actu radicaret ex vi prædictę productionis, non tamen si fuisset assumpta jam subsistens destructa ejus personalitate, quià ad effectum semel destructum requiritur vis super naturalis excedēs vires naturæ, ergo licet autor illius det illi vim ad habendū subsistentiam in prima ejus resultantia, sivè non dum habitā, sivè ante, sivè post impedimentum eodem sublato, non tamen ad illam semel destructam.

Urg. hoc. Virtus productiva propriæ subsistentiæ in natura ità limitata est, & determinata ad primam ejus productionem, vel resultantiam, ut eadē semel destructa, saltem quantum est in se destruitur necessariò pariter natura, at hoc non contingeret, si hæc haberet vim illam recuperandi post ejus interitum, ut patet, ergo supposito etiam, ut modo supponimus, quòd perseveret, Verbo illam dimittente post destructionem propriæ nequit talis virtus eidem concedi. Ma. videtur expressa D. Tho. 4. cont. Gent. c. 43., ubi ait, naturam humanam præexistentem in propria personalitate non corrumpi, quià oportuisset corrumpi illum hominem, qui unioni præextitisset.

Resp. ad instantiam neg. ant. Ad prob. neg. ant. Ad prob. annexam dist. Ad effectum semel destructum &c. si sit de numero effectuum per se primò terminantium actionem transeat, vel conc. Si de numero resultantium, & naturaliter consequentium, neg., quià cum ad istos non requiratur actio per se productiva illorum, sed naturaliter resultent ad positionem naturę tanquā quid eidem naturaliter debitū, ut sunt proprietates illius, & à fortiori subsistentia, ut dictum est, propter intrinsecā majorē connexionem cum illa; manet sēper hęc intrinsecè ad illos, vel illā habendū. Est enim ità naturaliter debitum cuilibet naturæ habere suas proprietates, ac proindè subsistentiam, ut quiescat quando habet, & statim tendat ad recuperandum sublato impedimento, quià inclinatur per modum ponderis, illo cessante ad recuperandum. Undè non recuperat per novam actionem, (hoc enim esset simpliciter reproducere, quod est naturaliter impossibile,) sed per actualem radicationem, quæ ab initio sibi confertur ab Authore ex vi actionis productivæ, & modo conservativæ illius, quod non militat de aliis effectibus, qui per se fiunt, & non præcisè dimanant, sed solum exiguntur, nam cum ad istos non habeat natura talem determinationem, si semel destructi sunt, recuperari non possunt, nisi simpliciter reproducantur ab agente superiori, ut in simili innuimus supra (distinguendo duplex hujusmodi genus proprietatum, vel effectuū de speciebus Angelicis ab initio collatis, quæ dicuntur proprietates ejus, quatenus exiguntur, & sunt eis debitæ, quià tamen per se fiunt, & non præcisè dimanant, si semel destruerentur, non possent ab eisdem recuperari, sed deberent iterum infundi, & si fortè priùs dimanassent, prout explicatur infrà, & suprà etiam insinuavimus de attributis Divinis, quorum aliqua per se petunt produci, ut sunt proprietates relativæ, vel personales, quæ non præcisè dimanant, sed petunt actionem productivam sui, ut explicatū est.

Ad confirm., de qua ex professo 3. p. q. 4. ad art. 2., & hìc obiter ad pleniorem gravissimæ hujus difficultatis intelligentiam, vel neg. absolutè ma., ut communiter negant Theologi, vel claritatis gratia dist., si alia non adveniat, sivè superior, vel Divina eam sustentans, sivè propria naturaliter iterum acquisita, transeat, vel conc., quià naturaliter sine omni dicitur non posse perseverare. Absolutè loquendo, neg. quià ut ostenditur ibidem supposita distinctione reali inter naturam, & subsistentiam, & supposito, quòd natura essentialiter non dependeat à propria subsistentia, ut videtur utrumq; debere supponi juxtà fidem ejusdem mysterii, quòd sine propria subsistat per illam verbi, nullum est fundamentum ad negandum posse Deum destruere personalitatem propriam conservando naturam; ut patet etiam à simili in alio mysterio altaris, ubi accidens jam unitum subjecto potest Deus conservare destructa ejus actuali inhærentia.

Ad prob. ex D. Tho., respondent aliqui sensum D. Thom. esse, quòd deberet corrumpi humana natura, non simpliciter, aut secundum suam entitatem, sed secundum quid quoad modum subsistendi, quià amitteret propriam subsistentiam. Quod idem videtur cū superiori nostra doctrina. 5. Cæterum solutio videtur insufficiens, quià D. Thom. ex hoc quòd propria subsistentia naturæ humanæ deberet corrumpi, ut ipsa assumeretur, infert, debere corrumpi illum hominem, qui præexisteret unioni, & consequenter ejus naturam, & ideò fuisse impossibile, quòd assumeret naturā humanā pręexistentem non destructa ejus personalitate, ergo intendit docere debere corrumpi ipsam naturam humanam, quià si se ipsa maneret, possibile foret, ut assumeretur: quod videtur signum non habere vim juxtà D. Tho. ampliùs recuperandi propriam, ut contendit confirmatio prædicta.

Mag. Herrera resp. mentem illius esse, quòd si cer-

corrumperetur ille homo præexistens per actionem, quæ non esset assumptio, vel quam non commitaretur assumptio humanitatis ad Divinam subsistentiam, consequanter necessariò corrumperetur humanitas, quià hæc esse non potest in rerum natura, nisi terminetur propria subsistantia, vel Divina, quià ut ibidem 3.p. ostenditur, per aliam creatã subsistere nequit. Cæterum non negate D. Tho., quin à natura præexistente possit separari propria personalitas salva ejus entitate, si in eodem instãti assumatur ad Divinam subsistentiam, sic ut primum non esset humanitas subsistentiæ creatæ, esset primum non esse humanitatis in Divina subsistentia.

Hęc solutio non displicet, quià est cõformis superiori nostrę doctrinæ. Et solũ habet difficultatem, quià D. Th. ibi videtur expressè loqui de corruptione personalitatis, quæ ut natura assumaretur, fieret aut ex vi assũptionis, aut per aliã actionẽ simultaneã, unde non videtur posse omninò componi cũ litera ejus. Quarè si hæc expositio locum non habet, dicendũ est, subdit dub. 2. concl. 2, in finem M. Catalam, D. Thom. mutasse sententiam in eodam art. 2., ubi expressè docet naturam præexistentem, terminatam propria personalitate posse assumi destructa personalitate. Addit tamen ut notat Cajet. ibidem, D. Tho. non negare naturam personæ præexistantis potuisse sic assumi destructa persona. litate, sed quòd in eo casu frustra diceretur posse assumi. Et in 3. dist. 5. q. 3. ar. 3. ad 4. ait, quòd si persona Verbi assumpsisset hominem præexistentem destruxisset parsonam, ubi clarè supponit naturam præexistentem potuisse assumi. Hæc obiter tetigimus quantum attinet ad authoritatem in confirmatione oppositam. §. Resp. tamen eidem, modò supponandum esse non inquirendum, (quod attinet ad prædictum ar. 2.) & tunc dicimus, quòd semel sic assumpta, & destructa ejus parsonalitate retinet vim eam recuperandi, vel noviter radicandi sine nova actione, unde non tenemur eas multiplicare sufficientar ad inferendam multiplicationem individuorum, ut ostensum est.

Secundò Respond. ad argum. principale ex eadem posteriori expositione, & admisso eodem supposito; quòd etiam si daretur non posse naturam recuperare propriam subsistentiam ex vi actionis, qua fuit primò producta, posset tamen ex vi alterius, qua fuit assumpta, sicut dicitur de quantitate in Sacramento Altaris, quando generatur forma vermis ex speciebus corruptis, quòd licet ex vi primæ actionis productivæ converti nequeat in materiam panis, potest tamen converti ex vi miracoli consecrationis panis in substantiam Corporis Christi.

4. Arg. Potest Deus destructa singularitate ejusdam naturæ angelicæ assumere illã, individuando eam singularitate Divina, sed tunc esset distinctum individuũ in eadem specie, ergo. Mi. constat, quià constarat distincta singularitate intra suam speciem. Ma. verò prob Potest Deus assumere illam destructa ejus subsistentia, ut dictum est, personando subsistantia Divina, ergo etiam poterit assumere destructa ejus singularitate, individuando singularitate Divina; constet à paritate rationis, quià utraque oritur ex principiis formæ angelicæ.

Resp. neg. ma. Ad prob. neg. cõs., & disparitas est, quià licet dicamus utramq. oriri ex principiis formæ, non tamen æquè immediatè, nam subsistentia ut vidimus, supponit naturam jam individuam, individuatio autem oritur immediatè ex eisdem principiis, unde destructa individuatione, vel ante illam nequit esse terminus assumptionis, ut prob. 3. p. q. 4. ar. 4., nam ante illam solum concipi potest sub conceptu naturę communis, vel universalis, contra verò rationem naturæ universalis est esse in persona, quià in persona naquit esse nisi individua, & singularis, unde asset, & non esset talis, & ideò impossibile est, quòd spoliata propria singularitate, vel individuatione sit terminus assumptibilis. Assumptio enim supponit terminum suum jam factum, & consequenter singularem, cum productio rei non terminatur nisi ad rem singularem.

Sed instas. Non minùs actio productiva rei terminatur ad rem existentem, quàm terminetur ad rem individuam, sed nihilominùs destructa propria existantia, est assumptibilis natura ad Divinam, & constitui existens per illam, ergo pariter destructa propria individuatione erit assumptibilis ad Divinam, & individuabilis per illam. §. Expl., & arg. hoc. Quamvis actio primò productiva rei terminatur ad rem existentem, non tamen requiritur, quòd utrumq; indispensabiliter producat, sed satis est, quòd in eodem instanti productionis res existat, sive propria existentia, sive aliena, vel Divina constituatur existens, ergo idem poterit affirmari de individuatione ejus.

Resp. eodem modo, & faciliùs etiam in communi nostra sententia, in qua existentia est ultimus actus supponens subsistentiã, vel est posterior ad illam. Unde dist. ma. Non minùs, & eodem modo, vel æquè immediatè, neg, mediatè tantum, & ad terminum ultimũ conc. sicut ergo subsistentia supponit rẽ, vel naturam individuam, & consequenter assumptibilem, à fortiori supponit eã existentam, sed ratio individua, ut dictũ est, unde nequit supponere illã cum tali assumptibilitate, quià ante illam remanet cum sola sui cõmunitate, sub qua magis est intelligibilis, quàm assumptibilis, & proindè incapax assendi in persona, nisi priùs sit constituta in statu assumptibilitatis per propriam individuationem.

Ex his resp. ad confirmat., quæ potest asse replica. Nã præter præcedentẽ, est alia etiam disparitas. Quòd in re existanta sunt duo, quorum utrumq; est capax suo modo terminandi actionem productivam, ut insinuavimus in 1. Phys., scil. existentia, & actualis essentia, sivè physicè sumpta, vel entitas ejus, quę potest esse terminus saltem incomplatus, & vialis, seù per modum vię, & tendentię ad habendam existentiã in eodem signo *in quo* Cęterum natura non dum individuata, cum remaneat cum sola eadem sui communitate, ad quam non potest esse actio productiva, & minùs consequenter assũptio, non potest prout sic fieri immediatà individua, nisi velimus fieri talem non supposita sui productione, vel ante illam, quod est veluti repugnantia in terminis; unde non sufficit, quòd fit in eodem instanti individua sicut sufficit, quòd fit in eodem existens, nam respectu individuationis est veluti de subjecto non supponente.

Ultimò arg. impugnando secundam rationem. Ex eo quòd gratia Christi contineat totam perfectionem suæ speciei non sequitur, quòd non possint dari alii habitus gratiæ solo numero distincti, sicut ex eo, quòd quilibet Angelus contineat totam parfectionem speciei suæ non sequitur intra illam esse impossibiles plures solo numero distinctos. §. Resp. 1. probari etiam de facto, & naturaliter, quod tamẽ, ut dictũ est, modo supponimus impossibile. Secundò neg. suppositum ant., quòd gratia Christi sic actu, vel continentia formali contineat omnem gratiam, sicut continet Angelus omnem perfectionem suæ speciei, sed tantum virtualiter, vel causaliter dicitur continere illam, quatenus est

est causa,& origo omniū gratiarū, sicut lux solis dicitur cōtinere perfectionē cujuslibet lucis inferioris. Unde nequit inferri, quòd sicut dantur alij habitus gratiæ in nobis ejusdē speciei, scil. physicè, & metaphysicè cū illa Christi, ut explicatur 3.p.q.7.ad ar.11., dentur etiā, vel possint dari plures Angeli intra eandem speciem, quià hujusmodi continentie in Angelo est continentia causæ formalis, non purè eminentialis, vel virtualis, sivè causalis, vel efficientia. Qua ratione, ut vidimus, in simili, non possunt in eodem composito hominis simul esse cum anima rationali forma corporeitatis, & vegetative, aut sensitive distincta, quià continet illas, ut causa formalis continens, & eminentiori modo tribuens effectum, quem tribuerent illæ; Unde hujusmodi continentia non admittit locum multiplicationis, sivè intra eandem speciem, sivè intra idem compositum.

QUAESTIO II.

Utrum Angeli sint ex sua natura sint incorruptibiles.

ANgelos non esse corruptibiles in ordine ad causam secundam præcipuè operantem per modum causæ principalis fatentur omnes, quià cum hæc, utpotè finitæ virtutis non habeat posse corrumpere nisi per separationem formę à materia, nequit habere vim corrumpēdi; quod est forma tantū. Difficultas ergo est in ordine ad Deum; in quo unum etiam est certum, quòd absolutè sunt annihilabiles ab illo, nam sicut liberè produxit, ità etiam liberè conservat, itaut possit non conservare subtrahendo suū concursum, & tunc necessariò deficit, vel in nihilum redigitur omnis creatura. Quod ergo inquirimus est, an hæc non repugnantia ad causam primam sic potentē suspendere concursum conservativum sit sufficiens ut dicantur ab intrinseco, & ex sua natura corruptibiles, vel defectibiles; incorruptibiles verò tantum ab extrinseco, & ex gratia, vel protectione Dei conservantis in esse, vel ad perpetuò essendum: An verò ex opposito licet satis sit ut dicantur corruptibiles ab extrinseco per extrinsecam Dei potentiam, non tamen quòd ponat in illis potentiam ad non esse, & consequenter ex sua natura indefectibiles, vel incorruptibiles sint, sive in ordine ad causam secundam, sive ad primam, sic quòd sola gratia non sit, eos in perpetuum durare.

In qua re Vasq. hìc disp. 182. c. 2. secutus alios antiquiores Scotum, Alcosem, Gabrielem, & Aureolum affirmat id habere tantum ab extrinseco, sive ex beneplacito Dei volentis eos in perpetuum esse, & conservari, non verò hoc illis deberi ab intrinseco, & ex sua natura. §. Oppositum tenent jam communiter Theologi, & expressè traditur à D. Thom. hìc ar. 5., & sequuntur inter alios Molina, Lessius, & Suarez lib. 1. de Angelis cap. 9., & 10., ubi affirmat eorum annihilationem ità esse miraculosam, sicut denegationem concursus in igne ad comburendum.

§. I.

Statuitur Conclusio,

ANgeli sunt per se, & ab intrinseco Indefectibiles, vel incorruptibiles etiam in ordine ad Deum, operantē tamen juxta exigentiā naturæ, sive secundum suavem sui providentiam, secundū quam operatur id, quod est magis consentaneum naturis rerū, & non ex sola illius extrinseca protectione, vel gratia, aut beneplacito. Itaq; contra Vasquez intendimus, quòd licet ex libera Dei voluntate habuerint esse, postquam tamen habuerunt illud non possunt naturaliter non esse, & consequenter ex propriis principiis exigunt concursum Dei conservativum ad semper essendum; quod tamen non derogat absolutæ ejus potentiæ ad illum denegandum, & ad illos annihilandum, quià hæc non attenditur in ordine ad legem naturæ, sed ad posse proprium respectu cujuslibet non implicantis contradictionem. Undè Bene stat, quòd ex sua natura id exigant, & quòd nihilominùs possit oppositum absolutè à Deo fieri, vel annihilari.

Ratione prob. destruendo ejus Authoris fundamētum in eo consistens, quòd sicut fuit gratia ab initio, quòd habuerint esse, ità pariter gratia sit, quòd perseverent in illo. Undè arg. sic. Ex eo quòd fuerit gratia ab initio, quòd habuerint esse, non rectè infertur, quòd modo etiam gratia sit, quòd semper existant, ergo ex priori gratia non sequitur id non habere ab intrinseco ex propria natura: cons. tenet, & ant. prob. In qualibet re in universum semel producta non est gratia, sed propria ejus natura, inclinari, & exigere perfectionem sibi connaturaliter debitam, sed Angelo semel producto est connaturaliter debita perpetuitas essendi, ergo licet gratia ab initio fuerit habere esse, non tamen est modo gratia, sed debitū connaturaliter perpetuò esse: ma: constat, quià gratia in eo ordine, in quo est gratia dicitur contrapositivè ad debitum, ut patet ex terminis. Mi. verò prob., & simul affertur ratio à priori conclusionis. Natura non habens intrinsecam potentiam ad non esse exigit perpetuò esse, sed natura angelica est hujusmodi, ergo ab intrinseco debetur ei hæc perpetuitas essendi: ma est per se iterum nota ex terminis, quià impossibile est, quòd aliquid intelligatur deficere non supposita potentia intrinseca ad deficiendum. Mi. verò prob. Angeli natura semel producta non habet aliquid compossibile cum non esse, ergo caret potentia passiva reali ad illud, cons. tenet, quià hujusmodi potentia supponit compossibilitatem cum non esse, ut patet. Ant. verò prob., quià ut constat ex dictis, Angelus est forma tantum, & per se subsistens, ergo nequit habere aliquid compossibile cum non esse. Prob. cons., quià forma tantum, & independens à materia, immediatè, & ratione sui, & non medio aliquo superaddito habet esse, ergo ex sua natura inseparabiliter habet illud, nisi velimus se ipsam moliri ad propriam sui destructionem, quod est alienum à bona metaphysica, ergo nequit in se ipsa admittere aliquid compossibile cum non esse.

Explic. hoc. Cum nulla potentia in universum, ut dicitur in 1. Ethic:, possit per se primò respicere, vel tendere ad non esse (nisi iterum velimus, quòd per se primò respiciat, aut tendat ad destructionem sui, sed potiùs id abhorreat natura,) ut perpetuo experimento constat, (sed tantum secundariò, quatenùs est ad aliquam formam, ex qua sequitur non esse alterius, quià non plenè satiatur capacitas ejus priori forma, ut explicatum est de ortu, & interitu, & de cœlo, & Mundo;) ibi solum potest esse realis potentia ad non esse, ubi est aliquid potens remanere cum non esse, aut privatione ejus, sed hoc est impossibile in forma simplici, & independente à materia, aliàs forma irrecepta, & simplex non esset, ergo nequit in

illa

illa esse, aut etiam concipi potentia passiva realis ad nonesse, sad ast determinata ad esse, sina indifferentia ad oppositnm.

Id egregiè tradit D.Th.hic in corp., dum ait, quòd èssa sacnndum se convanit formæ, idest non mediante alio, (nt explicat Cajet.) sed sa ipla immediatè est daterminata ad recipiendũ illud: Ex quo rectè inferimus, quòd esse ast inseparabile à forma, nec possit in illa assa prędicta potẽtia ad non esse, quià quod ast determinatum ad unũ oppositũ, non potest esse in potentia, vel cnm indifferentia ad aliud: Undè nunquam videmns, quòd aliquid conveniens alicui secundum se, aut cum daterminarione ad illud possit aliqnando separari ab illo, aut concipi cum indifferentia ad babendum & non habendum illud, ut patet inductivè innumeria exemplia, (& statim constebit illo D. Th.) Qoamvis ità sit, quòd conveniens alicui per aliud, hoc separeto, separetor, & illud.

Explicat hoc D. Thom. duplici eleganti cxemplo, scil. in circulo, & circulo æneo. Nam quià rotunditas convenit circulo secnndum se, circulo verò æneo mediantè fignra circnlari, potest quidem circulus ænaus amittere rotnnditatem separata figure circnlari ab ęre, non tamen potest eam amittere circnlus. Imò hoc etiam verificatur de illo, quod convenit mediantè alio, si istud sit etiam inseparabile, nt patet in corpore incorruptibili. Nam quià soli convenit esse mediantè forma inseparabili à materia, inseparabiliter convenit ipsi, ergo à fortiori debet id verificari de esse conveniente formæ omninò irreceptæ, & secundum se ipsam.

D.ces ex his solum probari, quòd non sit Angelus corruptibilis in ordine ad causam creatam, quæ non potest rem destruere, nisi per separationem formæ à materia, non tamen in ordine ad Deum, quæ cum habeat planum dominium supra esse; nec istud conveniat essentialitar creaturæ quæcunqua sit, cũ quælibet ex nihilo sit, potast illnd, si velit removere ab Angelo independenter à tali saparatione; nam licat forme tantum, vel simplex sit, ac proindè illi non conveniat esse mediãte forma, sicut cõtingit in his inferioribus, vel corporalibus, adhuc tamen convenit illi mediante eliquo superaddito separabili, scil. medio concursu libero conservativo Dai: Undè si quià in his inferioribus convenit medio forma saparabili sunt hæc corruptibilia in ordine ad agans creatum separans formam à materia, erunt pariter Angeli corruptibiles in ordine ad increatum seperans liberum sui concursum conservativum ab illis.

Sed contra hoc est, & in primis solutio probat tantum id posse fieri absolutè, non secundum legem naturæ, vel atienta ejus exigentia, ut ostensnm est. Deinde impug. sic. Ex eo quòd esse Angeli modò liberè conservetur à Deo non sequitur, quòd de lege ordinaria sit separabile ab illo, ergo. Prob. ant. Ex eo quòd liberè conservetur, non sequitur, qnòd modò per se illi non conveniat persaitate physica, ergo non sequitur, ,quòd modò illi non conveniat inseparabiliter: cons. tenet, nam sicut prædicatnm par se logicè, aut metaphysicè conveniens, logicè, & metaphysicè convenit inseparabiliter, ità pariter conveniens per se physicè, physicè conveniet inseparabiliter. Ant. verò paob. quià, ut dictum est, ex eo qnòd liberè conservetnr, non sequitnr quòd per se ab intrinseco, vel ax propriis illud non exigat, & non sit forma ejus, ut air D. Thom., determinata, & proportionata ad illud, ergo per sa eidem physicè convenit perseitate excludenta indifferentiam ad habendum oppositum, cons. tenet; quià, nt dictum ast, ,quod ast ex sua natura daterminatnm ad unum neqnit asse indifferans ad habendum oppositum, aliàs esset, & non asset ax propria natura determinatum ad illnd, ergo pas se possidet illnd inseparabilitea, alias non esset par sa subsistens.

Qnòd si iterum dicas hanc determinationam tantum convincere in ordina ad agens creatum. §. Instatnr eodam argumento. Et deindè etiam sic, nam Daus liberè consarvens non destruit natnras rarnm, aliàs simul esset dastruens, & consarvans, sed hæc ast natura Angali, nt ex propriis sit daterminata ad asse, ergo à Deo ut Autore naturæ naquit sic liberà conservari, ut attenta ejus natnra, possit ab illo removari esse. §. Expl. hoc: nam licet sic liberà conservetnr in essa, supposita tamen eadam illius natura sic ex propriis determinata, & inclinante, val exigante illud est ei dabitus talis concursus consarvativns, ergo naquit removeri à Deo nisi iterum operans contra idam dabitum simul destruat, & conservat. §. Et quidem si ex hac ejus ratione, vel causali, qnià nẽpà liberà conservat infertur, quòd sit gratia, & non dabitũ ex natura sna, quòd ità persevarat in esse non obstãte daterminatione illius ad hoc asse, pariter arit gratia in igne, & nõ dabitũ ex sua natura, qnòd sit calafaciẽs, vel persaveret in calefaciendo, quià hoc etiam dependet à liberò Dei concursn conservativo, quod essat invartare naturas omnium rerum, cum omnia dependeãt ab eodam cõcursu. Unde dicimus hunc concursum, & liberam conservationem non esse gratiam distinctam à prime productione, vel collatione naturæ, & idaò supposite creatione libera Angali, ax sua natura axigit consarvari, sicnt ignis exigit concursum, ut sit calafactivns. Quod etiam nt insinuavimus, pertinet ad suavem Dei providentiam, quòd sicnt sacundum istam operatur id, quod est magis consentanaum naturis rerum, ità etiam conservet supposita aarum libera productione juxtà illarnm exigantiam.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. ax authoritate Patrum: quià sæpè videntur immortalitatem Angelorum in gratiã rasundare, & non in naturam. Ità Cyrilus, & alii. §. Dices incorruptibilitatam, vel immortalitatem, quam modo habent, appallara gratiam, non præcisè in sa, sed præsuppositivè, vel in aadice, nt proximè dictum est, qnià supponit gratiam creationis, qua liberaliter Dens ex nihilo transtulit ad assa, aadam taman supposita, sic hujusmodi substantiæ Angalicæ firmatæ sunt, & determinatæ ad esse, ut in illis non sit indifferentia, vel possibilitas ad non essa, nt ostansum est.

Sed contra hoc est. Si consarvatio esset sola gratia in radice, non posset vocari à PP. simpliciter gratia, ergo si eam sic agnoscunt, & appallant simpliciter talem non erit tantum in radice, sed etiam in se ipsa. Prob. ant. quià si esset tantum in radice esset in se debita naturæ, sed in sensu PP., quod est dabitum naturæ non vocatur simpliciter gratia, ergo.

Resp. Bene ibi. Ad raplicam neg. suppositum ant., qnòd dicatnr ab illis simpliciter gratia, quasi distincta à dono, vel gratia craationis. Quamvis ergo sit dabita naturæ post sui productionẽ, qnià tamen hæc gratuita fuit idaò dicitur simpliciter, idest sine addito gratia juxta doctrinam D. Th. 3. par, q. 50., art. 5., non taman omni.

monibus modis, sive tam ex parte radicis, quàm ex parte termini producti: sicut similiter vita æterna appellatur gratia adRom.6. non tamen omnibus modis, cum operibus meritoriis correspondeat, ut præmium, & corona ex eodem Apost. *Reposita est mihi corona justitiæ*, sed quià prima vocatio ad illam gratuita fuit. § Vel poterat etiā dici non loquiPP. præsertimDamas., & Ambros de præcisa perseverantia, vel immortalitate physica, sed de morali, & perseverantia in bono, quæ est per gratiam superadditam naturæ, nam hac ratione solus Deus est immortalis per naturam, ut dicitur 1. ad Timot.6.

2. Arg. Angeli habent non repugnantiam, ut possint annihilari à Deo, ergo non sunt ex sua natura incorruptibiles. Prob. cons. quià sola hæc non repugnantia sufficit ut non sint tales ex sua natura, ergo. Prob. ant. sola non repugnantia ad essendum, vel ad sui productionem sufficit ad denominandum, vel affirmandum creaturas possibiles esse ex sua natura producibiles, ergo sola non repugnantia ad non essendum sufficit ad affirmandum ex opposito Angelos esse ex natura sua defectibiles, vel corruptibiles cons. videtur tenere, quià plus requiritur ad ædificandum, quàm ad destruendum.

Dices hoc ultimū ant. esse falsum, nā licet daremus ex sua natura esse producibiles non tamē est inferenda producibilitas ex sola non repugnantis, sed ex aliquo prædicato positivè inferente possibilē in causa practicā productionē, ut in superioribus explicatū est, onde sicut alia est formalitas, (ut etiā innuimus supra de voluntate, & 3.p. de Incarnatione) non repugnantia, sivè negatio impossibilitatis rei, & alia, positio possibilitatis illius, ità alia est non repugnātia, vel negatio improducibilitatis, & alia positio producibilitatis: sicut aliod est etiam probare mysteria fidei non esse impossibilia, aliud verò eorum possibilitatem, qua ratione (ut vidimus,) sicut nō valet hoc mysteriū non est evidenter impossibile, ergo est evidenter possibile, ita nec valet, hoc possibile non habet repugnantiam, ut producatur, ergo est ex sua natura producibile, nā ad hoc secundum requirebatur prædicatum aliquod exigens, vel inferens productionem, quod tamen non est assignabile in creatura pure possibili, (ut ibidem ostensum est,) sicut modo assignatur in Angelo respectu suæ indefectibilitatis.

Sed contra hoc est, & prob. idem ant. formando paritatem sic. Sola non repugnantia ad productionem sufficit, ut dicantur creaturæ de lege ordinaria, & exclusο miraculo producibiles, ergo sola pariter non repugnantia ad sui destructionem sufficiet, ut dicantur Angeli de eadem lege, & absque miraculo defectibiles: cons. tenet à paritate rationis: ant. etiam constat, quià aliàs creaturæ omnes dicerentur productæ miraculosè. §. Resp. neg. cons., & disparitas est, quià in creatura possibili non solum est non repugnantia, sed præterea nullum est prædicatum positivè se opponens, vel impediens productionem, cæterum in Angelo semel producto, ut probatum est, est positiva exigentia perpetuitatis in essendo, unde si semel destruitur, contra hanc exigentiam, & legem ordinariam destruitur, & sic solum de potentia absoluta destrui potest. §. Itaque plus requiritur ad hoc, ut aliquid dicatur tale ex sua natura, quàm ut dicatur tale de lege ordinaria præcisè. Nam ad primum requiritur prædicatum positivè exigens unum extremum, & positivè opponens alteri extremo: Ad secundum verò sufficit ut non habeat prædicatum exigens oppositum, vel illi non repugnet, ut contingit in creaturis possibilibus, & ideo possunt dici de lege ordinaria producibiles, non tamē ex sua natura; quià licet non habeant prædicatum opponens productioni, non tamen habent aliquod positivè exigens illam, sed solam connexionem extremorum, vel habitudinem prædicati ad subjectum, ut ubi supra explicatum est. Cæterum in Angelo, ut dictum est, est prædicatum exigens perpetuitatem essendi, unde nec de sua natura, nec de lege ordinaria potest dici destruibilis.

Sed instas. Ex hac ejus exigentia non rectè infertur indefectibilitas ejus de lege ordinaria, ergo. Prob. ant. Cum inclinatione naturali, vel exigentia alicujus prædicati componitur etiam de lege ordinaria habere oppositū, ergo. Prob. ant. 1. in gravi naturaliter descendente, & tamen de lege ordinaria sine miraculo potest ascendere sursum. Secundò in habitu, qui ex propriis est qualitas difficilè mobilis à subjecto, & tamen de eadem lege plures facilè moventur, vel pereunt, 3. In theologia nostra, quæ ex sua natura, ut scientia est, exigit claritatem, & evidentiam, & tamen in hoc statu caret illa, & sic de aliis similibus, ergo.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant. in subjecta materia. Ad prob. quoad 1. par. dist., naturaliter descendit sine separabilitate à descensu, neg., separabiliter ab illo, conc. Nam grave licet tendat naturaliter ad centrum, non tamen necessariò conjungitur cum illo, aliàs neq; in ordine ad agens creatum posset tēdere extra illud, quod est alienum à bona Phylosophia, unde ex natura sua exigit quidem centrum, sed cum subjectione, aut subordinatione ad virtutem superiorem, sive superantem ejus gravitatem, ut possit per illā moveri sursum. Cæterum Angelus, ut vidimus, ità exigit esse, ut inseparabiliter conjungatur cū illo, sicut rotunditas cum circulo. Quidquid sit de exigentia prædicati non ità necessariò, & inseparabiliter connexi: non omnia enim exiguntur à natura rei eodem modo, ut patet inductivè, sed cum distributione accommoda, cum non omnia fiant æqualiter necessaria ad sui perseverantiam in esse.

Secundò etiam discriminantur in eo (per quod magis etiam explicatur præcedens disparitas) quòd cum in gravi duo sint, & forma gravitatis, & ratio entis mixti corruptibilis, licet ratione primi naturaliter inclinetur ad centrum, ratione tamen secundi potest recipere qualitates sui corruptivas, & violentas, & consequenter suæ formæ contrarias, unde cum exigēntia naturali ad centrum potest ratione suæ corruptibilitatis naturalis habere potentiam passivam naturalem ad ascendendum de lege ordinaria sursum. Cæterum Angelus secundum omnia sui principia, semel productus determinatè exigit esse nulla remanente in illo potentia naturali passiva ad non esse, quod est conjungi cum illo insaparabiliter. §. Et per hæc patet ad alia exempla; nam tam habitus, quàm Theologia habent contrarium. Habitus quidem indispositionem subjecti, quam causa producens multoties non potest vincere, & consequenter nequit immobiliari semper in illo. Theologia etiam non exigit evidentiam pro omni statu, sed pro illo gloriæ, non pro ænigmatico, vel fidei, in quo impeditur ob obscuritatem præmissarum, ex quibus deducit suas conclusiones in via. Quamvis ut supra etiam insinuavimus, non exigit theologia ex sua ratione formali determinatè evidentiam juxtà modum illum probabilem dicendi, ità ut nec illam essentialiter includat, nec excludat, sed permittat,

Sed

Sed adhuc instas. Nam sicut in gravi (& idem est proportionabiliter de aliis) præter formam gravitatis est ratio mixti corruptibilis, ità pariter in Angelo præter rationem formæ per se subsistentis est ratio creaturæ, quæ sicut ex nihilo est, ità ex se tendit ad non esse, ergo sicut in gravi de lege ordinaria est prædicta conjunctio separabilis, pariter erit separabilis in Angelo, & componibile esse cum non esse de eadem lege. §. Resp. neg. conf. & disparitas est, quià cum conceptus creaturæ sit potens convenire enti creato, non solum liberè producto, sed etiam producto, & conservato necessariò, ut si Deus ad extra ageret ex necessitate naturæ, nequit fundare in Angelo prædicatum naturalis non repugnantiæ, aut passivæ potentiæ ad non essendum, aliàs illam etiam haberet necessariò productus, & conservatus à Deo, quod implicat, sed solam non repugnantiam ad deficiendum supernaturaliter, ut dictum est, ob dependentiam absolutam, vel essentialem, quàm habet ad Deum, & hanc solam fundat conceptus entis ex nihilo. Cæterum ratio entis corruptibilis, non potest de lege ordinaria non admittere qualitates contrarias, & corruptivas, aliàs corruptibile non esset; & ideò rectè possunt in illo componi exigentia naturalis, vel inclinatio ad unum extremum ratione formæ, & passiva naturalis potentia ad oppositum ratione corruptibilitatis. §. Igitur ex conceptu creaturæ, ut docet D. Tho. q. 5. de potentia ar. 3. ad 12. universaliter quidam infertur summa, vel indispensabilis dependentia ad Deum, non tamen intrinseca potentia inclinans ad non esse. Quià inquit. *Licet creaturæ incorruptibiles ex Dei voluntate dependeât, quæ potest eis præbere esse, & non præbere, consequuntur tamen ex Divina voluntate, absolutam necessitatem essendi, in quantum in tali natura causantur, in quâ non sit possibilitas ad non esse: talia enim sunt cuncta creata, qualia Deus ea esse voluit, ut Hillar. dicit in lib. de Synodis.*

Tertiò arg., & est replica cõtra superiora. Supposita etiam creatione Angelus non conjungitur per se cum esse, ergo non conjungitur inseparabiliter, itaut ex sui natura sit incorruptibilis. Conf tenet; & ant. prob. Tum quià eadem supposita hæc non est vera, Angelus per se existit: Tum quià etiam de lege ordinaria convenit illi esse medio aliquo separabili, scil. media creatione, quæ de lege ordinaria poterat non poni, & conservatio ejus sit continuata productio, ac proindè etiã libera de eadem lege, sicut libera fuit creatio, ergo.

Resp. dist. ut supra ant. Non conjungitur per se, perseitate logica, vel metaphysica conc., physica, neg. Ad 1. prob. similiter dist. Non existit per se, logicè, & metaphysicè, conc., physicè, neg., nam licet existentia, non oriatur ex principiis ejus essentialibus, nec per se illi conveniat ex vi terminorum, sicut dicitur convenire Deo; per se tamen physicè convenit illi, quià ut proximè ait D. Thom., voluit illum Deus constituere in tali natura, ut semel productos haberet necessitatem essendi. §. Ad 2. Similiter resp. dist., medio aliquo separabili, facta suppositione, neg., antevertendo illam, conc., quià poterat non dare illi esse, sed semel dans illud, dat cum necessitate essendi, quià sic vult illum cum eadem constituere. Undè ad aliud, quod subditur, scil. conservationem esse continuatam productionem, dicimus ità esse, sed non cum eadem habitudine ad rem jam productam, & primò producendam, nam istam respicit cum libertate dandi, vel non dandi esse, sed productam cum necessitate retinendi illud.

Sed instas contra principalem solutionem. Non stat aliquid esse per se connexum, & conveniens perseitate physica, & non esse ità connexum, & conveniens ex aliquo principio intrinsecu, & essentiali, aliàs magis per accidens esset connexum, & conveniens, quàm per se, ut patet, ergo vel per se physicè non connectitur Angelus cum proprio esse, & consequenter etiam physicè separabilitar, vel per se etiam connectitur, & convenit logicè, & metaphysicè, ac proindè etiam omninò inseparabiliter. §. Urg. hoc. Si aliquod prædicatum posset solum per se physicè connecti, & convenire, & non per se logicè, & metaphysicè, posset aliquod similiter identificari tantum physicè, & non logicè, vel metaphysicè; sed hoc non videtur admittendum in sententia D. Tho., ergo, ma. constat ex paritate rationis. Mi. verò prob. Si aliquod prædicatum posset sic tantum prior i modo identificari, non posteriori, non videretur via ad negandam identitatem existentiæ cum essentia, quam negat D. Thom., ergo. Prob. ant. Ex eo negatur à nobis, quià aliàs essentia esset actus purus, & consequenter teneretur semper existere, sicut Deus; sed hæc ratio cessat, admissa identitate physica disjunctivè à logica, vel metaphysica, ergo. Prob. mi., quià eadem facilitate possent Contrarii asserere esse inter illas solam identitatem physicam non logicam, vel metaphysicam, aut ex vi terminorum, & ideò neutrum sequi, quòd nempè sit actus purus, & teneatur semper existere, sicut Deus.

Resp. ad instantiam dist. ant. Et non ex aliquo principio essentiali, independenter ab omni extrinseco, neg. dependenter ab illo, conc., quod tamen satis est non convenire per accidens: Et deindè dist. similiter consequens: si conjungeretur independenter ab omni extrinseco, conc., si dependenter ab illo, neg. Perseitas ergo physica in eo distinguitur à metaphysica, quòd licet utraq; ab intrinseco dicatur oriri, altera tamen, scil. prior dependet ab aliquo extrinseco, nempè à productione rei, altera est independens ab eadem, & cõveniens ex connexione necessaria, sivè ex habitudine terminorum, ut dictum est. Unde D. To. de priori loquens infrà, q. 104. ar. 1. ad 1. inquit. *Dicendum, quòd esse per se consequitur formam creaturæ, supposito tamen influxu Dei, sicut lumen sequitur diaphanum aeris supposito influxu solis. Unde potentia ad non esse in spiritualibus creaturis, & corporibus cælestibus, magis est in Deo, qui potest subtrahere suum influxum, quàm in forma, vel in materia talium creaturarum.* Ità D. Tho. Ubi manifestè ostendit non esse hanc perseitatem physicam confundendam cum metaphysica, sed esse solum talem ex suppositione, & dependentem ex actione agentis, non ex vi terminorum, vel independentem in linea efficientis, sicut est metaphysica, ut in superioribus explicatum est, quæ remanet etiam in statu possibilitatis.

Ad confirm. dist. ma., si sit perfectio simpliciter simplex, vel ultima actualitas rei, neg. ma., si entitas imperfecta, vel potentialis, conc., & dist. mi. loquendo de priori perfectione, conc., de posteriori, neg., quià eo ipso quòd est perfectio simpliciter simplex, sivè nullam in suo formali conceptu involuens imperfectionem, vel actualitas ultima, sicut est existentia, cum sit ultimus actus in toto genere entis, ut ostendunt Thomistæ alibi in metaphysicis, non stat, quòd semel subjectũ perveniat ad illam per realem, vel physicam identitatem, & non excludat omnem potentialitatem in eodem genere, quòd est esse actum purum, & consequenter idem, tam physicè, quàm metaphysicè, qua ratione, ut cum eidem ostendimus in 2. phys. si se-

semal substantia ceeata esset immediatè operativa, sive se ipsa realiter identicà sua potentia, cum ex hac reali identitate sequatur etiam identitas actionis, ut probatur ibidem, esset actus purus in eodem genere operativo, quià nampè perveniret similiter ad ultimã illius generis actualitatē, ut est actio, sine ulla potētialitate, & ideò rectè inferunt jidē identitatē etiã metaphysicam, si semel esset physica inter essentiam, & existentiam. Quod tamen, ut patet, non militat de prędicato potentiali.

Sed instas. Quià talis essentia sic identificata adhuc esset dependens à Deo, & consequenter ab aliquo extrinseco, si velimus esse quid creatū, aliàs quæstio esset de subjecto non supponente, ergo vel iterum non stat una identitas sine alia non obstante tali dependentia, vel prędicatum essendi in casu, nullo modo convenit Angelo per se. §. Resp. ex dictis alibi in logicis, neg. ant., quià ut ibidem insinuavimus, supposita tali identitate physica cum ultima actualitate, nulla remanare potest, ut dictum est, realia intrinseca potentialitas, & consequenter nec dependentia, cum hæc fundetur super potentialitatem. Nam hac ratione Deus à nullo extrinseco dependere potest, quià in se intrinsecè est actus purus, sive carens omni potentialitate. Unde talis essentia esset, ut supponitur, creatura, & non esset, quià esset actus purus.

§. ULTIMUS.

Solvuntur alia duo argumenta.

Quartò Arg., & potest esse iterum replica evertendo principium illud assumptum à D. Tho., cui innititur præcipua vis rationis factæ, scil. esse per se convenit formæ. Ex eo Angelus est ab intrinseco incorruptibilis, quià formæ subsistenti, qualis est angelica, convenit esse per se, sed hoc principium est nimiùm probans, ergo est insufficiens. Prob. mi. quià probaret Angelū perpetuò fuisse, quod enim per se convenit, perpetuò convenit. §. Dices ut supra, ità esse de perseitate logica, vel metaphysica, non de physica, vel ex suppositione, sicut est præsens perseitas essendi respectu Angeli, & ideò non tenetur perpetuò fuisse. §. Sed contra hoc est quià juxtà D. Th. ità esse per se convenit formę subsistenti, sicut rotunditas cōvenit per se circulo (hoc enim exemplo, ut vidimus, confirmat præfatum sui principium) sed rotunditas convenit circulo perseitata etiam metaphysica, semper enim est vera hæc: circulus est rotundus, ergo ità etiam esse conveniet Angelo, ut sit semper similiter verum dicere: Angelus existit.

Resp. benè ibi. Ad replicam dist. ma. Ità convenit, quoad omnia, neg., quoed intentum, conc. Non enim paritas, vel similitudo debet tenere quoad omnia, aliàs non esset paritas, sed identitas. Tenet ergo quoad hoc, quòd sicut circulus quia per se ipsū sine alijo superaddito est determinatus, & proportionatus ad rotunditatem, hæc est inseparabilis ab illo, pariter forma angelica, quià est similiter determinata ad esse, hoc erit inseparabile ab illo. Quidquid sit quòd ex strictiori connexione, vel convenientia ex vi terminorum rotunditas conveniat per se circulo perseitate etiam metaphisica, in quo differt ab esse, quod da nullius creaturæ conceptu quiditativo esse potest, cum creatura omnis ex propriis sit ex nihilo, ut dictum est, unde tenetur omninò supponere actionem agentis.

Ultimò arg. & potest adhuc esse replica. Forma angelica, utpotè creata, est finita, ergo non potest ex sua natura exigere perpetuum essendi. Conf. tenet. Tum quià nequit exigentia excedere suam formam. Tum quià ad formam finitam sequuntur ob eandem rationem accidentia finita, ergo si eadem forma finita est, nequit ex sua natura exigere esse, vel durationem perpetuam, vel infinitam. §. Urg. hoc. Angelus non solum est forma finita, sed etiam, ut dictum est, ex nihilo est, ergo nequit ex propriis exigere conjunctionem indefectibilem cum sui esse. Prb. conf. Nam quià ex nihilo est, nequit moraliter, vel in genere moris exigere ex sua natura immobilem conjunctionem cum bono, sic quòd ex sua natura impeccabilis sit, ut constabit infra, ergo nec eadē ratione potest physicè, vel in hoc genere exigere immobilem cum esse, sic quòd ex sua natura, sit indefectibilis in essendo.

Ad hoc poterat primò ex dictis q. ant. negari ant., quià licet entitativè, vel in genere entis sit forma finita, intra tamen suam speciem infinita est, utpotè exauriens omnem perfectionem illius, ut explicatum est. §. Sed deinde dist. conf. ut supra: nequit exigere perpetuitatem essendi, independenter ab influxu Dei, conc., dependenter ab illo, neg., nam hęc exigentia cum tali dependentia nō extrahit, ut patet, à conceptu creaturæ. Per quod patet ad 1. probat: Ad 2. similiter resp. illud exioma esse intelligendū de accidentibus, quæ sequuntur ad formã tanquã ad radicē, & adequatè, intrinsecè conveniunt, & non sic respectivè, vel dependenter, ab aliquo extrinseco, ad quod passivè se habent, prout sic enim, & facta istiua suppositione, potest forma finita, (ut ait D. Tho. ubi supra) consequi ex Divina voluntate constituente illam in tali natura (in qua scil. nō habet contrarium) habente absolutã necessitatem essendi, & consequenter ejus exigentia superare puram sui finitatem entitativam, ut subtiliter etiam tradit infrà relata q. 104. ar. 4. ad 2. vbi ait. *Dicendum, quòd potentia creaturæ ad essendum est receptiva tantum, sed potentia activa est ipsius Dei, à quo est influxus essendi. Undè quòd res in infinitū durent sequitur infinitatem Divinæ virtutis. Determinatur tamen quibusdam rebus virtus ad manendum tempore determinato in quantum impediri possunt, ne percipiant influxum essendi, qui est ab eo, ex aliquo contrario agente cui finita virtus non potest resistere tempore infinito, sed solum tempore determinato. (Et idèo ad rem nostram de Angelis concludit:) ea quæ non habent contrarium, quamvis habeant finitam virtutem perseverant in aeternum.*

Sed instas. Quià ex hac solutione, & doctrina D. Th. videtor magis inferri oppositum, quòd scil. nō ex natura sua id habeant, sed solum ab extrinseco, vel à Deo conservāte, ergo. Prob. ant. quià juxta utramq; duratio, & permanentia in esse non oritur ex natura rei, sed ab extrinseco tantum conservante, ut patet illis verbis. *Quòd res in infinitum durent, sequitur infinitatem Divinæ virtutis*. §. Resp. neg. ant. ad prob. neg. suppositum, quòd ut dicantur id habere, vel exigere ex sua natura necessarium sit talem perpetuitatem oriri ex illa tanq. ex radice activa, sed satis esse (ut utroq. loco insinuat,) quòd constituantur in tali natura, ut non habeant contrarium in illa, & consequenter, nec possibilitatem ad non esse, ex quo rectè, & propriè inferimus, quòd sint ex sua natura incorruptibiles, sic quòd habeant necessariam connexionem cum esse, itaut in tota natura creata, non sit

cau-

causa aliqua intrinsece, vel extrinseca, nec esse possit, cujus virtute solvi possit, vel impediri ut ait D. Th. de aliis corruptibilibus, vel habentibus contrariũ in sui natura. §. Sed adhuc instas. Nam ex hoc quòd nõ habeant contrarium in sua natura non infertur à Deo eam impediri non posse, quidquid fit de agente creato, ergo adhuc non rectè infertur eorum incorruptibilitas ex propria natura; sed tantum ab extrinseco, sive à Deo nolente impedire illam. Prob. ant., quià licet non habeant contrarium, Deus tamen est dans illam perseverantiam in esse, ergò sinè ulla contrarietate ad sui naturam potest eam impedire. §. Resp. eodem modo solum probari, quòd non habeat ex sua natura quasi activè radicante, sicut radicat alias sui proprietates, non tamen quòd non habeat tanquã eidem naturæ debitam ex suppositione, quòd velit eos Deus in tali natura constituere per modum formæ subsistentis, vel non habentis contrarium, ut in simili proportionabiliter dictum est, & explicabitur infra de eorum speciebus intelligibilibus, eisdem inditis ab initio, quæ licet ab illis non radicentur, sunt tamen eis debitæ prout in tali natura à Deo constitutis. §. In forma, ergo dist. ant., impediri non posse, de lege ordinaria, & ut ab Autore naturæ, neg., divinitùs, vel supernaturaliter, conc. Ad prob. similiter dist. dans illam perseverantiam tanquam debitam de eadem lege, supposita eorum productione, conc., nullo modo debitam ex propria natura, neg. Quià Deus, ut egregiè explicat ibidem D.Th., sic distribuit de lege ordinaria cuilibet creaturæ propriam durationem, quòd aliquibus conferat determinatam, secundum, scil. quòd habent contrarium in sua natura impediens eas à receptione influxus Divini; aliis verò non, sed perpetuam, quià non habent aliquod contrariũ, unde esto virtutis finitę sint, possunt tamẽ in perpetuum ex natura sua sic carente omni contrario durare, quià cõtra hanc veluti legẽ, qua statuit alias habere, & alias non habere contrariũ, nunquã de lege ordinaria operatur, cũ ut Autor naturæ, ut dictũ est, non destruat, quod ut Autor naturæ disposuit, & ita restat solum, quòd de potentia absoluta, qua non attenditur ad hanc legem, annihilari possint creaturæ non habentes contrariũ, ut sunt Angeli, non tamen de ordinaria, quià prout sic ex sua natura sunt in infinitũ capaces Divini influxus, utpotè nullum habentes impedimentum à receptione ejusdem influxus Divini.

His addo ex eodem D. Tho. in corp. ibidem, quòd nulla creatura etiam divinitùs, attendendo ad earum naturã corrumpenda est per annihilationem, loquendo de corruptione propriè dicta, & ut contra distinguitur à physica per separationem formæ à materia, & cui solam potest subjacere Angelus: nam præveniens ibi opinionẽ P. Vasquez, rejicit eã efficaciter ex eo, quià hoc non pertinet ad cursum naturalem rerum, neque miraculosè expedit fieri. Primum quidem, *quià vel sunt immateriales* (inquit) *& sic in eis, non est potentia ad non esse. Vel sunt materiales, & sic semper remanent semper quantum ad materiam, quæ incorruptibilis est, utpotè subjectum existens generationis, & corruptionis. Redigere etiam aliquid in nihilum non pertinet ad gratiæ manifestationem, cum magis per hoc Divina potentia, & bonitas ostendatur, quòd res in esse conservat, unde simpliciter dicendum est quòd nihil omninò in nihilum redigetur*. En quomodo in ordine ad agens etiam increatum corrumpendæ, vel annihilandę non sunt, non sic quòd si annihilatio fieret juxtà earum naturam, ut est terminus annihilationis non fieret, (quià non est in rebus prout sic potentia ad non esse) sed attendando ad cursum naturalem rerum, Quantò ergo magis attendendo ad meritũ creaturę immaterialis, vel angelicæ nullum habentis contrarium in sui natura verificari debet.

Ad confirmat. principalis argum. ex paritate in genere moris, dist. ant. ex doctrina Cajet. supra qu. 9. ar. 2. Ex nihilo ast ad hunc sensum, quòd sibi relicta, vel antecedenter ad sui esse, fuerit nihil positivè, neg., negativè conc., quià ut monet ibi, hæc, & similia verba, quibus sæpè utitur D. Thom., nempè creaturam esse nihil, vel tendere in nihilum, non esse intelligenda positivè, quasi habeant ex se non esse, sed negativè, quatenus ex se non habent esse, ex quo solum infertur essentialis dependentia à Deo, non verò potentia ad non esse, ut advertit D. Thom. 2. Gent. cap. 30. Ubi inquit num. 1. *Si autem dicatur, quòd ea, quæ sunt ex nihilo, quantum est de se, in nihilum tendunt, & sic in omnibus creaturis insit potentia ad non esse; manifestum est hoc non sequi: dicuntur enim res creatæ à Deo, eodem modo in nihilum tendere, quo sunt ex nihilo; quòd quidem non est nisi secundum potentiam agentis. Sic igitur, & rebus creatis non insit potentia ad non esse, sed creatori in est potentia, ut eis det esse, vel eis desinat influere esse*, Ita D. Tho. quòd si iterum de aliis creaturis id absolutè verificatur, quantò à fortiori de per se subsistente, seù sine contrario in sui natura de lege ordinaria verificari debet, ut nunquam tendant, vel tendere possint ex propriis ad non esse secundum cursum naturalem. Videatur ibidem ubi eleganter explanat principalem nostram doctrinam, & fundamentum conclusionis.

Ad prob. verò conf. ex eadem paritate neg. conf., & disparitas est quià ut creatura ab intrinseco dicatur moraliter defectibilis, vel peccabilis, satis est, quòd sibi relicta sit ex nihilo, vel nihil etiam negativè, at verò ut ab intrinseco dicatur defectibilis physicè, requiritur ut sit talis positivè. Et ratio est quià ex hoc ipso, quòd est ex nihilo, vel nihil etiam negativè, statim sequitur, quòd non possit sibi esse regula in genere moris, quod est esse deficiens in eodem genere. nã hac ratione Deus est impeccabilis, quià est sibi regula operandi, non tamen ex eadẽ nihileitate infertur, quòd habeat potentiã ad nõ esse, ut dictũ est, ýque tamẽ erat necessaria ad intrinsecã defectibilitatẽ physicam. Unde physicè non relinquitur indifferens ad esse, & non esse, sicut moraliter ad bonum, & malum.

DISPUTATIO TERTIA.

De comparatione Angelorum ad loca.

QUATUOR præcipuè inquirimus. Primum de formali ratione essendi, vel constituendi Angelum in loco. Secundũ de possibilitate existendi in duobus locis adæquatis. Tertium de transitu ab extremo ad extremum sine illo per medium, an sit possibilis. Quartum, an eorum motus fieri possit in instanti.

QUÆ-

QUÆSTIO PRIMA.

Quænam sit formalis ratio constituendi Angelum in loco.

§. I.

Præmisso statu Quæstionis referuntur modi dicendi.

De formali ratione inquirimus non per modum formæ, qua res dicitur formaliter, & immediatè esse in loco, vel denominatur formaliter constituta in illo, (Hanc enim fatentur etiam Contrarii esse ipsam præsentiam formalem, aut modum illum, qui dicitur *Ubi*) sed per modum fundamenti proximi illius, qua determinatur ad existendum in tali loco. Unde Suarez qui lib.4. de Angelis cap 2., & 3., & c.7. & 8. recurrit ad prædictum modum præsentiæ videtur satis diminutè, vel deficienter procedere, non assignando id, per quod locum contingit, de quo est præcipua difficultas. Nam qui tenent Angelum verè, & propriè esse in loco fatentur omnes habere suum ubi, aut præsentiam distinctam à propria substantia, unde eorum difficultati non videtur satisfacere, quam hæc consistit in assignando fundamentum hujus ubi, & præsentiæ localis,& rationem formalem habendi contactum cum corporibus, ex quo resultat modus habendi talem præsentiã ad corpus,nã stando in substantia omninò indivisibili per se ipsã sine medio aliquo quantitativo correspondente spatio, aut loco divisibili, difficile est assignare id, per quod eidem correspondeat, & acquirat hujusmodi localem præsentiam, sic quòd quamvis in se modo indivisibili sit,nihilominùs immediatè per se ipsam correspondeat loco divisibili, nam quòd anima esto in se spiritualis, & indivisibilis sit, nihilominùs per se ipsam correspondeat rei, vel spatio divisibili, faciliùs percipitur, quià non correspondet illi per se ipsam immediatè, sed medio corpore sibi unito, sicut etiam Corpus Christi in Sacramentu, licet non sit ibi modo quantitativo, sed ad modum rei spiritualis, non tamen immediatè correspondet loco, sed mediis speciebus accidentium, sub quibus continetur: Cæterum Angelus non tantum servat modum indivisibilem, sed caret omni medio quantitativo,unde si correspõdet,se ipso immediatè correspõdet.

Igitur præter modum jam insinuatum P. Suarez, (quem etiam tuentur Mulina, Arrabal, Granadus, & alii recentiores) sunt alii principales. Nam Scotus in 2. dist.2. q 6., & communiter ejus Discipuli existimant non esse ad aliquid accidentale recurrendum, sed ad solam illius substantiam, sic quòd ratione istius intransitivè contingat locum, ad eum modum, quo anima nostra se ipsa intransitivè tangit corpus, cui unitur; & corpus Christi species Sacramentales.

Alter modus est P. Vasquez hìc disp.188., cap 7., & 195. cap.4.,cui subscribit ejus Discipulus Alarcon. tract.6. de Angelis disp.6. cap 5., & 6., nempè, quòd sicut anima nostra, ut dictum est, fit præsens loco mediantè Corpore; & Corpus Christi mediis speciebus, ità pariter Angelus medio quodam modo unionis in se ipso per aliquam operationem producto, & antevertente omnem operationem transeuntem fiat præsens loco. Huoc tamen modum latè impugnat Soarez ubi supra cap.6.

Alter, & principalis asserit Angelos esse in loco per contactum, seu per aplicationem suæ virtutis, si.e per eandem, ut operantem circa corpos. Ità D. Tho. hìc quæst.52. art. 1., & communiter ejus discipoli, qui in uno omnes conveniunt, scil. quantitatem virtutis operativæ, ut aplicatæ passo, vel loco, esse formalem rationem præsentiæ localis in Angelo. Discriminantur tamen in modo explicandi illam. Nam alii existimãt esse illã pro formali,qua jam intelligitur operari circa passum, ita Ferrara: 3. Cont.Gent.c.68., Salmantic. hìc tract.7. disp.2. dub.1., assert.2., & M. Arauyo dub. 1. §. *Rogabis*; quamvis hi posteriores ità assignent operationẽ ut velint ipsã intransitivè sine aliquo *Ubi* superaddito spectante ad lineam essendi esse formalem rationem locativam, in quo differunt à Ferrara:, nam hìc ex prædicta operatione asserit produci distinctum *Ubi*, eo modo quo in substantiis corporeis ex contactu quantitativo locati ad locum producitur, aut resultat ubi circumscriptivum. Quod etiam tenent Egidius, & alii plures.

Alii verò non ipsam operationem pro formali, sed aliquid antecedens assignant ad instar operationis,scil. prædictam aplicationem virtutis suæ ad illam inchoãdam circa aliquod corpus. Ità Capreol. in 2. dist.2. q.1. Cajet. hìc art.1., Argentina, & alii. Quamvis Cajet. §. *Sed advertendum*, paulò post medium intendat utrumque conciliare, nempe, quòd per aplicationem ordinatam ad operandum constituatur præsens sola præsentia ordinis, sive inchoativè tantum, & incompletè, per operationem verò completè, & perfectè, sive præsentia operationis.

Sed adhuc circa locum violentum, est discrimen inter eosdem Thomistas; nam num ad istum non se libarè per voluntatem aplicent, sicut ad naturalem, sed magis contra illã sint, vel detineantur ibi, aliqui concedunt constitui in illo per passionem, aut passivam receptionem,vel alligationem ad corpos. Ità Capreol., Cajet., Jo. à S. Thom, & alii. Alii verò dicunt, quòd hujusmodi detentio, vel alligatio supponit jam eorum existentiam in loco, & consequenter quòd tam in naturali, quàm violento, vel præter naturali, sola operatio est illis ratio formalis essendi in loco. Ità Ferrara ubi supra Mag. Ferre in manuscriptis conclus.4. § 6. qu.4., & infra de pœna dæmonum qu.5. §.1. conclus.3., & ut probabiliùs sustinet Mag. Serra hìc dub. 3. conclus.5.

Pro resolutione tamen suppono Angelos non esse in loco per modum commensurationis, aut circumscriptivè, quià cum careant quantitate, nequeunt commensurari penès mensuram quantitatis ad quantitatem, seu ad superficiem locantis, sed definitivè per modum superioris,& independentis ab illo, quod magis est continere, quàm contineri à loco, cum sola limitatione, sive libera, sive violenta essendi, aut operandi in tanto, vel tanto loco, sive hìc, quòd non alibi. Unde Div. Thom. in præsenti, & alibi frequenter dicit, quòd Angelus est in loco æquivocè respectu corporis. Ex quo etiam Mag. Serra dub. 2. conclus. 2. colligit Angelum non ità esse præsentem corpori, circa quod operatur, quòd sit ibi propriè loquendo tanquam locatus in loco, sed magis ut operans in operato, quià existimat rationem continentiæ in loco esse de conceptu quiditativo loci, quiconque sit, ut vide-

videtur sentire D. Thom. in 4. dist. 10. q. 1. ar. 3. quæstiunc. 1., ubi in fine corp. inquit. *Nihil per se & propriè loquendo est in loco, ut in loco, nisi quod loco circumscribitur. Et specialiter loquendo de creatura immateriali in 1. dist. 37. q. 3. ar. 1. ad 1. inquit, Rei incorporeæ convenit esse in loco non ut in loco, sed ut operans in operato, vel sicut forma in materia, unde etiam Angelus non dicitur localis nisi secundum quid, in quantum scil habet aliquid simile rei locali, ut scil. determinatur ad hunc locum potiùs quàm ad illum. (cujus rationem immed atè antea præmittit dicens) quòd locus est nomen mensuræ, unde esse in loco propriè significatur, ut esse in mensura, & sic nulli rei incorporeæ convenit in loco esse, scil ut in loco.*

Verum huic opinioni, (quam etiam tenet Gajet. q. seq. art. 1. §. circa prædicta *adverte dil genter*) opponunt se M. Bannez ibidem dub. 2. conclus. 3. Nazarius controver. 1. §. *Quinto sciendum*, & M. Ferre in introductione q. ex ao, quòd optimè stat posse aliquid dici æquivocè de pluribus, & nihilominùs posse adhuc propriè dici de illis. Pro quo advertunt, quòd in impositiona nominum licet ab initio impositor respiciat ad similitudinem, quam habet unum cum alio, non tamen intendit significare talem similitudinem, sed quiditatem, & substantiam rei. V.g. in hoc nomine *Canis*, licet ab initio fuerit impositum cani marino, & cælesti habita ratione ad similitudinem, quam habent cum terrestri, vel latrabili, nihilominùs impositum non est ad significandā hanc similitudinem, sed utriusq. quiditatem, & ità tam marinus, quàm cælestis adhuc propriè sunt canis, quià licet attenta eadem similitudine nomen æquivocum sit, propriè tamen dicitur de suis æquivocatis attento principali significato, quod est rei quiditas. Sic in proposito similiter dicunt, quòd licet hoc nomen locati, aut hæc locatio essendi in loco, æquivocè competat Angelo, & corpori attenta similitudine illius ad istud, ad quam fortè ab initio respexit Autor, vel Impositor, nihilominus, quià apud Theologos non significant formaliter hanc similitudinem, sed realem contactum ad locum, quem propriè etiam habent Angeli per aplicationem suæ virtutis, ideò esse in loco, optimè potest illis propriè convenire. Et quod dicitur de esse in loco, dicitur etiam de moveri localiter.

Id ipsum explicat M. Ferre sic, quòd ideo aliquod prædicatum propriè aliquibus conveniens potest adhuc æquivocè dici de illis, quià prout de uno dicitur, spectat ad distinctum genus, & differentiam, ut patet in hoc prædicato insensibilis, quod propriè cōvenit tam Angelo, quàm lapidi, cum utrq. propriè quid insensibile sint, & tamen dicitur æquivocè de utroq., quià nempè ut dicitur de lapide, dicit carentiam sensibilitatis, quæ est differentia corporum; ut verò dicitur de Angelo, dicit carentiam sensibilitatis, quæ est differentia spirituum. Sic pariter in casu; nam quià esse in loco competit corpori ratione quātitatis molis, quæ est differentia corporum, Angelo verò ratione quantitatis virtutis, quæ est differentia spirituum, & aliàs etiam utraq. quantitas ejusdem generis, vel prædicamenti non sint, æquivocè dicitur de illis, quamvis propriè utriq. conveniat. Et ità in hac opinione de sola ratione loci circomscriptivi erit continentia locati. Qua ratione duo corpora penetrata, licet ad invicem se tangant, non dicuntur tamen adinvicem locari, quià neutrum continet alterum.

Hæc opinio habet etiam suum fundamentum in D. Tho. in eodem 1. dist. relata q. 4. ar. 1. ad 5. ubi præcedentem doctrinam insinuat. Nam motum localem dupliciter asserit accipi posse. Uno modo ut convenit corporibus; & sic inquit, non convenire Angelo, nisi metaphoricè. Alio modo æquivocè, & sic propriè convenit illi. Verba illius sunt: *Et per hoc patet solutio ad 5. quià motus localis secundū quod est corporum non convenit Angelo nisi metaphoricè. Sed æquivocè loquendo de motu convenit ei propriè.* Ex quo patet nomen æquivocum posse propriè dici de suis æquivocatis, quæ est superior doctrina M. Bannez. Et per hæc etiam explicari poterant alia testimonia in contrarium adducta à M. Serra. Sed sive propria, sive metaphorica sit hæc localis præsentia ad ejus rationem formalem examinandam, sit.

§. II.

Statuitur prima Conclusio contra Scotum.

Angelus nequit esse immediatè in loco per suam substantiam, sic quòd hæc nequit immediatè se ipsa esse formalis ratio fundandi præsentiam ejus localem. Est D. Tho. hic, & infra q. 76. ar. 6. ad 3. Ubi hoc statuit discrimen inter Angelum, & animam rationalem, quòd hæc unitur corpori sicut forma per suum esse, sed Angelus per suam potentiam, & virtutem. Sic enim ait. *Dicendum, quòd substantia spiritualis, quæ unitur corpori solum ut motor unitur ei per potentiam, vel virtutem, sed anima intellectiva corpori unitur ut forma per suam essentiam. Administrat tamen ipsum, et movet per suam potentiam, et virtute.* Ubi ut patet inter substantiam corporis, & illam Angeli in ratione unionis, mediam ponit potentiam, & virtutem unitivam loco.

Ratione prob. Illud est proxima ratio fundandi præsentiam localem Angeli, quod est proxima ratio contingendi variabiliter locum, sed hæc nequit esse substantia ejus seipsa immediatè, ergo non est proxima ratio fundandi præsentiam illius localem, sed tantum radicalis, in quantum est radix operationis, & virtutis ejus. Ma: patet, quià cum Angelus non sit ubique sicut Deus, sed modo in majori, modo in minori loco, id consequenter debet esse proxima ratio fundandi ejus præsentiam realem, quod est ratio proxima contingendi variabiliter locum. Mi. verò prob. quià substantia Angeli secundum se est omninò invariabilis, cum in se sit semper una, & indivisibilis, vel ejusdam rationis. §. Urg. & expl. hoc. Quamvis substantia angelica in sua perfectione essentiali limites habeat, & certos gradus, sicut & qualibet alia creatura, non tamen in ordine ad locum, cum ejus contactus, & præsentia localis, sit quid accidentaliter conveniens, ac proinde variabiliter, modo in majori, modo in minori loco, sed se ipsa immediatè est incapax hujus variationis, cum secundum se sit semper indivisibilis, ergo prout sic nequit esse formalis ratio tangendi variabiliter locum.

Dices ita esse, quod secundum substantiam suam præcisè sit indifferens ad ma., vel minorem locum, ut tamen se determinet ad essendum in ma., vel minori, satis est diversa aplicatio voluntatis; aut diversū dictamen practicū, sicut anima nostra cū sola diversitate dispositionis ex parte corporis, per se ipsā immediatè modò informat majus, modò minus corpus esto similiter in se sit invariabilis, & indivisibilis, vel spiritualis. §. Sed contra est. Nam hæc solotio, val inci-

incidit in fantentiam D. Tho., vel nollam assignat rationem formalem, ergo est insufficiens. Prob. ant. Quià diversa aplicatio, vel diversũ dictamẽ aut se habet ut ratio formalis, vel solum ut conditio, si primum est nostra sententia, scil. aplicationem virtutis esse formalem rationem. Si secundum, diminutè procedunt, & nullam assignant rationem formalem, quam tamen tenentur assignare sicut & cujuslibet effectus tenemur assignare aliquam causam.

Expl., & urg. hoc. Nã remota aplicatione volũtatis, semanet substantia secundũ se cũ sola sui indifferentia ad ma., vel minorem locũ, ergo etiã posita aplicatione, & dictamine practico nõ habetur determinatus cõtactus ma., vel minoris loci. Prob. cõs. Nã posita sola aplicatione causæ indifferentis nequit haberi determinatus effectus, ergo si substantia Angeli secundũ se ante omnem aplicationem, & dictamen est indifferens, etiam his positis nequit habere determinatum contactum ma., vel mi. loci. Prob. ant. Quia sola aplicatio causæ non dat illi diversum modum operandi, ut patet in forma indifferenti ad dealbandum, & nigrefaciendum, nam quantumvis aplicetur adhuc manet cum sua indifferẽtia sine influxu determinato ad dealbandũ potiùs, quã ad nigrefaciendum. Et ratio à priori est, quià aplicatio supponit naturã causæ, & nõ immutat illã, cum non sit illi ratio operandi, val producendi effectũ, ergo si causa est indifferens relinquit illam cũ sua indifferentia, ac proindè substantiã in casu secundum se indifferentem sine determinato contactu loci, sed indifferenter ad utrumqua se habentem.

Et per hæc patet ad exemplum de anima nostra. Nam cum unio illius ad corpus sit naturalis, posita tanta dispositione ex parte materiæ tenetur informare totam illam materiam, nec prolibito informare minorem. Et idem est de Corpore Christi, quo etiam utuntur in confirmationem ejusdem solutionis. Nam posito, quòd fiat ex tanto pane nequit indifferentes esse in minoribus speciebus, sed in illis tanti panis, ex quo fit. Ceterum Angelus posito tanto, vel tanto loco, de se est indifferẽs prolibito esse in med etate, unde ad determinatum illius contactũ in tanto, & non in majori, nõ sufficit sola aplicatio, sed requiritur aliquid per modum rationis formalis, quod ipsi non assignant, sed solam causam indifferentem, & aplicationem ejus, unde non evadunt vim argumenti facti.

Dices non sufficere hanc solam respectu causæ indifferentis ad dandum determinatum effectũ si sit causa indifferens ex defectu actualitatis, ex qua oritur impotentia ad dandum illum, secus verò si sit defectus ex parte tantum connotati, ut contingit in Angelo, cujus indifferentia non oritur ex impotentia, aut defectu actualitatis, sed solius loci, unde posita sola ejus aplicatione voluntatis ad illum, sufficienter habetur ratio formalis essendi in tanto loco, quod utroq; superiori exemplo conantur explicare.

Sed hæc solutio rejicitur eadem replica. Nam proposito quolibet loco determinato potest Angelus pro sua libertate esse in sola medietate illius, ergo nequit ex sola parte connotati accipere determinationem ad essendum in tanto loco. Ant. patet quià voluntariè, & activè quolibet proposito unitur illi, & non naturaliter, & passivè, vel circumscriptivè, ergo prolibito potest esse in sola medietate, & nõ in toto. §. Ex his iterum retorquetur utraque paritas. Nam ex eo anima nostra, posita sola dispositione ex parte materiæ, informat tantam materiam, & non majorem, quià juxta quantitatem dispositionis obligatur ad informandum tantum, & non prolibito, ut dictum est, (& idem est de Corpore Christi,) ergo si liberum est Angelo, proposito quolibet loco, occupare vel totum, vel solam mediatatem non potesit determinationem accipere à solo connotato.

§. III.

Statuitur secunda conclusio contra Suarez, & Vasquez.

PEr utrumq; illorũ modũ non sufficiẽter explicatur formalis ratio essendi in loco. Et quidem de priori reccurrente ad ubi, seù modum præsentiæ patet ex dictis insufficienter procedere, quià difficultas modò est de fundamento hujus præsentiæ, vel modi illius, & ipsam præsentiam supponimus. §. Sed deinde prob. concl., & simul impug. hìc modus dicendi. Præsentia, vel ubi locativum supponit formalem rationẽ locandi, ergo vel hæc non assignatur, vel statuitur in aliquo posteriori supponente illam, quod est implicatorium, cons. tenet, & ant. prob. Quià formalis ratio essendi, (de qua modò agimus) est formalis ratio contingendi locum, ut dictum est, sed prædictum ubi, vel præsentia localis supponit contactum, ergo. Prob. mi. ex ejus definitione, nam ubi est quid resultans ex adjacentia ad locum, unde secundum diversum modum tangendi illum resultat diversum ubi, scil. vel definitivum, si sit contactus virtutis, vel circumscriptivum, si sit contactus molis, ergo. Ex quo etiam patet, quòd dum non explicat hanc diversitatem modi tangendi, & formale distinctivum unius ab alio, omittit præcipuam vim difficultatis; quomodo scil. contingat locum, & unde habeat, ut resultet ubi diffinitivum distinctum à circumsciptivo.

Dices posse argumentum retorqueri contra Thomistas. Nam isti etiam unam tantum assignant formã ad operandum in loco, & ad essendum in illo, & tamen prætendunt explicare difficultatem sine omni defectu, vel diminutione, ergo pariter idem modus sufficienter explicabit illam, esto non assignet aliquid antecedens ad ubi, vel præsentiæ localis, sed hanc solam. §. Sed contra hoc est. Et in primis poterat instari eodem argumento. Nam de ratione ubi intrinseci, sive formę ubicativæ est, quòd supponat contactum, ut patet ex ejus conceptu definitivo; quælibet enim res supponit suum fundamentum, ergo nequit confundi, vel coincidere cum formali ratione locandi, quod tamen non militat de forma, ad quam reccurunt Thomistæ, quæ cum se habeat per modum rationis formalis, vel fundamenti, ut constabit infrà, non tenetur supponere aliud fundamẽtum, nisi velimus procedere in infinitum, sed se ipsa est talis, ut communiter dicitur de qualibet ratione formali.

Deindè impug. sic, & urg. hoc ipsum. Nam ex eo in sententia Thomistarum sufficit eadem forma, quià præcisè intellecta operatione Angeli in loco sufficienter intelligitur contingere locum, eiq; uniri, sed præcisè intellecto ubi, vel forma ubicativa non intelligitur Angelum uniri loco, sed esse unitum, ergo benè stat quòd eadem forma sufficiat in nostra sententia, nõ tamen in opposita. Mi. patet ex dictis, quià Ubi resultat ad contactum, sive ad unionem illius in loco. Tum quià forma ubicativa, nihil aliud est, quàm relatio indistantiæ ad locum constituens formaliter, vel in facto esse, & completè locatũ in illo, ergo nequit intelligi nõ supposita re locata indistante in loco, & conse-

quen-

quenter non dat, sed supponit unionem. Ma. etiam cunstat nam operans in aliquo loco verè unitor illi, & contingit contactu virtutis. Quod patet ex discrimine inter locatum difinitivè, & circumscriptivè, quòd istud cum distet à loco distantia quantitativa, vel molis tenetur priùs vincere hanc distantiam per approximationem formæ ejusdem rationis sive per quantitatis juxtàpositionem, antequam intelligatur operari in illo: Angelos verò cum distet sola distantia virtotis, indiget sola aplicatione virtutis ad vincendam distantiā sui à loco, & ideò non est ei necessaria duplex forma, sicut locato quantitativo, sive quaotitate molis, ut intelligatur in eodem operari.

Ex his etiam prob. 2. pars concl, & simul impug. posterior modos P. Vasquez recorrentis ad modum unionis. Tum quià modus iste similiter resultat, vel supponit cōtactū ut per se patet, & eodē modò probari potest, sicut de ubi. Tū deinde. Quià Angelus, ut dictū est, nō est in loco circōscriptivè, sed definitivè, ergo ejus formalis ratio locandi nequit sufficiēter explicari per modū antevertentē omnē illius operationē transeuntē. Prob. cons. Nā formalis ratio locādi definitivè, est formalis ratio vincēdi distantiā definitivā, sive virtutis, sed hæc nō sufficientur explicatur per aliquid prævium ad aplicationem virtotis ad locum ergo. Ma. patet, quià sicut formalis ratio locandi circumscriptivè est formalis ratio vincendi distentiam circumscriptivam, ità formalis locandi definitivè, est formalis vincendi definitivam. Et ratio utriusque est: quià formalis ratio locandi est formalis ratio contingendi, vel uniendi loco, ergo est formalis ratio vincendi otramq; distantiam locati à loco. Mi. verò atiam patet eadem paritate. Nam formalis ratio vincendi distantiā quantitativam, vel molis nequit sufficienter explicari per aliquid antecedens aplicationem quantitatis ad locū, ergo nec formalis vincendi definitivam, vel virtutis potest sufficienter explicari per aliqoid antecedens aplicationem virtutis ad illom. Sicut ergo locatum circumscriptivè unitur, & constituitur in loco per juxtà positionem quantitatis ad illum, & non per aliquid prævium, ità locatum definitivè per juxtà positionem, ut sic dicamos, sive aplicationem suæ virtutis, (quæ est quantitas ejus) ad eundem.

Dices hanc rationem militare contra commune principium, quòd agens, & patiens debent esse simul, antequam agant, onde sicut locatum circumscriptivè debet esse priùs unitum loco antequam agat in illo, per formam, vel aliquid antecedens, ita pariter locetū definitivè, scil. per modum prædictū, unde paritas poterat retorqueri. §. Sed cōtra estnā licet ita sit, quòd agens, & patiens debeāt esse simul anteq. agant, non tamen per modum aliquem unionis prævium, sed per propinquitatem, vel aplicationem quantitatis, vel molis, si sit corporeum, vel per illam virtutis, si sit superius, vel spirituale, ergo nihil obstat rationi factæ prædictum axioma. Utrobiq. enim vincenda est distantia, ut habeatur simultas necessaria ad operandum, constat autem hanc non vinci per unionem, sed magis supponi victam ante illam per aplicationem utriusq. quantitatis. Licet discrimen sit quòd agens, vel locatum corporeum, nequeat superare illam per suam operationē; sed per quantitatem, ut aplicatam; spirituale verò sola sui operatione sit simul cum passo.

3. Ex his impug. idem modus, & præcedens solutio. Quià videtur incidere in sententiam, quam impugnare intendit. Nam ex eo per eundem Autorem modus unionis, & non operatio est formalis ratio præsentiæ angelicæ, quià ad operationem requirtur prævia simultas cum passo, sed hanc non salvat, aut non convincit hic modus dicendi anta, vel præviè ad operationem, sed solum in elicientia illius, ergo ex eadem simultate non rectè infertur Angelum constitui in loco per aliquid antecedens, & distinctum ab operatione, sed solum in elicientia illius, quod intendit sententia, quam impugnat. Prob. mi., quià hic modus unionis in eadem sententia producitur, vel resultat ad operationem angelicam, sed hæc operatio nequit esse purè immanens in Angelo, sed transiens ad passum ergo ante omnem illius operationē non salvat præviā simultatē cum passo. Prob. mi. quià modus ille unionis nequit produci in Angelo solitariè, sive discretè, aut seorsim sumpto, cum sit quidam nexus utromq. uniens, ergo operatio productiva illius non est purè immanens, sed transiens ad passum.

Dices transire quidem ad illud, at non formaliter, quasi sit formalis ratio uniendi, aut per illam Angelus contingat locum, sed præsuppositivè, vel causaliter, quià est productiva ejusdem modi unionis, quo habet Angelus uniri loco. §. Sed contra hoc est, & redit idem argumentum. Nam modus iste, ut dictum est, nequit produci in Angelo quasi abstractivè, vel solitariè sumpto, nisi iterum velimus nexum, vel unionem productam, vel actualem sine extremis unitis, vel connexis, quod videtur ex terminis repugnare. Tum quià cum corpus, vel passum, cui vult Angelus uniri mutabile sit, magis idem modus esset necessarius, vel magis se teneret ex parte corporis, quàm ex parte Angeli, ergo debet operatio productiva illius transita ad illud, & non præcisè sistere in Angelo.

2. impug. solutio admisso etiam, quod idem præteodit. Nam si Angelus juxte intentum illius nō contingit locum per operationem productivem, sed per eundem modum nō sufficienter explicatur quisnam sit contactus Angeli cum loco, ergo est insufficiens hic modus ad explicendā locationē angelicam, & consequenter præsentē difficultatem, quæ ut dictū est in modo contingendi locum consistit. Prob. ant. contactus ex modo unionis cōveniens nec potest esse formalis, cum non uniatur, aut non sit per modum formæ; neq. etiam per modum subjecti cum accidente, cum non sit objectum loci, sive corporis, vel passi; nec motoris cum re mota, quià in opposite sententia ut prætendit Autor illius, præcedit operationem transeuntem, ergo non explicatur, in qua consistat.

§. IV.

Statuitur conclusio resolutiva circa locum naturalem.

Formalis ratio præsentiæ Angelicæ in loco ejus naturali est illius operatio, per quam immediatè agit in illo. Dico immediatè, quià non est necessarium, quòd per præsentiam suæ sostantię in omni loco sit, ad quem ejus operatio se extendit, quià cum possit agere in distās diffundendo suam virtutem per aliquod intermedium spatium, potest in uno corpore esse per solā operationē, & effectum, quem causabit in illo, & in alio per suam realem præsentiam, & substantiam, sicut dicitur de animæ Christi 3. p. q. 52. art. 2. descendisse ad inferos, non quòd fuerit in omni

omni parte per suam tealem præsentiam, & substantiam, sed solum per hanc ad Lymbum Patrum, ad infernum verò damnatorum per suos effectus, & per virtutem ab illo derivatam, quæ dicitur præsentia non suppositi, sed virtutis.

Sic explicata est D.Th. hìc art.1.in corp., vbi non solam statuit hanc nostram conclusionem, sed atiam distinctè explicat modum præsentiæ angelicæ, sivè dafinitivæ Angeli in loco dicans. *Per aplicationem igitur virtutis angelicæ ad aliquem locum qualitercunq. dicitur Angelus esse in loco corporeo. Et secundum hoc patet, quòd non oportet dicere, quòd Angelus commensuretur loco, vel quod habeat situm in continuo: hoc enim convenit corpori locato prout est quantum quātitate dimensiva: Similiter etiam non oportet propter hoc quòd contineatur à loco. Nam substantia in corporea sua virtute contingens rem corpoream continet ipsam, et non continetur ab ea. Anima enim est in corpore ut continens, et non ut contenta, & similiter Angelus dicitur esse in loco corporeo non ut contentum, sed ut continens aliquo modo.* Ità D. Tho. Ubi constat, quod prædicta aplicatio virtutis angelicæ, siuè potentiæ activæ Angeli est operatio ejus transiens ad passum, sicut aplicatio virtutis divinæ ad creaturam est opetatio ejus, unda etiam Deus in omnibus rebus est ratione suæ operationis ut dicitur supra qu. 8. ar. 1. idem docet in 1. dist. 37. q.3. ar.1. & quodlib.1. att,4. & 3. cont, Gent. c. 68. ratione 1.

2. Prob. rationa sumpta ex eodem 1. sub forma, qua supra. Illa est formalis ratio fundandi præsentiā angelicam, quæ ast formalis ratio tangendi locum, sed hæc est sola ejus operatio transiens, ergo sola hæc est formalis ratio ejusdem præsentiæ. Ma: patet ex dictis; & mi: præterquam quòd probata est etiam suprà, adhuc suadetur primò sic. Nam formalis ratio tangendi in Angelo non ast forma faciens ultima, sivè extrema simul, ergo est forma faciens operantē simul cum passo, scil. operatio. Ant. patet, quià prior simultas tantum convenit rebus corporeis, nam sola corpora tangunt se, habendo ultima simul: cons. verò prob., quià contactus in universum intra lineam locatiuam, vel est par quantitatem molis facientem ultima simul, vel per quantitatem virtutis facientis in simul operantem cum passo ergo si in Angelo utpotè incorporeo nequit esse prior forma faciens extrema quantitativè simul, erit posterior intra eandem lineā faciens simul operativè, scil. aplicatio virtutis, sivè operatio.

2. Prob. eadem principalis mi. Illa est formalis ratio tangendi locum, quæ est formalis ratio ut vidimus, occupandi illū variabiliter, sed hęc est sola ejus operatio transiens ergo. Prob. mi., quià hæc sola est libera, & consequenter hæc sola facit variabiliter tangere, ut docet D Tho. ibidem ar. 2. Unde nec potest assignari substantia ejus secundum se ut probatum est, cum sit omninò indivisibilis: nec præsentia localis in minori loco, quià hęc atiam supponit contactum ad minorem, nec tandem modus ille absolutus unionis, quià ut pariter ostensum est, nequit hic esse unitivus nisi per operationem transeuntem, & non ante illam, ergo sola est assignabilis operatio transiens dans hunc variabilem contactum.

Dices quòd licet hæc operatio sit variabilis, non tamen intrinsecè subjectatur in agente, vel in Angelo, sed in passo; formalis autem ratio locandi debet subjectari intrinsecè in re locata, & extrinsecè tantum se habere ad locum, si velimus dare locato suum effectum formalem, ut patat in quantitate, per quam corpus est in loco. 6. Sed contra hoc est, & in primis admisso etiam operationem formaliter transeuntem non esse subjectivè in agente, sed in passo, (ut probabiliter aliqui etiam ex nostris defendunt, licet oppositum sustinuimus in physicis, ut ibidem explicatum est.) Id tamen negatur omninò de virtualiter solum transeunte, qualis est angelica.

Sed permisso etiam, quòd hæc subjectetur in passo, & sit formaliter transiens adhuc tamen impug. solutio sic. Quamvis subjectetur in passo, illum tamen constituit operantem, aplicativè illi subordinando passum, ergo adhuc est formalis ratio occupandi variabiliter locum, cons. tenet, quià formalis ratio subordinandi illi passum, est formalis occupandi illud variabiliter, scil. cum dominio, & superioritate, quod est pro sua libertate modò majus, modò minus: Ex quo prob. etiam ant., quod sumitur ex superiori doctrina D. Th. Nam Angelus non est in loco commensurativè, & per modum contenti, sed continentis. ergo optimè componitur operationem illius in eo nō esse subjectivè, & nihilominùs cōstituere illum in loco aplicativè illi subordinando passum. Prob. cons. Quià ideò formalis ratio locādi requiritur esse in locato circūscriptivè, quià illud cōstituit in loco passivè per modum contenti, ergo si Angelus in illo non est passivè, sed activè per modum superioris, & continentis, satis est quòd operatio sit illi ratio agendi, vel constituat agentem, licèt intrinsecè in illo non subjectetur, sed in passo. Unda poterat retorqueri paritas illa locati quantitativi.

Dicas 2. rationi factæ, quòd contactus, aut quantitas virtutis est duplex, alter spectans ad lineam essendi, alter ad lineā operādi. Unde ex eo quòd Angelus sit in loco per contactum virtutis, & non molis, non rectè infertur esse in illu per operationem, sed magis juxta D. Th. per priorem in linea essendi; nam cap. relato ex contra Gent., & ar. 4. ex quod lib. docet, quòd sicut corpus est in loco per suam quantitatē molis, ità Angelus per suam virtutis, constat autem quòd quantitas molis pertinet ad lineam essendi, & ità si velimus de illa Angeli comparativè loqui ad illam corporu, intelligi debet de quantitate virtutis pertinente ad illam essendi, aliàs erit comparatio, vel paritas æquivoca, Tum quià videtur argui à superiori ad inferius affirmativè, cum sit contactus quid veluti superius, aut commune ad utrumque.

Sed contra hoc est, & in primis quantum attinet ad mentem D. Th. quòd loquatur determinatè de contactu virtutis operativæ, non entitativæ, vel molis, nullo modò est dubitādum, cū expresè loquetur de quantitate virtutis, seu de istius aplicatione per quam contingit locum. Certum est autem hunc non contingere, ut explicatum est ex eodem, nisi per quantitatem virtutis operativæ, quod clariùs expressit in eodem c., ubi sic concludit. *Relinquitur ergo quòd Angelus definiri, vel determinari non potest ad locum aliquem, nisi per operationem, quæ effectum aliquem in eo causat, (& infrà etiam) Angelus est in loco, quatenus operatur circa aliquod corpus, vel motum, vel lumen, vel aliud hujusmodi.* Unde paritas, vel locutio illius comparativa debet in sano sensu, juxtà subjectam materiam interpretari, non materiali, & veluti grammaticali, sed formali; nempè quòd sicut corpus contingit locū per suam quantitatē molis, qui est contactus proprius, ità Angelus illū contingit per suam virtutis, qui est metaphoricus. Quidquid deindè sit, quòd prior quantitas spectet ad lineam es-

essendi, posterior verò ad illam operandi. Hoc enim non est ad rem, nec facit ad intentum illius, unde paritas sumenda est proportionaliter, & similitudinariè, quià metaphoricus fit per actionem ut explicat ibidem. Per quod magis excluditur identitas lineæ, quam intendit solutio. Et per hæc etiam patet ad id, quod subditur de argueudi defectu à superiori ad inferius affirmativè. Nego enim suppositum, quòd Angelus admittat alium contactum virtutis, præsertim in hac linea, nisi virtutis operativæ, aut quòd hæc sit sub alio superiori contactu intra illam.

Secundò impug. solutio pariter ex dictis, vel eodem argum. Angelus non est in loco per modum contenti, sed continentis, sivè activè sibi subordinentis locum, ergo formalis ratio locandi in illo, non est quantitas virtutis illius in essendo, sed in operando. Prob. cons., quià prior quantitas non facit hanc subordinationem, ut patet, cum nihil ponat intrinsecè in passo, sed sola posterior operativa, ergo. §. Expl. hoc. Quià neqoit aliter concipi ratio loci, & locati, nisi per hoc, vel quòd locus subdat sibi locatum, si sit ejus mensura quantitativa, vel circumscriptiva; vel ex opposito, quòd locatum sibi locum subjiciat, si in illo definitivè sit; sed priori modo nequit Angelus esse in illo cum sit purè spiritualis, & absolutus ab omni corpore, & ab ordine ad illud, ergo erit posteriori modo per modum superioris, & subordinautis sibi activè locum, ergo cum hæc subordinatio haberi nequeat per quantitatem virtutis de linea essēdi, (cum secundum se, vel secundum suam cutitatem disparatè se habeat, & indifferenter ad hūc, vel illum locum,) solum haberi poterit per illam de linea operativa.

Dices, quòd licet Angelus non subordinetur loco quasi passivè, sicut locatum quantitativum, subordinatur tamen limitativè, & definitivè veluti materialiter, quatenùs à quantitate ejus limitatur, & definitur virtus angelica, itaut in tanto loco esse possit, & non in majori, aliàs posset esse ubiq; sicut Deus: Unde etiam manens modò in hoc loco, tantam distantiam participat ab illo, & servat determinatè, & non majorem ad polos mundi, & centrum terræ, quod est aliquo modò subordinari illi in linea locabilitatis, licet non in illa essendi. Et quòd hìc modus limitationis, scil. superioris ab inferiori non sit alienus, patet in doctrina D. Tho., qua nos dicimus, (ut alibi explicatum est) non posse creaturam assumi à Deo etiam ut instrumentum ad aliquid creandum, quià eo ipso quòd sic assumitur à Deo, virtus Divina quodammodo limitatur, & quasi materialiter determinatur, ne se extendat ad ens in quantum ens, ut requiritur ad influxum creativum, aliàs frustra assumeretur, ut ait D. Thom., si nullo modo haberet limitari, aut determinari.

Sed contra hoc est: nam quidquid sit, quòd virtus ejus possit sic limitari, vel determinari, non tamen hoc est subordinari loco, sed magis illum subordinare sibi, ut patet eodem exemplo virtutis Divinæ, ergo ex eo quòd non possit esse in majori, perperam infertur subordinatio ejus ad locum quęcunque sit: sicut in alio etiam simili de virtute eadem operativa Dei explicatum est supra de voluntate ejus, nullam inferre illi subordinationem, aut dependentiam, quòd non possit concurrere ad actionem meam vitalem sine meo concursu, quià id non oritur ex aliquo defectu ejusdem virtutis, sed ex sole essentiali dependentia actionis vitalis à principio intrinseco viventis, quià debet istud se movere per illam, quod nequit fieri per actionē à se non elicitam, vel productā. Unde similiter Angelus dicitur limitari ad tantū, vel tantū locum nō quià subordinetur, aut dependeat ab illo, cum pro sua libertate sit in tanto, vel tanto, sed quià cum virtus ejus non sit infinita, sicut illa Dei, nequit ad infinitum locum se extendere, sed ad tantum, vel tantū, & non majorem, quod solum arguit locabilitatem finitam, non subordinatam, & dependentem, aut passivam, vel commensurativam sui ad locum. Et idem similiter est de distantia ad polos mundi, & centrum terræ.

Quibus addi potest, quòd cum extrema intra hanc lineam locabilitatis disparatè se habeant inter se, nequit inter utrumque intelligi hæc habitudo, vel connexio locationis definitivæ, aut limitationis, nisi ponatur aliquod medium conjungens, & unicus, quod non est aliud assignabile nisi operatio, qua Angelus pro sue libertate operatur in illo, ac proinde sine ulla subjectione, aut subordinatione ad eundem. Quòd si iterum recurrat ad prædictum modum unionis, iam sufficienter dictum est. De locu verò violento dicemus infine.

§. V.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. in favorē Scoti. Substātia angelica ratione sui immediatè potest esse in loco, ergo illa est formalis ratio essendi in illo. Prob. ant. Tum quià in illo se habet ut quantitas virtutis, ut colligitur ex D. Thom. supra q. 42. ar. 1. ad 1., ubi duplicem distinguit quantitatem aliam molis, vel dimensivam, aliam virtutis, quæ attenditur, ut inquit ibidem, secundum perfectionem alicujus naturæ, vel formæ. Tum quià substantia materialis ratione sui immediatè potest esse in luco, ergo etiam angelica. Cons. tenet à paritate. Ant. verò prob. Nam aqua modo existens in vase, remota miraculosè quantitate manet in eodem loco, cum adhuc existat in rerum natura, nec sit extra vas, nec sine omni loco, ut patet, ergo similiter Angelus operans in hoc loco, & consequenter existens in illo, si Deus subtraheret ab illo suum concursum ad illius operationem necessarium, tunc cessans ab operatione adhuc maneret in eodem loco, præsertim si Deus non præstaret concursum ad operandum alibi.

Resp. neg. ant. Ad 1. prob. dist., & simol explico ant., est quantitas virtutis sumpta pro perfectione entitativa, (de qua loquitur ibi D. Thom.,) neg., pro operativa, conc., & hanc dicimus juxtà D. Thom. esse necessariam, ut probatum est. Ad 2. neg. pariter ant. Ad prob neg. iterum ant., & suppositum illius, quòd remota quantitate, remaneat formaliter ut quid locatum in loco, nam remota forma necessè est etiam removeri effectum formalem ejus, cum effectus formalis formę sit forma ipsa communicata, ut patet in albedine, qua ablata à corpore, removetur formalis ejus effectus disgregandi visum. Et ad aliud ejusdē prob. dist., manet intra vas tanquam in loco, neg., ut pars universi conc., & idem similiter dicimus de Angelo, quòd nullibi operans nullibi est tanquam in loco, sed solum ut pars existens universi. Unde neq. esset intra vas, neque extra iotrà hanc lineam loci, sed solum esset intra, sicut & Angelus intrà universum sola præsentia reali, non locali, sicut in physicis explicatū est proportionabiliter contra Bezanitas de corpore Christi in Sacramento, quòd est ibi præsentia reali, (quam ipsi negant)

gant) licet non sit præsentia locali, ex cuius carentia inferebant carantiam totius pręsentię realis, cum tamē optimè subsistere possit miraculosè una sine alia, ut etiam ostenditur 3.p. de Sacramento Eucharistiæ.

Sed instas. Quià non stat aquam ad huc aliquomodò manere intrà vas nisi pariter maneat indistans, ut per se patet, aliàs nullo modò esset intrà, ergo non stat aliquomodo manere intrà, & non manere per modum locati. Prob. cons. quià præsentia localis, ut vidimus, nihil aliud est quàm relatio indistantiæ à loco. §. Propter hanc instantiam Mag. Ferre hìc §. 2. ad 2. relinquit priorem solutionem, qua utuntur Salmantic. Unde ad arg. factum respondet, quòd in casu substantia aquæ neque esset intra, neque extra, quià intra, & extra sunt effectus formalis quantitatis, unde si quià quantitas est formalis ratio locandi, eadem ablata non manet ampliùs aqua ibi per modum locati in loco, quià pariter est formalis ratio essendi intra, & extra, nec eadem remota verificabitur esse intra, vel extra, sed præcisè ut insinuat prior solutio, ut aliquid existens in universo, sed sine intraneitate, & extraneitate, retinens solam exigentiam essendi in vase, tanquam in loco, quià ibi illum amiserat; & ideo si illi restitueretur quantitas propria, de novo intra illud esset tāquā in loco. Itaq; hic Author ut olim hìc Romæ insinuabat, sentit quòd sicut ratio partis formaliter ità depēdet à quātitate, ut hac remota non habeat substantia partes pro formali, sed tantum portiones entitativas, ità similiter dicit hìc, quòd ratio essendi intra, vel extra ità est effectus illius, ut sine illa haberi non possit.

Nilominùs sustinendo eandem solutionem, (quæ videtur satis favere prædicto mysterio corporis Christi, de quo suo modo dicimus esse intra Sacramentum licet non sit ibi ratione quantitatis, sive secundum pręsentiam localem, aut tanquam in loco, vel per modum locati) respond. dist. ant., nisi pariter sit indistans, negativè, sive remotè, vel fundamentaliter, conc. positivè, sive proximè, vel formaliter, nego, sicut enim in simili dictum est proportionabiliter in logicis, quòd sicut remota relatione à duobus extremis albis manent tantum similia remotè, vel fundamentaliter, nō proximè, & formaliter, ità remota quantitate à substantia aquæ locata prius intra vas, remanet indistans non proximè, vel formaliter, sed fundamentaliter, & remotè, sive non positivè, sed veluti negativè, & hoc modo etiam verificatur, quòd esset intrà. Quamvis autem esse intra, vel extra positivè, & proximè, vel prout desideratur ad rationem locati, dicatur esse formalis quantitatis effectus, non tamen radicaliter, aut remotè tantum, vel negativè. Et idem similiter dici potest de ratione partis, ut ibidem explicatum est, quòd licet ratio partis pro formali, vel prout importat distinctionem oppositam confusioni, vel positivam extraneitatem unius ab alia habeatur à quantitate tanquam à forma, non tamen ut præcisè dicit distinctionem oppositam identitati, vel extraneitatem tantum veluti negativam.

Sed contra utramque solutionem instas. Implicat, quòd aliqua substantia in rerum natura sit, & alicubi positivè non sit, sive tanquam quid locatum, vel positivè indistans à loco, ergo neutra subsistit. Prob. ant. Implicat quòd sit in rerum natura, & non sit durans pro omni, vel pro tempore determinato, ergo pariter implicat, exercitè existere, & non positivè existere in aliquo loco, præsertim loquendo de substantia corporea, cum non minùs hæc sit subjecta loco, quàm tēpori. §. Dices cum eisdem Salmanticensibus, neg. posterius ant., quòd nempè implicet esse in rerum natura, & proximè non duret, sed satis esse, quòd fundamentaliter tantum, duret, si semel duratio intrinseca separetur à re durante, à qua realiter distinguitur, unde sicut duę albedines, ut dictū est, secundū se sunt similes fūdamētaliter; proximè, verò vel formaliter per relationem superadditam, ità quælibet res est durans fundamentaliter per suam entitatem; formaliter verò per formam realem superadditam, scil. durationem intrinsecam, quæ si removeatur, tunc nec pro toto, nec pro determinato tēpore dicetur formaliter durare, sed fundamentaliter, & veluti præcisivè se habere pro formali iotrà hanc lineam.

Sed contra hoc est. Nam admisso etiam, quòd duratio distinguatur realiter à re durāte, vel ab existentia ejus, (cujus tamen oppositum ostendimus in 4. Phys.) nihilominùs est per se connexa inseparabiliter, ergo non stat rem, vel substantiam sive corpoream, sive incorpoream, vel angelicam existere in rerum natura, & formaliter non durare, sive coexistere tempori, vel æuo coexistenti. Prob. cons, simul cum ant. Quià durare nihil aliud est, quàm permanere in esse, ut patet ex terminis, ergo non potest non esse per se connexum cum existentia rei, ac proinde non stat rem existere, & intrinsecè non durare, vel coexistere mensuræ proprię durationis, sive sit ævum, sive tempus, quamdiù istud perseverat, quiquid sit post judicium eovē cessante.

Aliter ergo resp. neg. ant. Ad prob. neg. cōs., quià quidquid sit de duratione, non ità connectitur præsentia localis cum re existente, sicut duratio cum propria ejus duratione, ut dictum est, nam præsentia localis convenit medio aliquo separabili, scil. media quantitate molis, vel virtutis operativæ, à qua potest cessare Angelus, cum liberè operetur, ut dictum est; & à substantia etiam corporea separari potest prior quantitas, ut constat in Sacramento altaris; cæterum permanentia in esse separari non potest à re existente, quamdiù existit, & durat ejus actio conservativa. Et quidem eadem instantia solvēda est ab omnibus juxtà prædictum mysterium, ubi, ut insinuatum est, est vera, & realis præsentia, & existentia corporis Christi sine locali.

2. Arg. præcipuo fundamento oppositæ sententię. Quià prius est Angelum esse præsentem in loco, quàm operari, ergo formalis ratio præsentiæ angelicæ non est operatio. Cons. tenet, & ant. prob. 1. Quià prius est esse, quam operari, ergo prius est pariter esse in loco, quàm operari in illo: cons. tenet, quià sicut operari sequitur ad esse, & præsupponit illud, ità pariter operari in loco, sequitur ad esse in illo, nec videtur etiam intelligibile oppositum, cum repugnet aliquem alicubi operari, & non esse ibi præsentem. Secundò. Quià prior est aplicatio agentis ad passum, quàm operari circa illud, nam actio transiens egreditur ab agente, & educitur ex passo, unde habet illud pro subjecto eductionis, circa quod operatur, ergo prius est esse præsentem, aut conjungi cum passo, quàm operari in illo.

Ad hoc dicimus in primis, esse à contrariis, & ab omnibus solvendum in ipso contactu loci. Quià non minùs esse præcedit tangere locum, quàm operari in illo, ergo si quià præcedit operari, debet prius esse in loco, quàm operari in illo, debet pariter prius esse in eodem, quàm tangere illum. Pro omnibus ergo neg. ant. Ad 1. prob. dist. ant., prius est esse simpliciter conc., esse determinatè, vel in loco neg. ant., & ma-

manifestè iterum insto in locato corporeo, quòd debetet priùs esse in loco quàm taugere illum, quod est in intelligibile, cum per suum contactum constituatur in illo. Sicut ergo corpus, quià constituitur in loco per suum contactum molis, non tenetur priùs esse in loco, quàm contingat illum quantitativè; pariter Angelus, quià constituitur in illo per suum contactum virtutis operativæ, non tenetur esse priùs in eodem, quàm contingat illum operativè. Unde non est eadem ratio de esse simpliciter, & de esse determinatè, vel in loco. Nam in linea essendi simpliciter cum nullum agēs possit causare proprium esse, (nisi velimus quòd possit producere se ipsum, & sit antequam sit, quod implicat) necessè est, quòd esse simpliciter præsupponatur ad omnem actionem; cæterum esse determinatum, cum ex opposito causetur per propriam actionem, ut probatum est,) prius est operari in loco, quàm esse in illo; de quo videri possunt Cajet. hìc ar. 1., & supra q. 8. ar. 1. Capreol. in 2. dist. 2. qu. 1. ar. 3. ad 5. contra 1., & D. Thom. Quodlib. 1. q. 3. ar. 1. ad 1.

Ad 2. prob. M. Jo. à S. Th. hic ar. 2. ad 1. postquā distinxerat 1. ant. de præsētia ordinis, quando scil. incipit ordinare se ad aliquē locū per aplicationem practicā, & de præsentia completa, & in actu 2., de qua negat idem ant., distinguit duplicem formalitatem in actione transeunte Angeli, (per quam habetur hæc posterior præsentia,) aliam aplicationis, & conjunctionis cum loco, quatenus habet vim conjungendi agens ad passum in actu 2., & completè, & aliam operationis, & productionis effectus in illo: Unde juxtà hanc doctrinam poterat distingui utrumque ant. Prius est, aut prior est aplicatio agentis ad passum, habita per eandem actionem sub ratione, vel munere aplicationis, conc., per formam distinctam ab actione, neg. Hanc etiam solutionem adhibet Gonet. hic §. 4., ad 1.

Cæterū quamvis solutio subtilis sit, difficultate tamen non caret, quià ut subtiliter etiam pondetat M. Ferre hic §. 1. ad 2. ut supra in manuscriptis, videtur ansam quandam præbere Contrariis ad removendum elibi concursum prævium, & sufficere simultaneum in causis secundis ad operandum. Nam si semel eadem actio obtinere potest rationem aplicationis, & operationis, stant eadem tealiter actio sufficiat ad aplicandum agens ad passum, & ad operandum in illo, idem pariter videtur sufficere concursus simultaneus sine prævio, ad utrumque munus, ità ut Deus per eundem simultaneum, seu per eandem actionem creaturæ sine alio prævio aplicet illam ad agendum, & simul cum illa operetur, & producat effectū (ut ipsi prætendunt,) sine alio distincto, quo priùs natura quam agat, moveatur, & aplicetur ad producendū illum. Non enim videtur major ratio, cur eadē actio possit habere hoc duplex munus respectu Angeli, & nō possit habere respectu Dei. Nisi fortè dicant, ut ostendimus in physicis, esse specialem repugnantiam in actione creata respectu Dei, quòd cum hæc sit terminus causalitatis Divinæ, utpotè quid creatum, vel ens per participationem, impossibile est quòd respectu illius subeat utrumque munus, sive quòd Deus media illa aplicet creaturam ad operandum, & simul cum illa tanquam per sui causalitatem operetur, cum Dei causalitas, vel actio ipsius, ut est causalitas ejus, specie essentialiter distingui debeat ab actione causæ 2. formaliter accepta, ut est causalitas ipsius.

Sed quidquid sit de hoc, placet aliter resp. ex dictis. Unde dist. ant Prior est aplicatio agentis ad passum quā operatio in illo, ubi est distātia quantitativa, cōc. diffinitiva neg., quià hæc non vincitur nisi per operationem. Unde non solum non est necessaria forma distincta, & antecedens ad tangendum locum, sed neque aliqua prior formalitas distincta ab operatione, nam ipsum operari, intransitivè facit tangere conjungendo agens cum passo, quià nempè ast sola distantia operativa, & ideò ad hanc pertransenndam sola requiritur, & sufficit operatio. §. Ad prob. annexam dicimus quòd Angelus utpotè virtutis finitæ, operatur per actionem eductivam, quæ egreditur ab agente, ut conjuncto cum passu, non tamen ad sic conjungendum requiritur alia actio, sed eadem operatio sufficit, aliàs procederemus in infinitum. Unde sicut eadem species impressa haber repræsentare potentiā cognoscitivæ proximè potenti cognoscere, eamque proximè potentem cognoscere constituit, vel objectivè determinat, ità eadem operatio conjungit operantem, & facit operari.

3. Arg. Et potest esse replica. De facto Angelus est in aliquo loco non operans actione transeunte in illo, ergo hæc non est ratio formalis præsentiæ ejus localis. Cons. tenet, & ant. prob. Nam omnes Angeli beati nihil operantur in cœlo empyreo actione transeunte, ergo alicubi sunt, nihil transeunter operantes: prob. ant. Nam secundum D. Tho. infra qu. 110. ar. 2. & 3. Angelus nequit immediatè, & per se ipsum exercere operationem in corpore præter motum localem, sed cœlum empyreum est immobile, & quamvis moveri posset, non est credibile tantam multitudinem Angelorum in illius motu suisse occupatam, ergo. §. Urg. etiam in dæmonibus, & in animabus separatis. Nam existentes illi in igne inferni tanquam in loco nequeunt habere ibi aliquam operationem transeūtem, nisi velimus per totam æternitatem occupari in movendo prædictum ignem, si semel nequeunt aliter operari nisi per motum localem, quod tamen iterum videtur esse incredibile. §. Similiter anima rationalis in statu separationis in loco est, sive in purgatorio, sive in lymbo, sive in cœlo, sive in inferno, sed nullam operationem habere potest transeuntem circa eadem corpora, quià juxtà D. Tho. infra q. 117. ar. 4. nequit movere corpus ab ipsa nō vivificatū, ergo.

Ad hoc, cui satis confidunt contrarii, dico in primis ex D. Aug. 2. de Trinit. c. 10. procedere ex indiscreta sollicitudine, velle scil. nos in particulari penetrare operationes omnes, quas hujusmodi substantiæ spirituales habent, sive in cœlo, sive in lymbo, sive alibi, cum procul sit magis occulta sit earum vis operativa, quàm lapidum, & herbarum, vel similium, de quibus tamen multa insolita operantibus reddere rationem non valemus, nisi veluti divinando, quidquid sit in generali, vel in universali. Unde monet ibidē S. P. mores nos debere esse vitiū nostrarū, quando ad Spiritus, vel superiores substātias ascendimus, ne ultrà quā tutum sit humana progrediatur infirmitas. *Quemadmodum enim* (inquit) *hac faciunt Angeli, vel potiùs hoc Deus facias per Angelos suos, nec oculorum acies penetrare, nec fiducia rationis enucleare, nec procēcta mentis comprehendere valeo, ut tam certus loquar, quæ requiri de his rebus possint; quàm si essem Angelus, aut Propheta, aut Apostolus.* Unde si quādo Contrarii audiunt Thomistas recurrētes ad occultas corū operationes nec mirari debēt, nec quasi de ignorantia redarguere, sed ad infirmitatē potiùs humanam refundere, cui (ut ait Spiritus S. Ecclesiastici 43.) *multa abscondita sunt majora his, pauca enim vidimus operum ejus.* Quamvis deinde ità sit, quòd de eisdem in communi loquendo rationabiliùs, & probabiliùs recurrere videamur ad operationem

nem pro constituenda eorum præsentia locali, quàm ad aliud assignabile, ut ostensum est; quidquid sit, an semper nobis ità manifestè constet, quæ, & qualis operatio ista sit.

Sed præterea respond. supponendo etiam non posse habere aliam operationem præter motum localem, neg. ant. Ad prob. dist. aut. Nihil operantur, completè, vel usque ad executionem motos, conc., nihil præviè, aut sufficienter ad movendum, neg. Nam probabile est habere, sicut & ab initio habuisse operationem quandam transeuntem, scil. aplicationem virtutis motivæ eorum, qua producitur, aut sit producta vis quædam, vel impulsus, sicut imprimitur à nobis lapidi projecto, vel projiciendo. Nec refert, quòd cum corpus illud sit immobile non sequatur motus, nam sæpe etiam in nobis contingit aplicari virtutem motivã, motu non subsequuto, sed tantum ad exercitium virium, quod à fortiori poterit contingere in Angelis, ut se constituant in loco. Neque est etiam necessarium, ut sequatur motus, etiam si esset mobile, quià potest sic aplicare attemperando illam, ut non moveatur, sicut nos etiam attemperamus impulsum rei movendæ, ut idem non sequatur. Et de facto sic attemperaret Angelus, si grave aliquod in aere suspensum detineret, aplicando impulsum sic moderatum, ut nec superaret gravitatem ad movendum sursum, nec superaretur ad movendum deorsum, quod quidem satis est, ut dicantur esse in loco, ut etiam insinuat D. Thom. illis verbis. *Per aplicationem igitur virtutis Angelicæ ad aliquẽ locum, qualiter cunque dicatur Angelus esse in loco.* Ità eruditè hîc Mag. Serra ad 1.: nec displicet, ponderato verbo illo D. Thom. *qualitercunque*, & attendendo ad superius monitum D. Aug.

Tertiò Ex eodem, & aliis resp. potest, quòd secundũ doctrinam ejusdẽ D. Th. in 1. dist 37. q. 3. ar. 1. in corpore præter motũ localẽ possunt Angeli habere alias operationes producendo aliquas qualitates non quidem alterativas, loquendo de supremo illo corpore, sed perfectivas, Unde causant ibi perfectissimum lumen, ex quo cœlum illud maximè illustratur, & per hanc causalitatem possunt sufficienter in loco constitui. Inquit enim ibidem. *Et sic Angelus est in loco inquantum operatur circa aliquod corpus, vel motum, vel lumen, vel aliud hujusmodi. Quod est conforme Scripturæ act. 12. Ubi dicitur. Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo*, quasi velit in carcere fuisse ut in loco per productionem luminis. Unde si de Beatis Apoc. 21. dicitur, quòd afferent gloriam, & honorem, id quoque affirmari poterit de Angelis, quòd vel novam ibi producendo lucem, vel augendo illam, gloriosissimam efficiant beatæ illius Urbis mansionem. §. Ad locum verò D. Thom. resp. non loqui ibi de formis accidentalibus, ut sunt lux, & aliæ hujusmodi, quæ haberi possunt per aliam actionem, sed de substantialibus, quæ fiunt ad productionem compositi, ut patet ex doctrina ejus proximè relata ex 2.

Sed instas 1. contra hanc solut. ex doctrina D. Th. Si empyreum haberet superadditam lucem ab Angelo productam, eam nobis manifestaret, sicut cæteræ sphæræ manifestant suam, ergo videtur gratis assignari hęc operatio ad salvandã locationem angelicam. §. Secũdò & urg. pręcedens. Empyreum, utpotè suprema, & perfectissima omnium sphera, (cum sit sedes beatorũ) fuit ab initio productum cum omni claritate sibi debita, ergo ab initio habuit omnem, non quasi successivè acquirendam per operationem angelicam.

Ad 1. resp. D. Thom. infrà qu. 66. ar. 3. ad 4. in fine dicens. *Potest aliter dici.* quòd habet lucem empyreum non condensatam ut radios emittat, sicut corpus solis; sed magis subtilem: vel habet claritatem gloriæ, quæ non est conformis cum *claritate naturali*. Unde neg. ant. Ad paritatem annexã patet discrimen, quòd aliæ spheræ sunt densæ, & ideò possunt ad nos emittere radios, cœlum verò empyreum, cum sit subtilissimum, nobis apparere non potest. Quamvis ità sit, ut dicit D. Th. ibid. ad 2. ut probabilius *Quod sicut supremi Angeli qui assistunt, habent influentiam super medios, & ultimos, qui mittuntur, quamvis ipsi non mittantur secundum Dionys. (scil. cap 8. cælest. hierarch. circa princ.) ita cælum empyreum habet influentiam super corpora, quæ moventur, licet ipsum non moveatur. Et propter hoc potest dici, quòd influit in primum cælum, quod movetur non aliquid transiens, & adveniens per motum, sed aliquid fixum, & stabile, puta virtutem continendi, & causandi, vel aliquid hujusmodi ad dignitatem pertinens.* Ita Tho. Ad habendum verò hujusmodi influentias plurimùm confert perfectio lucis Angelicæ.

Ad 2. dist. ant. cum omni claritate sibi debita ex vi productionis, vel intra suam lineam, conc., cum omni absolutè, neg. nam etiam Angeli inferiores ab initio sunt producti cum omni claritate intellectuali, & nihilominùs illuminantur à superiori.

Ultimò tandem ad arg. principale poterat etiam resp. distinguendo duplicem locum, quantum ad operationem, alterum per modum necessitatis, alterũ verò per modum congruitatis, & convenientiæ. Primus sic dicitur, non quasi necessitetur Angelus absolutè ad operandum in tali loco, (cum liberè, ut dictum est, se aplicet ad operandum in illo,) sed quià supposito, quòd velit habere effectum transeuntem in externam materiam necesse est, quòd circa determinatam operetur, ut si velit movere localiter, necesse est, quòd moveat corpus. Posterior est, quando operatio illum non postulat necessariò, sed congruenter, & per convenientiam, quatenus ille locus est maximè conformis tali operationi. §. Hoc supposito dist. primum ant. Est in loco, necessitatis, neg., congruitatis, sub dist., non operans, operatione transeunte, quoad aliquem effectum, conc., determinatè, aut semper transeunte, vel productiva, neg., nam si sit in hoc posteriori loco, ut præsertim est in Cælo empyreo, non tenetur habere aliquam operationem transeuntem, vel productivam exterioris effectus, sed satis est, quòd habeat solam contemplationis, quã habuerunt ab initio, vel in instanti suæ creationis, quæ est eorum proprissima operatio, cum sint puræ naturæ intellectualis, & maximè conveniens eidem empyreo ob sui perfectionem, & puritatem, & recessum ab his inferioribus: & licet hujusmodi contemplatio secundum tendentiam ad objectum, omninò immaneus sit, comparativè tamen ad locum potest aliquomodo etiam dici transiens, quatenus Angeli, (& idem est de animabus beatis) contemplantes objectum sui beatificum, aliquid operantur maximè congruum eidem Cælo, cum sit ordinatum ad statum gloriæ. Sumitur solutio ex D. Tho. locis relatis, & præsertim eadem q. cit. infra ar. 3. ad 2. & 3. ubi inquit *Dicendum, quòd locus incorporeus deputatur contemplationi, non propter necessitatem, sed propter congruitatem, ut exterior claritas interiori conveniat.* Unde sola prior locabilitas, scil. necessitatis, exigit in Angelis, ut dictum est, operationem transeuntem, vel productivam alicujus effectus in passo.

Ad confirm. similiter resp., quòd tam dœmones, quàm cæteri spiritus rationales habent suas proportio-

tionaliter operationes uno ex modis assignatis. Vel etiam de dœmonibus dici potest, ut inquit Ferrara 3. cont. Gent. c.68., quòd aliquid aguot in ignem, non scil. motum, sed aliud nobis occultum, unde sicut Angeli beati in empyreo dicuntur producere lumen, potentur isti producere in inferno ad majorem torturam, caliginem, & tenebras. Nec debet hoc esse mirum Contrariis, præcipuè qui recurrunt cum P. Vasquez, & Alarcon ad modum illum unionis. Nam si ut ipsi dicunt (quòd etiam militat de bonis Angelis) per hunc modum sunt in loco, debebunt pariter occupari per totam æternitatem ad illum producendum, si veliot esse in illo. Adde tamen, quòd de Angelis melius posset facilè satisfieri juxta probabilem sententiam, quòd sunt in loco per positionem.

Da animæ verò rationali stando in eadem solutione de operationa motiva localiter est aliquod discrimen etiam inter Thomistas, nam Jo: à S. Tho. hic n.12. in solutione ad 3. exemplum concedit illi in eodem statu vim loco motivam, & non præcisè, quòd movæatur ab alio, dum de uno transit ad alium locum, quià licet in ratione formæ non possit se habere per modum agentis, aut habere contactum activũ circa corpus non vivificando illud, benè tamen in ratione spiritus, ut contingit in statu separationis; & ita inquit esse intelligendum D.Tho. q. infra 117. dum neget enimam separatam posse per se movere corpus, scil. in ratione formæ, non verò in quantum operatur in ratione spiritus in vi status separationis, ubi etiam adducit Cajet. 3. p. q.52. ar.2. §. *Ad tertium*. Et movetur primò ex eo, quià videtur propriũ spiritus, ut possit se movere localiter. Tum quià nõ debet eidam denegari, qood conceditur corpori, quod localiter se habet etiam movere. Tum quià eliàs frustra natura dedisset illi appetitum, & voluntatem circa res absentes, & loco distantes, si deinde negasset potentiam executivam motus localis, & solum ab Angelo, vel Dæmone deboisset moveri ad illas acquirendas: videretur enim deficiens providentia in substantia tam nobili. Quòd verò habeat voluntatem existendi in loco distanti probat, tum quià enimæ purgatorii desiderant esse in cœlo; & anima illius divitis petebat mittandam ad se enimam Lazari, & ad domum patris sui.

Mag. verò Ferre hic constanter negat animæ separatæ hujusmodi virtutem; nec sine urgente fundamento in D. Tho. ibidem, sic enim habet in corp. *Dicendum quòd anima separata sua naturali virtute non potest movere aliquod corpus. Manifestum est enim, quòd cum anima est corpori unita, non movet corpus nisi vivificatum. Undè si aliquod membrum corporis mortificetur, non obedit animæ ad motum localem. Manifestum est autem, quòd ab anima separata nullum corpus vivificatur. Unde nullum corpus obedit ei ad motum localem, quantum est de virtute sua naturæ, supra quam potest aliquid ei conferri virtute divina*. Ita D. Thom. §. In quibus primò in favorẽ hujus mei Mag. observo, ut supra, quòd ut monet Eminent. Card. Pallavicinus, quando D.Tho. adhibet has voces; per se evidens est, aut manifestum, vel similes, signum est, quòd habet rationem à priori illius, quod intendit concludere; quòd autem intandat concludere animam non habere hanc virtutem nec in ratione formæ, nec in ratione spiritus, colligo primò ex eo, quòd ex professo agitans hanc difficultatem, ut patet ex titulo art. (scil. utrum anima separata possit corpora localiter movere) absolutè concludit non posse sine ulla mentione de illa in ratione spiritus, ergo sentit neutro modo posse. Prob. cons., quià aliàs diminutè procederet non explicans, quod erat necessariò explicandum, ut plenè satisfaceret quæsito, dum ex professo promovet illud, eò vel maximè, quòd plurimùm conduceret ad manifestandam excellentiã animæ, in cujus gratiam agitatur, ut suppono, idem quæsitum. §. Secundò. Quià si in hac ratione spiritus posset illud movere, planè moverat sua virtuta naturali, ut iterum suppono ex eodem opposito Anthora juxte mentam D.Tho.; nam de hac expressè inquirit, sed de hac loquendo, absolutè concludit negativè, & solum concedit de divina, ergo.

Expl., & urg. hoc ex his, quæ habet ad 1. Nam ibi distinguit duplicem substantiam spiritualem, scil. angelicam, & rationalem: & de prima affirmat posse movere diversa corpora, sive hæc obedire ei ad motum localem, quià nempe virtus illius non determinatur ad aliqua corpora, de secunda verò ex opposito neget, quià secundum suam naturam (inquit) determinatur ad movendum corpus, cujus est forma, & ideò concludit, nullum aliud corpus movere potest sua naturali virtute. Ex quibus arg. sic. Hę sunt contradictoriæ. Anima secundum suam naturam, vel virtutem suam naturalem determinatur ad movendum corpus, cujus est forma, & nullum aliud; anima secundum eandem potest movere aliud, & non tantum suum, sed prima est D. Tho., ergo posterior non est de mente ejus, sivè in ratione formę dicatur movere, sivè in ratione spiritus, nam utroq. modo contingeret, ut dictum est, secundum suam naturalem virtutem, quod absolutè neget S.D. Tum quià non posset alterì concedere, & alteri negare, si saltem in ratione spiritus, id posset eidem competere secundum suam naturam, vel virtutem, cum tamen respectu animæ recurrit ad virtutem Divinam.

Deniq. ex eodem textu corp. fit arg. Si anima ex propriis haberet vim movendi localiter corpus non vivificatum in statu separationis, pariter haberet ad movendũ membrũ mortificatũ in illo conjunctionis, sed hoc posterius absolutè negat D. Tho., ergo etiam primum. Prob. sequela, quià licet pro hoc statu sit conjuncta cum partibus vivificatis non tamen cum non vivificata, cum hæc sit inanimis, ergo si semel in seperato potest movere corpus sibi non conjunctum, aut à se non vivificatum, poterit in hoc etiam movere membrum non conjunctum, vel non vivificatum, quod tamen nõ solũ est contra D. Tho., sed contra commune experimentũ. §. Ex his potest fieri satis ad motiva opposita. Ad primũ resp: quòd sit proprium spiritus, cujus virtus non est determinata ad aliquod corpus, ut sunt Angeli, non verò animæ, ut docet ibi D. Thom. Ex quo tamen spiritus est, dicitur intelligere, & velle per species infusas, & non acceptas ministerio sensuum, quià in his non est ex natura rei alligata corpori, sicut in movendo. §. Ad 2. resp. quòd animæ purgatorii appetunt esse in cœlo ad hunc sensum, quòd desiderant absolvi à pœnis, & paradisum introire sivè propria, sivè superiori virtute, Deo misericorditer indulgente, & operante, non tamen per naturalem transeundi de loco ad locum, cum reverà hanc non habeant, ut expressè ait D. Tho. Nec est inconveniens negare substantiæ inferiori, si sit incomplata, quod conceditur superiori completæ, nam ex quo completa est, potest in aliquo, vel quoad vim movendi superare inferiorem, quæ ex eo quòd incompleta est, habet

virtutem limitatam ad corpus, quod vivificat, & nequit juxta D. Thom. naturaliter ad aliud se extendere. Nec oppositum crediderim sentire Cajet. ibidem, nam animam movere localiter reducit ad specialem providentiam prædestinationis, & consequenter ad virtutem superadditam, non naturalem, ut ibi videri potest. §. Sed ad idem exemplum potest etiā resp. vel quòd animæ separatę dum transeunt de uno ad alium locum merè passivè se habeant, ut plures volunt juxta illud Luc. 16. *Factum est, ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ*, & sic erit in loco per passionem juxta probabilem sententiam, vel activè etiam per propriam virtutem non sibi relictam sed elevatam per superiorem ut innuit D.Tho. in fine corp. Quidquid sit, an sit debita in statu separationis, & exigatur ab illis, ut volunt Salmantic., an verò potiùs liberaliter conferatur à Deo. Alia argumenta contra eandem 3.conclusionem solvuntur ex dictis.

§. VI.

Expeditur difficultas de loco eorum violento ad mentem Div. Thomæ.

Ultima conclus. Formalis ratio præsentiæ angelicæ etiam in loco violento est operatio ejus, & non mera passio causata ab aliquo corpore, ut Dei instrumento, Ità Ferrara cum aliis relatis. Et quidem salva probabilitate oppositæ sententiæ, quæ est etiam gravissimorum Thomistarum, hanc tamen eligimus, quià videtur conformior doctrinæ ejus. Nam quamvis frequenter afferat Angelos alligari ab igne inferni, ut instrumento Dei, nullibi tamen invenitur, ut advertit M.Ferre, quòd sit in tali loco per passionem illatam à corpore. Imò quando loquitur de ratione eorum formali essendi in loco, semper assignat applicationem virtutis ad operandum, quod non leve signū est aliam non agnoscere, quià aliquando assignasset, & præsertim ubi ex professo agit hac de re, nisi iterū velimus diminutè processisse. Unde qu.26. de verit. ubi agit de passionibus animæ satis insinuat hanc detentionem supponere existentiam illius in loco. Sic enim ait ar.1. *Sed quià operatio rei est in potestate operantis voluntarie, ideò in potestate naturæ spiritualis est uniri corpori per motum motoris, aut locati, & separari ab eo secundum ordinem naturæ, sed quòd substantia spiritualis hoc modo, corporali unita ab ea detineatur, & impediatur, & quasi ligetur est supra naturam. Ignis ergo ille corporeus agens ut instrumentum Divinæ justitiæ facit aliquid supra virtutem naturæ, scil. animam detinere, vel ligare, sed ipsa unio per modum prædictum est naturalis. Ita D.Th. In quibus ponderanda sunt primò verba illa. Sed quòd substātia spiritualis hoc modo, corporali unita detineatur, & impediatur, & quasi ligetur est supra naturam. Deindè per ubi ma. Sed ipsa unio per modum prædictum est naturalis.* Ubi non obscurè indicat, quòd detētio, & alligatio supponit spiritū jā unitum, unione, quam vocat naturalem, quæ planè coincidere, vel confundi non potest cum unione, quæ esset facta per alligationem, nam hanc dicit esse supra naturam, unde sentit esse unionem præviam, & distinctam ab eadem alligatione, & factam per propriā, & naturalem sui operationem, per quam prævie locatur in eodem loco.

Idem docet in 2. dist.6.q.1. ar.3., ubi inquirens utrum Angelis post casum convenienter assignetur locus, insolut. ad 1. sic ait: *Dicendum quòd non dicantur esse in loco, quasi ex loco corporali aliquid recipientes, sed quasi circa locum operantes aliquid proprietatibus loci cōsonum.* Ergo manifestè sentire videre, quòd non sunt ibi quasi passivè, vel per passionem, sed magis activè per operationem. §. Idem ferè in terminis docet in 4.dist.44.q.3.ar.3.quęstiunc.3.propè finē corp., ubi in unum colligens plures modos dicendi inquit: *Oportet ergo omnes prædictos modos in unum colligere, ut perfectè videatur, quomodò anima ab igne corporeo patiatur, ut scil. dicamus, quòd ignis secundum naturam suam habet, quòd spiritus in corporeus ei conjungi possit, ut loco locatum. Sed inquantum est instrumentum Divinæ justitiæ habet, ut ipsum quodammodo retineat alligatum.* Ubi iterum apertè innuit, quòd hæc alligatio supponit unionem præviam spiritus tanquam locati ad locum, quæ planè non habetur nisi per illius operationem, quià ante alligationem, vel passionem, solum haberi potest per operationem, ut hactenus ostensum est.

Sed clariùs hoc ipsum aliis verbis exprimit paulò antea dicēs. *Quamvis autem res corporea ex sua natura, habeat quòd spiritum incorporeā diffiniat non tamen habet ex sua natura, quòd spiritum incorporeū loco diffinitū detineat, ut ita alligetur illi loco, quòd ad alia divertere non possit: cum spiritus non ità sit in loco naturaliter, quod loco subdatur, Sed hoc superadditur igni corporeo, in quantum est instrumentum Divinæ justitiæ vindicantis.* In quibus valdè etiam considerandum est, quòd D.Th. loquendo ibi de loco violento, non dicit præcisè, quòd res corporea in illo spiritum incorporeum detineat, sed quòd detineat deffinitum, quià prius est esse ibi diffinitum, seu locatum, (quod convenit ei per propriam operationē,) & postea sic diffinitum detineri, quod habet ab igne ut instrumento Divinæ justitiæ. Patet hoc manifestè: nam primum dicit ei convenire ex sua nature, & consequenter per suam operationē, posterius verò Divina virtute sic alligāte illum per ignem ut instrumentum Dei ponitoris.

Dices cum Salmantic., quòd dum illa duo distinguit non loquitur de eodem loco violento; sed modò de naturali, dum dicit quòd habet corpus ex sue natura diffinire, sive se locare in illo per suam operationem; modò de violento, dum asserit virtute Divina detinere. §. Hinc etiam dicunt ad aliud testimoniū ex 2., quòd loquatur ibi, de diversis modis essendi in loco, & de diversis locis. Unde quando asserit esse angelos non quasi recipientes, sivè passivè, sed quasi operantes, sive activè, intelligendus est de modo essendi illis connaturali. Et ità etiam explicari poterat prior locus ex disputatis.

Sed contra hoc est, & in primis, sicut diminutè procederet omittens aliquid, quod erat exprimendū, quando ex professo agitat difficultatem, ut ponderevimus supra, ità ex opposito, otiosè, & inutiliter, repetens id, quòd alibi docuit eadem in re, vel in subjecta materia, quando (ut patet ex titulis articulorū) de sola pœna spirituum, & consequente de solo loco eidem pœnæ correspondente, scil. violento promovet difficultatem. §. Tum quià de loco illo est intelligendus, de quo in ibi poterat esse, vel erat difficultas, nisi iterum velimus otiosè procedere, sed de solo violento poterat hæc esse, vel erat, ut patet ex eisdem titulis. Tum quià de naturali alibi tractat, & hic etiā sufficientissimè, ergo non videtur ad mentē ejus prædicta explicatio referens unam partem ad locum naturalem, & aliam ad violentum. Deindè impug-

pug. solutio quoad primum. Nam D. Thom. illis verbis, *loco diffinitum detineat*, de loco violento loquitur, ut fatetur solutio, ergo juxtà D. Th. non dat illi hanc violentam locationem, vel diffinitionem, sed supponit illã. Prob. conf. Tum quià, ut patet ad sensum, detinere aliquem violenter in hoc loco non est dare illi locationem, sed supponere illã, ergo si ignis, ut ait D. Thom., detinet diffinitum, non intendit, quòd det illi talem diffinitionem, sed quòd eam supponat; ac proindè non est confundenda detentio, quę exercetur intra lineam locativam violentam cum diffinitione formali locandi. §. Tum quià detentio, ut explicat idem S. D., in hoc consistit, quòd spiritus operetur hìc, & non possit alibi, sed hoc non est locare, sed impedire illum, ne possit per suam operationem se alibi locare, ut similiter patet in detinente violenter prædictum existentem circumscriptivè in hoc loco, nam ejus detentio non dat illi circumscriptionem, sed tantum impedit, ne alibi habeat illam. §. Tum deniq; quià ut dicebamus ex ipsa litera, spiritum esse diffinitum est naturaliter conveniens, esse verò detentũ tantũ cõvenit virtute Divina, ergo ipsa detentio nequit esse intransitivè diffinitio, & consequenter nec ullo modo ratio locativa in tali loco, quià hæc respectu spiritus solum pertinet ad lineam, vel locationem diffinitivam, sicut illa corporis ad quantitativam.

Contra verò eandem solut. ad alium. Iusto sic de illo loco loquitur in solutione, de quo procedit argumentum, aliàs insufficienter solveret illud, ut patet, sed argum. procedit de violento, scil. de correspondẽte Angelis post casum, & patet, nam arguens intendit impugnare oppositã assertionẽ loci, de quo ex professo inquiritur, aliàs fingeret sibi hostẽ, quẽ feriret, sed hìc est locus violẽtus, ut constat ex titulo ar. scil *Vtrũ Angelis post casum convenienter assignetur locus, ergo.*

Eodem modo impugnanda est prout adhibetur in explicatione specialiter autoritatis ex quæst. relata ex 4., quæ est 70. additionum 3. p. ubi ar. 3. in corp. præter ea, quę jam ponderavimus, adhuc unum valdè notandum est, per quod magis roboratur præcedens replica. Nam postquam objicit non posse ignem habere se ut instrumentum Divinæ justitiæ ad torquendũ spiritũ ex eo, quòd omne instrumentũ debet habere actionem præviam, & connaturalem circa id, circa quod instrumentaliter operatur, scil. regulariter loquendo, ut alibi, vel supra explicatum est ex eodem D. Thom. §. Resp. versus medium corp., dicens, *& ideò dicendum*, quòd corpus in spiritum naturaliter agere non potest, nec ei aliquo modo obesse, vel ipsum gravare, nisi secundum quòd *aliquo modo corpori unitur*. Dæmones autem, & animæ rationales, ut deindè explicat, uniuntur igni, ut motor mobili. Sic autem hujusmodi spiritus per propriam actionem connaturaliter unitos, vel diffinitos, torquet ut instrumentum Divinæ justitiæ, quatenus, ut ait, *detinet sic definitum retardans eum ab exequutione propriæ voluntatis, ne scil possit operari ubi vult, & secundum quòd vult, & ità efficitur ei penalis*. Ità D. Tho. Ad quod quidem præstandum, (ut jam insinuavimus) non est necessarium quòd per aliquid sibi proprium, seu per operationem virtute sibi connaturali elicitam (prius aliquid producat in eodem passo spirituali. Non enim semper instrumentum (ut declaravimus ex eodem D. Tho.) tenetur semper per propriam actionem aliquid præviè dispositivè producere in subjecto, circa quod agens principale operatur; licet sæpè ità sit, non tamen semper est necessarium. Neq. intentum D. Tho., quando utitur hac propositione ad explicandam rationem instrumenti. Tum quià in relato ar. 3. recedit à modo sic explicandi illam, & ad alium recurrit proximè expositum. Tum quià 22. q. 178. ar. 1. ad 1. ut vidimus, docet posse Deum assumere intellectionem meam ad efficiendum aliquid instrumentaliter in externo subjecto. Constat autem intellectum per intellectionem non posse virtute propria producere aliquid in externo subjecto, per quod disponatur ad effectũ principalis agentis, unde etiam prædictum influxum instrumentalem ignis reducit totum consequenter ad virtutem Divinã. Intelligendum est ergo præfatum axioma, vel propositio aut in priori, aut in hoc posteriori sensu, nempè quòd sit necessarium, ut instrumentum propria virtute aliquid influat, vel aliquam exerceat operationem, sive per eam attingat subjectum, in quo producendus est effectus, sive non, & hoc intendit docere D. Tho., & est necessarium. Quià si instrumentum omninò nihil ageret secundum propriam formam, frustra assumeretur. Hæc verò propria operatio instrumenti dispositivè, & quasi materialiter requiritur ex parte instrumenti ad hoc ut operatio principalis agentis communicetur instrumento, quià non attingit effectum nisi ut modificata, & quasi materialiter determinata per actionem instrumenti, & ideò verè dicitur instrumentum dispositivè operari ad effectum principalis agentis: & hæc placuit obiter repetere, quià non solum confert ad præsentem difficultatem, sed ad alias etiam in materia Sacramentorum, & de creatione, ut dictum est.

Ad rem ergo nostram patet juxta D. Tho., quòd ignis non ità se habet ut instrumentum Divinæ justitiæ, quasi virtute propria attingat spiritum, & det illi locationem veluti passivam in tali loco violento, nã expressè dicit D. Th., quòd non est ibi, ut diffinitus, & locatus per modum subjectionis, sed in hac ratione locati est cõnaturaliter ibi, sed quià actio Dei vindicis non attingit effectum scil. punitionis, & torturæ damnatorum spirituum, nisi ut modificata, & quasi materialiter ut dictum est, determinata per ignem, & ita ignis communicata sibi hac actione, & virtute ut sic modificanti, & determinanti illam detinet spiritum, & retardat ut elevatus per eandem virtutem, ne pro sua libertate alibi operetur. Sicut in simili dicitur 3. p. ad q. 13. de humanitate Christi, quod ut instrumentum Divinitatis (& sic de alijs similiter instrumentis supernaturalibus) concurrat ad productionem gratiæ in alterius anima non est necessarium, ut illam attingat, sed sufficit, quod ut elevata virtute divina eam attingat instrumentaliter. §. Ex quibus omnibus sic iterum impugnantur prædictæ solutiones, vel explicationes. Influxus, vel operatio ignis ut instrumenti justitiæ vindicativæ ad spiritum in hoc consistit juxta D. Tho. quòd in tali loco violento detinet illum diffinitum & retardat ab exequutione propriæ voluntatis, ne possit operari, ubi vult; ergo non dat illi locationem ibi, sed magis supponit, & solum impedit, vel retardat, ne pro sua libertate eam habeat alibi operando ubi vult, ergo videtur manifestè rationem diffinitionis, & locationis illius reducere ad solam operationem illius, pœnalitatem verò, & torturam, ad detentionem, & retardationem, ut ad quid distinctum à ratione locandi. Quod videtur satis exprimere illis verbis, *Non tamen ex sua natura habet, quòd spiritum incorporeum loco*

loco diffinitum detineat, ut ita alligetur illi loco, quòd ad alia divertere non possit, cum spiritus non sit ità in hoc loco naturaliter, quòd loco subdatur, &c. Sed hoc superadditur ei inquantum est instrumentum Divinæ justitiæ vindicantis, quòd sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis &c. En quòd id, quod pertinet ad detentionem, & pœnalitatem ex illa sequntam est quid distinctum, & supponens locationem, & definitionem spiritus in loco, non ratio locandi.

Quòd verò ante eadē verba immediatè ait *Quamvis autem res corporea ex sua natura habeat, quòd spiritum incorporeum loco definiat*; nō est intelligendum, quasi illum contineat, aut circumscribat, (aliàs non esset ibi definitivè) aut quòd subdatur loco, nam hoc ibidem expresè negat, sed quià dum se constituit in loco corporeo per suam operationem, non potest virtus ejus utpotè finita ex cedere limites illius axtra spheram sibi adæquatam. Paolò prolixiùs immorari opportuit in indaganda mente D. Th. ob autoritatem gravissimorum Thomistarum, qui oppositum contendunt ut supra, etiam de illius mente.

§. VII.

Duplici ratione prob. conclusio.

PRimò à priori, ut suprà. Formalis ratio locandi est formalis ratio contingendi locum, sed passio in Angelo nequit esse ratio formalis contingen. di locum violentum, ergo nequit in illo constitui per passionem, ut rationem formalem suæ præsentiæ: Ma. constat ex dictis, & mi. prob., contingentia loci in Angelis debet esse contingentia virtutis, sed passio non est hujusmodi, ergo. Ma. patet, quià cum non sit in loco circumscriptivè, solum esse potest in illo per contactum virtutis, mi verò prob., quià per passionem magis passivè se habet ad illum, & magis tangitur, quàm tangat, vel activè se habeat, ergò. Tum quià ut vidimus ex D. Tho., dum etiam loquitur ex professo de loco violento non est in illo per modum subjectionis, ergo etiam in hoc loco non dat illi passio contactum virtutis: prob. conf. quià passio subiicit illum, & solus contactus virtutis præstat talem superioritatem. Unde sola hæc contingentia, utpotè activa, & eminens subtrahit ab eadem subjectione locato angelico indebita, & dat illi continera locum, ut docet S.Tho., quod non componitur cum existentia in illo ratione passionis, vel potentiæ passivæ.

Dices ut supra id solum convincere de loco naturali, non violento, quià huic non unitur, nec locatur per contactum eminentem, vel per modum superioris, ut contingit respectu naturalis, sed per violentum, vel punitivum, unde satis est illi, ut uniatur eidem utcunque etiam ratione passionis, imò magis propriè ratione istius, ut dicatur in illo esse tanq. in loco, quià non est ibi per modum domini, sed per modum punibilis, & subjecti Divinæ Justitiæ vindicanti, §. Sed contra hoc est, & in primis obstat ut proximè D.Thom., dum expresè ait in tali loco ejusdem justitiæ, quòd non subditur, ergo quantum ad rationem præcisè essendi in eodem est ibi activè, per contactum virtutis, & per modum superioris, & non passivè, quidquid sit ut jam existens, & locatus detineatur, ut dictum est, quòd non possit esse pro sua voluntate, ubi vult, in quo consistit ejus pœnalitas, ut ait D. Tho.: non enim potest non summopere affligi, aprehendens se detineri à creatura tam ignobiliori.

Secundò impug. solutio, & urgentur hæc omnia. Nam in Angelis post casum (ut tradit infra D. Tho. & fatemur communiter,) naturalia manserunt integra, sed hoc est illis naturalissimum, quòd per contactum virtutis, seu activè per modum, superioris se cōstituant in quocunq. loco, aliàs in aliquo passi essent læsionem suorū naturalium. §. Expl. hoc, & iterum urg: quià ut sæpè dictum est, & proximè, & perpetuò docet D.Tho., naturale est Angelo esse in loco non per modum contenti, sed continentis, ergo ad illum locandum non possumus recurrere ad unionem passivam ad corpus, sivè ad passionem tanq. ad rationem formalem locandi illum, sed ad activam, vel virtutis respectu loci, quicunq. sit. Prob. conf. Quià aliàs post lapsū naturalia defecissent, vel nō mansissent integra, nam esse in loco ratione potentiæ passivæ, non est esse in illo naturaliter per modum continētis, sed magis per modum contenti, & contra eorum naturam.

Quòd si iterum dicas tantum concludi de loco naturali, non violento, aliàs non esset violenta locatio, ut supponitur esse in illo statu. §. Insto eodem modo. Nam constitutio Angeli in loco non debet esse destructiva propriæ, vel connaturalis locabilitatis; aliàs, ut dictum est, sua naturalia non remansissent integra post lapsum, sed constitutio per passionem est destructiva illius, cum sit magis per modum contenti, quàm continentis, ergo. §. Expl., & urg. totum hoc, & simul impug. iterum præfata dist. de loco naturali, & violento. Propria, & naturalis, adæquata locabilitas Angeli est per modū continentis, ut expresè in omnibus locis hac de re docuit D. Tho.; sed huic opponitur locatio illius per passionem ut constat ex dictis, cum sit per modum contenti ergo. §. Quod verò subditur, quòd aliàs non esset ibi tanquam in loco violento, patet etiam ex dictis fieri æquivocationem. Nam aliud est detineri in illo per violentam passionem; aliud verò constitui per istam ut locatum formaliter in eodem; sicut aliud est locatum, vel existentem in carcere detineri violenter in illo per custodem, aliud constitui in illo formaliter ut locatum per hanc violentam detentionem. Hanc enim rationem locati habet à propria quantitate molis, sicut ab illa habet, ut dictum est, contactum localem, per quem quodlibet locatum constituitur formaliter in loco, & quem, ut patet, supponit detentio illius. Unico verbo dicimus debere hæc duo distingui, scil. esse violenter in loco, & esse in loco violento, ut locatū in illo. Primum habetur à detentione; posterius verò à quantitate virtutis in Angelo, sicut à quantitate molis in re corporea, nec aliter videtur posse salvari prædictam doctrinā communem quòd naturalia post lapsum remanserint integra in illo; Et propterea, ut suppono ait D.Thom. quòd naturaliter est in tali loco per suam operationem, nec subditur illi; & quòd deindè id efficitur ei pœnale detineri in illo, ut per eandem ità sit ibi, ut non possit esse ubi vult, & sic omnia consonant ad mentem ejus, ad eorum tuendam integritatem in suis naturalibus, Sed de his iterum infra.

Secundò prob. etiam principaliter concl., & simul iterum impug. præcedens solutio, & distinctio. Potest dæmon alicubi esse per passionem, & tamen non esse ibi tanquam in loco, si non operetur in illo, ergo non constituitur per illam tanquam per rationem formalem locativam, conf. tenet, quià posita

ratio-

ratione formali debet etiam poni effectus formalis ejus. Ant. prob. Potest Deus torquere illum non solum impediens, ut non operetur ubi, vult, sed etiam ut non operetur: sicut enim modo per ignem torquet eundem, detinendo in inferno, ut non operetur ubi volt, potest pariter torquere, ut nec ibi nec alibi operetur pro sua voluntate: non enim est negandum hoc genus torturæ cum nulla in illo appareat repugnantia, ut angelus cesset ab omni sua operatione, (cum non sit actus purus, sed distinctus realiter ab illa) vel pro sua libertate, præsertim si bonus est) vel impeditus; & per modum torturæ, si malus, & velit operari, ergo posita sola passione, & non operatione illius non erit ibi tanquam in loco.

Dices iterum dist. ant., non esse tanquam in loco naturali, conc., violento, neg. nam sicut posita ratione formali essendi in illo, scil. propria operatione, non potest in eodem non esse tanquam in naturali; ita posita formali essendi in isto, non potest non esse in eodem tanquam in violento, nisi velimus ut innuit argumentum, rationem formalem sine effectu formali. §. Sed contra hoc est. Nã solutio stando in principiis D.Th., & in cõmuni nostra sententia, (scil. quod Angelus nullibi operãs nullibi sit tanquã in loco, sed solũ tanquã pars universi, & consequẽter sine loco, sive naturali, sive violento) est de subjecto non supponente, quòd teneatur esse ibi, ubi torquetur, & non operatur, tanquam in loco, ac proindè si non est in naturali, debeat esse tanquam io violento per passionem tanquam per rationem formalem locativam. Unde impug. sic. Deus potest efficaciter, aut executivè velle, quòd Angelus nullibi absolutè sit tanquam locatus in loco, sed præcisè ut pars universi, sed in Angelo pariter volente efficaciter esse in loco, hoc esset tortura, præsertim si sit malus, & aversus à Deo, ut per se patet, ergo bene stat posse illum alicubi absolutè pati, & non esse ibi tanquam in loco. Ma. constat ex proximè dictis, & ex eadem communi nostra sẽtẽtia, quòd nulla sit repugnantia, quòd conservetur cum sola præsentia reali partis universi sine locali: quod etiam ut dicebamus, satis etiam confert ad mysterium altaris, sive realis præsentiæ Christi in Sacramento sine locali contra recentiores hæreticos. Ex quo iterum patet esse insubsistens prædictum suppositum solutionis, quòd nempè passio possit illi esse formalis ratio locandi in loco, sive naturali, sive violento, aliàs non posset sic absolutè torquere illum conservando cum sola eadem præsentia partis universi sine locali, quod tamen videtur alicoum, ut dictum est, in nostra scola, dum D. Thom. infra, absolutè, & sine exceptione, ait Angelum nullibi esse, ut in loco, sed solum remanere ut partẽ universi. Cõstat autem ex regulis dialecticis, propositionẽ universalem falsificari si in una tantum particulari deficiat.

§. VIII.

Aliis duabus rationibus probatur Conclusio.

Tertiò prob. concl., & simul iterum impugnantur præcedentes solutiones. Repugnat unionem passivam Angeli ad corpus activè se habens ad illum per torturam illiùs sufficere ad constituendum eundem in illo tanquam in loco, ergo repugnat constitui in illo per passionem. Prob. ant. si talis unio esset sufficiens, pariter esset sufficiens passio Corporis ad Angelum activè se habentem ad corpus ad cõstituendum istud in Angelo tanquam in loco, sed hoc nullus admittit, ergo. Prob. ma. sicut Angelus patiens à corpore reunitur corpori agenti, ità corpus patiens ab Angelo reunitur Angelo agenti, ergo si prior reunio passiva est sufficiens respectu Angeli, pariter erit sufficiens posterior respectu corporis. Dicamus ergo, quòd si quià de ratione corporis locati est uniri loco per modum contenti, & circumscribi ab illo nequit in Angelo esse tanquam in loco, estò passivè uniatur illi, quià pariter de ratione Spiritus est esse, vel uniri loco corporeo per modum continẽtis, & subordinantis sibi activè locum corporeum per contactum virtutis, vel operationis, non poterit in illo esse tanquam in loco, estò uniatur illi ratione potentiæ passivæ.

Dices huic rationi, & omnibus superioribus replicis, & rationibus negando suppositum, quòd Angelus in loco violento ità patiatur in illo, quòd nullo modo illum tangat, sed solum tangatur. Nam sicut locatum circumscriptivè nequit per suam quantitatem molis tangere locum, nisi retangatur ab illo; ità nec potest locus violentus tangere Angelum, nisi retangatur ab illo. Et ità optimè utrumque componitur, quod ait D. Thom., quòd est ibi naturaliter per hoc, quòd activè tangit, & violenter per hoc, quòd passivè tangitur per sui detentionem, ne possit alibi activè esse pro sua voluntate ubi vult. Unde etiam salvatur cõmunis nostra sẽtẽtia, & D.Th., quòd nullibi sit tanquam in loco, ubi nullo modo activè se habet, vel tangat, ut contingere potest extra statum passionis, vel loci violenti.

Sed hæc solutio nec salvat prædictam communẽ doctrinã in sua universalitate, vel à toto genere lineæ locativæ, nec satisfacit replicis, & rationibus factis. Primum quidem, quià intra eundem statum, vel passionis non admittit posse Angelum conservari à Deo ut partem præcisè universi sine præsentia locali, si semel patiens tenetur retangere, vel activè se habere ad corpus; hoc enim nequit ab illo fieri, nisi per operationem, cum non habeat alium contactum nisi virtutis, vel operativum, sicut alium non habet locatum circumscriptivè nisi molis. Quod tamen rationabiliter non videtur id denegandum Deo; Nam sicut Angelus extra illum statum potest liberè cessare ab operatione, & tunc remanere tantum pars universi, & nullibi esse ut in loco; poterit Deus pariter intra illum, (ut vidimus) torquere impediendo, ne omninò pro sua libertate operetur, sicut torquet modo impediendo ne operetur ubi vult.

Ex quibus ostẽditur secundum, quòd nõ satisfacit, & simul iterum prob. hoc ipsum. Ex eo Angelus semel patiens locatur per passionem, & non potest ibi remanere, ut pars universi (ut infert solutio, & tenentur asserere, si semel passio est formalis ratio locandi,) quià non stat, (ut dicunt) tangi à corpore nisi retangat illud, sed hoc non est necessarium, ergo vel tenentur recurrere ad solam passionem, quod hactenus impugnatum est, vel nihil confert reciprocus contactus activus ex parte Angeli ad illius locationẽ in tali loco. Prob. mi. retorquendo paritatem. Nam ex eo locatum circumscriptivè tangendo corpus locans retangitur ab illo, quià in utroque est forma tactiva, scil. quantitas, sed in locato definitivè solam habente passionem, non reperitur propria forma tactiva, scil. aplicatio virtutis, vel operatio, ergo non tenetur retangere, corpus ex eo quòd tangatur ab illo. §. Urg. totũ hoc. Quià in nostra sententia, ut proximè,

inè, & supra dictū est, Angelus non habet aliū contactum, nisi virtutis, vel operativum, sicut locatum corporeum, nisi quantitativum molis, ergo sicut in isto sola hujusmodi quantitas est formalis ratio tangendi, & consequenter locandi, ità ut sine illa non tangat, nec circumscriptivè locetur, pariter in Angelo sola aplicatio virtutis, & operatio erit sola formalis ratio tāgendi, & cōsequenter locandi, itaut sine illa non tangat, nec locetur, ac proinde per solā passionem locari non poterit, cum in intelligibile sit, quòd sit in loco, quicunque sit, nisi tangens locativè illum.

Daniq. explic. & urg. ulteriùs hoc ipsum. Nam quià sola superficies concava locantis est formalis ratio activè circumscribendi locatum, non rectè infertur, quòd istud activè circumscribat locans, ex eo quòd activè circūscribatur ab illo, ergo cum sola pariter aplicatio virtutis, vel operatio sit formalis ratio contactus virtutis, nō rectè infertur, quòd hac deficiēte, activè retangat ex eo quòd activè tangatur. Vel si præcisè tangi activè sufficit, ut activè Angelus retangat, pariter dicamus, quòd activè circumscribi ab alio sufficiat ut locatum activè circumscribat locum. Igitur sicut istud solam habens superficiem convexam, & non concavam nequit activè circumscribere locum ex eo, quòd activè circumscribatur à loco, ità Angelus solam habens passionem, & non operationem, non erit necessarium, imò nec poterit retangere corpus, ex eo quòd activè tangatur ab illo. Unde sicut circumscriptio activa ex defectu rationis formalis in locato est prædicatum in quo non sit reactio, ita pariter unio activa, vel contactus, ubi in subjecto non est formalis ratio activè tangendi, ut contingit in Angelo solam habente passionem erit prædicatum, in quo fieri non poterit reactio. Quod etiam docuit Philos. lib. 1. de ortu, & interitu c. 6. ubi ait *qui nos offendit, tangere nos dicimus, nos illum non dicitur tangere*.

Ultimò prob. à posteriori ratione, quam insinuat M. Serra hic confirm. prima dum asserit, quòd cum cæteris rebus una tantum assignetur ratio existendi in loco, non videtur consonum duplicem contendere in Angelo. Unde arg. sic. Si Angelus posset duplicem habere, posset pariter esse simul in duobus locis adæquatis, consequens nequit admitti, ut constabit infrà, & ex dictis etiam in physicis satis convinci potest, ergo, Prob. ma. quià multiplicata formali ratione existendi in loco, non repugnat multiplicatio ex illantiæ formalis in illo, ergo. Conf. tenet, & aut. etiam constat ex his, quæ traduntur ibidem in 4. quòd si nempè in locato circumscriptivè multiplicaretur quantitas, posset tunc multiplicari existentia illius in pluribus locis. Quamvis etiam (ibi similiter ostendimus locatū circumscriptivè non esse capax duplicis rationis formalis locativæ, seù quantitatis.

Dices argumentum non probare duplicem simultaneam existentiam in duobus locis, sed successivā, quià non ita utraq. illi convenit, ut simul possit illis uti, sed tantum successivè, quià passio, & detentio, quam habet in uno loco, in eo consistit, quòd ità operetur hìc, quòd non possit operari, ubi vult, ac proinde nequit esse simul locatus hìc per passionem, & alibi per operationem, sed solum cessante passione hìc. §. Sed contra hoc est. Quià nulla est repugnantia, quòd modò Angelus producens lumen hìc impediatur tantum à productione illius hìc, non tamen alibi, ergo poterit simul habere rationem formalem passionis hìc, & formalem rationem actionis alibi.

Dices quòd dum patitur hìc solum potest ei permitti, quòd operetur alibi intra spheram adæquatam suæ activitati, in qua etiam comprehenditur locus præsens hìc, non autem extra, & consequenter erit tantum in duplici loco inadæquato, in uno per passionem, & in altero per actionem. §. Sed contra hoc est. Et in primis solutio videtur manifestè petere principium. Nam ideò permittitur operari alibi intra locum comprehendentem hunc præsentem passionis, & non extra, quià aliàs esset in duplici adæquato, sed hoc est, quod intendit argumentum admissa duplici ratione formali existendi in loco; sicut similiter discurrimus de locato circumscriptivè, multiplicata in illo quantitate, ergo. §. Deinde impug. reducendo alia via ad idem inconveniens, quod vitare intendit. Nam si impedito Angelo, ne operetur, vel producat lumen hìc pariter impeditur, ne operetur, vel producat illud alibi extra spheram suæ activitatis, necessè est in utroq. pati, quià utrobiq. impeditur, ergo si semel præter actionem, habet aliam formalem rationem locativam, scil. passionem, poterit esse in duplici adæquato per istam. Cons. tenet, quià ibi est in loco per passionē, ubi impeditur operari, ergo si in utroq. impeditur, in utroq. erit per illam.

Dices, quòd licet dū impeditur operari hìc, nō possit alibi operari, nō patitur in utroq. loco, sed solum hìc, quià solū patitur, ubi est agens impediēs, istud autem est tantum hìc, unde dum impeditur hìc, dicitur etiam impediri alibi extra locum adæquatum, non quià sit ibi agens inferens passionem, sed quià sine multiplicatione passionis ibidem, per hanc solam, qua detinetur hìc, dicitur esse detentus, & impeditus ab omni alio extra spheram suæ activitatis. § Sed contra hoc est, & iterum videtur solutio, ut supra petere principium. Deindè insto: nam modò Angelus nullibi operans, & nullipatiens, nullibi est tanq. in loco, ut suppono ex dictis in utraq. sententia; sed potest Deus velle, ut non solum non operetur hìc, sed neq. alibi extra spherā suę activitatis, in quo ut dictū est, nulla est assignabilis repugnantia, ergo sicut dum impeditur hìc, patitur hìc per actualem passionem hìc, dum simul impeditur alibi, patitur per actualem, & distinctam passionem ibi. Non enim videtur assignabilis sufficiens ratio cur Deus eidem sic nihil operāti inferre nequeat simul utramq. passionē, & tortuitā. Nec alia ratione id poterit negari, scil. quòd in utroq. sit per passionem, vel in uno per passionē, & in alio per actionem, nisi quià aliàs esset in duobus locis adæquatis, quod est repetita petitio principii. & intentum argumenti. Quòd si fortè stante hac duplici ratione formali non reputant inconveniens, satis erit pro nunc concludere duplicem locationem adæquatam, à bona metaphysica alienam, ut constat ex physicis, & adhuc ex dicendis infra constare poterit.

§. IX.

Solvuntur argumenta contra præcedentem conclusionem.

PRimò arg. invertendo medium adductum. Illud est formalis ratio essendi in loco violento, quod est formalis ratio, contingendi illum, sed istud est passio, non actio ergo. Prob. mi: sola posita, vel intellecta actione, non passione, non intelligitur tan-

gere

gere locum violentum, aliàs præcisè operans, & non patiens esset in loco violento, ergo formalis ratio contingendi illum non est actio, sed passio. §. Dicea dist. ma. contingendi, contactu virtutis, & sibi proprio, conc. alio, vel distincto contactu ab illo virtutis, neg. ma., & suppositum illius, quòd habeat, aut habere possit alium distinctum contactum ab eodem, ut ostensum est, cum non sit, nec esse possit alicubi tanq. in loco nisi per modum continentis, & subordinantis sibi locum per suam operationem, non per modum contenti, & subjecti, ut vidimus ex D. Tho. Unde contactus ejus locativus nequit esse de linea passivi, sed activi, & virtutis.

Sed contra hoc est primò, & sit idem argumentum. Solo intellecto, vel posito contactu activo, non passivo circa corpus non intelligitur locatio angelica tanquam in loco violento, ergo licet in naturali constituatur per activum, non passivum, non tamen in violento. §. Secundò. Quià per hoc præcisè, quòd Angelus tangatur à corpore producitur in eo *Ubi* locale, ergo non potest non esse in illo per modum locati. Prob. ant., quià per hoc præcisè, quòd tangitur ab illo fit illi indistans, & præsens localiter, aliàs non tangeretur ab illo, ut patet, nec alligaretur ab eodem ut instrumento Divinæ justitiæ, & consequenter nec esset patiens ibidem, ergo non potest non acquirere ubi locale ex solo contactu passivo.

Resp. benè ibi. Ad 1. replicam, vel conc. ant., & nego cons.: vel etiam claritatis gratia dist. ant., non intelligitur esse tanquam in loco violento, ex defectu rationis formalis locandi, neg., ex defectu alicujus requisiti, quod superaddit ratio violenti, conc.: duo enim requiruntur ut vidimus, ad verificandum, quòd sit ibi tanquam in loco violento, alterum per modũ rationis formalis locandi, scil. operatio, alterum per modum connexi, vel requisiti, scil. alligatio, vel detẽtio, ne eam exerceat alibi, ubi vult, unde operatio, ut impedita erit adæquatum constitutivum in tali loco sine multiplicatione alterius rationis formalis, cujus neq. est capax locatum diffinitivum, vel Angelicum, ut probatum est. Præcisus ergo contactus virtutis, sive operatio formaliter illum constituit, & naturaliter in loco, sive per modum rationis formalis tanquam in loco naturali: superaddita autem illi prædicta sola alligatione contrahit rationem locati violenter, sive fit illi violentus talis locus, unde non est nova, vel distincta locatio, quæ indigeat nova, vel distincta ratione formali locandi, sed solo superaddito ad suam naturalem, ex quo fit hæc illi violenta, cum non possit aliter esse intra lineam locativam nisi definitivè, vel operativè, ut explicatum est.

Ex his ad 2. neg. ant. Ad prob. dist., fit indistans, & præsens, indistantia, & præsentia per modũ continentis, cujus solum est capax, formaliter loquendo de linea locativa, neg., purè negativa ex parte sui, ut dictũ est, conc., & neg. cons. Quià nequit acquirere Ubi, aut præsentiam localem, nisi intra lineam sibi propriam, vel diffinitivam, scil. per modum continentis, & non contenti, & consequenter nisi contactu activo, vel operativo, non passivo; aliàs similiter ex contactu corporis ab Angelo activè tangente illud, deberet in eodem corpore resultare præsentia, aut ubi locale. Sicut ergo corpus nullum acquirit Ubi ex contactu sui passivo, nullum pariter acquiret Angelus si tantum passivè tangeretur à corpore. Et sicut duæ superficies penetratæ dicuntur indistantes, & præsentes, non tamen indistantia, aut præsentia locali, aut loci, ità pariter solo posito contactu passivo ex parte Angeli, diceretur hic quidem indistans, & præsens, non tamen indistantia, vel præsentia locali, aut loci.

Sed instas Angelus sic passivè tactus non confunditur, aut penetratur, ut sic dicamus, à corpore tangente, quasi contineatur in illo, cum sit id impossibile, ergo non potest non esse præsens per passionẽ præsentia locali. Prob. cõs., quià indistantia, aut simultas rei locabilis cum loco non confusa cum illo, non potest non esse præsentia localis, ut patet inductivè in omni re locabili unita loco, & non confusa cum illo, sive per penetrationem, si sit res corporea, sive per continentiam sui, sit res spiritualis, ergo licet ità sit, quòd ad actualem locationem non sufficiat quæcumque pręsentia, ut patet in exemplis adductis, si tamen res præsens in loco sit locabilis ab illo, & non sit ibi confusè, aut penetrativè, semper est pręsẽs præsentia locali: nec apparet instantia in contrarium. §. Expl. hoc. Nam in tantum corpus passivè tactum ab Angelo, non est sic præsens, quià non est res locabilis ab illo. Similiter duæ superficies penetratæ non sunt localiter præsentes, quià præsentia localis requirit extensionem, & ordinem partium, & non confusionem earum. Unde ut res locabilis acquirat hujusmodi præsentiam requiritur, ut ejus partes non sint intrà locum per confusionem, sed per commensurationem, si sit corpus, aut non sit per continentiã sui, si sit Spiritus, ergo si semel Angelus solo posito contactu passivo fit præsens sine sui continentia, non poterit non esse præsens præsentia locali.

Resp. ad instantiam, neg. cons. Ad prob. dist. ut supra ant. indistantia juxtà modum, vel conditionem suam, conc., disparata, vel negativa, neg. Nã sicut pręsentia localis supponit rẽ locabilem, ità pariter supponere debet locabilem juxtà modum suum, sive locabilitate, cujus est capax. Angelus autem ut sæpè dictum est, non est capax, nisi per modum continentis, ac proindè solius locabilitatis activæ, vel virtutis, non passivæ, & per modum contenti. Et per hæc patet ad explicationem. Quæ etiam poterat retorqueri. Nam si quià corpus non est locabile ab Angelo, esto illi præsens sit, non locatur tamen ab illo: quià pariter Angelus non est locabilis à corpore, nisi per modum continentis, non poterit ab eodem locari, nisi sit præsens, præsentia continentiæ, vel activa. Et eodem modo retorquetur exemplum de duplici superficie, aut corpore penetrato; Nam quià non locatur illud ut cumq; sed sola præsentia per modum commensurationis, hac non habita non intelligitur præsens præsentia locali, ità pariter Angelus, quià sola gaudet præsentia per modum definitionis, seu continentiæ, hac non habita nunquam intelligi potest præsens præsentia locali.

Secundò arg., & est replica. Angelus nõ est in loco violento cum superioritate, sicut in naturali, sed cũ subjectione, ergo sola unio, aut pręsentia etiam passiva erit in tali loco præsentia localis. Ant. patet, quià aliàs non intelligeretur esse in loco violento, nec possit ignis agere in illum. Cons. verò prob. Nam ideò non est præsentia localis, quià non est per modum continentis, aut superioris, ergo si non est ibi cum superioritate, sed magis cum subjectione, erit localis. §. Urg. hoc. Nam quià in illo non est cum dominio, sicut in naturali, per solam passionem ligatur in tali loco, ergo per illam solam poterit locari in illo. Cons. videtur tenere à paritate.

Ad hoc patet iterum ex dictis. Unde dist. antec.

Non est cum superioritate in ratione locati, neg., in ratione locati impediti, conc. Passio ergo, ut dictum est, non affert novam locationem, & consequenter nec novam formalem rationem locativam, sed tantum impedit ne liberè exerceat propriam, ubi vult, quod facit eandem esse violentam, unde in ratione locati semper est cum superioritate, idest per modum agentis, quod nequit intelligi, nisi cũ superioritate ad passum. §. Ad confirm. neg. conf.quià ligatio, ut dictum est, præcisè importat impedimentum ne exerceat propriam operationem ubi vult, quod sine ulla repugnantia fieri potest ab igne ut instrumento Divinæ justitiæ, ut fatemur omnes, cum possit Angelus hoc modo puniri à Deo sine læsione suorum naturalium, & ideò per solam passionem haberi potest. Sed locatio ejus, ut hactenus vidimus, haberi nequit nisi per contactum virtutis, & ideò sola passio non est sufficiens ad dandam illi locationem, sed tantum impedire, ne eam pro sua libertate alibi cõsequatur: In quo ut innuimus, summoperè torquetur videns se à creatura tam lõgè ignobiliori sic violenter detineri; sicut ingens tortura esset aspectu alicujus Regis, si ab aliquo infimæ plebis, violenter detineretur in carcere.

§. X.

Expeditur quæsitum circa ubi Angelicum.

PRo complemento hujus celebris quæst. inquires, an sicut in locato circumscriptivè ex hoc, quòd est in loco resultat *Ubi* prædicamentale superadditum ad ipsius quantitatem, ità pariter in Angelo, præter applicationem virtutis, & operationem, quæ se habet per modum contactus, detur alia forma resultãs prædicamentalis, ratione cujus dicatur formaliter præsens loco: sicut in simili, ut vidimus in physicis, præter actionem qua Deus præmovet causam secundã, detur in ista motio quædam per modum qualitatis, qua dicitur formaliter præmota.

Circa hoc quæsitum variè sentiunt Autores non solum extranei, sed Thomistæ etiam inter se. Nam alii affirmant quidem dari, sed negant pertinere ad *Ubi* prædicamentale. Ità Mag. Juan. à S. Thom. hìc concl. ultima num.24., & Mag. Ferre §.8. in manuscriptis. Alii verò dicunt, quòd si semel detur non potest non pertinere ad idem prædicamẽtum, quià hoc *Ubi*, diffinitivum univocè convenit cũ circumscriptivo, vel corporeo, & nihil deest ei, ut ponatur in illo. Ità Ortiz in logicis tract.5. Conseq̃tia 6. §.4., quamvis ibi determinare nolit, an sit admittendum, vel non. Sed tamen innuit se aliàs illud sustinuisse. §. Idem absolutè tenet Suarez quoad utramque partem tom.2. Metaphysicæ disp.51. sect. 3., & 4., & lib.4. de Angelis cap.2. num.9. Alii verò præter quantitatem virtutis, sive applicationem ejus, nolunt admittere aliud *Ubi*, sive formam resultantem ex contactu ejusdem virtutis; nam cum in loco non sit nisi per modum operantis, non indiget alia forma, ut sit formaliter præsens, quàm sua operatione. Ità Mag. Serra hìc dub.2. concl.2., Godoy §.7. Corol.2., & 3. Idque etiam defendunt omnes, qui negant Angelum esse propriè in loco, ut in loco, sed magis, ut operantẽ in operato. Alii tãdem dicunt nil aliud esse, in loco quàm extrinsecam denominationem, quã acquirit Angelus ex eo, quòd corpus, cui unitur sit præsens altari ut loco. Ità Vasquez hìc disp.195., qui non vult aliam agnoscere præsentiam localem in Angelo, ut vidimus, quàm unionem sui ad corpus, cui immediatè adest, quatenus verò illud sit alteri præsens, ut loco resultat in illo denominatio quædam extrinseca, quæ est per modum præsentiæ mediatæ ad locũ.

Præmissis his modis, dicendum existimo primò probabilius videri *Ubi* angelicum non esse aliquid superadditum, aut distinctum realiter ab operatione Angeli. Videtur id conformius menti D.Tho., quià Angelũ esse in loco nihil aliud est, ut dicit idem, ubi supra, quàm quòd operetur in illo. Unde arg. sic. Denominatio præsentis in loco respectu Angeli propriè non est alterius generis à denominatione operantis in illo, ut dicunt Autores primi modi, ergo præsentia, vel *Ubi* angelicum non est forma superaddita, aut distincta ab ejus operatione. Ant. præterquamquòd ut constat ex dictis videtur expressum D. Thom., sumitur ex doctrina utriusque Mag. quià ipsi docent propriè non pertinere ad prædicamentũ *Ubi* Imò Jo. à S. Thom. supra num.19. concl.2. hujusmodi præsentiam ex Cajet. appellat præsentiam operationis. Et hìc etiam num.26. dicit esse præsentiam virtutis operativæ, qua ratione excludit à prædicamento *Ubi*. Et ratio est, quià Angelus non est in loco quasi passivè, ut ostendimus, sive per modum quietis, & commensurationis, ut contingit in locato circumscriptivè; sed activè per modum operantis, & continentis, sive subordinantis sibi effectivè locum. Unde etiam Mag. Ferra, ut vidimus, prætendit, quòd etiam in loco violento sit per operationem, & non per passionem, quod est velle non posse in ratione locati habere aliam præsentiam, nisi operativam. Conf. verò prob. Quià ubi non est denominatio pertinens ad distinctum genus non tenemur ponere formam superadditam, qua ratione ex opposito, ut ostendimus in logicis, relatio est superaddita, & realiter distincta à fundamento, & termino, quià est ibi transitus de genere ad genus, sive de absoluto ad relativum, ergo si *Ubi* Angelicum non pertinet ad prædicamentum *Ubi*, sed ad distinctum, vel operativum, non erit quid distinctum ab operatione.

Secundò prob. concl. adhuc ex eorum doctrina. Nam ex eo affirmant esse aliquid superadditum, quià cum Angelus moveatur de loco in locum non potest non acquirere per sui motum, aliquem terminum, sive præsentiam intrinsecam, & debitam tali motui. Unde arg. sic. Motus localis Angeli in propria eorum doctrina, & aliorum Thomistarum est actio formaliter immanens, & solum virtualiter transiens, sed huic motui, & actioni non debetur terminus intrinsecus in mobili, ergo vel tenemur asserere non esse actionẽ sic formaliter immanentem, vel quòd hoc *Ubi* non est aliquid ad illam superadditum, & distinctum à substantia, & operatione Angeli. Prob. mi. ex his, quæ traduntur à Thomistis in 3. Phys. Nam motus localis habens pro termino aliquod *Ubi* à se realiter distinctum in mobili, est formaliter trãsiens, sive motus physicus, & actus imperfecti, ergo motui locali tantum virtualiter transeũti non debetur terminus intrinsecus in mobili, & quà vis ex quo est aliquomodo trãsiens, dicatur aliquid ad extra producere, nõ tamẽ in ipso mobili, aliàs non esset motus, vel actus perfecti, sive existẽtis in actu, sed in potẽtia, quià jã actuaret illud promovẽdo per se ad ulteriorẽ terminum recipiendum, quod est esse motum physicum, vel actum imperfectum conceptui operationis angelicæ repugnantem, aliàs non esset hæc formaliter immanens, vel actus perfecti.

Dices instando in ipsa operatione Dei, quæ pariter est actio formaliter immanens iu sententia Thomistarũ, & tamẽ in illo permittit Ubi intrinsecum virtualiter distinctum à virtute ejus operativa, scil. immensitatem, unde sicut Deus quamvis iu omnibus rebus sit per suam operationem formaliter permauentem tãquam in loco, adhuc tameu iu se ipso habet propriũ quasi *Ubi* tãquam attributum virtualiter distinctum, sic similiter Angelus licet moveatur, vel in loco sit per operationẽ formaliter immanentẽ poterit habere propriũ *Ubi* realiter distinctum ab illa, cum in creatura id realiter distinguatur, quod iu Deo virtualiter.

Sed cõtra hoc est, & iu primis probabile est immẽsitatem uon esse attributum virtualiter distinctum à linea operativa, sed idem cum Omnipotentia, & solum tauquam ratiouem inadæquatam, vel secundum modum concipiendi fundatum in eminentia ejusdem lineæ distingui ab illa. §. Deinde impug. sic. Ex eo operatio formaliter immanens in Deo componitur cum immensitate, aut ubicatioue virtualiter distincta, quià hæc non est de novo adveniẽs sed saltẽ subjectivè perpetuò habita, vel existens quoad actualitatem, & perfectiouem in illo, unde nullum arguit defectum iu Deo, vel iu ejus operatione, sed ubi angelicũ realiter distinctum est, & noviter adveniens, & deprimens operationem Angeli, cum, ut dictum est, sit actus perfecti, & non existentis in potentia ad aliud ulteriùs acquirendum ad sui intrinsecam perfectionem necessarium, ergo nequit cum ejus operatione componi. Nec est universaliter verum, ut supra vidimus, quòd debeaut in creatis realiter distingui, quæ tantũ virtualiter distinguuntur iu Deo. Nã primò est id de subjecto non suppouente in casu, quòd detur tale Ubi iu Angelo locato, ut probatum est. Deiudè patet in ratione entis, veri, & boni, quæ utrobiq; virtualiter tantum distinguuntur. Et similiter in essentia, & existeutia, quæ extra scholam Div. Thom., adhuc increatis realiter ideutificantur cum sola distinctione virtuali sicut in Deo.

Tertiò prob. ratione quà supra veluti à priori sũpta ex D. Th. 2. Cont. Gent. c. 56., ubi hoc statuit discrimen iuter locatum diffinitivè sive spiritualem, & locatum circumscriptivè, sive corporeum, quòd istud habet loco uniri per contactum reciprocum, ità ut ultima superficies utriusque sint simul, at verò substantiæ intellectuales licet loco uniantur per suam quantitatem, seu contactum virtutis, non tamen mutuò retanguntur à corpore, ex quo infert, quòd ut uniantur loco corporeo satis est operari circa locum. Unde arg. sic. Ut Angeli dicantur verè esse in loco, satis est huic uniri per suam operationem, ut tradit ibi D. Thom., & patet ex dictis, cum præsentia eorum localis, non sit nisi per modum operativi, ergo non est necessaria ubicatio distincta ab illorum operatione. Conf. tenet, quià in tantum esset necessaria, ut constitueretur formaliter præsens, sed semel unitus per operationem statim habet hanc præsentiã, nec tenetur aliud expectare, sive ex parte sui, vel corporis, cum plenè illud tangat, nec retangatur ab illo, sive ex parte operationis, cum sit motus metaphysicus, vel actus perfecti uon indigens aliquo alio eidem intrinsecè super addito, ut probatum est, ergo.

Dices ex his etiam inferri, quòd neque iu locato circumscriptivè sit necessaria alia ubicatio præter quantitatem molis, vel contactum ejus quantitativum. Nã supposito illo solo virtutis in Angelo statim resultat formalis ejus præsentia sine alio intrinsecè illi superaddito, ergo statim similiter resultabit in locato corporeo, solo posito contactu ejus quantitativo, sine alio pariter superaddito, & ità vel neutrum, vel utrumque indigebit ubicatione distincta, si non sufficit hic posterior in corporeo.

Sed contra hoc est ex eodem discrimine D. Tho. Nam locatum circumscriptivè non est in loco nisi passivè mutuo retangatur à loco, non autem locatum spirituale, ergo licet illud indigeat ubicatione superaddita, non tameu istud. Prob. ant. Nou stat illud retangi non resultante passiva sui circumscriptione à loco, ergo non stat retangi non superaddita eidem ubicatione distincta, conf. tenet. Quià ubicatio prędicamentalis præsertim juxtà Suarez nil aliud est, quàm passiva circumscriptio locati à circumscriptione loci proveniens. § Itaque utrumque locatũ in uno quidem cõveniunt, quòd sicut corpus est in loco per contactum molis, & clauditur à tauto loco, ità pariter est in illo Angelus per suum contactum virtutis, & limitatur ad tantum locum, cum utraque quantitas sive molis, sive virtutis sit finita, sed differunt, quòd Angelus non retangitur à loco, ut explicat D. Thom., ac proindè non resultat in illo aliqua passiva circumscriptio, vel ubicatio sicut resultat in corpore. Unde si daretur istud uniri præcisè loco non intellecta sui circumscriptione passiva non intelligeretur sufficienter ut locatũ circumscriptivè, sicut revera intelligitur Angelus ut locatus diffinitivè sine aliquo passivo recontactu, aut circumscriptione, cum sit in illo, ut dictum est, per modum continentis, non contenti, & ideò non indiget *Ubi* superaddito sicut corpus, sed satis est illi operatio, per quam tangat illum, & habeat suam formalem locationem.

Ex his poterat sic iterum formari argumentum, Angelos non tangit, nec unitur loco per reciprocum sui passivum contactum à loco, ergo non indiget ubicatione superaddita ut sit formaliter præsens in illo. Ant. est certum, & patet, quià cum corpus nec tangere, nec agere possit in spiritum, nec potest retangere, nec reagere propria virtute in illum; conf. verò prob. quià ubicatio prædicamentalis, ut constat ex ejus definitione jam insinuata, resultat ex mutuo utriusq; extremi contactu, ergo. Unde Suarez, qui loco relato num. 7. approbat oppositam sententiam ex eo quòd sic videt cõtingere in sensibilibus, ex quibus tantum procedere possumus ad spiritualia, si semel volt in omnibus servare rigorosam similitudinẽ, vel affirmare debuerat, quòd ista etiam mutuo contactu uniantur loco, sicut illa, & ità fiut etiam per sui contiguentiam passivam in illo, sicut sunt illa per passivam circumscriptiouem (quod tamen est alienum, ut vidimus, à locato diffinitivè:) vel quòd solum attendenda erat secundum analogiam modo dicto secundum præcisum contactum, & quoad limitationem, non quoad omnia.

2. Poterat fortè his omnibus in favorem ejusdem Anthoris respouderi hujusmodi ubi angelicum non esse aliquid noviter adveniens, sive per productionẽ, sive per resultantiam, sed in prima ejus productione à Deo productum. Imò in opinione aliquorum est ipsa creatio passivè accepta. Sicut enim ab initio datur in illis quidam modus realis, propria scil. duratio, per quam sunt præsentes in spatio imaginario successivo, quod est tempus, potuit dari illis modus similis, per quem sint præsentes in spatio imaginario permaueuti, quod est locus.

Sed contre hoc est. Et quidem hæc solutio in opiuione ejus nequit eidem favere, quià ipse tenet, quòd duratio realiter intrinsecè non distinguitur à re durante, vel ab ejus existentia, & consequēter nec ubi angelicum deberet esse quid realiter intrinsecè superadditum substantiæ ejus. Deinde idē etiam ex motu Angeli locali colligit istud ubi superadditum in illo, ergo ad mentem ejus non potest esse aliquid ab initio productum à Deo aute motum ajus localem, sed post illom; unde non datur in illis alia mensure præter proprium tampus mensurans operationem, & ævum mansurans eorum substantiā. Deniq. quià hactenus osteusum est, quòd præsentia localis propria spirituum ast per contactum virtutis, sivè activus per propriam operetionem, & dato etiam quòd asset per passionem in Angelis malis nequit esse quid productū à Deo ante utramq. ut petet.

Dicendum est ergo secundò, quòd si semel admittitur istud *Vbi* intrinsecè superadditum, etiam probabilius videtor, quòd pertineet ad prædicamentum *Vbi*. Ità Ortiz ubi supra. Et colligitor ax dictis: Nam ex eo quòd ponitur ut forma intrinseca insertnt pertinera ad distiuctum genus; et non eppatet, ad quod elind pertinera possit; vel ergo non est admittendum ut forme distincta, vel collocandum ad prædicamautum Vbi. §. Dices ex doctrina Jo: à S. Tho. quòd cum *Vbi* prædicamentale primò, & per se directè faciat præsentiam iu loco, & *Vbi* angelicum non sic primò, & per se faciat talem præsentiā, sed illam virtotis operativæ ad passum, nou potest propriè dici *Vbi* prædicamentele, sed abusivè tantū, vel reductivà, sicut dicitur de præsentia, & conjunctione animæ ad corpus, quæ quià primò, & per se non facit animam præsentem præsentia locali, uon ast primò, & per se ubicalis, sed informativa, licet quià informare non potest illud nisi in aliquo loco, ad illam sequitur *Vbi*; ità pariter quià Angelus per se primò noo conjungitur loco nisi per modū agentis ad passom, nō est per se primò ajus præsentia ubicalis, sed tantum ex consequenti, quatenus immediatè operari nequit nisi in aliquo loco.

Sed contra hoc est. Nam ex hac solutione videtur magis inferendum, quòd non indigeat Angelus joxtà superiorem doctrinam D.Tho. aliquo Ubi superaddito, sad sola operationa, vel cootactu virtutis ad habendam præsentiam localem. Quod etiam urg. eadem paritate animæ. Nem quià præsentie ejus, vel conjunctio ad corpus propriè est informativa, nullum *Vbi* acquirit iu illo, sive per se primò, sive secundariò tanquam in loco, ergo pariter, quià præsentia Angeli ad corpus est propriā agentis ed passum, uec per se primò, uec secundariò erit præsentia ubicalis saltem superaddita ad ejus operationem. Unde si Angelus, (ut ipse asserit in fine n.26.) facit agendo circa corpus, quod facit anima informendo, si hæc prout sic uollum *Vbi* prout sic acquirit in illo, nac acquirat Angelus saltem operationi ajus superadditum. Et sicut auima si illud acquireret, non vidatur alligoabile aliud prædicamentū, ad quod foret collocandum, nec vidatur aliud assignabile pro *Vbi* augelico, si semel admittitur. Et præsertim, quòd juxta D.Tho. ut explicatum est, dicitur etiam propriè esse iu loco, licet comparativè ed locatum circumscriptivè dicatur impropriè, val abusivè esse in illo.

Dices ex eodem esse discrimen, quoed hoc, quòd Angelus est mobilitar in corpore, potens per sui motum localem separari, aut recedere ab uno loco, & alium acquirere, & ita ejus contactus esse talis conditionis, quòd ponat in Angelo aliquam præsentiam possibilam acquiri, & deperdi, quæ cum illum in loco saltem secundariò constituat, non potest nou esse *Vbi* superadditum. Cæterum anima est informativa immobiliter, nisi corporis dispositiones removeantur; unde non oportet, quòd ex vi informetionis ecquirat aliquod *Vbi*. Sed quidquid acquiritur, val deperditur de linea locabilitatis subjectatur in corpore, aut circumscriptivè fit. §. Sed coutra hoc ast. Quià ut supradicebamus, motus localis Angeli est operatio formaliter immaneus, & actus perfecti, ergo nō tenetur in illo acquirere aliquem terminum superadditum. Vel ergo ut dictum est, non est admittendum *Vbi* superadditum, aut si admittitur ad illiua prædicamentum pertiuebit.

§. ULTIMUS.

Solvuntur objectiones contra primam, vel principalem resolutionem.

PRimò objicies ex M. Ferre, & aliis. Impossibile est aliquid mutari intrinsecè sine aliquo sibi intrinsecè superaddito, sed Angelus dum localiter movetur de uno ad alium locum mutatur intrinsecè, ergo superaddendum est illi aliquid intrinsecè, scil. *Vbi*. Ma. latè patet ex superioribus, quià nullo intrinsecè superaddito res manet sicut priùs. Mi. verò prob. quià dū sic movetur nou mutatur ex sola mutatione loci, cum iste sit immobilis, ergo cum sine mutatione non contingat sic moveri, mutabitur intrinsecè.

Dices ex doctriue Cajet. hic §. *Sed advertendum.* Quòd sicut Angelus non habet situm, nec propinquitatem, aut distantiam à loco per se, sed per accidens ratione corporis, quod movet, vel circa quod operatur, ità nec localiter habet moveri per se, sed per accidens ratione ejusdem corporis, unde quidquid de novo advenit, soli corpori advenit, non Angelo. §. Sed contre hoc est, & supponsmus, quòd Angelus modò moveatur circa spatium immobile, producendo aliquid successivè in illo, tunc sic arg. Angelus localiter movetur supra spatium manens immotum, ergo si qoid acquiritur per ejus motum debet in Angelo subjectari, & non in spatio.

Resp. primò sustineudo solutionem datam, quæ sumitur ex D.Thom. in 1. dist. 37. qu. 3. ar. 1. ad 2. ubi ait, quòd esse in loco, ut iu loco, non convenit Angelo, nisi per accidens, in quantum scil. corpus assumptum, vel cui per operationem aplicatur, in loco est, ergo pariter localiter moveri, vel acquirere propinquitatem, eut distantiam, per accidens tantum illi convenit. §. Ad replicam dist. ent. Manens immotum, & habens indivisibiliter omnes partes simul, neg. secundum aliquam divisibilem distantiem, conc., & neg. cons. Igitur dum movetur per spatium immobile ab una parte transit ad aliam, cui fit propinquus per operationem, & ratione illius distat ab alia distauta, unde iu sola perte, ratione cujus distet, id, quod producitur subjectari debet.

Secundò resp. juxtà soperiora, dato etiam quòd localiter moveetur ad intentum oppositæ sententiæ, concessis præmissis dist. conseq. Aliquid acquirit, distinctum ab ipsa operatione, neg., indistinctom, conc. Ut euim sæpè dictum est, cum motus eius localis

calis sit actio formaliter immanens, sive actus perfecti, non tenetur producere terminum, vel aliquid intrinsecè superadditum in mobili, & est etiam sufficiens ad salvandam mutationem intrinsecam in mobili, cum recipiatur in illo. Per quod patet ad replicam, ad quam nego suppositum consequentis, quòd sit aliquid de novo acquirendũ in ipso Angelo.

Sed iterum instas ut supra. Contactus virtualis Angeli ad corpus non est immobilis, sicut alter animæ rationalis informativus illius, ergo saltem secundariò novam præsentiam acquirit, dum se localiter movet, admittendo, vel deserendo priorem. Prob. cons. Quià contactus mobilis ad corpus intelligi nequit sine nova præsentia possibili acquiri, vel deperdi, aliàs mobilis non esset. §. Dices eodem modo, esse novam, novitate operationis, non ubicationis, quià cum sit propriè intrà lineam operativi perfecti, non petit formam distinctam ubicativã.

Sed contra hoc est. Quamvis hæc nova præsentia sit per se primò agentis ad passum, saltem tamen secundariò est locati ad locum, ergo si quià per se primò est agentis ad passum exigit operationem superadditam substantiæ Angeli, quià secundariò est locati ad locum exiget formam ubicativam superadditam operationi ejus. §.Resp. benè ibi. Et adhuc ultimam dist. aut. ut supra. Esr locati ad locum, unione, vel denominatione distincta, aut distincti generis, neg., intra idem genus operativum, conc., & neg. cons. Quià unio agentis ad passum, sive transitus à genere substantiæ ad operativum est distincti generis, & ideò riquiritur forma superaddita, sed ab hoc ordine ad localem, non est generis distincti, cum non habeat Angelus alium contactum ad corpus, ut dictum est, nisi virtutis operativæ, vel exercitæ, unde non est necessaria ubicatio superaddita ad illam sive primariò, sive secundariò.

Secundò objicies ex eisdem contra secundam. Ad *Ubi* prædicamentale requiruntur duæ conditiones incompossibiles cum *Ubi* Angelico semel admisso, ergo nequit pertinere ad idem prædicamentũ. Prob. aut. Ad *Ubi* prædicamentale requirunt hæc duo, scil. quòd secundùm illud mensuretur locatum à loco. Et deindè, quòd fundet intrinsecam habitudinem distantiæ, & propinquitatis unius locati ad aliud, sed neutrum convenire potest *Ubi* angelico, ergo. Ma. patet quoad utramque partem. Quoad 1. quidem ex ejus definitione, cum sit circumscriptio passiva locati à corpore locante provenians. Quoad 2. verò, quià secundum diversa *Ubi* prædicamentalia præcognoscuntur distantiæ unius corporis ab alio. Mi. etiam constat ex dictis. Quià Angelus non est in loco per modum contenti, aut mensurabilis, sed per modum continentis. Tum quià distantia est quædam extensio spatii, unde solum possunt distare ea extrema, quæ habent positionem, & situm in eadem illius extensione, sic quòd ab uno ad alterum possit extendi funiculus, per quem mẽsurari possit quantitas intermedia, & extensio in illo inter utrumq; extremum, constat autem Angelum non habere talem passionem, & situm in continuo, cum sit quid spirituale, & in extensum ergo.

Ad hoc dici potest primò juxtà doctrinam ejusdem Mag. Ferre, quòd sicut non obstante quòd apud D. Thom. habeatur esse de ratione loci, quòd sit mensura, ac continentia locati, sicut & de ratione istius esse propriè in loco ut in mensura, nihilominùs salvari potest propria ratio locabilis in Angelo, dicendo, ut ipse explicat, id esse intelligendũ de loco circumscriptivo, & consequenter de locato circumscriptivè, ità similiter non obstãte, quòd apud S.D. habeatur esse de ratione *Ubi* prædicamentalis passivam circumscriptionem à locante provenientem, salvari poterit, ratio ejusdem *Ubi* in Angelico, dicendo id esse intelligendum de *Ubi* circumscriptivo, non definitivo.

Resp. ergo ex eadem doctrina in prædicta suppositione, neg. aut. Ad prob. dist. ma. Ad *Ubi* prædicamentale circumscriptivum, conc. prædicamentale, ut sic, neg., nã sicut propria ratio locati in opinione illa asserente Angelos esse propriè in loco, formaliter tãtum significat contactũ realem ad locum, præscindendo à contactu per modum contenti, aut continentis; ità pariter ratio *Ubi* prædicamentalis ut sic, formaliter tantum significabit indistantiam formalem ad eundem locum præscindendo ab hoc, quòd est facere locatum mensurabile, & distans quantitativè. Quare autem sic describatur per passivam circumscriptionem, respondere potest, id provenire, quià istud *Ubi* circumscriptivum est aliquomodo magis notum, & ideò aptiùs per descriptionem illius tradita fuit notitia *Ubi* prædicamentalis, non tamen per exclusionem definitivi, sicut in simili dictum est in logicis de concepto differentiæ, qui traditur per definitionem subalternæ, non per exclusionem athomæ ab illa, sed quià est magis nota. Hæc tamen probabiliter dicta sint, admissa eadem suppositione.

QUAESTIO II.

Utrum possit unus Angelus esse in duobus locis adæquatis, aut etiam in distinctis inadæquatis; vel plures in uno adæquato.

Locus adæquatus, ut supra jã insinuavimus, est intra quem potest Angelus immediatè operati immediatione virtutis, & suppositi, & extra illum, vel in majori non potest. Modò autem inquirimus, non tam secundum virtutem naturalem sibi relictam, sed etiam ut elevatam per superiorem; sive an non solum de lege ordinaria, sed etiam de potentia absoluta; dicturi de duobus deindè inadæquatis, & inter se distantibus, vel discontinuis intra spharam tamen adæquatam propriæ activitati, an possit in illis esse, vel operari, sine eo quòd sit, vel operetur in intermediis. Et tandem an possint esse plures in uno, vel eodem adæquato.

§. I.

Expeditur prima pars statuendo primam conclusione circa locabilitatem unius in pluribus locis adæquatis.

Non potest Angelus per virtutem naturalem sibi relictam esse in pluribus locis adæquatis. Est jam communis sententia Theologorum contra Durandum in 1. dist. 37. q. 1. num. 26. asserentem posse esse ubique. Sed tamen supposito, quòd contrapositivè ad Deum habeat virtutem finitam, & limitatam (quòd est medium assumptum à D. Tho.,

videre omninò certa, & oppositum implicatorium. Nam quilibet esset adæquatus, ut supponitur, & non esset, quià est excessus supra illum in Angelo existente in alio.

Ex his ergo prob. Nam formalis ratio locandi Angelum in omnium sententia, est aliquid finitum, & limitata, ergo pariter ejus locabilitas debet esse finita, & impossibilis in duobus locis adæquatis: conf. tenet, quià nequit hæc excedere suā rationē formalem, sicut nullus effectus suam causam. Ant. verò prob. Tum quià est aliquid creatum. Tum quià ut vidimus, vel est ipsa substantia rei immediatè cum Scoto; vel modus unionis antevertens operationem transeuntem cum Vasquez; vel realis præsentia, & ubicatio cum Suarez, vel tandem aplicatio virtutis cum D. Tho., sed hæc omnia, ut per se patet, sunt aliquid finitum, ergo.

Dices stando in hac nostra sententia, quòd Angelus sit in loco per operationem, non apparet repugnantia, cur non possit habere duplicem adæquatam, alteram productivam summi caloris, quem potest, hic Romæ; & alteram productivam summi frigoris, quod potest, Bononiæ, & consequenter tunc esse in duobus adæquatis. §. Sed contra hoc est, nam hæc solutio est ferè repugnans in terminis. Nam si semel utrobique operatur signum est in neutro loco habere operationem adæquatam, idest secundum totam sui virtutem, unde esset, & non esset adæquata in quolibet eorū, ut per se patet, sicut si corpus secundum totam sui quantitatem, vel adæquatè secundum illam existens hìc, diceretur iterum secundum totam eandem esse alibi, esset enim, & non esset secundum totam eandem totam utrobique.

Secundò impug., & urg. præcedens. Quamvis admitteremus esse hic secundum unam operationem adæquatam, & alibi secundum aliam, non tamen infertur, quòd sit in duobus locis adæquatis, ergo. Prob. ant. quià vel supponimus adæquatam hic exhaurire totam sui virtutem operativam vel non; si primum redit præcedens replica; si secundum, licet sit adæquata comparativè ad aliam, operationem non tamen cōparativè ad virtutem, ergo non facit existere hic tanquam in loco adæquato. Prob. conf. quià ut modo supponimus, locus adæquatus attenditur in ordine ad virtutem, & non præcisà in ordine ad operationem, quæ est tantum adæquata respectu alterius, aliàs per quamlibet sui operationem esset tanquam in loco adæquato, nam quælibet hoc modo dicitur adæquata respectu alterius; sicut enim non multiplicantur habitus, ut alibi dictum est, non multiplicato eorū objecto formali, (& similiter est de potentiis,) ita nec multiplicantur, actus non multiplicato eorum objecto adæquato, scil. respectu sui; unde sicut unus actus licet sit adæquatus respectu alterius, est tamen inadæquatus respectu habitus, ità similiter dicendū est de his operationibus angelicis, ac proinde essent insufficiētes ad constituendum Angelum tanq. in loco adæquato.

Secunda conclusio. Nec de potentia absoluta potest unus Angelus esse in duobus locis adæquatis. Hanc concl. in sensu formali, etiam insinuato, ut modo intendimus, existimo à nullo Thomista posse negari, Nam quamvis aliqui, ut possibile affirment, loquuntur tamen de loco adæquato comparativà ad virtutem præcisè naturalem, non ad illam, ut elevatam per superiorem virtutem, nā respectu istius, habet rationem tantum inadæquati, & ità non affirmant de adæquato, ut correspondet eidem in statu elevationis. Nam de illo prout sic censeo omnes convenire, quià ut statim constabit, militat eadem superior contradictio.

Prob. ergo sic. Non minùs esset, & non esset in utroq. adæquato respectu virtutis elevatæ, quàm non elevatæ, vel sibi relictæ, ergo si ut probatum est, nequit per hanc sine contradictione esse in illis, nec poterit esse per illam ut elevatam; Prob. ant. quià nō minùs ut elevata habet efficaciā finitā in hoc statu elevationis, quam habeat eadem proportionabiliter in inferiori, vel naturali, ergo licet ratione elevationis elicere possit excellentiorem operationem intra spheram sibi adæquatam, non tamen excedentem sui finitatem. Ant. patet. Nam aliàs non esset quid creatum in illo ordine, vel statu, virtus illa, quæ elevatur. §. Utrum autem possit hæc virtus in infinitum syncathegorematicè crescere, & ità Angelum esse in toto Mundo M. Io: a Tho. hic ad 2. nihil determinare vult, sed tantum asserit pendere ex opinionibus, altera affirmante, quòd habet terminum intrinsecum suæ extensionis, & intansionis; altera verò negante. Mag. autem Ferre affirmat, & tunc solum esset in illo attributum immēsitatis per participationem, quià tunc non esset ubique per virtutem sibi innatam, aut per se primò, sed ex adjuncto, & per virtutē communicatā, sicut dicitur de æternitate per participationem si esset mundus ab æterno, aut respectu visionis beatæ in opinione asserente per illam mensurari. Non immoror in proponendis objectionibus, quià ex dictis facilè solvi possunt.

§. II.

Resolvitur altera pars de locabilitate in duobus inadequatis disparatis, vel discontinuis statuendo tertiam conclusionem.

Circa hanc locabilitatem in duobus discretis, & inter se distantibus intra eandem tamen spherā loci adæquati absq. eo quòd sit in intermediis, est major difficultas, & pro ea etiam militant gravissimi Thomistæ, Pro affirmativa Cajet., Bannez, Nazarius, Serra, Ferre, Gonet., Zumel.. Pro negativa. Silvester, Io: à S.Thoma, & alii. Et utraq. habet suū fundamentū in D.Th. Imò hi posteriores eligūt negativam, quià videtur illis conformior doctrinæ ejus.

Tertia concl. salva probabilitate oppositæ sententiæ placet eligere hanc negativam naturaliter loquendo. Et moveor primò, quià videtur D.Tho. satis expressè eam tradere in 1. dist. 37. q. 3. ar. 2. Ubi determinans Angelum non posse esse in pluribus locis, sed in uno tantum determinatè præsupponit locum illum debere esse continuū. Unde ad 4. inquit. *Quòd virtus Angeli quamvis excedat hoc operatum excessu quasi quantitatis continuæ, ea quòd posset circa aliquod majus spatium operari, non tamen excedit excessu quantitatis discretę, quià non potest nisi circa unum operari, sive illud sit magnum, sive parvum.* Ubi apertè videtur sentire, quòd in locis discretis non habet facultatem, vel efficaciam operandi; aliàs etiam excederet excessu quantitatis discretæ.

Huic autoritati resp. M. Ferre hic ad 1. solum convincere de duobus discretis extra latitudinem adæquati, non verò intra illam, quia tuncunū tantum efficiunt, & non comparantur, ut plura, ac proindè non esse ibi prædictum excessum quantitatis discretæ. Ita similiter resp. Nazar. hic ad 4. Sed hæc solutio statim impugnabitur ostendendo non posse

duo

duo loca discreta etiam intra spheram loci adæquati comparati ut unum. §. Moveor 2. quià idem repetit hic q.52. ar. 2. in fine, ubi inquit. *Totum illud, cui immediatè aplicatur virtus Angeli reputatur ut unus locus eius licet sit continuum.* Ubi iterum continuitatem loci supponit ad unitatem loci, ut etiam fatetur Nazar. versus finem; quod etiam colligo ex eo, quià verba illa *licet sit continuum* addita fuerunt ad excludendam difficultatem propositam, scil. quòd dum Angelus est incorpore assumpto videtur esse in pluribus locis, cum secundum diversas partes ejus diversa loca considerentur. Hanc autem soluit dicendo, quòd ex immediata aplicatione virtutis ad plura, & ex continuitate pluriū efficitur unus locus, ergo ubi non est hæc immediata aplicatio, & continuitas locorum effici nequit unus locus, & consequenter remanebunt plura, ut plura si semel discreta sunt.

Tertiò tandem moveor, quià hoc ipsum videtur utrobique concludere ratio D. Thomæ, quam ex eo determinatè resoluit non posse esse Angelum in pluribus locis, quià virtus Angeli finita est: sed hęc ratio si aliquid convincit, non tantum convincit de duobus extra spheram, sed etiam intra, quià si semel discreta, & discontinua effici nequeunt unus locus, ut ostensum est, nec leviter idem indicat D.Th. dū recurrit ad continuitatem, ad salvandam unitatem illius.

Ratione ergo prob. ex eodem. Virtus Angeli est finita, ergo nequit per se primò aplicativè esse in duobus locis discontinuis etiam intrà spheram adæquati. Prob. cons. Virtus finita nequit per se primò esse in pluribus locis, ut plura sunt, sed duo discontinua etiam intra spheram adæquati sunt plura, ut plura, ergo. Prob. mi. Quia nequeunt habere rationem unius neq. entitativè, nec continuativè, neq. ordine, ergo. Ant. quoad 1. & 2. part. est per se evidens: quoad 3. verò prob. quià ex uno non derivatur operatio ad alium, sed æquè primò inchoat suam operationē in utroq. ut supponimus, aliàs in utroq. simul non esset, quià ut dicit D. Tho., non oportet, quòd Angelus in loco sit, nisi ubi primò incipit motus, vel ubi primò immediatè aplicat suam virtutem.

Dices habere rationem unius, quià comparatur ad unam virtutem, qua ratione duo adæquata discontinua extra sphæram; vel duo etiam inadæquata intra illam, comparatiuè tamen ad duos Angelos nequeunt habere rationem unius, quià priora superant activitatem unius, & hoc convincit finitas virtutis angelicæ. Posteriora verò, quià est in duobus pluralitas virtutis.

Sed contra hoc est, & in primis non videtur hęc solutio conformis superiori doctrinæ D. Tho. recurrētis non ad unitatē virtutis, sed ad continuitatē ut salvet unitatem loci, cum tamen faciliùs per eandem virtutis unitatem potuisset explicare illam loci, & solvere prædictam difficultatem partium corporis. §. Deindè insto. Nam quæ aliquando in ratione loci dicunt simul respectum ad unam virtutem, debent aliquam in se ipsis præhabere unitatem in hac ratione, aut convenientiam, sed duo loca semel discontinua nequunt aliquam, aut sufficientem unitatem habere in ratione loci, ergo nequeunt habere rationem unius comparativè ad unam virtutem. Mi. patet ex dictis, & ma. sumitur ex D.Thom. in corp. ubi ait. *Oportet enim quidquid comparatur ad unam virtutem, ut unum aliquid comparari ad ipsam.* Sed præterea prob. Nam quæ aliquando dicunt respectum objecti simul intellecti ab una virtute intellectiva debent in se præhabere unitatem, aut convenientiam in ratione objecti, ergo pariter &c. Antec. patet in homine v. g., & leone, qui nequeunt fundare rationem unius cogniti, aut attingibilis simul ab una virtute, nisi præsupponatur in illis aliqua unitas, aut convenientia in ratione animalis, ut per se patet. Cons. etiam tenet à paritate. Sic enim unus locus comparatur ad unam virtutem operativam Angeli, sicut unum objectum ad unam virtutem cognoscitivam. Et ratio etiam utriusque est: quià si semel unitas virtutis est sufficiens ad dandam unitatem objectis, & locis sic discretis, vel distinctis, cessabit quæstio, vel erit de subjecto non supponente, an possit intellectus ejus intelligere plura, ut plura, aut eadem virtus operativa se extendere ad plura hujusmodi loca, ut plura, nam utraque virtus manet non obstante pluralitate objecti, vel loci, si semel non est necessaria talis unitas, vel convenientia pręvia in illis. §. Tertiò denique quià videtur solutio petere principium. Nam ratio adducta fundatur cum D. Thom. in limitatione, & finitate virtutis; Sed hoc est, quod inquirimus, an virtus sic finita, quæ proculdubio supponitur una, sit sufficiens ad se extendendum ad plura loca discreta. (Et idem est de virtute intellectiva finita, quę etiam supponitur una in ordine ad plura objecta,) & ita etiam videretur insufficiens illud medium assumptum à D. Thom., scil. eadem finitas, ad sui principale intentum.

Dices ad priorem principalem impug., quòd etiam in se ipsis præhabent aliquam unitatem, & convenientiam, scil. quatenus sunt partes eiusdem loci adæquati. In quo differunt à duobus inadæquatis extra spheram, & in partibus contentis in duobus inadæquatis. §. Sed contra hoc est, & in primis iterū militat superior doctrina D.Tho. Nam quamvis sint partes unius adæquati, sunt tamen discontinuæ, sed ut ex eodem vidimus, continuitas est necessaria ad unitatem loci sive intra, sive extra adæquatum, ergo.

Secundò quamvis à parte rei dicantur habere hanc unitatem, operatio tamen, aut virtus angelica non attingit illam attingendo partes, ergo adhuc carent unitate impediante pluralitatem locorum, sive sufficiente ad unitatem loci. Cons. tenet ex eadem paritate hominis, & leonis. Nam quamvis habeant unitatem in ratione animalis, si tamen ab intellectu non attinguntur secundum hanc rationem prout in animali conveniunt, sed disparatè, non attinguntur ut unum, sed ut plura, esto sint partes inadæquatæ objecti intellecti, ergo si pariter operatio, aut virtus Angeli non terminatur ad illam rationem, in qua partes conveniunt, adhuc respectu illius remanebunt plura, ut plura, estò sint partes inadæquatæ loci adæquati. Ant. verò prob. Quià virtus non attingens totum in ratione totius non attingit partes ut in illa conveniunt, ergo cum virtus Angeli sic discretè operans non attingat totum, neque attinget partes ut conveniunt in ratione totius, sive secundū unitatem, qua gaudent in toto. Ant. patet in eodem exemplo. Nam intellectus non attingens rationem animalis, nequit attingere hominem, & leonem prout conveniunt in illa.

Dices ex doctrina laudati Mag. Farre hìc ad 2. Esse duplex discrimen inter duo loca partialia comparativè ad totale in, & inter hominē, & leonem comparativè ad animal, quòd homo, & leo non intelliguntur simul immediatè, sed mediantè animali, unde si seorsim intelligantur, non possunt non intelli-

telligi ut plura. Sicut similiter dum intelligit hanc propositionē, homo est animal, quià utrumq; extremum non intelligit immediatè, sed mediante tota propositione intellecta, si seorsim illa attingeret, attingaret ut plura. Ceterū Angelus dum operatur in loco sibi adæquato, non operatur mediatè in partibus illius, sed immediatè in omnibus, & sic potast esse simul, aut per modum unius in illis, esto non sit in toto.

Secundùm discrimen est, & urgentius apud ipsum, quòd homo, & leo non spectant ad idem objectum, nisi in quantum intellectus simul actualiter assumit in toto, quod ast aimal: sicut similiter homo, & animal non spectant ad hoc totum propositionis, homo est animal, nisi in quantum intelligendo hanc propositionē, componit illā ax homine tanquā ex subjecto, & animali tanq. ex predicato; & sic dum non componit attingendo totū propositionis, partes simul intelligere non valet, quià tunc nulla unitate objectiva gaudent. Cæterum conveotus hìc nosset, & ille PP. Discalceatorum, esto Angelus non occupet spatium intermedium, actualiter sunt partes spatii Romani, in quo potest simul operari, & sic lemper gaudent, eo genere unitatis, quòd possit Angelus simul in illis operari.

Sed quamvis utraque solutio valdè ingeniosa sit, nihilominùs primò contra primam insto ex his, quæ habet ibidem D. Tho., ubi docet, quòd licet Angelus dum est in aliquo divisibili loco totus sit in multis partibus loci, non tamen dicitur asse in multis locis, quià est in illis, in quantum immediatè est in toto ex illis constituto, & hinc infert non esse in multis locis. Ex quo arg. sic supponendo D. Tho. loqui de multis locis, ut plura sunt. D. Thom ex eo salvat quòd existens in multis partibus loci totalis non existit in pluribus locis, quià est immediatè existens in toto, argo existēs in pluribus sina immadiata existentia in toto, existit in pluribus, ut pluribus. Unde licet dicamus quòd existēs immediatè in toto, sit etiā immediatè in partibus illius, nihilominùs in illis nō est ut in pluribus, quià immediatè existit in toto, ergo si semel est in pluribus non existens immediatè in toto, sed discretè in illis, erit in pluribus ut pluribus, sive mediatè sit in illis, sive immediatè.

Contra verò 2. militat replica superiùs facta. Nam quamvis actualiter sint partes, aut secundum se conveniant in ratione totius, non tamen actualiter attinguntur prout sic convenientes in uno, cum revera non utatur tota illa sphera tanquam uno, ut probatum est, ergo sic discretè existens in pluribus, & non in toto, existit in pluribus, ut in pluribus. Unde sicut homo, & animal; vel homo, & leo non se habent per modum unius, nisi ut actualiter assumuntur in suo toto, ita nec duo partialia loca attinguntur per modum unius nisi prout actualiter attinguntur in toto, ut patet ex doctrina D. Thom. aliàs nō oportebat recurrere ad immediatam existentiam in toto, ut salvaret nō esse in multis locis ex eo, quòd existit in pluribus partibus. Satis enim erat dicere, quòd est in illis immediatè, & quòd actualiter sunt partes loci adæquati, cum tamen utrobique ad prefatam immediatam existentiam in toto recurrat ad salvandam unitatem loci, ac proindè nequit hæc haberi juxtà D Tho., loco totali non attacto.

Secundò Prob. paritate desumpta ex eodem ibidem in 1. prosequendo idem medium. Non minùs est finita virtus operativa Angeli ad occupandū locum, quàm informativa animæ ad informandum corpus, sed quià hæc finita est non potest partes illius axtremas per modum unius informare, non informando medias, ergo nec virtus Angeli potest occupare partes extremas, vel discretas occupare per modum unius, non occupatis mediis. §. Dices esse discrimen, quòd anima non liberè informat, sicut Angelus liberè occupat, unde licet illa non possit, quam velit partem informare, sed teneatur informare totum, poterit tamen Angelus, quam voluerit loci occupare derelictis mediis.

Sed contra hoc est. Nam licet ex quo liber est, possit occupare, quam voluerit, non taman quam simul voluerit, ergo licet in libero jure occupandi totum, vel hanc, aut illam partem, superet illam, non tamen occupandi simul discretas relictis mediis. Prob. ant. Quià jus libertatis nequit dare dominium repugnans propriæ virtuti locativæ, sed huic utpotè finitæ repugnat dominium occupandi simul discretas, ut probatum est, ergo idem jus nequit dare illi tale dominium. §. Expl. & urg. hoc eadem paritate. Quamvis anima rationalis ex quo naturaliter informat, nequeat hanc, val illam prolibito informare, sed teneatur omnes juxta dispositionē materię, ex finitate tamen habet, quòd non possit simul extremas per modum unius relictis mediis: Duo nā. que distinguenda sunt, & quòd non possit aliquam omittere, & quòd mediis semel omissis, non possit extremas respicere per modum unius. Primum habet, quià non liberè, sed naturaliter unitur: secundum verò, quià vis informativa finita est, ergo licet Angelus, ex quo liber est non habeat debitum occupandi omnes, ex quo tamen virtus ejus finita est, nequit omittere medias, si velit discretas per modū unius occupare. Et ratio à priori est, quià virtus aliqua, ex quo finita est, nequit ut perpetuò docet D. Thom. respicere plura ut plura, ut contingeret, (ut vidimus ex eodem) occupatis extremis sine existentia, vel aplicatione virtutis in mediis, vel in toto.

Ultimò tandem prob. ex inconvenienti, quòd ex eodem capite finitatis angelicæ vitare intendunt, nihilominus in eadem opinione adhuc difficile est evadere. Si semel Angelus posset occupara partes discretas intra eandem spharam, posset etiam extra illam, sed hoc non admittitur, ergo nec primum. Probatur sequela. Nam duæ discontinuæ extra non habetent majorem latitudinam, aut spatium, ut modo suppono, quàm duæ intra illam, ergo si semel posset intrà illam, posset etiam plures extra. §. Dices, quòd licet non faciant majorem terminum, vel spatium, nihilominùs quià virtus finita est, non potest in partes secundum omnem distantiam. Non enim potest virtus ejus seextendere ad omnem, & in hoc præcipuè consistit finitas ejusdem virtutis, unde licet possit extendere se ad omnē discretam intra, non tamen ad omem extra, non quià præcisè discontinuæ sint, aut majorem terminum faciant, si simul jungantur, sed quià sunt in distantia superante activitatem Angeli.

Sed contra hoc est, & utor præcipuè eorum medio. Nam quià Angelus est liber, & absolutus à legibus loci potest discontinuare, & discretè se aplicare in partas distantes ejusdem loci, ergo quià pariter est absolutus ab illis poterit discontinuare, & discretè se aplicare in distantes quacunque distantia sine dependentia à mediis. Ant. est præcipuum eorum fundamentum. Cons. verò prob. Quià semel

ab-

absolutus ab eisdem legibus, est etiam absolutus à maiori, vel minori distantia, hæc enim respectu absoluti materialiter se habet, ut patet, ergo.

Expl., & arg. hoc. Nam supposita hujusmodi independentia ab eisdem legibus, major, vel minor distantia non tollit, nec diminuit activitatem illius, dum eam non exercet in spatiis, vel locis intermediis, ergo si semel potest eam discontinuare in partes discretas intra spheram, poterit etiā in discretas extra. Parum enim refert, quòd sit major inter istas, dum in spatio intermedio majori eam nō exercet. Unde si jure suæ libertatis habet, quòd possit aliquando discontinuare, vel discretè se aplicare, non obstante, quòd virtus ejus finita sit, poterit prolibito discontinuare, & discretè operari in quam partem voluerit sivè intra, sivè extra. Unde licet dicamus habere tunc partes extremas determinatas, quando simul totam aplicat virtutem etiam in toto, cum revera influxus ejus sit finitus, si semel tamen potest hunc dividere, pariter non obstabit ejus finitas, ut sit in magis, vel minùs distantibus, dum intactum relinquit spatium majus intermedium, & tantus sit in illis, quantus in istis, cum ab illis, non dependeat, nec in illis aplicet suam virtutem.

§. III.

Solvuntur argumenta contra præcedentem conclusionem.

PRimò arguit Mag. Ferre. Illa duo loca comparantur ad virtutem angelicam tanquam loca inadæquata, conveniunt etiam in eo, quòd sunt partes unius loci adæquati, ergo poterit Angelus simul esse in illis sine eo, quòd sit in intermediis. Prob. conf. quià Angelum non esse intermediis, non tollit ab extremis, quòd sint actu partes unius loci, idest illius loci, in quo potest simul operari, ergo non tollit ab illis unitatem, & convenientiam in uno tertio, ergo possunt simul locare Angelum. §. Dices ut supra, solum materialiter esse unius loci adæquati, non formaliter in ratione locandi, cū Angelus sic discretè operans non utatur tota illa sphera, aut non sit in loco totali, quod erat necessarium ut ostendimus ex D. Thom., ut locarent illum per modum unius loci, sivè ut partes in unitate loci convenientes.

Sed contra hoc est. Quamvis de facto prædicta duo loca non conveniant in eo, quòd Angelum locent per modum unius loci actualiter locantis, conveniunt tamen in eo, quòd sint intra illud spacium, in quo potest adæquatè simul operari, ergo semper servant unitatem partium formalem, & non tantum materialem. §. Expl. hoc. Nam ex duplici capite potest dari unitas inter illa duo extrema in ratione locandi Angelum. Primò ex eo, quòd locarent Angelum simul cum loco totali de facto locante illum. Secundò ex eo quòd sunt intra spheram activitatis Angeli; hoc est intra illud spatium, in quo simul potest Angelus locari; licet autem in casu desit prima unitas, non tamen secunda, ac proindè, esto loca intermedia non habeant locare illum, poterunt tamen locare extrema.

Resp. bene ibi. Ad replicam neg. conf., & suppositum illius, quòd ad habendam unitatem formalem in ratione loci sufficiat habere tantum rationem partis in se ipsis respectu loci adæquati, quià, ut dictum est, etiam homo, & leo conveniunt in ratione partium objecti adæquati intellectus, & tamen si ab illo nō cognoscantur secundū hanc unitatē in ratione animalis, non cognoscuntur per modum unius in ratione objecti, sed magis ut plurium. Requiritur ergo quòd non tantum sint partes intra locum totalem, sed etiam quòd terminent virtutem activam secundum rationem, qua sunt unum. Unde, ut vidimus, recurrit D.Thom. ad immediatam existentiam in toto ut salvet non existere in pluribus, ut pluribus. Parum enim refert, quòd habeant, ut dicebamus, unitatem, si tamen secundum illam non attinguntur, nec terminant virtutem, ut conveniunt in unitate loci totalis, nam unitas formalis in ratione loci attenditur in ordine ad locatum, vel virtutem ejus in casu locati angelici, vel diffinitivi. Si ergo non attingatur ab isto talis unitas, perindè est, ac si non esset, & ideò remanent plura, ut plura. Et hoc videtur intendere D. Tho. exemplo animæ rationalis. Nam etiam duæ partes extremæ ejusdem corporis conveniunt in eo, quòd sunt partes totius, quod potest anima simul informare, & tamen hæc unitas esset insufficiens ad illas informandum per modum unius, si non informaret medias; quidquid sit, ut dictum est, quòd naturaliter informans corpus, non possit eas omittere. Et per hæc patet ad explicationē.

Secundò etiam principaliter arg. ex eodem, & aliis. Angelus potest se liberè locare in toto continuo spatio, ad quod diffinitur virtus ejus operativa, sic quòd sit totus in toto spatio, & totus in qualibet parte spatii, ergo poterit liberè se locare in partibus extremis ejusdem spatii relictis mediis. Prob. cons. Quià partes extremæ hujus spatii non dependent in locando Angelum à mediis, sed solum à virtute Angeli, vel operatione ejus, per quam aliquid producit in illis, sed potest operari in extremis non operans in mediis, ergo. Prob. mi. Quià ad sic operandum non potest impediri à mediis, cum ab illis non dependeat: & extremæ etiam in ratione sui immediatè, & non ratione mediarum accipiunt esse, quod ab illo eisdem communicatur, ergo nihil obstat, ut operetur immediatè, & simul in istis, relictis mediis.

Explicat hoc ipsum Angelus non est in partibus localiter, quià operatur in toto, sed quià immediatā immediatione virtutis, & suppositi operatur in partibus totius, ergo poterit in solis illis operari sine eo, quòd operetur in toto spatio diffinitivo virtutis ejus. Conf. tenet, quià ea, quæ conveniunt partibus ratione sui immediatè, & non ratione totius possunt ei convenire indepēdenter à toto, ergo cum recipere influxum Angeli conveniat cuilibet parti immediatè ratione sui, & non totius spatii diffinitivi, poterit recipere illum, sine influxu ad totum.

Ad hoc quòd est præcipuum eorum fundamentum procedens ex libertate, & independentia Angeli à legibus loci; Dico in primis, quòd videtur procedere ex fallacia non causæ ut causæ; nam ratio, quarè non possit Angelus sic discretè operari, & se locare in eisdem partibus extremis, non est, ut vidimus, ob defectum libertatis, & independētiæ, sed ex finitate virtutis ejus, quià sic discretè operans in illis, & non in toto, vel secundum unitatem, quam habent in illo, virtus ejus se extenderet ad plura loca, ut plura, ut ostensum est, quod tamen repugnat virtuti finitæ. §. Ex dictis ergo neg. conf. Ad prob. dist. ma. non dependent à mediis, in locando simul, vel discretè, neg., seorsim, vel divisivè conc., & dist. mi. Potest operari in

par-

partibus, & non in toto, simul, & discretè, neg., seorsim, vel divisivè, conc., & in hoc sensu etiam conc. cons., in priori neg., quià in priori, ut dictum est, nequeunt servare unitatem loci, quod est necessarium respectu virtutis finitæ. Aliud est ergo, quòd quælibet pars extrema possit locare terminando influxum ejus, & similiter Angelus possit operari in qualibet extrema non operans in mediis, aliud verò quòd simul, & discretè. Primum est verum, & convincitur argumento facto. Secundum verò negamus, quià jus libertatis, & independentia à loco tribuunt solum posse operari, in qua parte voluerit, non in qua simul, quià nunquam vidimus, quòd virtus aliqua finita simul habeat æquè primò plures operationes, sed debent istæ reduci ad diversas virtutes, ut patet in Petro vidente simul, & ambulante. Hoc enim est præcipuum intentum naturæ, ut unitati studeat, juxta propriam sui finitatem, & limitationem. Per quod etiam patet ad probat. mi. Non enim ex dependentia, sed à finitate virtutis impeditur ad simul operandum in illis. Et licet dicamus quamlibet seorsum ratione sui immediatè terminare, & non ratione spatii medii, nihilominùs in terminando simul dependent à terminatione mediarum, quià nequeunt aliter terminare per modum unius, sine immediata existentia, & operatione Angeli in toto loco, ut vidimus ex D. Thom. §. Et per hæc resp. ad explic. Undè dist. ant. Non est in partibus localitar, quià operatur in toto: non est in illis simul, neg., seorsim conc., & dist. cons., poterit operari in extremis, simul, neg., seorsim conc. Ad ejus prob. neg. suppositum conseq. quòd terminare simul influxum Angeli conveniat partibus extremis independenter ab influxu ad totum, ut hactenus ostensum est.

Tertiò arg. evertendo præcipuum fundamentum nostræ sententiæ desumptum ex finitate virtutis, & est replica contra solutionem. Duo loca inadæquata intra eandem spheram possunt habere rationem unius præcisivè ab unitate spatii intermedii, vel loci totalis, ergo licet virtus sit finita poterit simul terminare ad illa, sine influxu ad totum. Prob ant. supponendo quòd Deus annihilaret aerem ambientem hominis corpus, vel medias partes illius, & conservaret ambientem caput, & pedes; & quòd etiam ab eodem corpore auferret quantitatē aliarū partium, remanente illa capitis, & pedum; tunc duo illa loca inadæquata capitis, & pedum haberent rationem unius loci præcisivè ab aliis, esto inter se distarent ut patet, cum sine quantitate non habeant rationem loci, ergo. § Secundò; quià ad unitatem loci sufficit unitas ejus, quod in eo se habet ut formale, sed formale utriusq. loci inadæquati intra eandem unum est ergo, & uterque locus erit unus. Ma. patet in loco circumscriptivo baculi, cujus unā medietas sit in aqua, & alia in terra, nam quamvis utraq. superficies aquæ, & terræ distantes sint inter se, nihilominùs dicuntur unus locus formaliter, quià conveniunt in ratione unius continentis, & mensurantis locatum. Mi. verò prob. nam formale loci diffinitivi est ratio contenti, sed hæc intra ambitum loci adæquati, & comparativè ad unum Angelum est una respectu utriusq. loci, ergo: prob. mi. quià una est ratio continentis, ergo & una est ratio contenti.

Ad hoc, quod tertio loco proponit M. Serra neg. ant. Ad 1. prob. dist. ant. habent rationem unius loci totalis, conc., inadæquati, neg., nam licet sint partes inadæquatæ hominis, si tamen cæteræ carent quantitate, illæ tantum extremæ obtinent rationem loci, aliæ verò manent solum entitativè, vel in ratione substantiæ, non in ratione loci, unde dicentur tantū eædem extremæ discontinuare, veluti negativè in ratione entis, vel substantiæ non positivè, vel in ratione loci. §. Ad 2. neg. mi. ad prob. neg. iterum mi., ad ejus prob. dist. ant. una est ratio continentis, una, & non una, conc. una tantum, neg., nam ex quo æquè primò simul inchoaret duplicem operationem, una esse non potest, ut dictum est. §. Sed instas. Ex eo quòd loca sint discontinua, non sequitur discontinuam esse operationem angelicam, ergo non variatur ratio contenti. Prob. ant. virtus, & operatio angelica non commensuratur cum quantitate, aut continuitate, vel extensione loci, sed est omninò independens, ergo non tenetur conformari cum illius continuitate, aut discontinuitate, sic quòd si partes sint discontinuæ, etiam operatio debeat esse discontinua, & multiplex. §. Urg. hoc ex eo quòd quælibet pars sit continua non tenetur suam operationem extendere juxta continuitatem ejus, ergo nec ex eo, quòd duæ sint discontinuæ tenetur multiplicare juxta discontinuitatem earum cons. tenet à paritate, & ant. traditur à Thomistis hìc ar. 2., ubi non solum contra Valentiam docent non necessitari Angelum ad existendum in toto loco, seu spatio adæquato, sed posse esse in minori; sed præterea etiam contra Scotum, & Vasquez, quòd possit esse in minori, & minori in infinitum: imo, & in solo puncto, vel in indivisibili unius partis se collocare, cujus rationem à priori tradit D. Th. ibid. in corp., quià Angelus est quid indivisibile extra genus quātitatis, & situs existens, unde non est necesse, quòd determinetur ei locus indivisibilis secundum situm, sed divisibilis, vel indivisibilis; major, vel minor secundum quòd voluntariè aplicat suam virtutem ad corpus majus, vel minus.

Huic instantiæ eodem modo resp. ut supra neg. ant., ad prob. neg. cons., nam licet à quantitate loci non dependeat quantum ad commensurationem, nihilominùs continuitas est necessaria ut vidimus ex D. Tho, tanquam conditio ad salvandam unitatem operationis, sumpto fundamento ex finitate virtutis, quæ nequit loco discontinua attingere per modum unius, ut ostensum est. Et per hæc etiam patet ad confirmat., ad quam neg. cons., quià si semel discontinuæ sunt; nequeunt per se primò respici à virtute finita, unde vel tenetur attingere secundum unitatem totius, si velit sibi subjicere illas per modū unius: aut debet discontinuare suam operationem. Occupare verò quam partem voluerit non discontinuando etiam usq. ad indivisibile, sufficienter habet ex pręciso jure libertatis, & ex indepēdentia à quantitate, nam dum non discontinuat, finitas id non impedit.

Ultimò arg. aliquibus exemplis. Primum sumitur ex Genes. 19. nam Angelus subvertens Sodomam simul erat in multis partibus discontinuis, cum non omnes domus essent continuæ. Secundum ex 37. Isaiæ simul occidente milites Sennacherib. qui tamen erant in diversis partibus castrorum: non constat autem, quòd in partibus intermediis aliquid operaretur, cum ibi non essent milites occidendi, ad quod

missi

missi erant. Et idem patet in illo, qui assistit toti regno; nam simul occurrere potest pluribus partibus illius juxta eorum exigentiam, quæ gerenda sunt, licet inter se veldè distent, aliàs non videretur sufficienter provisum per unum Angelum.

Urg. hoc etiam in corp. Christi, quod non solum potest esse in pluribus hostijs separatis, & inter se distantibus, sed etiam in extremis ejusdem hostiæ, si corrumpentur partes mediæ non corruptis extremis; vel si sacerdos intendet solum consecrare extremas, & non medias, sed non alia ratione, nisi quià non est ibi per commensurationem ad locum, sed modo elevatiori, & perfectiori, ergo similiter Angelus si in loco non est per commensurationem ad illum poterit sine ulla repugnantia discretè esse in illo.

Ad hoc resp cum M. Io: à S. Tho. præfatos Angelos habuisse illos effectus, non simultate indivisibilis instantis, ent operationis, sed brevissimi temporis, quià tam celeriter eosdem exequuntur, ut videantur in instanti illos exequi, cum tamen efficiant tempore discreto. Vel si admittatur in instanti physico produci, tunc dicendum est, quòd potuerunt etiam in spatio inter medio aliquid operari, quià unica operatione possunt plures effectus habere, cum non sit minoris efficaciæ virtus eorum, quàm virtus solis, qui per eandem operationem, vel influxum producit in aere lucem, in terra herbam, & in ejus visceribus aurum, & idem dicendum est de custode unius regni, vel quòd in pluribus sit solum tempore discreto. Vel si admittatur in instanti, quòd in mediis producet effectum continuatum, vel coordinato effectui producto in extremis.

Ad confirm. quæ est argumentum primum à D. Tho. ibidem in 1. propositum resp. cum eodem neg. conf. quià cũ Corpus Christi non sit in pluribus hostiis consecratis ratione propriæ virtutis, neq. ut unitũ Divinitati, itaut derivetur ex illa, aliqua virtus ad idem corpus, ut in pluribus hostiis existat, sed ratione consecrationis, & conversionis substantiæ panis in ipsum, benè potest in omnibus locis esse, in quibus erat substantia panis convertenda cum ibi remaneat quantitas cujuslibet panis conversi in substantiam ejus. Et idem contingeret (inquit D. Tho.) in quid quid aliud panis Divina virtute transubstantiaretur. Quod autem dicitur de pluribus hostiis distantibus, proportionaliter dicitur de illo in partibus extremis, corruptis mediis, vel non consecratis. Ex quibus etiam colligimus instantiam, ant paritatem propriè non militare contra conclusionem, cum in ea secundum id, quod fieri potest per vires naturæ sit sermo, & non virtute supernaturali, ut contingit in eodem Sacramento ex vi consecrationis, nam prout sic fatentur Jo: à S. Tho., & jidem recentiores posse similiter Angelum esse in pluribus discontinuis existimantes non apparere manifestam contradictionem. Præter quã quòd, ut supra insinuavimus, Corpus Christi non est ibi tanq. in loco, sed modo ineffabili, & Sacramentali.

§. IV.

Resolvitur tertia pars statuendo ultimam conclusionem circa plures in eodem loco.

De hac 3. parte, vel difficultate letè egimus in physicis, nam cum Angeli, ut dictum est, sint in loco per modum efficientis, idem ferè est, an possint duo esse in eodem formali, & an possit idem effectus à duplici causa totali procedere. Nam de loco materiali non dubitamus, quòd scil. absolutè, & simpliciter possint plures in eodem esse producendo diversos effectus, vel motus, vel eundem, effectum, ut causæ partiales, quamuis non deceat sic partialiter concurrere, cum in illo quilibet sit per modum continentis perfecti, & consequenter sit sufficientissimus ad omnem motum, & effectum producendum. Quod præcipuè intelligendum est de bonis, qui semper operãtur id, quod est consenteneum propriæ naturæ, nam de malis ob eorum nequitiam, & confusionem non est inconveniens plures sæpè esse in eodem loco, ut dicitur Marc. 5. de homine habente legionem eorum. Difficultas ergo est de loco formali, in quo producant eundem numero effectum per modum causæ totalis. Et quidam specialiter militat in nostra sententia, in que ponimus Angelum per modum efficiẽtis, nã qui tenẽt esse ratione substantiæ, aut modi superadditi facilimè affirmare poterunt, cum in his, utpotè non habentibus quantitatem, qua se excludant, non appareat aliqua oppositio, aut repugnantia respectu ejusdem loci.

Dicendum nihilominùs est plures Angelos, nec naturaliter, nec supernaturaliter posse esse in eodem loco formeli. Est D. Tho. hic art. 3. Et in 1. ejus part. cõveniunt omnes. quod 2. tamẽ videtur recedere Cajet., qui licet videat D. Tho. eidem favere, interpretatur tamen de impossibilitate naturali. Cæterum ex his, quæ in 2. phys. tradidimus, colligi potest contradictio convincens etiam supernaturalem, quòd nempè adæquatè penderet à quolibet eorum ut suppono, idem effectus, & non penderet, quià ab uno habet adæquatè esse, & consequenter sine indigentie, quod est non pendere ab illo. Ex quo negant ibidem communiter Thomistæ etiam de potentia absoluta Sed videatur ibi Cajet. §. Ad hoc *breviter dicitur. Ubi tandem videtur reducere ad dualitatem agentium prout in uno conveniunt. Nam versus finem inquit. Et sic in proposito à duobus agentibus non ut duo sunt dependeret, sed ut uniuntur.* Et paulò antea explicens hoc ipsum exemplo duplicis luminosi in eodem loco, licet videatur tenere non esse impossibile logicum, sed physicum, nihilominùs immediatè post declarans idem exemplum, subdit. *Quæ circa in tali casu illa duo luminosa se haberent ut partes unius luminosi.*

Sed quamvis admitteretur intentum D. Thom. nõ esse ad concludendam impossibilitatem supernaturalem, eam tamen ratio ejus non leviter insinuat, ut videri potest in eodem 1. ar. 3. ubi non præcisè determinat per propositionem cathegoricam; ut facit in præsenti, (in quo etiam fundatur Cajet. ad interpretandum de naturali), sed per modalem dicens, quòd impossibile est idem secundum idem pati, & moveri à diversis agentibus, vel moventibus, si utrumque sit perfectæ virtutis. Quià (inquit) *ab agente perfecto patiens ducitur in actum perfectum, quo habito non remanet in potentia ad suscipiendam aliquid plus.* In quo impossibilitatem dependentiæ exprimit, & indigentiæ ab alio. Nec instantie illa de duobus luminosis obstat, quià ut docet D. Tho. 2. q. u. & q. 24. ar. 5. ad 2. multiplicatis luminaribus æquè perfectis causatur majus, & intensius lumen, quàm per unum solum.

Verum in gratiam ejusdem Eminentiss., qui tãti pdõeris est in nostra schola placet advertere, quòd quià ipse in constituendo Angelum in loco non præcisè

cisè recorrit ad operationem, sed ad aplicationem virtutis ad operandum, ad quam non necessariò sequitur operatio, cum jure libertatis possit aplicare virtutem ad locum,& non operari,ideò stando in hoc modo dicendi probabiliter sustineri potest, plures Angelos posse esse in eodem loco, & ità tenet hîc M. Bannez ar.3.concl.3.Qoià tunc cessat illa repugnantia dependentiæ in effectu de duplici causa totali, nam sola aplicatio virtutis non est productio illius, cum ut supra insinuavimus,ex parte intellectus dicit tantum cognitionem, aut dictamen practicum operis exercendi in tali loco, & ex parte voluntatis electionem, & volitionem, ad quam pront ipse voluerit, sequatur operatio, quod præcisè arguit negationem distantiæ ad locum ex parte substantiæ Angeli, & quòd potentia executiva sit expedita ad talem operationem pro jura libertatis exercendam, non verò operationem ipsam, aut productionem effectus. Unde eadem aplicatio magis se habet per modum habitus, quàm puræ potentiæ, ut infert Cajet.,cum sit dispositio istius ad operandum, quod est propriũ habitus,quo etiam utimur, quando volumus, non tamen, ut dictum est, tenetur conjungi necessariò cum operatione, sed est quid medium inter substantiam, & potentiam Angeli ex una parte, & operationem ex alia pendens ex voluntate ejus,ut conjungatur. Cæterum, ut etiam vidimus supra, hæc est sola præsentia ordinis, & inchoata, ut fatetur idem Cajet. Unde ex hoc modo dicendi solum poterat inferri præsentia plurium in eodem, non completa, & operationis, sed tantum inchoata, & ordinis. Argumenta contra conclusionem pendent ex dictis in eodem 2. Phys. unde omitto, ne eadem repetamus.

QUAESTIO TERTIA.

An possit Angelus transire de extremo ad extremum sine transitu per medium.

SUPPONO ex D. Thom. hîc qu.53. ar.1. Angelum posse utroque motu moveri, continuo, scil., quo successivè, & per partes accedit ad terminum *ad quem*, partialitate tamen relata ad locum, ut dicit D. Thom., non ad substantiam Angeli, cum sit indivisibilis. Et deindè discreto, quo totũ simul terminum *à quo* deserit,& totum simul terminũ occupat *ad quem* Unde discretus dicitur cõponi tanquam ex partibus ex duobus indivisibilibus, sicut numerus binarius ex duabus unitatibus, & ità eidem correspondent duo instantia immediata, immediatione tenente se ex parte operantis, cum hujusmodi instantia, aut partes indivisibiles sint ipsæ operationes immediatè inter se conjunctæ. Ratio autem primi est quià ad motum continuum duo requiruntur, & sufficiunt, nempè quòd fiat per aliquod spatium continuum pertranseundo omnes ejus partes, & quòd non interrumpatur per aliquam quietem. Constat autem posse Angelum successivè operari per aliquod spatium continuum sine cessatione ab actu.

De discreto verò etiam patet, nam cum Angelus indivisibilis sit, nec commensuretur loco, in quo existit, potest pro sua libertate per ultimum esse suæ operationis deserere totum aliquem locum, & immediatè post per primum esse alterius in totum aliũ locum se aplicare, & totum simul acquirere, non attendendo ad continuationem, vel successionem loci, cum sit independens ab illo. Nam solum mobile corporeum habens extensionem, tenetur per partes acquirere, nec potest motu discreto totum simul acquirere, sed tantum continuo per correspondentiam partium ad partes loci. Angelus verò sua operatione indivisibili potest totum simul, & acquirere, & deserere, sicut & quam partem voluerit extremam jure suæ libertatis, ut dictum est; sic quòd in uno instanti divisivè,& absolutè sumpto quiescat, in utroque tamen collectivè moveri dicatur, quià verè transit de uno ad alterum.

Hoc supposito difficultas præcipua est de hoc posteriori motu, nam de continuo est certum non posse, sivè isto moveatur per se, ut cum successivè tangit omne spatium aliquid producendo in illo, sivè per accidens ad motum corporis,in quo operatur, nã sicut istud non potest omittere spatia intermedia,nec poterit Angelus omittere illa, si semel movetur ad motum illius. Restat ergo inquirendum, an teneatur sic procedere dum transit de uno extremo ad alterum motu discreto. §.In qua re sunt duæ sententiæ extremæ, & altera media. Prima extrema negat, & pro illa referuntur D. Bonav., Ricardus, Ægidius, & alii antiquiores, & ut probabilioram amplectitur Soarez lib. 4. de Angelis cap. 19. § Secunda est affirmans,quam sustinent Thomistæ Capreol.in 2.dist. 6. qu.1. ar.1. concl.3., Cajet.,& Bannez in præsenti, Ferrara 2. Cont. Gent. cap.12., Mag. Joan. à S. Th. hîc ar.4. Salmant. disp.3. dub.5. Mag. Serra dub. unico, Mag. Ferre qu.6. in manuscriptis: Nazar. controv. unica. Gonet. ar.3., & alii communiter, quam etiam tuetur Vasquez hîc disp.96. cap.2.

Tertia, & media distinguit de medio participante extrema, sivè de partibus proportionabilibus, vel nõ designatis,& cõmunicantibus inter se, & de non participantibus, sivè aliquotis, & designatis, quarum quælibet affert suam peculiarẽ magnitudinem in nullo communicatam, & imbibitam in alia parte, ut explicatum est in physicis. De primis ergo affirmat non esse necessarium tangi ab Angelo, sed de posterioribus negat. Ità Scotus in 2. dist.2. quæst ultima, & sequitur Arrubal. hîc disp. 160, cap.2., & alii Recentiores.

§. I.

Statuitur conclusio.

POtest Angelus moveri motu discreto de extremo ad extremum sine eo, quòd transeat per mediũ quodcunque sit, sive communicans, sive non communicans, sivè intra, sivè extra spheram. Est Div. Thom. hic ar.2. in corp. versus finem, ubi inquit, *Hoc autem scil. moveri de extremo in extremum, & non per medium potest convenire Angelo, sed non corpori, quià corpus mensuratur, & continetur sub loco, unde oportet,quòd sequatur leges loci in suo motu, sed substantia Angeli non est subdita loco, ut contenta, sed est superior, ut continens. Unde in potestate ejus est aplicare se loco prout vult vel per medium, vel sine medio.*

Dices D. Tho. intelligendum esse de medio participante, seu de partibus proportionalibus, ut patet ex alia ejus ratione, qua ibidem utitur,quià nempè deberet pertransire infinitatem mediorum cum i.i.

istæ partes infinitæ sint utpotè divisibiles in alias, & alias in infinitum medietates, ut vidimus in physicis. Undè nequeunt motu discreto numerari, quod tamen non militat de aliquotis, aut participantibus, cum sint istæ, determinatæ, & finitæ. §. Sed contra hoc est. Nam licet ex infinitate mediorum determinatè inferat impossibilem trãsitũ per omnia media proportionalia, expressè tamen in fine corp. ut patet ex textu relato, non solum tejicit tale debitum tangendi partes medias aliquotas, sed etiam tradit rationem hujus à priori, ut statim constabit, ergo de mente ejus in favorem conclusionis nullo modo dubitandum est, quòd omnes excludat.

Ratione ergo fundamentali ex eodem prob. Angelus non est in loco per commensurationem, sed modo indivisibili, & independente à legibus loci, potens totum simul occupare, ergo potest totum simul deserere, & alium quomodolibet distantem acquirere. Ant. est certum, quià non est per modum contenti, sed continentis, & superioris per contactum operativum sicut agens, non quantitativum, & per modum subjectionis, sicut corpus, & quamvis aliter esset, semper tamen est per modum substantiæ superioris, inextensæ, & indivisibilis. Unde sicut anima rationalis simul æquè primò totum corpus informat, ità Angelus totum simul locum occupare potest. Conſ. verò prob. tum ex opposito in corpore, nam ex eo istud nequit totum simul occupare, vel totum simul acquirere, & totum simul deserere, quià commensuratur, & subditur loco, seù legibus illius tam quoad partes indeterminatas, quàm medias determinatas, ergo si Angelus est ab his omnibus absolutus poterit totum simul deserere, & totum simul acquirere omissis mediis quæcunque sint.

Secundò prob. eadem conſ. Nam habens facultatem totum simul ab initio acquirendi, habet facultatem totum simul deserendi, sed habens facultatem totum simul deserendi, habet illam etiam totum simul quomodolibet distantem acquirendi, ergo si Angelus &c. Ma. patet, quià non minùs est superior, & independens, vel dominativè se habens indeserendo, quam in occupando. Mi. verò prob. Nam derelicto toto simul perindè se habet, antequam ad aliũ accedat, vel illum occupet, ac si nullibi esset ut patet, ergo sicut potest ab initio jure suæ superioritatis, & libertatis totum quemcunque occupare, poterit illo derelicto alium totum simul in quacunque distantia acquirere. Prob. conſ Quià in nullo existens potest eodem jure quemcunq; occupare, ergo si priori relicto perindè se habet ac nullibi existens, poterit inquacunque distantia alium simul totum acquirere, eodem modo sicut totum simul ab initio occupat

Expl. hoc. Nam Angelus antequam se collocet in aliqua parte Universi ità liber est, & potestatem habens supra omnẽ locum, ut pro sua voluntate, ratione substantiæ, ut dicit Scotus, vel per suam operationem, ut nos dicimus, in qua voluerit se collocare, nam aliàs non esset agens omni corpore superius, & nulli subjectum; sed relicto omninò priori loco, plenè retinet eandem superioritatem, & independentiam, ac libertatem, aliàs se ità ab initio collocando inferret sibi maximum præjudicium, ergo sicut potest ab initio quemcunque occupare, poterit eo relicto quemcunque acquirere.

Dices ex his solum convinci de mediis intra spheram adequatam, non in qualibet distantia, nam aliàs non esset virtutis finitæ, & limitatæ, nec ejus voluntas esset finite efficaciæ, vel restrictę ad determinatum locum. Unde licet antequam eligat hunc, vel illum tanquam spheram sibi adæquatam possit unum præ alio eligere, postquam tamen unum, vel alterum elegit, non est sui juris quemcunque alium eligere, sed tenetur servare limites suæ virtutis transeundo à primo ad alterum in determinata distantia.

Sed hæc solutio manifestè rejicitur argumento facto. Nam licet ejus virtus sit finita, primo tamen pro sui libertate occupato, & pro eadem relicto, in nullo diminuitur, & à nullo subjicitur, ergo remanet cum eadem efficacia, & libertate occupandi quẽcunque voluerit, sicut potuit ab initio; unde finitas ejus solum potest militare de duobus extremis simul totis occupandis, non tamen priori relicto. §. Dices iterum esse discrimen, quòd ab initio dum nullibi est, à nullo loco positivè distat, & ideò benè potest pro sua libertate se in quocunque locare, cæterum postquam in aliquo est, cum ab illo distet ab aliis distantia superante ejus activitatem, (si velimus esse finitam,) non poterit ab illo transire ad quemcunque alium, sed solum intra spheram eidem adæquatam. Et poterat instari in pariete modo indifferenti ad esse album, & ad esse nigrum, qui sub hac indifferentia potest immediatè transire ad alterum extremum, sed semel dealbatus, non est ampliùs ejusdem dispositionis ad obtinendam nigredinem. Ergo non valet, Angelus nullibi operans potest immediatè in quocunque loco operari, & se locare, ergo in aliquo semel operans poterit in quocunque alio operari, & se locare. Quià obstat positiva distantia prioris, vel termini à quo ad alium, si sit extra spheram adæquatam.

Sed hæc etiam solutio rejicitur eodem argumento. Et deindè impug. retorquendo paritatem. Nam ex eo paries semel positus sub altero extremo nequit immediatè transire ad aliud, quià est resistentia, vel contrarietas impediens simultaneum recessum unius ad alind, sed respectu Angeli nullum est hujusmodi obstaculum de uno ad alium locum, cum sit absolutus ab omni lege loci, vel nulli subjectus per commensurationem ad illum, ergo nulla distantia inter locum, & locum obstare potest respectu Angeli. Prob. mi. Quià potest Angelus in instanti desinere esse in quocunque loco sit, cum liberè per operationẽ se conservet in illo, ergo cessans pro libertate ab eadem potest simul totum deserere. §. Nec refert, quòd unus locus positivè distet ab alio, nam motus Angeli non est per se primò ad acquirendam distantiam, sed ad uniendam virtutem sui operativam ad passum, cum independentia à commensuratione, distantia, & extensione, & purà negativè se habet ad illam. Undè sicut extensio primi loci in se ipso non impedit quin totum simul indivisibiliter occupet, & totum simul indivisibiliter deserat, pariter distantia ejus ab aliis non impediet, quin immediatè transeat ad alium quàmlibet distantem omissis mediis.

Alia ratio jam insinuata ex eodem S. D., & desumpta ex infinitate mediorum, quæ motu discreto numerari non possunt, videri potest apud ipsum hic in corp., & præsertim apud M. Serra, & alios. Vis autem ejus in eo potissimùm consistit, quòd cum motus discretus in hoc differat à continuo, quòd habet partes numeratas actu, & non infinitas in potentia, non solum non est necessarium, sed etiam impossibile, quòd per transeat mobile medio illo omnes partes spatii, cum inter quælibet duo loca extrema, me-

medient alia infinita tam divisibilia, quam indivisibilia, unde partes illi correspondentes debent actu esse numeratæ, & solum motu continuo habente similiter infinitas possunt omnes pertransiri. Hæc tamen ratio ut jam innuimus, non probat præcisè possibilitatem transeundi non per transito medio, sed impossibilitatem transeundi per omnia illa. Primum tamen probat per superiorem adductam, quæ est secunda in corp.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

PRimò arg. Non minùs est ordo essentialis inter partes loci secundum extensionem permanentem, quàm sit inter illas temporis secundum successivam, sed quià est hic ordo inter istas, nequit Angelus transire à præterita in futuram non coexistens præsenti, ergo nec poterit transire de loco ad locum non existens in medio. §. Ad hoc, quod est Scoti dico in primis posse dupliciter in adversarios retorqueri. Primò quià sicut Angelus est in loco, ut ipsi etiam dicunt, dependenter à sua voluntate, ità coexistit tempori ratione quidem suæ durationis, sed dependenter à Deo conservante, sed potest fieri Divina voluntate, ut coexistat partibus extremis non coexistens mediæ, ut si pro præsenti annihilaret, & pro futura reproduceret, ergo pro sua voluntate poterit similiter esse in locis extremis non existens in mediis. §. Secundò: nam loquendo de tempore, non quod est mensura primi mobilis, cui Angelus nullo modo subjicitur, nec secundum esse, nec secundum operari, sed de Angelico, & mensurante propriam operationem (licet non esse,) ità fit, quòd potest Angelus operari in tempore discreto, ut si jam habita una operatione libera, postea cessat ab omni alia, & deindè post quietem iterum incipiat operari, tunc revera non transit per medium, ergo pariter transire poterit ab one ad aliam extremam loci non transeundo per medium.

Resp. ergo dist. ma. Non minùs est ordo essentialis, nec minus cætera sunt paria, neg. Aliis disparibus, conc. Et dist. mi., sed quià est essentialis ordo; ex eo præcisè, neg. Et quià modò coexistere tempori, non dependet à libera voluntate Angeli, conc., & neg cons. Est ergo multiplex discrimen inter partes temporis relativè ad Angelum, & illas loci; quòd illis non pro libertate, sed veluti naturaliter coexistit, perseverante influxu Dei conservantis in esse. Unde sicut anima rationalis, quià naturaliter informat, nequit informare extremã corporis nõ informatis mediis, pariter nec potest angelus coexistere extremis temporis nostri non coexistens mediæ. Cæterũ ad locum, ut sæpè dictum est, liberè se aplicat, & ideo jure libertatis potest in quolibet esse, ubi operari vult. Unde hoc argumentum præoccupavit D. Th., dum in hac ejus libertate, & independentia à legibus loci potissimùm fundat suam sententiam.

Hinc etiam oritur secundum discrimen, quòd ut Angelus transeat per tempus præsens non indiget speciali aplicatione durationis ad præsens, sed sola coexistentia ejus, quæ deficere non potest perseverãte influxu Dei, ut verò transeat per locum medium requiritur aplicatio suæ virtutis, quæ potest cessare pro sua voluntate. §. Tertium discrimen est, quòd licet quantum est de se transire posset de extrema ad aliam temporis sine coexistentia ad mediam, nunquam tamen sic de facto, vel discretè transibit, quià cum duratio ejus, æternitas non sit, non potest parti coexistere adhuc non existenti, sicut est futura. Cæterum omnes partes spatii sunt de facto existentes, & ideo bene potest quamlibet tangere, non tangendo intermedias. §. Vel tandem dici poterat, quòd duratio ejus non est discreta sed veluti continua modo explicato de motu continuo, & discreto. Unde poterat retorqueri.

Secundò resp. etiam poterat ad arg. paritatem, & tenere quoad hoc, quòd sicut Angelus in tempore nostro, tantum est secundum solam coexistentiam in quantum est, quando tempus est, ità pariter sit in omnibus locis per solam coexistantiam, quià tevera est, quando loca corporalia sunt. Cæterum sicut in eodem tempore non est secundum substantiam, nec secundum operationem, ità nec simpliciter erit in locis intermediis. Unde poterat itarum retorqueri sic. Nã quià Angelus nec secundũ operationem tempori nostro subjicitur tanquam mensuræ non tenetur in eo esse secundum illam, sed secundum solam coexistentiam, ergo quià pariter secundum eandem non subjicitur loco intermedio tanquam mensuræ non tenebitur in eo esse secundum illam, sed secundum solam coexistentiam. Quod quidem militat sivè teneamus formalem ejus rationem *locandi esse* propriam substantiam, sivà aliud superadditum, nam secundum nullem eorum dependet à loco tanquam à mensura, & ideò secũdum nullam earum tenetur esse, aut per modum locati in illo.

Secundò arg. Transitus de extremo ad extremum sine transitu per medium videtur rationi repugnans, ergo non est admittendus. Prob. ant. primò, quià in intelligibile est Angelum in tempore illo intermedio existere, & nullibi præsentiam habere, ergo inintelligibile est, quòd transeat immediatè à termino *à quo* ad terminum ad *quem* sine præsentia ad medium. Ant. constat, quià sicut inintelligibile est existere, & non coexistere tempori existenti, ità pariter, quòd in Universo sit, & alicui corpori, vel loco præsens non sit. Undè etiam substantia corporea, ablata quantitate remaneret præsens substantialiter, vel loco, in quo antea erat per contactum suæ quaetitatis, vel altari intra universum. §. Secundò. Quià Angelus existens in termino *à quo* non est simel immediatè in termino ad *quem*, & præsertim si hic sit extra spheram adæquatam, de quo etiam procedit conclusio, ergo si postea existit in illo, vel est necessarium, quòd de novo creetur, vel quod tempore medio alicubi præsens sit, Prob. cons. Quià si tempore medio nullibi est, jam desinit esse, ergo si postea est, de novo creatur.

Ad hoc quod videtur magis procedere ex ductu imaginationis, quàm rationis, & velle spiritualia concipere, aut metiri ad modum sensibilium, dico in primis, quòd si semel hoc tribuitur supernaturaliter corpori, si modo independente, & indivisibiliter existat, ut dicebamus de corpore Christi in altari, ubi est cũ præsentia reali sine locali, cur non poterit angelus naturaliter indepẽdens, & indivisibiliter existens ità similiter esse in mundo, vel in loco jore, sed libertatis sine ulla repugnantia, imò cũ plena conformitate ad rationẽ. §. Resp. ergo neg. ant. Ad 1. prob. vel neg. ant., vel dist. Inintelligibile est, in tẽpore intermedio existere, & nullibi præsentiã, nec realem, nec localem, sive nec per modum locati, nec per modum coexi-

coexistentis, conc., determinatè locsiem, nego nam licet teneatur in medio esse secundum coexistentiā, si semel simul existit, non tamen localiter, si ibi nihil operatur. Et ratio hujus sumitur tum ex conceptu communi substantiæ, tum ex particulari substantiæ spiritualis. Ex communi quidem, quià cum ut ostendimus in physicis, substantia completa nequeat per se respicere aliquod extrinsecum, sed tantum perficiatur per hoc, quòd sit per se subsistens, ita ut intra proprium genus habeat essentiale sui complementum, simpliciter loquendo est prior, & absoluta ab omni accidente, & respectu ad extrinsecum, in quo differt ab eodem accidente, quòd quià non habet radicem intra proprium genus, potest sine illius præjudicio ab aliquo extrinseco specificari, ut ibidem explicatum est. Et ideò si præcisè intelligamus substantiam habere suum esse substantiale, non est necessarium intelligere aliqua accidentia ad sui complementum præter ejus proprietates, & ea quæ illam conservant. Unde præcisa operatione transeunte ab Angelo, vel illa non intellecta, cum remaneat substantia ejus cum proprio esse substantiali, & proprietatibus, & corporalis locus ad illius conservationem necessarius non sit, cum ab illo non dependeat, ut dictum est, optimè potest intelligi Angelum esse, sine eo, quòd locum aliquem determinatè respiciat, vel teneatur in illo esse secundum præsentiā localem.

Ex particulari etiam conceptu illius hoc ipsum convincitur, nam cum naturæ intellectualis sit, & immunis à materia, ex eodem, vel ex proprio genere habet, quòd abstrahat ab hic, & nunc, & nullam omninò materiam, aut corpus concernat, & consequenter absoluta sit ab omni dependentia à loco. Unde si semel cessat ab operatione respiciente locum, ex se non habet, quòd teneatur respicere illum, ac proinde ex eo quòd tempore intermedio retineat, vel continuet suam existentiam, sive conservetur in esse, non rectè infertur debitum habendi præsentiam localem, sed solam coexistentiam durationis. Et per hæc patet etiam ad 2. prob. ejusdem ant. quæ solam coexistentiam convincit, non præsentiam localem.

Sed instas. Nam tempore intermedio verè intelligitur Angelus moveri, ergo verè intelligitur esse in spatio intermedio tanq. in loco. Ant. patet, quià aliàs nō intelligeretur in transitu, sed jam esset finitus motus ejus, & ipse quiescens. Conf. verò prob., quià dum actualiter movetur, in loco est, sed tunc tantū movetur in spatio intermedio, ergo in illo est tanq. in loco. Prob. mi. quià tempore intermedio adhuc non verificatur, quòd sit in termino *ad quem*, ergo solum in spatio intermedio movetur.

Urg. hoc. & simul iterum prob. t. ant. si Angelus movetur de uno loco ad aliū, quādo est in termino ad quem non movetur, sed mutatus est, sive est in mutato esse, sed ante omne mutatum esse præcedit mutari, sive moveri, ergo alicubi existens movebatur, sed non movebatur dum erat in termino *à quo*, ergo movebatur dum erat in medio, & consequenter ibi erat tanq. in loco.

Resp ad instantiam neg. ant., quià ut dictum est motui huic discreto non correspondet tempus divisibile, sed duo instantia immediata, quorum altero relinquitur simul terminus *à quo*, & altero acquiritur simul terminus *ad quem*, unde tempore medio non est necessarium verificari, quòd sit motus, sed tantum in utroq. instanti collectivè sumpto, quià reverà mobile transit de uno ad alium locum; licet in quolibet eorū divisivè, & absolutè sumpto dicatur quiescere, nam in primo instanti, quiescebat in termino *à quo* nempè in loco relicto; in secundo verò quiescit in termino ad quem, sivè in loco noviter occupato. In tempore autem medio, nec dicitur propriè moveri, nec quiescere, sed utrumq. solum verificatur in duplici instanti immediato, ut statim explicabitur ex D.Th. Ad prob. ejusdem ant. dist., non intelligamus in transitu, quasi divisibili ex parte spatii, conc. indivisibili, vel comprehendente prædicta instantia immediata, neg. Non enim debemus imaginari, quòd sit transitus, sicut ille corporis, quasi extensus, & per partes, sed quia cessando ab una operatione in termino *à quo*, immediatè venit ad aliam in termino *ad quem*, ex jure suæ independentiæ, quam mobile angelicum habet ab omni loco.

Ad confirm., quæ potest esse replica, & est tertium arg. quod proponit D. Th. *in arg. sed contra. Resp. idem S. D. (per quod magis explicatur præcedens solutio) Ad 3. dicendum, quòd in motu continuo mutatum esse non est pars moveri, sed terminus, unde oportet, quòd moveri sit ante mutatum esse. Et ideo oportet, quòd talis motus sit per medium. Sed in motu non continuo, mutatum esse est pars, sicut unitas est pars numeri. Unde successio diversorum locorum etiam sine medio constituit talem motum.* En quo modo motus hic discretus Angeli optimè contingere possit de loco ad locum in duplici instanti sine alio medio motu in spatio intermedio, ac proinde sine præsentia locali in illo, ut expositum est. §. Sed instas Nam nullus motus potest fieri in instanti, ergo in quolibet debet mutatū esse præcedere motus in via, sivè moveri; prob. conf. quià mutatū esse solū verificatur in instanti. §. Resp. neg. suppositum conseq., quòd discretus uno tantum indivisibili constet, sic quòd unicū tantū illi correspondeat, nam saltem duo ut dictum est requiruntur, in quorum uno recedat à termino *à quo*, & in altero acquirat terminum *ad quem*. Unde licet numerus licet constet pluribus indivisibilibus, vel unitatibus, nō tamen in una salvari potest, ita motus discretus licet constet pluribus indivisibilibus, non tamen in uno salvari potest, aut per unum adæquari.

Sed adhuc instas. Nam secundum communem doctrinam Thomistarum dari nequeunt duo instantia immediata, ut ostensum est in physicis, ergo prædictus transitus nequit salvari in duplici immediato instāti. §. Resp. dist. ant., nequeunt ex parte spatii, ut ibi docent Thomistæ, conc., ex parte Angeli, nego, quià dum semel assignant in illo motum discretum à continuo distinctum, negare non possunt duo hæc instantia immediata ex parte illius, quatenus elicit immediatè unam operationem post aliam, ut toties dictum est.

Tertiò arg. Angelus nequit transmittere suam operationem in locum distantem nisi per medium, ergo nec suam substantiam nisi per illod. Ant. videtur certum, quià ab Angelo existente hic nequit egredi operatio perveniens usq. ad terminum lencæ, nisi priùs diffundatur per spatium medium, aliàs existens hic posset simul operari in spatio distantissimo, vel extra sphærā adæquatā. Conf. verò prob. Tū quià non minùs est independens ejus operatio à loco, quàm sit substantia. Tum quià substantiam non trasmittit nisi per operationem. Tum quià ex eo potest habere debitum sic transmittendi suam operationem, quià ordo partium Universi est præfixus à Deo cuilibet virtuti, sed hæc ratio, ut patet militat etiam de substantia, ergo.

Ad

Ad hoc dist. ant. Angelus, perseverans in eodem loco, ubi primò est, transeat, illo relicto, neg. Dixi transeat, quià ut benè colligit Mag. Serra hic concl. 2. ex D. Thom. In 1. ubi supra qu. 4. ar. 2. Etiamsi Angelus actu non absolvatur ab omni loco, quià tamen essentia ejus quantum est de se, absoluta est, sivè negativè indistans ab omni, potest ab illo egredi quantum est de se operatio immediatè ad remotum, non egressa ad proximum. *Nec operatio ad distans* (inquit D. Thom.) *dependet ab operatione ad proximum*. Quod à fortiori erit verum, dum actu in 1. instanti absolvitur à priori loco, cum tunc nec habeat distantiam ratione sui, nec ratione loci, sed tam per se, quàm per accidens maneat æquè negativè indistans ab omni. Undè licet dicamus, quòd perseverans in primo, sicut non potest actu transmittere suam operationem, nec consequenter transmittere substantiam in locum distantem. Nihilominùs sicut illo relicto potest transmittere operationem, potest pariter transmittere substantiam. Et per hæc patet ad 1., & 2. prob. conf.

Ad 3. Resp. quòd ordo ille non potest esse præfixus substantiæ omninò independenti à loco, sed tantum corporeæ, quæ habet cum illo commensurari, unde neg. causalem, & suppositum ejus, quòd virtuti motivæ Angeli, in quantum motiva est in motu discreto sit præfixus talis ordo, cum neque quantum est ex se, utpotè immaterialis; nec ratione effectus, cum iste tunc discontinuus sit, alligari possit ad illum. Quidquid sit in motu continuo habente effectum continuum per contactum continui spatii, ut dictum est.

Quartò arg., & est replica contra superiora. Si Angelus esset sic absolutus, ut non teneretur servare hunc ordinem, nec pariter substantia corporea teneretur servare illum, ergo. Prob. ant., & supponamus, quòd Angelus sic transiens de extremo ad extremum deferat secum lapidem; tunc sic arg. Angelus in suo motu, ut nos dicimus, non transit per medium, ergo nec lapis motus, vel delatus ab illo non transibit per illud. Prob. conf. quià lapis nequit per transire spatium non pertransitum ab Angelo movente, cum eodem modo pertranseat, quo movetur ergo.

Huic arg., (ut refert Mag. Ferre hic ad 1.) Respondent aliqui, quòd in eo casu moveretur Angelus duplici motu, altero discreto, & per se, quo tangeret loca discreta, vel extrema omissis mediis, altero, continuo, & per accidens, quoad motum lapidis, & juxtà exigentiam illius tangeret etiam illa. Unde nunquam varificatur substantiam corpoream præterire, aut absolvi à prædicto ordine, quamvis admittat eadem solutio, quòd sicut Angelus tunc per accidens moveretur motu continuo ad motum corporis, vel lapidis moti, pariter lapis per accidens moveretur motu discreto ad motum Angeli moti per se motu discreto, & ità sicut Angelus per accidens tangeret media non tamen per se, ità & lapis per accidens non tangeret illa, sed per se.

Cæterum hæc solutio (ut idem etiam advertit,) non consonat doctrinæ D. Thom. Nam hic ar. 2. absolutè negat posse corpus moveri motu discreto ex eo, quòd mensuratur, & continetur sub loco, & consequenter, quòd possit transire de extremo ad extremum sine medio. Deindè nec etiam consonat veriti in eo, quòd supponit Angelum moveri motu continuo per accidens ad motum corporis; nam quamvis ejus operatio formaliter indivisibilis sit, est tamē virtualiter divisibilis, cum revera possit successivè producere plures affectus in singulis partibus loci, aut producere vim motivam in aliquo corpore, quod movetur motu cōtinuo, unde per se habet moveri motu isto, & non per accidens ratione corporis, licet dicatur per accidens esse in omnibus partibus spatii, quando movet corpus successivè supra illud. Ex quo patet non esse inserēdū, quòd possit corpus per accidens moveri motu discreto, nā quantitas ejus tam formaliter, quàm virtualiter ità est divisibilis, quòd solum supernaturaliter esse potest modo indivisibili. Undè naturaliter loquendo sic partes corporis commensurantur cum partibus loci, quòd nec etiam per accidens possit oppositum contingere. Ex quo etiam constat nec posse Angelum duplici illo motu moveri, cum per se ei conveniat utroque modo moveri, & modo opposito, ut dictum est.

Aliter ergo resp. neg. ant. Ad prob. dico, quòd si supponamus Angelum moveri motu discreto, tunc impossibile est secum lapidem movere localiter. Unde si semel movet illum de una parte ad aliam, solum potest motu continuo id efficere, repugnante lapide ad sic movendum discretè.

Ultimò arg. Et potest iterum esse replica contra superiora. Motus localis non fit per puram applicationem intentionalem ad objectum, sed per realem. & physicam essentiæ, vel substantiæ ad locum, ergo nequit esse de uno extremo ad aliud sine medio. Ant. est certum, quià alias non acquireret realem, & physicam præsentiam ad locum conf. verò prob. ex eodē D. Th. hic ad 3. ubi ex eo concedit posse sua cogitatione sic transire de extremo ad extremū sine medio, quià physicè non applicatur ejus essentia rebus, ergo si physicè Angelus applicatur loco, non poterit sic discretè transire per illum.

Ad hoc neg. conf. Ad prob. dist., & simul explico ant. Ex eo concedit D. Tho. posse animam sua cogitatione sic per transire, cogitatione continua, conc., aliter, neg. ant., & conf. Itaq; D. Th. cum in ar. non tantum resolvat de discreto, sed etiam de continuo, affirmans per illum posse, & per istum non posse, contra hanc. 2. par. producit argumentū, quòd sicut anima sua cogitatione etiam continua potest transire de uno extremo ad aliud (cum modo cogitans de Gallia possit suam cogitationem continuare cogitando de Syria, nihil cogitans de Italia, quæ est in medio,) ità pariter possit Angelus sic transire suo motu continuo. Ad quod tamen resp. assignando prædictum discrimen, quòd per motum localē essentia Angeli applicatur diversis locis. Unde si motus sit continuus, non potest omittere medium; cœterum anima per sui cogitationem, non aplicatur rebus, quas cogitat, sed magis res cogitatæ sunt in ipsa, & ideò (concludit) non est simile.

QUAESTIO QUARTA.

Utrum motus Angeli in spatio possit fieri in instanti.

De motu strictè sumpto inquirimus, prout versatur inter duo terminos positivos, & contradistinguitur à simplici mutatione, quæ præcisè dicit transitum de non esse ad esse.

Nam

Nam certum est posse hanc in instanti tam Angelico, quàm nostro consumari, ut si modo crearetur Angelus io aliquo loco, aut si illa nollibi existens, in instanti io illo operari inciperet. Cũ autem ut vidimus, hujusmodi instantia angelica nil aliud sint, quã operationes indivisibiles, ut tenent se ex parte Angeli nõ agimus præcisè da instanti nostri tẽporis, sed Angelico; Unde idẽ est inquirere, an motus Angelicus fieri possit in instãti, & an fieri possit unica ejus operatione, sive hęc deindè coexistat tẽpori nostro, sive nõ, sed solũ instanti illius. Nam quãvis formaliter indivisibilis sit, est tamen divisibilis virtualiter, potens utriq; coexistere, & tempori nostro, & instanti illius.

In qua re sunt duæ sententiæ extremæ, & altera media. Prima extrema affirmat. Ità Scotus in 2. dist. 2., qu. 11.; Gabriel, Major, Ægidius, Gregor. ibidem, dist. 6., qo. 3., & alii, quos referunt Salmant. hic disp. 3., dub. 7., & 8. Et ex Recentioribus tenent Suarez lib. 4. de Angelis cap. 20., & 21., & Molina ad præsentam q. 53. ar. 3. §. Altera extrema negat. Ità D. Thom. eodem ar., Cajeta: ibidam; Ferrara 3. Cont. Gant. cap. 102., Bannez dub. 3., Salmant., Nazarius; Navarettæ. Jo. à S. Thom., Mag. Ferre, Gonet, Mag. Serra hic dub. 2., Zumel, Ripa, & alii. §. Tertia, & media affirmat de motu continuo, & negat de discreto. Ità Arrubal. disp. 162. cap. 2. referens pro se alios etiam ex nostris Cajet., & Ferraram, & ex Societate Molinam, & Valentiam.

§. I.

Statuitur Conclusio.

Motus Angeli quicunque sit sive continuos, sive discretus nequit fieri in indistanti. Ita D. Th. hic ar. 3., ubi versus finem corp. inquit. *Unde relinquitur, quòd motus Angeli fit in tempore, in continuo quidem tempore si sit continuus; in non continuo autem, si motus sit non continuus.*

Dices loqui de tempore nostro, cui tamen, ut dictum est, potest correspondere unicum instans, vel operatio angelica. Unde bene stat, quòd motus ille, fiat in tempore scil. nostro, & nihilominùs fiat in instanti, scil. angelico. §. Sed contra hoc est. Nam de illo tempore loquitur, quod potest esse mensura motus angelici, sed istud apud D. Tho. non est nostrum, sed distinctum ab illo, ergo non de nostro, sed de angelico loquitur. Ma. patet, quià in ordine ad mensuram sibi propriam inquiranda est duratio rei. Unde sicut loquendo de motu nostro non debemus loqui de illo in ordine ad mensuram disparatam, vel angelicam, aut Divinam, ità dum quæstio est de motu Angeli, non est referendus ad mensuram temporis nostri, sed ad angelicam, & sibi propriam. Mi. verò est expressa illius in fine corp. ubi inquit. *Sed istud tempus sive sit tempus continuum, sive non, non est idem cum tempore, quod mensurat motum cæli, & quo mensurantur omnia corporalia, quæ habent mutabilitatem ex motu cæli; motus enim Angeli non dependet ex motu cæli. Ita D. Thom. cujus etiam rationem tradit in 1. dist. 37. qu. 4. ar. 3. quia (inquit) nullus motus mensuratur per motũ cæli, nisi qui est ordinatus ad ipsum. Unde etiam probant Philosophi, quòd si essent plures mundi, oporteret esse plures motus, & plura tempora. Unde cum motus Angeli nullum ordinem habeat ad motum cæli, & præcipuè si motus ejus dicatur processio operationum, ut dictum est, oportet, quod non mensuretur tempore quod est mensura primi mobilis, sed alio tempore, cujus temporis naturam ex natura motus accepere oportet.* Ità D. Thom.

Ratione deindè prob. ex eodem destruendo fundamentum oppositæ sententiæ in eo consistens, quòd existimat possibile, quòd Angelus toto tempore antecedanti quiescat intermino *à quo*, & in instanti intrinseco terminativo illius moveatur, quod est totum motum perfici in hoc ultimo instanti. Unde arg. sic. Impossibile est Angelum toto tempore quiescere in aliqoo loco, aut termino, & in ultimo instanti illius esse per motum in alio, ergo necessarium est simpliciter motũ Angeli esse in tẽpora. conf. tenet, quià idẽ est nõ esse in tẽpore, sed in instãti, ac in tota duratione temporis in termino *à quo* quiescere, & in ultimo instanti claudente illam moveri, & acquirere terminũ *ad quem* Ant. verò prob. Quià impossibile est toto tẽpore antecedẽte quiescere, & quòd in ultimo instãti claudente illud aliter se habeat tunc, quàm priùs, ergo impossibile est, quòd toto tempore antecedente sub termino *à quo* quiescat, & quòd in ultimo instanti claudente illud, in alio loco sit per motum. conf. patet, quià nequit in alio loco esse per motum nisi aliter se habeat, ut constat ex terminis, nam eodem modo perseverans non verificabitur in alio loco esse, nec moveri. Ant. autem prob. quià impossibile est, quòd toto priori tempore quiescat, & quòd in ultimo instanti terminativo illius non quiescat; ergo impossibile est, quòd in isto aliter se habeat. Conf. iterum patet, quià quiescere est eodem modo se habere nunc, ac antea: Ant. verò prob., quià ultimum instans terminativum temporis per se spectat ad idem tempus, ergo impossibile est, quòd in isto etiam non quiescat, si toto priori tempore quiescit.

Explic., & urg. hoc ex eodem ibidem. Non minùs est de ratione motus, quòd mobile aliter per illum se habeat, quàm de ratione quietis aliter non se habeat, sed quià de ratione illius est, quòd mobile aliter se habeat, in quolibet *nunc* temporis mensurantis motũ aliter se habet mobile, etiã in ultimo instanti terminativo, ergo quià pariter de ratione quietis est, quòd aliter non se habeat, etiam in ultimo terminativo aliter non se habebit, nec movebitur, sed quiescet, ac proindè impossibile erit toto priori tẽpore quiescere, & quod in ultimo instanti terminativo illius non quiescat, sed moveatur. Prob. mi. quià ita est quòd mobile in quolibet *nunc* ejusdem temporis io alia, & in alia dispositione se habet, & tandem in ultima formam habet, quã priùs non habebat, ergo.

Dices non esse idẽ dicendũ in tempore de aliis instantibus continuativis, ac de ultimo terminativo, nam cum illa sint conjunctiva partium illius, veluti intrinsecè pertinent ad ejus constitutionem, & perseverantiam, unde impossibile est, quòd quiescens in tempore, aut illo perseverante, non quiescat etiam in quolibet *nunc* cõ inuativo. Cœterũ instans terminativum est veluti extrà, & ideò bene potest in illo non esse quies, sed motus, etiam si in tota priori duratione quiescat.

Sed contra hoc est, & in sto eodem argum. Nam licet dicatur instans terminativum quasi extra, nihilominùs mobile toto priori tempore aliter se habens, aliter etiam se habet in illo, & non solum in continuativis, ergo pariter toto priori tempore quiescens, pariter quiescet in illo, & non solũ in aliis continuativis. Conf. tenet ob eandem rationem adductam. §. 2. impugn. solutio, & urg. præcedens ra-

plica. Non minùs respectu quietis datur fieri, & factum esse illius, quàm detur respectu motus, sed quia sic datur fieri respectu istius, toto priori tempore exigit mobile ultimum instans, in quo habeat factum esse motus, ergo pariter quiescens toto priori tépore, exiget ultimũ instans, in quo habeat factũ esse quietis. Unde sicut in toto tépore comprehendit etiam instans terminativum, sic quòd fieri illius mensuretur tépore, & instanti terminativo mensuretur factum esse, pariter quies in toto tépore comprehendet etiam instans terminativum, sic quòd fieri ejus mensuretur tépore, & factũ esse instanti terminativo. §. 3. impug., & simul iterum urg. utraque præcedens. Non minùs instans terminativum temporis spectat ad idem tempus comparativè ad motum, quàm spectet comparativè ad quietem, sed ità spectat comparativè ad motum, ut mobile aliter se habens toto priori tempore, teneatur etiam aliter se habere in ultimo instanti terminativo, ergo ità pariter se habebit comparativè ad quietem, ut teneatur quiescens toto priori tempore, quiescere etiam in ultimo instanti terminativo illius, vel eodem modo se habere in illo.

Secundò prob. iterum principaliter concl. de utroq. motu. Motus strictè dictus prout distinguitur à simplici mutatione, est transitus ut dictum est, à positivo in positivum, sed iste effici nequit in instanti, ergo nec motus quicunq. sit ma.: supponitur, nam si velimus cum eadem confundere non contendimus posse esse in instanti. Mi. verò prob. Transitus de termino à *quo* ad quem positivum importat essentialiter successionem, nisi illũ velimus iterum cum eadẽ simplici mutatione confundere, ergo nequit perfici in instanti Prob. conf. quià ubi est simul fieri, & factũ esse, tollitur successio, ut patet, ergo nequit motus in instanti fieri, importans successionem, sed saltem exigit duas mutationes sibi invicem realiter succedentes, quarum altera mobile sit ultimò in termino à *quo* deserendo illum, & altero in illo *ad quem*, primò eundem acquirendo, & consequenter duo saltem instantia angelica, quorum altero mensuratur derelictio termini *à quo*, & altero acquisitio termini *ad quem*.

Expl. hoc. Nam mobile secundum motum strictè dictum non potest simul esse in termino *à quo*, & *ad quem*, aliàs non intelligitur transire de uno ad alium positivè, nec propriè moveri, quod est unum positivè acquirere, & alium deserere, & ità acquisitio termini *ad quem* necessariò supponit, aut dependet ex derelictione termini *à quo*, ergo secundũ prædictum motum necessariò successionem importat. Prob. conf. quià ubi est impossibilis simultas in utroq. termino, debet ibi esse ordo, vel successio, ut patet ex terminis, ergo cum impossibile sit motum, qui importat successionem consumari in instanti, impossibile erit motum strictè dictum perfici in instanti, quòd si aliter contingat, magis erit simplex mutatio, quàm motus strictè dictus, idest nõ transitus de termino distante in distantem, vel à contrario in contrarium, sed de non esse ad esse.

Dices iterum, quòd instans angelicum habet latitudinem, quatenus est virtualiter divisibile, & æquivalens tempori nostro, & pluribus ejus instantibus, & ideò benè posse Angelum in eodem instanti sibi proprio, vel angelico, prout correspondet uni instanti nostro esse ultimò in termino *à quo*, & prout correspondet alteri distincto, esse in illo *ad quem*. Hoc enim habet meritum mensura superior, sicut & cæteræ formæ superioris ordinis, quòd cũ sola latitudine virtuali, sivè distincta virtualitate ob sui eminentiã præstare possint effectus, qui in formis inferioribus exigerent latitudinem formalem, vel realem distinctionem.

Sed contra hoc est. Nam successio motus angelici mensurari debet mensura sibi correspondente, sed hæc non est tempus nostrum, nec instans angelicum, ergo erit tempus angelicum, ergo cum istud constet pluribus instantibus, successio motus angelici salvari nequit in unico instanti angelico. Utraq. cons. tenet, & præmissæ etiam constant, ma. quidem, quià quantitas rei mensurabilis ex propria mensura desumenda est, unde sicut motus noster non attenditur in ordine ad mensuram disparatam, sed sibi propriã, ita pariter angelicus. Mi. etiã constat, & quoad 2. part. convincitur argumento facto, & videtur supponi in solutione, loquendo per se, & formaliter; ex quo etiã colligitur prima. Nam si operatio angelica est potens correspondere tam tempori, quàm instanti ejus, jam nequit respicere illud ut sui determinatam mensuram. §. Quod autem subditur esse mensuram alterius ordinis non convincit posse motum compleri in instanti angelico. Hoc enim repugnat successioni ejus, quę cum angelica sit, petit latitudinem angelicam, & non præcisè æquivalentem, cum neque respectu ejus sit talis comparatio, aut diversitas ordinis, sed tantum, quòd sit mensura motus, qui potest celerrimò expediri, utpote summoperè excedens velocitatem cujuscunq. corporis. De quo videri potest M. Serra hic concl. 2.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. evertendo præcipuum fundamentum desumptum ex propositione illa D. Tho. scil. nõ esse possibile ut aliquid toto tempore antecedente quiescat in uno termino, & postea in ultimo instanti illius temporis sit in alio. Nam possibile est quòd mobile toto priori tempore moveatur, & in ultimo instanti illius non moveatur. Secundò quià potest materia toto tempore antecedente quiescere sub una forma, & aer esse sub tenebris, & tamen illa in ultima instanti temporis esse sub alia, & aer sub luce. Et idem argumentum fieri potest de intellectu, & voluntate, quæ toto tempore antecedente possunt esse sub una actione, & in ultimo instanti habere aliam, ut videtur innuere D. Tho. 1 2. q. 113. ar. 8. ad 3. Similiter in consecratione panis, ubi idem panis toto tempore præcedente ultimum instans prolationis verborum quiescit sub esse panis, & in ultimo instanti illius temporis mutatur transubstantione in corpus Christi.

Ad hoc claritatis gratia dist. ant. quoad 1. p. ex dictis. Possibile est &c. quòd non moveatur, nec aliter se habeat, neg., quòd non moveatur præcisè, conc. Nam si præcipuè sit mobile motu continuo, in ultimo instanti non movetur, sed est in mutato esse, est tamen verum, quòd aliter se habeat, & ità erit etiam verum, quòd quiescens toto priori tempore in ultimo instanti illius eodem modo se habeat, vel quòd aliter se habere non possit acquirendo terminum ad quem, quod est præcipuum intentum D. Tho. §. Ad alia, verò in confirmat. ejusdem ant., dist. & in ultimo instanti sit sub alia forma, per motum strictè dictum,

ctum, neg., communiter, vel per simplicem mutationem, conc. Nam generatio substantialis; illuminatio aeris; intellectio, & volitio; & conversio panis in corpus Christi non sunt per se loquendo transitus de uno contrario, aut termino distante ad contrarium, vel distantem, sed ex non esse ad esse, sive negativè, sive privativè. Et quià ad tollendum nō esse sufficit positio formæ; ad tollendum verò contrarium, vel ad vincendam distantiam requiritur alia mutatio, & non sufficit pura quies, ideo impossibile est, quòd toto priori tempore aliquod quiescat, & quòd deinde ad alium terminum immediatè transeat.

Secundò ad easdem instantias, præcipuè ad illas materiæ, & aeris, resp. falsum esse, quòd toto priori tēpore simpliciter quiescant sub priori forma, nam dū materia disponitur ad novam, motu alterationis disponitur ad corruptionem prioris, & ideò nequit habere illam in esse quieto, sed in motu, & in corrumpi. Similiter aer tenebrosus accedente sole nequit dici, quòd habeat statū quietis sub tenebris, sed quòd aliquomodo moveatur ad lucem per dissipationem tenebrarum, & quatenus fit minùs distans per accessum illius ad se ipsum, quæ est quædam veluti mutatio, sivè motus respectivus, sicut proportionabiliter dictum est in logicis de aliquo relativo, vel non mutuo, quòd fit tale, non quià ipsum refertur, sed quià alterum refertur ad se ipsum.

Sed contra hanc solutionem instas 1. Possibile est, quòd in ultimo instanti producatur immediatè à Deo luminosum in aere expellens tenebras, & immediatè forma à Deo per creationem, sed tunc toto tempore priori tam materia, quam aer simpliciter quiescunt, ergo possunt toto prævio tempore simpliciter quiescere, & in ultimo instanti esse sub alia forma. Ma. est certa, & mi. colligitur ex solutione data. Quià ideò non sunt simpliciter in statu quietis, quià aer fit minùs distans per accessum luminosi, & materia priori motu disponitur, ergo si luminosum immediatè producitur in aere, & forma per creationem introducitur sine ullo priori motu, simpliciter quiescebant toto priori tempore. §. 2. Instas contra præfatum motum aeris respectivum. Nam per hoc quòd calidum aproximatur frigido, non dicitur istud moveri ad calorem mutatione etiam respectiva, ergo nec per hoc quòd luminosum aproximatur aeri tenebroso dicendum est istum aproximari illi mutatione etiam respectiva, cons. tenet à paritate.

Ad 1. resp. dist. mi. simpliciter quiescunt, hoc illi conveniente per accidens, vel juxta modum operationis Divinæ, conc., per se, & attenta exigentia causarum naturalium, neg. & dist. similiter consq., per accidens, & præter cursum ordinarium, conc., per se, neg. Nam satis est ad intentum, quòd illæ formæ sint talis naturæ, quòd per se dependeant attenta dispositione causarum naturalium à motu antecedente, quidquid sit, an possit divinitùs hoc ipsum dispensari, quod est per accidens, & præter cursum ordinarium legis naturæ, ad quam præcipuè attendit D. Thom., quià causæ naturales tenentur operari ex dependentia mutationis, & dispositionis materiæ. Quod etiam militat de Angelis, qui nequeūt operari nisi per immutationem, & dispositionē illius.

Sed contra hanc solutionem instas. Illuminatio non est terminus motus localis, ergo per se non tenetur supponere motum corporis luminosi. Cons. tenet, & ant. prob. motus localis per se tantum ordinatur ad acquirenda diversa *Ubi* ergo. §. Resp. dist. ant. Per se primò conc., per se 2. neg. præsertim loquendo de nova, & totali illuminatione, quidquid sit de illa, quæ contingit in propinquis partibus corpori solari expositis, nam illa censetur continua, & perpetua. Quamvis ergo motus localis per se primò ordinetur ad acquirenda diversa *Ubi*, nihilominùs per se secundò secundum naturæ cursum ordinatur corpus luminosum in suo motu ad illuminandum totum Orbem.

Ad 2. priorem instantiam neg. cons., & disparitas est, quià cum impedimētum caloris in corpore frigido sit forma positiva, & impedimentum lucis in illuminando sit sola distantia luminosi, bene stat, quòd per aproximationem luminosi ad corpus illuminandum dicatur istud moveri ad lucem, non tamen per approximationem solam calidi ad frigidum dicatur istud moveri ad calorem, quià non intelligimus aliquid moveri ad aliquam formā nisi per id, per quod tollitur impedimentum talis formæ.

Secundò arg. etiam principaliter ad idem. Nam ex eadem propositione D. Thom sequitur quòd nunquam possit Angelus deinceps moveri motu saltem discreto, ergo non est subsistens. Prob. sequela, & ponamus, quòd Angelus quiescat spatio unius horæ in aliquo loco usque ad ultimum instans illius inclusivè, tunc nequit moveri in eodem instanti nisi velimus simul terminum *à quo*, *& ad quem*, & simul motum, & quietem in illo. Neque in alio instanti distincto immediato, quià ista sunt impossibilia. Neque in distincto mediato, quià jam toto tempore medio quievisset; & tunc sequitur idem inconveniens.

Ad hoc nego sequelam. ad prob. patet ex dictis, quòd cum motus ille compleatur duobus saltem instantibus, ex quibus constituitur tempus discretum mensurans motum discretum Angeli, tanquam in propria mensura incipit in instanti temporis discreti, non quasi præcisivè sumpto à secundo, sed ut conjuncto cum illo, sive in conjunctione utrinsque; nam ordo prioris ad se conjungendum cum sequenti dicitur inceptio motus discreti. Tunc autem intelligimus sic ordinari Angelum in primo instanti sui motus, quando in illo verificatur dari ultimum operationis præcedentis, & consequenter derelictio termini *à quo*. In alio verò immediatè sequente ponitur altera operatio, & fit acquisitio termini *ad quem*. Nullū verò est incōveniens ponere duo *nunc* immediata ex parte Angeli, ut dictum est, imò necessarium, cum pariter operationes, quæ mensurantur sibi immediatè succedant.

Sed instas 1. Quià ex hac solutione non videtur adhuc sufficiēter salvari prædicta propositio, ergo. Prob. ant. Nam juxta illam Angelus in instanti illo primo, vel in ultimo durationis illius incipit moveri, ergo toto tempore, & duratione antecedente quiescebat, ergo non subsistit hoc, quod est mobile toto priori tempore quiescere, & in instanti ultimo moveri non posse. §. Secundò si motus Angeli est immediatè in instanti tēporis discreti, & non in ultimo terminativo horæ, debet illi aliquid correspondere de tempore nostro, sed non tempus, ergo instans, ergo dabuntur duo instantia immediata etiam ex parte temporis nostri. Ma. est certa, & mi. prob. Quià si corresponderet tēpus immediatè sequens, jam Angelus quiescens non verificaretur moveri instantaneè, ut patet ergo.

Ad 1. nego suppositum consequentis, quòd ante instans tēporis discreti, sive sit primum derelectivum ter-

termini *à quo*, sive secundum acquisitivum termini *ad quem* detur tempus antecedens, in quo dicatur quiescere, & in instanti terminativo illius, quòd moveatur, sed totum tempus tunc angelicum consistit, ut dictum est, in duobus illis instantibus, in quorum primo existit sub una operatione habens ultimum esse in illa, & ratione illius reduplicativè ut ultimi disponitur, ut in alio instanti acquirat terminum *ad quem*.

Sed instas. Ergo in tota duratione mensurante existentiam prioris durationis quiescit, & in ultimo terminativo durationis habens ultimum esse in operatione aliter se habet, quià pro hac parte, qua habet ultimum esse non quiescit, ergo similiter contingere poterit, quòd toto tempore aliquid quiescat, & in ultimo instanti terminativo illius aliter se habeat. Prob. hæc conf. quià non videtur ma. ratio, quòd in tota duratione angelica quiescat mobile angelicum, & in ultimo instanti terminativo aliter se habeat, quàm mobile quodcunque sit, quiescat toto priori tempore, & in ultimo instanti terminativo aliter se habeat.

Resp. neg. iterum suppositum conseq., quòd illud ultimum sit quasi instas terminativum illius durationis, nam tota illa duratio unicum instans est, aliàs non esset instantanea, unde tota illa duratione inclusivè quiescit, & desinit quiescere, ac proinde non verificatur, quòd in tota duratione quiescat, & in instanti terminativo illius aliter se habeat acquirendo alium terminum, quod contendit præcipuè D. Thom. Est enim de subjecto non supponente. Nam si unicum instans est, oportet quòd operatio Angeli in toto illo habeat esse, & ultimum esse, & quià hoc ultimũ esse est dispositivum ad sequentẽ operationẽ dicitur unum instans ordinari ad aliud, & ita Angelus in utroq; moveri, quià dum sic disponitur ad inchoandam alteram operationem, jam initiativè saltem dicitur moveri per derelictionem termini *à quo*.

Ad 2. priorem replicam dico, quòd priori instanti temporis discreti correspondet ultimum instans temporis nostri mensurantis quietem; secundo verò tempus immediatè sequens post tale instans; Unde nec sequitur dari duo instantia immediata, nec etiam quòd per correspondentiam ad nostrum tempus toto tempore quiescat in termino *à quo*, & in ultimo instanti per motum sit in termino *ad quem*; Nam tale instans est ultimum esse quietis derelectivum termini *à quo*, & non acquisitivum termini *ad quem*.

Tertiò arg., & est replica contra priores solutiones. Angelus in primo instanti adæquatè quiescit, ergo motus ejus solum habetur in 2. Ant. patet, quià adæquatè cessat ejus operatio. §. Dices, Adæquatè quiescere, non præcisè habendo quietem, sed etiam ultimum esse illius, quod quià, ut dictum est, est dispositivum ad aliam operationem, & ordinativum prioris instantis ad posterius, jam dicitur in illo initiativè moveri, non seorsim sumpto, sed copulativè; Sive non in altero illorum, sed in successione, vel in conjunctione duorum, ut dicit Div. Thom. in 1. dist. 37. qu. 4. ar. 1. ad 3. non quasi aliquid partialiter illius habeatur in uno, & aliquid partialiter in alio, sed quià est ab utroque dependens, quatenus exigitur derelictio termini *à quo*, & acquisitio termini *ad quẽ*, quæ haberi, vel consumari nequeunt in instanti, ut dictum est, sicut numerus binarius ex duplici unitate dependet, & solum in conjunctione utrinsque salvatur, prima initiante illum, & secunda terminante, & complente.

Sed contra hoc est. Nam in ultimo esse quietis nequit Angelus aliter se habere, ac antea, ergo illud primum instans nullo modo pertinet ad motum etiã initiativà. Conf. tenet, quià sicut impossibile est intelligi quietem, dum quiescens intelligitur aliter se habere, ita impossibile est intelligi motum, dum intelligitur mobile eodem modo se habens. Ant. verò prob. eadem paritate. Nam quod movetur tota aliqua duratione, etiam in mutato, aut facto esse tenetur aliter se habere, ergo quod quiescit tota aliqua duratione, etiam in facto esse quietis, tenetur eodem modo se habere.

Dices ita esse, quòd non potest aliter se habere per actualem jam existentiam, aut consumatam acquisitionem termini *ad quem*, benè verò per derelictionem termini *à quo*, & dispositionem ad acquirendum terminum *ad quem*, quod est aliter se habere tantũ initiativè. Unde quòd quiescens tota duratione non potest in illa, vel in ultimo illius instanti aliter se habere, intelligendum est de alietate existentiæ in alio termino, ut exprimitur in propositione D. Th. *Non est possibile, ut aliquid in toto præcedente tempore quiescat in uno termino, & postea in ultimo instanti illius temporis sit in alio termino*: Et proinde negandum non est, quòd initiativè aliter se habere possit, apponendo aliquid in eodem instanti per se requisitum ad hoc, ut in secundo compelativè aliter se habeat. Imò hoc est necessarium, ut dictum est, juxta leges causarum naturalium, quæ in acquirendo unum terminum positivum, non possunt alium positivum tollere, vel removere sine aliqua dispositione, & motu, vel alteratione prævia.

Sed contra hoc est. Quià si aliter initiativè se haberet, aliter etiam se haberet formaliter, sed nequit quiescens in aliqua duratione mensurante quietem aliter formaliter se habere, ergo nec initiativè potest ibi intelligi ratio motus. Mi. patet in eadem paritate mobilis, quod in eadem duratione mensurante motum nequit aliter formaliter se habere. Ma. verò prob. quià in tota illa duratione, prout antecedit ultimum esse quietis adhuc non intelligitur incipere motum, ergo si in hoc ultimo esse incipit illum, aliter formaliter se habet.

Resp. dist. eodem modo ma. Aliter formaliter se habet, alietate existentiæ in alio loco, nego, alietate ultimi esse in primo, conc. Et in hoc sensu neg. mi., & conf. Itaque sicut contra rationem motus non est, imò exigitur ab isto, quòd mobile tota duratione; aut tempore mensurante motum in ultimo instanti habeat factum esse motus in eodem loco, aut sub alia forma, quod est, disponi ad habendum consumativè motum, sic pariter non est contra rationem quietis, imò exigitur ab illa, quòd quiescens tota duratione, aut tempore habeat in ultimo instanti factum esse in eodem loco, quod est disponi ad habendum consumativè motum in alio loco. Hoc enim non est aliter formaliter se habere per acquisitionem novi loci. Quod est id, quod est incompossibile cum duratione mensurante quietem; sicut eodem modo formaliter se habere in eodem loco est formaliter incompossibile cum duratione mensurante motum.

Quartò arg. Angelus per nos potest moveri de extremo ad extremum motu discreto, ergo potest in instanti perficere suum motum. Prob. conf. Ex eo potest sic transire, quià potest totum simul locum occupare. Sed quod potest totum simul acquiri, in instanti acquiritur, ergo. §. Dices ex dictis in Physicis

ficis dist. hoc posterius ant. In instanti acquiritur, quando primum esse rei acquisitæ est primum non esse rei deperditæ, conc. si res deperdita desinat per ultimum sui esse, neg., nam licet Angelus totum simul acquirat sine dependentia, & commensuratione ad partes loci, non tamen in instanti, quià cum non fiat hujusmodi acquisitio,ut dictum est, per simplicē mutationem, sed per motum strictè dictum, debet illam indispensabiliter præcedere desitio termini *à quo*, quæ necessariò petit instans distinctum, cum prior operatio utpotè indivisibilis more instantium desinat in illo per ultimum sui esse. Unde tunc solum acquisitio, & desitio fiunt in unico instanti, quando alterum desinit per primum non esse sui, quod est primum esse alterius, non tamen si desinat intrinsecè per ultimum sui esse. Tunc enim habet instans proprium, in quo clauditur, & consumatur esse ultimum, & deinde subsequitur aliud, in quo fit acquisitio alterius termini.

Sed cōtra hoc est. Quāvis dicamus ad instās acquisitivū termini *ad quē* præcedere aliud relictivū termini *à quo*,nunquā tamen istud potest pertinere ad motum, ergo totus motus perficitur in posteriori instanti. Prob. ant. quià nequit verificari, quòd moveatur in utroque, nam primum, totum pertinet ad quietem, & solum in secundo incipit habere voluntatem efficaciter essendi in alio loco, ergo nequit utrumque pertinere ad motum. §. Dices ut suprà in utroque divisivè,vel seorsim sumpto,conc.,collectivè, vel in successione utriusque, neg. ant.

Sed contra hoc est. Nam collectio utriusque instantis simultaneam eorum existentiam requirit; non enim fieri potest collectio, sive duorum conjunctio, vel nexus, altero non existente, ut patet, aliàs realis non esset, cum pars ejus sub reali existentia non sit, ergo cum simul utrunque realiter non sit, non poterit pertinere utrumque ad motum. §. Expl. hoc. Quià nunquam verificatur, quòd Angelus in utroque instanti simul sit, aliàs simul esset in termino *à quo*, & *ad quem*, sed aliquando verificatur,quòd movetur, ergo nunquam verificatur quòd in utroque sit motus.

Resp. bene ibi usque ad 2. Replicam, ad quam neg. ant. Ad prob. annexam, vel neg. suppositum, vel dist., altero non existente, neque antea extiterit, cōc.,si præcisè non existat,vel perseveret in simultanea existentia, neg., nam aliàs non foret existentia successiva, sed permanens,ad quam solam requiritur, quòd ūtraque pars simul sub eadem reali existentia permaneat. Ad illam verò satis est, quòd una realiter existat,& altera immediatè extiterit,veluti in fluxu, & desitione ante existentiam subsequentis juxta naturam entis successivi, ut latè in physicis explicatum est. Unde ex eo quòd una modò actu in conlortio alterius non existat non infertur collectionem utriusque realem non esse, sed quòd realis permanens non sit, quià non est collectio ex eo tantum quod est, sed ex eo quod est, & quod immediatè fuit.

Ad expl.concessis prēmissis dist.conseq. ergo nunquā verificatur, quòd in utroq; sit motus, in utroque simul, veluti fixè, & permanenter, conc., successivè, & per modum fluxus, neg. Nam sicut Angelus sub utroque simul non est, nisi hoc posteriori modo, ità nec motus illius aliter esse debet. Non enim ad verificandum, quòd in utroque simul moveatur, requiritur simultanea existentia quasi fixa, & permanens, sed fluida, & successiva, id est quòd successivè priùs in uno sit, & postea in alio, sic enim completur motus discretus, vel ens successivum, sicut & tempus illum mensurans, scil. in reali successione unius partis ad aliam.

Sed adhuc instas. Non solum in utroque simul fixè, sed nec etiam successivè verificari potest existentia motus,ergo.Prob. ant.Quià ad verificandum, quòd in successione reali sit,necesse est quòd in priori instanti aliquomodò extiterit, sed hoc nunquam verificatur, ergo. Ma. est certa, & mi. prob. Tum quià ut supra innuimus; ad verificandum in priori instanti esse saltem initiativè, requiritur efficax voluntas transeundi ad aliam determinatum locum, sed hanc in illo nondum habet, aliàs jam haberet realem præsentiam ordinis in termino *ad quem*, & sic jam gauderet simul reali præsentia in utroque termino, ergo. §. Tum quià nullo modo verificari potest adesse tempus discretum, ergo neque adesse motum in illa reali successione. Prob. ant. quià nequit verificari adesse tempus discretum nisi verificetur adesse duo saltem instantia, sed nunquam verificatur duo simul adesse instantia, ergo. Ma. patet, quià duo saltem requiruntur ad illud constituēdum. §. Urg.hoc paritate iterū temporis modò præsentis. Nam ad verificandum, quòd modò tempus istud nostrum sit requiritur, quòd partes ejus simul existant, sive ratione sui, sive ratione instantis, cūm ens successivū sit, ergo etiam ad verificandum, quòd tempus discretum Angeli sit erit necessarium, quòd partes ejus existant simul, licet sit ens successivum, ergo si nunquam simul sunt duo instantia, nunquam verificatur adesse tempus istud discretum.

Huic instantiæ neg. ant. Ad prob. neg. in primis ma., nam quādo dicimus motum esse in utroque instanti collectivè, vel in successione utriusque, non intendimus, ut dictum est, quod aliquid illius partialiter habeat Angelus in uno, & aliud partialiter in alio, sic quòd signato primo instanti, in quo adhuc verificatur existentia in termino *in quo*, sit jam motus, sed quià ab utroque dependet duplicem exigens mutationem in derelictione termini *à quo*, & acquisitione termini *ad quem*, prima inchoante, secunda complente, vel consumante illum. Ex quo tamen non infertur, quòd debuerit in primo instanti jam extitisse, quià cum motus ens successivum sit, non verificatur existentia ejus in quolibet instanti, quasi permanenter signato, sed in eorum successione, vel fluxu, unde sicut idem numerus binarius quamvis ex utraque unitate essentialiter dependeat, non tamē altera tantum signata verificari potest, sed solum in coniunctione utriusque, prima initiante, altera ultimò complente; ita proportionabiliter de tempore, & motu discreto Angeli dicendū est, quòd in successione utriusque instantis verificetur adesse, & non in altero tantum discretè sumpto.

Secundò ad eandem prob. neg. mi. loquendo de eodem instanti non ut præcisè mensurat quietem, sed ultimum esse illius, sic enim incipit jam disponi ad sequentem operationem, quod est initiativè saltem moveri. Nam ex desitione unius operationis coordinatæ per voluntatem Angeli ad inceptionem alterius componi dicitur motus ille discretus. Ad 1. prob. dist. ma. Debebat esse voluntas efficax, vel existendi, vel desinendi in aliquo loco determinato, conc., præcisè existendi, neg., nam dum alteram habet, jam ponitur operatio in ultimo sui esse, & consequenter dispositio ad essendum in alio secundum quòd est re-

motiva prioris, & derelictiva illius, quod satis est, ut vidimus, ad inchoandum motum. §. Ad 2. patet ex dictis. Unde neg. ant. Ad prob. dist. ma. Nisi ad sint duo saltem instantia cum simultanea coexistentia, neg. in successione, & fluxu, conc. aliàs, ut dictū est, non esset quid successivum, sed permanens. Et deindè dist. mi. Nunquam verificatur, quòd simul adsint simultate coexistentiæ, vel permanente, conc. fluida, vel in successione, & prosequtione, neg.

Ad confir. neg. conf., & disparitas est, quià cum quælibet pars temporis nostri non præcisè sit pars entis successivi, sed etiam continui, ex quo est pars entis continui, debet actu ex pluribus constare, in quas sit divisibilis; cœterum sicut idē tempus, ex quo ens successivum est, nequit partes suas principaliores, scil. præsens, & futurum possidere simul simultate coexistentiæ, seu quasi fixè, & permanenter, sed solum fluidè, ità & tempus discretum Angeli solum potest eodem modo habere illas. Unde poterat retorqueri paritas.

Ex dictis colligimus, quòd sicut motus dupliciter accipi potest, scil. strictè pro transitu de positivo in positivum, & largè pro simplici mutatione de non esse ad esse, ità pariter quies. Primò ut opponitur motui strictè dicto, & ut eidē opponitur, ut simplici mutationi. Ad removendam primam non sufficit una simplex mutatio introductiva formæ, vel acquisitiva termini, sed requiruntur duæ, altera derelectiva termini *à quo*, altera derelectiva termini *ad quem*. Quià tunc non fit transitus de simplici negatione ad formam, sed de positivo in positivum, quod non tollitur per simplicem positionem alterius. Et de hac quiete præcipuè intelligitur propositio D. Tho., dum ait impossibile esse, quòd toto tempore quiescat, & aliter se habeat in ultimo instanti, vel in alio termino per motum. Quidquid sit de posteriori opposita simplici mutationi. Sic enim poterit Angelus per spatium unius horæ quiescere, & in instanti ultimo habere intellectionem, quià sic quiescere nihil aliud est, quàm non habere operationem, quod tollitur per elicientiam intellectionis, quæ in instanti elicitur.

DISPUTATIO QUARTA.

De comparatione Angelorum ad intelligere, ejusque annexis.

QUINQUE principaliter inquirimus. Primum utrum esse, vel substantia Angeli identificetur cum proprio intelligere. Secundum per quam speciem intelligibilem cognoscant se, de alia à se. Tertium an superiores intelligant per species universaliores. Quartum utrum inferior comprehendat superiorem. Quintum utrum possint certò cognoscere futura contingentia, ubi etiam dicemus de liberis cogitationibus cordium, & an intelligant sine discursu, compositione, & divisione.

QUÆSTIO PRIMA.

Utrum intelligere Angeli sit ejus substantia, vel esse.

CONVENIUNT jam communiter Theologi cum D. Thom., hìc ar. 1. in parte negativa. Nam quamvis Durandus in 2. dist 3. qu. 5. ad 1. videatur affirmare de intellectione, qua intelligit se ipsum, id tamen expresè non constat, cum tamen de illa, qua intelligit alia à se, fateatur esse realiter distinctam. Unde difficultas est in assignanda ratione efficaci hujus veritatis. Nam quidam recentior suppresso nomine relatus ab uno ex nostris in manuscriptis hic dub. unico, nec rationes approbat D. Thom., nec dicta Cajet. super hunc ar. Quià esse suam actualitatem (quæ est ratio Div. Thom.) non infert (inquit) esse actum purum, nisi sic esset sua actualitas, quòd excluderet tam potentiam receptivam, quam objectivam, quod tamen non contingit in Angelo, quià adhuc in eadem suppositione, esset dependens ab alio, scil. Deo. Unde licet identificans sibi suam intellectionem non esset potentia receptiva illius, esset tamen objectiva in ordine ad Deum.

§. I.

Statuitur conclusio.

INtelligere Angeli non est ejus subsistentia, vel esse, idq. efficaciter concludūt rationes D. Th. Prima ratio ejus est Quod non est actus purus non potest esse sua actualitas, & consequenter nec sua actio, quæ est actualitas virtutis. Secunda quià intelligere Angeli esset subsistens, & consequenter non posset esse nisi unum. Tertia quæ est confirmatio præcedentis. Quià non posset in illis inveniri diversus gradus in intelligendo, cum diversitas ista perveniat ex diversa participatione ipsius intelligere.

Prob. 1. concl. quoad 1. p. scil. quòd non sit ejus substantia, & simul defenditur prima ratio Div. Thom. Nam de aliis constabit in solutionibus argumentorum. Intelligere Angeli est actualitas virtutis ejus, sed nulla creatura potest sibi identificare suam actualitatem, ergo nec substantia Angeli suum intelligere. Ma. est certa, cum sit actus secundus potentiæ operativæ. Mi verò prob., quià impossibile est, quòd habens potentialitatem admixtam sit sua actualitas, sed quælibet creatura habet admixtam potentialitatem, cum quælibet sit ens per participationem in quocunque modo essendi reali ponatur, ergo nulla potest identificare sibi suam actualitatem. Prob. ma. quià actualitas, ut patet ex terminis oponi-

ponitur potentialitati, eamque excludit, sive importat negationem illius, ergo impossibile est, quòd ens ad mixtum potentialitati, sive essentieliter potentiale, ut est quælibet creatura, sit sue actualitas, de que est difficultas, ut declarabitur.

Dices hanc secundã me. manifestè instari in substantia actuali, quæ actualitate essentiæ sua actualitas est, & tamen adhuc habet potentialitatẽ admixtã, ut supponitur. Et idem est, de virtute operativa, quæ pariter est sua actualitas, & temen est in potentia ad suam operationem. §. Sed hæc solutio æquivocat statum quæst., & rationem D. Tho., quæ non procedit de quacunque actualitate, sed de ultima, ut patet etiem ex titulo illius, scil. de intelligere, quæ est ultima in hoc genere operativo, cum sit actus secundus, & veluti existentia in genere intelligibili activo. Unde impug. ex superioribus ens perveniens per identitatẽ ad actũ ultimũ in aliquo genere nequit esse quid potentiale, sed est actus purus in illo, cũ nequeat esse in potẽtia ad ulteriorẽ actũ, ergo licet ens actuale non repugnet esse suam actualitatem, sive sit substantia, sive virtus ejus, non temen quòd sit identicè sue ultima actualitas sivè in genere essendi, (ut supra ostensum est,) sivè in esse operativo, ut modo contendimus, si semel creatura est.

Dices quod licet intelligere, vel actualitas operationis sit ultima, non tamen est actualitas pura, vel excludens omnẽ potentialitatem, vel ordinabilitatem ad aliud; nam licet non ordinetur ad aliam operationem, ordinatur tamen ad sui objectum, à quo specificetur: & licet etiam identificata operatione, non possit substãtia angeli ordinari ad illam, potest tamen ordineri ad alios actus v.g. ad sui existentiã, & ad subsistentiam, realiter distinctas; & certum est etiam ordinari semper ad Deum ut ad sui primam causam effectivam, à qua perpetuò tenetur dependere, si velimus esse creaturam, aliàs quæstio erit de subjecto non supponente; unde non videtur legitimè inferri, quòd sit substantia angeli actus purus, si identificet suum intelligere, licet istud sit actualitas ultima.

Sed hæc etiem solutio æquivocat, vel dissimulet vim præcedentis replicę; unde insto sic: non stat substantiã Angeli semel identificare sibi suum intelligere, & quòd sit ampliùs capax, (vel etiã idem suum intelligere) alicujus ordinabilitatis ex enumeratis, & cujuscunq. elterius, ergo est nulla. Prob. ant. 1. quoad actus existentiæ, & subsistentiæ. Quià substantia identificans sibi ultimam in genera operandi pariter utramq. hanc sibi identificat, ergo, prob. ant. substantia transiens per identitatẽ usque ad actum remotiorem, à fortiori indentificat sibi proximiores, sed existentia, & subsistentia, utpotè pertinentes ad ordinem essendi priorem ad ordinẽ operandi, (cum operari sequatur ad esse), sunt actus eidem proximiures, ergo si substantia transit semel per identitatem ad suũ intelligere, sive ad ad actum ultimum in genere operativo tenetur sibi omnes identificare, aliàs non sic transiret per identitatem ad eundem ultimum: Hinc etiam prob. 2. quoad objectum. Nam licet virtus, & operetio substantiæ per se ordinentur ad objectum, ut ad sui specificativum, non tamen si sint identificata cum illa, nam prout sic sunt ipsæ etiam substantia, sed hæc utpote ens per se, nequit per se ordinari, & specificari ab aliquo extrinseco, ut in physicis ostensum est, ergo non stat hujusmodi identitas cum tali ordinabilitate ad objectum, ut sui specificativũ. § Ex quo etiam prob. quoad tertium, scil. quòd nec esset amplius ordinabilis, nec dependens à Deo. Nam in tantum creatura modo de facto est sic ordinabilis, & dependens ab illo in esse fieri, & conserveri, quià utpote ens per participationem habet intrinsecã potentialitatem ad essendum, & non essendum, sed eo ipso, quòd per identitatem transit usq. ad ultimũ actum implicat concipere in ille aliquam intrinsecã potentialitatem, sed tota est actus, ut patet, ergo subsistere nequit talis ordinabilitas, vel dependentia ab aliquo extrinseco, sive à Deo. Unde esset, ex quo supponitur creatura, & non esset sic ordinabilis, ex quo ceret omni intrinseca potentialitate sed magis esset à se, nam hac ratione Deus ab omni extrinseco est ebsolutus, & independens, seu à se, quia est actus purus per exclusionem totius potentialitatis.

Dices quòd ex sola identitate cum sua intellectione naturali colligi nequit tanta actualitas, ut nulla remaneat ordinabilitas ad quodcunq. extrinsecum excluso etiam Deo, ut causa prima.. Nam supposita etiam tali identitate adhuc retinet potentiã obedientialem ad supernaturales intellectiones, unde licet diceretur subtrahi posse ex eadem identitate in ordine naturali ab ordinabilitate ad aliud extrinsecum in eodem ordine, non temen ab omni, vel etiam in ordine supernaturali, ac proinde nec inferri posse esse actum purum.

Sed contra hoc est. Nam posita semel identitate cum suo intelligere, nullam penitùs admittere potest ordinabilitatem ad aliquod extrinsecum, quodcunq. sit, ergo. Prob. ant. primò eodam argum. nam semel admissa tali identitate, nulla ampliùs concipi potest potentialitas intrinseca, ut probatum est, ergo nec ulla ordinabilitas quæcunq. sit, cons. tene:, quia ordinabilitas supponit potentialitatem intrinsecam. §. Secundò, & urg. præcedens. Nam posita semel tali identitate debet ejus intelligere esse per se subsistens, sed ut probat D. Tho. intelligere per se subsistens non potest esse nisi unum, ergo nequit per se ordinari ad aliam intellectionem. Ma. patet, nam sicut substentia est per se subsistens, ità actus ultimus identificatus cum illa debet esse talis.

Dices esse falsum, quòd ratio per se subsistentis inferat esse tantum unum, ut patet in eadem substantia, quæ per se subsistens est, & tamen multiplex est, unde etiam intelligere licet sit identificatum cum illa poterit esse multiplex. §. Sed contra hoc est, & iterum solutio æquivocat, & dissimulat vim rationis D. Tho., quasi præcisè inferat rationem unius tantũ ex ratione subsistentis, sed ex ratione subsistentis ultimi; unde insto sic. Licet ita sit in actualitate non ultima, non tamen in ultima, nec dabitur instantia in contrarium, ergo cum substantie non sit actualitas ultima, sicut intelligere, bene stabit, quòd una tantum non sit, non tamen in data hypothesi identitatis utriusq.. Ant. constat, quià aliàs non esset talis, sive subsistens per se ultimum, quod nempe per se aliud non expectat, vel exigere potest ad sui subsistentiam, vel consistentiam, aliàs per se tale ultimũ non esset; qua etiam ratione nec Deus potest esse nisi unus, quià est ipsum per se subsistens, scil. ultimum in linea essendi, & operandi. Et per hæc etiam excluditur prædicta potentia obedientialis, quæ pariter in tali hypothesi est de subjecto non supponente, ut patet ex hactenus dictis.

Secundò prob. concl. quoad 2. p. scil. quod intelligere Angeli nec sit suum esse supponendo ex Philos. 9. Metaphic., ut in superioribus explica-

catum est, duplicem esse actionem, scil. transeuntem, quæ passionem infert in alio extra se, & aliam immanentem; quæ manet, & consumatur in agente. De prima constat non posse, quià existentia non transit extra suum subjectum, sed adæquatè intrà implet suũ munus. De secunda ergo prob. à D. Tho. hìc art. 2., quià implicat illa identificari inter se, quorum unum est determinatum secundum speciem, & numerum, & alterum non, sed sic se habent intelligere, & esse Angeli, ergo: ma. patet, quià aliàs essent ut unum, vel sic determinata, & non determinata; Mi. etiam constat, nam existentia Angeli, & cujuslibet rei determinata est secundum speciem, & numerum, ut patet inductivè, non enim potest egredi limites subjecti, cujus est existentia; at verò intelligere est multiplex secundum diversitatem specificã objectorum, penès quæ multiplicatur.

Dices neg. ma. ad prob. dist. illam. Essent, & non essent unum, secundum eundem respectum, neg. secundum diversum, conc. Et potest instari in actione, & passione identificatis cum motu, qui tamen est unus secundum speciem illis distinctis secundum genus: & etiam in pluribus aliis, ut in albedine fundante diversas relationes similitudinis, & dissimilitudinis, quæ diversæ speciei sunt, & illa unius tantum. Similiter in superficie, & loco entitativè identificatis, cum tamen illa, una sit secundum speciem, locus verò multiplex, ante, retro, sursum, deorsũ &c.

Sed contra hoc est. Nam hujusmodi instantiæ sunt de re, & modo, non de re, & re. Unde insto sic: licet dicamus posse idem esse entitativè unum, & modaliter multiplex, non tamen entitativè; at posita identitate inter intelligere, & esse Angeli, eadem res esset entitativè una, & entitativè multiplex, ergo nequeunt esse idem. Ma. patet, quià secundum idem essent unum, & non unum, Mi. verò prob. quia intelligere, & esse Angeli non comparantur ut modus, sed ut res, & ut perfectissimæ actualitates in linea essendi, & operandi.

Dices, quòd sicut in eisdem exemplis eadem res est una tantum entitativè, & multiplex modaliter, vel respectivè, ità pariter Angelus esset unus entitativè, & secundum existentiam, & multiplex objectivè; vel respectivè tantum secundum intellectionem solum objectivè multiplicatam, non entitativè. §. Sed contra hoc est. Quià repugnat eandem entitativè intellectionem creatam ad omnia intelligibilia tam naturalia, quàm supernaturalia se extendere, ergo non solum deberet esse multiplex objectivè, sed etiam entitativè. Ant. patet quià repugnat, quòd eadem entitas sit naturalis, & supernaturalis juxta exigentiam objectorum. Et licet daremus actum, vel intellectionem supernaturalem posse ob sui eminentiam respicere objectum naturale, non tamen naturalem intelligibile supernaturale, nam aliàs secundum intellectionem naturalem posset homo, vel Angelus elevari ad clarè videndum Deum, ut modo de facto vident per supernaturalem, quod est alienum.

Dices instando in ipsa potentia intellectiva, quæ omnia illa objecta attingit, & tamen est entitativè una, ergo ità pariter dici potest de actu intellectionis. §. Sed contra hoc est. Nam actus sunt determinationes potentiarum, ut supra, & alibi in logicis, & physicis explicatum est, ergo nequit dari extensio actui, & præsertim naturali, quæ datur potentiis, unde nec habet actus rationem determinabilis, sicut habet potentia, sed est ultimum determinativum illius, unde limitatur ad determinatum objectum, sicut proportionabiliter limitantur etiam potentiæ licet cum majori amplitudine, & extensione supra actum ut intellectus ad omne verum, & voluntas ad omne bonum, & sic de aliis potentiis inferioribus in nobis. Aliàs eadem facilitate id dici posset de eisdem potentiis comparativè ad animam, quòd sufficeret una entitativè potentia, sicut ad omnia illa sufficit una anima. §. Ex quo patet clarum discrimen inter potentiam, & actum; nam cum illa sit de genere actus primi capacis alterius comprincipii, & elevationis in ratione virtutis intellectivæ potest ratione virtutis naturalis elicere actus hujus ordinis, ratione verò alterius supernaturalis elicere illos superioris, usque ad Deum clarè visum, ut primo tom. de visione declaratum est. Cæterum actus cum sit ultimum determinativum non est capax elevationis per aliquod comprincipium, vel per alium actum, unde tenetur multiplicari entitativè multiplicato sui objecto formali.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. contra 1. par. impugnando 1. rationem D. Tho. Ex eo quòd substantia angelica sit sua actualitas non sequitur esse actum purum, ergo non rectè negatur hæc identitas ex hoc cap. Prob. ant. Quià non sequitur hinc excludere omnem potentialitatem, ergo. Prob. ant.; quià sola identitas cum sua intellectione naturali adhuc relinquit potentiam obedientialem ad alias supernaturales cum distinctione penès ordinem ab illis, & naturalis ad supernaturalem negativè se habeat, & per modum solius capacitatis, non connexivè, vel exigitivè, ut in superioribus explicatum est, ergo intactam relinquit eandem potentiam obedientialem. §. Dices, ut supra quòd eo ipso, quòd identificat sibi naturalem tenetur identificare sibi omnem. Tum quià ut semel est actualitas pura intra ordinem naturalem nequit admittere, ut insinuavimus, aliquam non repugnantiam ad habendum aliquid ulteriùs à quocunque extrinseco, cum sit carens prout sic totius potentialitatis intrinsecæ, & consequenter excludere præfatam potentiam obedientialem; cum hæc nihil aliud sit, ut alibi explicatum est, quàm entitas naturalis, ut dicit non repugnantiam per modum cujusdam habitudinis in ordine ad ea, quæ non repugnant. Tũ quià ut etiam dictum est ex eodem, eo ipso quòd intelligere est identificatum cum substantia est intelligere subsistens, quod nequit esse nisi unum.

Sed contra hoc est. (Primò & præsertim impugn. hoc posterius, & simul secunda ratio D. Thom.) Ex eo quòd substantia Angeli sit identicè sua species expressa respectu cognitionis sui, non rectè infertur, quòd sit omnis impressa respectu cognitionis aliorũ, ergo ex eo, quòd identicè sit sua intellectio naturalis, non rectè infertur, quòd sit omnis alia intellectio, qua alia à se, & præcipuè supernaturaliter cognoscit. §. Secundò: ex eo quòd Deus sit suum intelligere subsistens, non sequitur dari unũ tantum intelligere. Nam non est idem intelligere illius, cum intelligere Angeli, ergo pariter ex eo, quòd intelligere Angeli esset subsistens, non sequitur esse unum tantum, & indistinctum ab intelligere Dei, vel actum pu-

purum. §. Tertiò si albedo esset subsistens, consequenter etiam color esset subsistens, & tamen non esset unus tantom color indistinctus à nigredine, & à cæteris, ut patet, ergo. § Quartò ex eo albedo si esset subsistena adhoc distingueretur à nigredine etiam subsistente, quià essent duæ formæ specie distinctæ, sed etiam in Angelis est diversitas specifica intra lineam intellectionis, ergo licet intelligere ejus esset subsistens adhuc posset esse multiplex. §. Quintò nam quando dicitur à D.Tho. quòd intelligere subsistens non potest esse nisi unum, vel loquitur de puro intelligere nō habente imperfectionē, vel de habente illā, aut perfectionē limitatam, sed primū suspectu Angeli est de subjecto non supponente, posteriùs verò infert esse unum indistinctum à Deo, vel actum purum, ut supponitur, ergo. Resp. benè ibi. Ad 1. replicam, vel instantiam neg. cons. quia cum species impressa non sit actualitas ultima in hoc genere, nequit ex identitate substantiæ angeli cum illa inferri, quòd sit actus purus, vel una tantum, sicut dictum est de actualitate ejusdem substantiæ, quòd quià non est ultima esto subsistens sit neutrum tamen infertur de illa, sed immediatè ordinari potest ad suū esse, & mediis suis virtutibus, vel potētiis ad operationē, & cōsequenter multiplicari. Cæterum intelligere cum sit ultima actualitas in hac linea, vel genere, si semel identificatur cū substantia, ac proinde sit subsistens, tenetur sibi identificare omnem actualitatem ejusdem generis, ut probatum est, & consequenter esse actus purus in eodem, quod omninò repugnat creaturæ, cum in nullo modo essendi reali, ut vidimus, possit esse sine intrinseca potentialitate ad non esse, aliàs non esset essentialiter ens per participationē. Nec deinde etiam ex ullo capite haberet ampliùs, unde posset multiplicari, quià ex duobus tantum multiplicatio est, scil. vel ex objecto dante speciem, vel ex subjecto recipiente, & limitante. Supposito antē, quòd subsistens sit, sivè identificatum cum substantia, jam à nullo extrinseco specificari potest, ut dictū est, nec in aliquo recipi, & ideò unum tantum, & actus purus esse debet, cessante omni principio multiplicandi, & limitandi.

Ad 2. dist. ant. Non sequitur dari unum tantum intelligere, subsistens, nego, permissis aliis creatis intellectionibus non subsistentibus, conc. Et potest retorqueri instantia. Nam quià intelligere Divinum est subsistens, nullum aliud datur intelligere subsistens distinctum à Divino, ergo si intelligere angelicum esset pariter subsistens, nullum aliud posset admitti intelligere subsistens ab illo distinctum, & consequenter deberet esse identificatum cum intelligere Dei. Nam aliud est (in quo æquivocat instantia,) quòd præter unum intelligere subsistens (ut est illud Dei) possit dari aliud distinctum non subsistens, ut est quodlibet creatum.

Aliud verò, quòd dari possit distinctum subsistens. Primum est certissimum, nec est ad rem, cum sermo sit, & difficultas de intelligere identificato cum substantia, ac proindè de subsistente. Posterius verò judicatur impossibile ob rationē proximè insinuatā quià tunc nullum est ampliùs assignabile principium multiplicativū, & limitativū; & ideò unum tantum esse potest, & actus purus, sive actualitas carens omni potentialitate, & limitatione, quod idem est, ac esse intelligere divinum.

Ad tertiam dist. ma. color esset subsistens in determinata specie coloris, sive contractus in specie albedinis, conc.; in toto genere coloris, neg. Et dist. mi. non esset tamen unus, in determinata specie, neg., in omni genere coloris, conc. Nam cum albedo in determinata specie sit, non est necessarium, quòd semel abstracta, & subsistens, sit omnis species coloris, & consequenter, quòd detur unus tantum color, sed quòd sit una tantum in sua specie, in qua solum abstrahit, & subsistit, ac proinde color prout in eadem, & reduplicativè prout sic sit unus tantum, non in omni.

Ad quartā quæ potest esse replica, dist. ma. Quià essent duæ formæ specie distinctæ, & nullo modo communicantes in proprio specificativo, conc., aliquomodo communicantes, neg. Et dist. mi. In Angelis est diversitas specifica intra lineam intellectionis, sine ulla communicatione in proprio specificativo istius, neg. communicando in illo, conc., & neg. cons. Nam albedo, & nigredo ita sunt diversæ formę, ut una non intret specificativum alterius, sed magis pugnent inter se, & una aliā expellat. Unde quælibet sic abstraheret, & subsisteret in propria specie, ut solū in illa teneretur esse una, & nō in omni coloris. At verò intelligere in specie unius Angeli, v. g. Gabrielis, non pręcisè habet substantiā istius, ut specificativum sui, sed alia etiam à se, & universalem rationem entis intelligibilis, ut latè q. illa 12. de visione explicatum est: unde communicat cum specificativo cæterorū Angelorū. Et ideo nō stat, quòd abstrahat in aliqua ratione intelligibili, si semel subsistens est; nisi abstrahat in omni, & consequenter sit unū tantū. Imò dicere, quòd sit in specie Gabrielis, & quòd sit subsistens est manifesta contradictio. Esset enim, & non esset in illa, sed extra omnem. Quià cum à se solum specificari non posset, utpotè se extendens ad alia, à quibus specificari non posset, ut dictum est, cum sit subsistens, & independens ab omni extrinseco, jam esset extra omnem speciem habens in se unde omnia perfectè, & distinctè intelligeret, quod creaturæ repugnat.

Ad ultimā, ut jā insinuavimus, resp. quòd non loquitur de intelligere subsistēte quodcunq. sit, de quo non supponit esse intelligere purū, & claudens omnē perfectionem, nec infert ex meritis subsistentis utcunq. (nam ut forma subsistat non oportet, quòd sit tantum una, ut patet in anima rationali, & in eadem natura specifica Angeli) sed subsistentis ultimi, vel abstracti abstractione formali; quià forma prout sic reducta, vel abstracta debet esse purificata, vel spoliata ab omni principio limitativo, & potentiali, & consequenter reducta ad formam tantum, vel ad actualitatem puram sine omni imperfectione tam specificabilis, quàm receptibilis, quod est carere omni distinctivo tam formali, quàm numerali. Unde contradictio est, quòd sit intelligere subsistens, & intelligere angelicum, vel creatum. Nam ex quo angelicum, vel creatum est, finitæ perfectionis est, & ex quo subsistens, debet esse infinitæ.

Secundo arg. specialiter contra illam propositionem assumptam in eadem prima ratione, scil. actualitas repugnat potentialitati, ex qua infertur non posse esse id, cujus est actus, sivè nō posse esse suam actualitatem. Si actualitas repugnaret potentiæ, vel potentialitati non solum non possent esse idem, sed nec possent esse simul, ergo sicut non potest inferri hoc posteriùs, nec inferendum est primū. Prob. ant. superiori exemplo. Nam quià albedini repugnat nigredo non solum nequeunt esse idem, sed neque etiam

simul,

simul,ergo pariter &c. §.Resp.dist.ant.Si repugnaret, repugnantia contrarietatis, aut privativa, conc., sola repugnātia,quoad identitatem,neg.,nam aliàs quęcunque repugnant esse idem, nunquam possent esse simul, vel simul esse repugnarent,qund est alienum. Materia enim, & forma(& sic de aliis innumeris,) repugnanter sunt idem, non tamen repugnanter sunt simul. Unde prædicta propositin intelligenda est de sola repugnantia quoad identitatem. Per quod patet ad prnb., nam nigredo, & albedo pugnant contrariè, & nnn præcisè qunad identitatem.

Sed instas. Nam supposito, quòd inter actum, & potentiam nnn sit repugnantia simultatis nnn potest universaliter inferri,quòd habeant repugnantiam identitatis, ergo. Prob. ant. t. destruendn aliam propositinnem, ex qua infert hanc repugnantiam. Nam bana stat aliqnid nnn esse actum purum, & nihilnminùs indentificare sibi ultimam actualitatem,ergn. Prob. ant. De facto gradus genericus identificat sibi suam differentiam, val actualitetem, & temen actus porus nnn est. §.Secundò si essentia creata esset sua ulrima actualitas, vel existenria, ut plures sustinent, actns purus nnn esset; aliàs non esset via ad sustinendam talem opinionem. §. Tartiò quià ex eo colligimus quòd aliquod agans, quod non est actus purns, non possit identicè esse suam actinnam, vel intellectionem, quià nnn est intalligens actu, sed in potentia, ut petet in anima nostra respectu suæ intellectinnis, sed Angelus seltem respectu suæ essentiæ est intelligens actu, & noo præcisè in potentia, ergn licet actus purus non sit, poterit esse sua ultima actualitas, vel intellectio. §.Quartò: nam ratin actus pori nnn tantum importat idenritatem cum aliqua ultima determinata actualitate, sed cum omni, itaut à toto genere entis sit immunis ab omni poteutialitate; hac enim ratinne Deus est actus purus, sed ex ao quòd substantia Angeli identificaret sibi aliquam sui intellectionem, vel etiam omnes, adhuc posset esse in pntentia respectu aliorum eccidentium, vel actualitatum,ergo. §. Quintò quià sola distinctio rationis exclnsiva sufficir ad impediendam ratinnam actus puri, ergo posset nptimè realitas identificari cum illa, salvo conceptu creaturæ nppolito actui puro cum sola rationis distinctione axclusiva.

Resp. neg. ant. Ad primam prnb. neg. ant. Ad illius prnb. neg. suppositum, quòd gradus genericns sit quid potentiale physicum, vel secundum rem respectu differentiæ, de qun loquitur Div. Thnm., sed tantum secundum rationem: Unde potest retorqueri. Nam sicut id, quod est potentiala respectu alterius, nnn potest esse idem secundum rationem cum illo, paritar id, quod est putantiale respectu alterius secundum rem, non poterit secundum rem esse idem cum illo. Et ratio utriusque est, quià potentialitas respectu alicujus actualitaris, ea ratione, qua potantialitas est dicit carentiam,& privationem talis actus in propria sui rarinne, ergn impossibile est secundum illam, quòd sit sua actualitas, sive in re, sive secundum rationem.

Ad secundam neg. sequelam, supra enim, & alibi sufficiantar probatum est, legitimam esse illationem, quòd esset actus purus, si essentia creata identificaret sibi suam existentiam, utpotè ultimam actualitatem in toto genere antis juxta principia D. Thom., ac proindè sicut modo affirmamus de substantia Angeli identificante suum intalligere, quià est actualitas ultima, ita pariter inferimus de essentia creata identificante sibi suam existentiam, cum nnn admittamns partiales existentias, ut latè ostensum est in physicis.

Ad tertiam dist. ma. Ex eo præcisè, neg., ob rationes præcipnè datas in ar., cnnc. Nam licet id sit sufficiens mntivum ad colligendam distinctionem realem, nnn tamen unicum. Unda D. Thom. ad alia magis propria recurrit. Quamvis ergn dicamus, quòd Angelus respectu propriæ essentiæ sit actu intalligens, nnn inda inferenda est identitas cum sua intellectinne, quià ut colligitur ex aodem 12. Metaph. lect. 11., aliud est, qnòd aliquid sit semper actu intelligens, & aliud quòd sit actu intelligens actu identificato. Hoc posterius tantum convanit Deo, primum verò potest cnnvenire Angelo saltem respectu propriæ essentiæ, cum hæc illi intimè unita sit par exclusinnem saltem speciei impræssæ.

Ad quartam neg. mi. Quià, ut dictum est, hoc ipso, quòd esset sua actualitas intellectionis, jam non possat ulteriùs raspicere alignod specificativum extrinsecum, sed in se ipsa utpotè excludente omnem intrinsacam potentialitstem, plenè haberat, quidquid attinet ad lineam essendi, & intelligendi sine indigentia cujuscunque accidentis superadditi. Sicut enim nnn stat semel esse actum purum in uno ganere, vel modn essendi reali, & non in omni,(qua ratinne in nullo,ut dictum est, potest creatura esse actus purus) ità nec stat,qund plenè habeat in se ipsa ultimam identicè in nnn, & non in omni.

Ad ultimam neg. suppositum,quòd possit admitti distinctio est illa exclusiva,ubi est idētitas cum ultima actualitate; nam ubi hæc identitas est ratin actus puri ac proindè exclusio tutius potentialitatis tam physicæ quam metaphysicæ, in qua fundatur prædicta distinctio. Tum quià debet ibi esse cōtinantia omnium perfectinnum, ut axigit ratin actus puri, quam infert hujusmndi identitas,& consequēter nulla esse potest, vel nullius perfectionis exclusio. Nam hac ratione Deus nullam excludere potest. Ex his solvi possunt argumenta contra tertiam rationem.

Tertiò arg. contra 2.par. opponendo alias instantias contra pariter rationem D. Tho. Bena stat, quòd unum sit idem cum alin, & nihilnminùs alterum sit multiplax specie, altero existente unius tantum. Prnb.ant. sistendo primò in aadem substantia Angeli, & ejus potentiis intelligendi, & volendi, quæ sunt determinatę speciei,& nihilnminùs potentialitas idantificata cum illis ad recipienda diversa accidentia actus, & species intelligibiles est speciei indeterminatæ. Et idem est de potentia obedientiali in ordine ad entia supernaturalia. §.Secundò in passionibus antis, vero, & bono, quæ diversæ speciei sunt, manente eadem antitate, in qua identificantur. Tertiò iterum in eadem substantia Angeli, quæ identicè transit ad genus intelligibile identificando sibi speciem intelligibilem respectu sui, esto forma naturalis sit, ergn.

Ad hnc neg. ant. Ad 1. prnb. da substantia, & potentialitate Angeli, sive naturali, sive obedientiali, dist., sunt diversæ speciei, entitativè, & in actu, neg., terminativè, & in potentia, con., nam sicut potentia nbediantialis, ut insinuavimus, antitativè dicitur naturalis, & solum tarminativè supernaturalis, ita utraque potentia, entitativè ejusdem speciei est, & solum in potentia, vel terminativè tantum, aut virtualiter dicitur esse multiplex. Nam eodem modo, scil. sustentando, & per inhærentiam recepit

cepit

cœpit prædicta accidentia. Ex quo nihil infertur contra D. Thom., qui dum asserit non posse aliquid esse unius speciei determinatæ, & alterius indeterminatæ; vel unum in specie, & multiplex illa, intelligendus est, ut supra innuivimus, & advertit hic etiam Joan. à S.Thom. num. 12. de speciebus perfectis, absolutis, & actualibus. Per quod etiam solvitur secunda instantia, quià diversæ illæ species sunt respectivæ, non absolutæ. Sumuntur enim ex diverso respectu ad potentiam. Unde si eadem res dicitur honesta, & delectabilis. Primum habet, ut respicit conformitatem rationis, secundum verò ex completa convenientia, & fruitione appetitus.

Ad tertiam patet ex dictis, posse optimè identificare sibi suam speciem intelligibilem, quæ non est ultima actualitas in hoc genere, non tamen suam intellectionem etiam respectu sui, cum hæc sit ultima, ut dictum est. Tum quià ad primum sufficit, quòd per se ipsam sit spiritualis, & immaterialis, & intimè unita intellectui, à quo tamen iusta. Ad secundum verò requiritur, ut vidimus, quòd identificet sibi omnem intellectionem, & non tantum respectu sui, cum tale intelligere, utpotè subsistens, non possit esse nisi unum, ut probatum est.

QUAESTIO SECUNDA.

Per quam speciem Angeli cognoscant se, & alia à se.

DUO occurrunt examinanda. Primum an ad cognoscendum se ipsum indigeat Angelus specie impressa superaddita, nam de expressa jam dictum est supra in initio de Trinitate. Secundum est an ad cognoscenda alia à se sic indigeat speciebus superadditis, ut istæ accipiantur à rebus, an verò fuerint illi inditæ in primo instanti suæ creationis. Ubi hoc etiam supposito est aliquale discrimen inter Thomistas, scil. an ità illas habuerint ab initio, ut illas possideant per modum passionis dimanantis ab essentia, an verò dicantur solum proprietates, quià sunt illis debitæ, & exiguntur. Circa 1. partem Marsilius, Alensis, & Enricus asserunt, ita indigere in ordine ad se ipsum, sicut ad alia objecta. De quibus videri potest Suarez lib. 2 de Angelis cap. 4. §. Secunda sententia veluti media affirmat non substantiā Angeli, sed intellectum eius gerere munus speciei respectu ejusdē substantiæ. Tribui solet Cajet. hic q. 54. ar. 3. ad 4., ubi videtur asserere, quòd solum radicaliter obtineat substantia rationem speciei, quatenus est fons, seu radix intellectus in actu respectu sui. Illam tamen sustinet Vasquez disp. 204. cap. 2. Et idem probabiliter sustinet respectu aliorum extra se, existimans non posse afferri efficax argumentum ad probandum dari species in intellectu Angeli. Idem sentit Alcaron tract. 6. de Angelis disp. 3. cap. 1. num. 10., ubi tamen cum limitatione loquitur. Etenim nolens agnoscere speciem, ut vicariam objecti, aut suppletivam illius, & ut necessariam ad faciendam unionem intentionalem intellectus cum objecto, sed præcisè ad determinandam indifferentiam potentiæ, sicut fit per lumen, vel habitum, dicit, quòd vis repræsentativa cujuslibet objecti, non in intellectu solum, sed in substantia simul, & intellectu consistit cum subordinatione tamen ad Deum Autorem naturæ, ut excitantem, & ad ipsam etiam voluntatem Angeli. Tertia extrema asserit substantiam ipsam se habere ut speciem respectu cognitionis sui. Ita D.Thom. hic qu. 56. ar. 1., & qu. 8. de verit. ar. 6., & 2. Cont. Gent. cap. 98., & communiter ejus Discipuli. Quam etiam tuetur Suarez ubi supra, Arrubal hic disp. 166. c. 1. Et ex parte etiam Scotus, qui similiter fatetur Angelum intuitivè cognoscere se ipsum sine specie superaddita; Quamvis admittat cognitionem abstractivam respectu ejusdem propriæ substantiæ, & tunc dicit requiri speciem distinctam, per quam abstrahat à præsentia.

§. I.

Statuitur prima conclusio circa 1. partem.

ANgelus in cognitione sui non indiget specie superaddita, sed seipsum cognoscit per propriam substantiam unitam intellectui per modum speciei intelligibilis illum actuans, & completè determinans ad cognitionem sui. Hanc concl. quatenus negat speciem accidentalem superadditam, & munus ejus tribuit ipsi substantiæ Angeli amplectūtur omnes Thomistæ. Est tamen difficultas in modo explicandi, quomodo eadem substantia sic gerens vicem speciei dicatur actuare proprium intellectum, sicut requiritur ad speciem. Ex quo oritur præcipua difficultas in hac re; nam alias conditiones ex capite similitudinis, & immaterialitatis patet deficere non posse, cum perfectissimè se ipsam repræsentet, & omninò spiritualis, & immunis sit ab omni materia; unde redditur difficile, quomodo uniri possit intellectui per modum formæ, ut nos dicimus, tribuens objecti repræsentationem, quià non videtur posse aliam cum illo habere unionem, quàm per modum radicis, aut subjecti, quod non est uniri per modum formæ, sed magis per modum materiæ, cum tam subjectum, quàm radix actuentur per sua accidentia, vel proprietates.

Mag. ergo Io: à S.Tho. non sic absolutè, aut strictè tribuit hoc munus formæ etiam in genere intelligibili eidem substantiæ, quasi formaliter, & proximè actuet, & per modum obiecti, seu formę intelligibilis objectivæ, sed radicaliter tantum per identitatem, quam habet intelligibilitas Angeli cum ejus intellectualitate, quatenus cum illa, immaterialis sit, & spiritualis in actu, simul est actu intelligibilis, & intellectualis, unde intellectus ab illa dimanans non præcisè dimanat, ut virtus intelligendi, sed etiam intelligibiliter, & objectivè ab eadem determinatus. Quod est actuare intellectum non proximè, & in se, sed transitivè ad radicem, quæ ob prædictam identitatem generis intelligibilis passivi, & activi, siva intelligibilitatis, & intellectualitatis, in se habet hoc meritum, quòd ea quo intellectualis est radicet potentiam intellectivam, & unitur illi subjectivè, & per modum principii dimanationis; ex quo verò simul est intelligibilis in actu, dicitur illi tanquam in radice utramque identificante uniri intelligibiliter, vel actuare objectivè per identitatem, & non quasi illum actuet extra radicem, & in se ipso proximè per modum formæ.

Sed salva probabilitate, & subtilitate istius modi dicēdi, adhuc cum M. Ferre hic concl. 2. in manuscriptis, & Gonet. disp. 7. ar. 1. ad 2. (& consentit M. Ga-

Cotulam supra de visione dub. 2.) placet strictiùs admittere modum istum actuandi intellectum per modum formæ intelligibilis, ut ex primimus in ultimis verbis conclusionis; sic quod non solū dicatur illū actuare prout in radice, sed etiā in se ipso. Quod videtur docere D.Th. ex illo 6. de varit. ad 2. & 6. Nā postquā in corp. determinasset Angelum intelligere seipsū per propriam substantiam, deinde utriq. argumentu tangenti eandem difficultatem; Resp. primò, *quòd quamvis essentia Angeli in essendo non possit comparari ad intellectum ejus, ut actus ad potentiam, comparatur tamen ad ipsum ut actus ad potentiā in intelligendo*. §:2. Resp. ad6. *Quòd nihil prohibet aliquid esse in altero, & illud in eo diversis modis, sicut totū in partibus, & è converso, & similiter est in proposito. Essentia enim Angeli est in intellectu ejus sicut totū intelligibile in intelligente, intellectus autem in essentia, sicut potentia in substantia*. Unde beneftabit juxta D. Th., quòd intellectus Angeli inhæsivè sit in substantia proprie, & hæc mutuò in esse intelligibili sit in intellectu ut forma ejus. Sicut in simili dicebamus ibidem q. 12. de visione, proportionabiliter de essentia Divina respectu intellectus Divini. Vel eidem etiam non repugnare uniri, ut formam, & speciem in esse intelligibili intellectui creato seclusis tamen imperfectionibus inhærentiæ, informationis, potentialitatis, & compositionis repertis in specie accidentali, vel creata.

Ratione deinde prob. concl., & præcipuè quoad tertiam conditionem ad intentum nostri modi dicendi sumpta ex eodem D. Tho. non solum ex proximè tradita doctrina art. 6. sed ex alia etiam ar. 7. seq.. Optimè stant hæc duo, quòd substantia angeli cōparetur ad ejus intellectū ut subjectum, & radix in essendo, & iterum ut actus, sivè ut species, & forma intelligibilis, vel in intelligendo, imo hæc posterior unio in hoc genere intelligibili juxta D.Tho. videtur necessaria, ergo saltem ut probabiliter hic modus dicendi in doctrina ejus admitti debet, & ideò poterit sic uniri substantia angelica cum proprio intellectu, utraq. conseq. tenet, quià habet duplicem formalitatem, scil. subjecti, & formę intelligibilis, in actu. Ant. quoad 1. part. patet ex eodem, & ratione ejus. Quia optimè stet, quòd secundū diversam formalitatē, & præsertim in diverso genere, ut in casu, possit eadem habere duplicem præfatam habitudinem, ut patet ex eodem ibidem, & ar. 7. ut statim constabit, & ex communi modo Thomistarum explicantium ex doctrina hujus art. unionē Divinæ essentię cū intellectu beati, quæ aliàs habet rationem causæ formalis ad illum, nempe uniri illi speciali unione in esse intelligibili scil. verè, & propriè, ut speciem, aut formā intelligibilem. Tum etiam in essentia, quæ quià pariter habet duplicē formalitatem respectu existentiæ utrumque similiter munus exercet, scil. receptivi sub illa subjecti, & actuantis sub illa dantis speciem, vel formæ, ergo optimè poterit hæc duplex habitudo componi in eadem, sive in substantia Angeli secundum diversam formalitatē.

Deindè prob. quoad 2. par., scil. quòd sit necessaria talis unio per modū formæ in esse intelligibili, per quod à fortiori cōstabit prima. Quià ut ait D.Th. eodem ar. 1. ad secundā rationē ex expositis tertio loco scil. cognoscēs, & cognitū se habere, ut unū cognitionis principium, & ideo nō sufficere ad cognitionē, contactum inter cognoscēs, & cognitū, sed oportere, quòd cognoscibile cognoscenti uniatur ut forma, vel per essentiam suam, vel per similitudinem suam. Quo ratione ar. 1. in corp., & ad 5. dixerat essentiam Divinam comparatione intellectus beatorum non esse formam in essendo, sed habere se ad ipsum, ut formam in intelligendo, ergo juxta D. Tho., ut substantia angelica actu cognoscatur à proprio intellectu, (ad quem comparatur, ut intelligibilis in actu, & consequenter non indigeat respectu cognitionis sui specie intelligibili superaddita) debebit ei uniri, ut forma in hoc genere, ac proindè non solum est possibilis talis modus unionis in hoc genere, sed etiam necessarius.

Expl., & urg. hoc. Quià hic modus dicendi magis conducit ad salvandam proprietatem unionis cogniti cum cognoscente in hoc genere, & distinctionem illius ab unione in esse naturali, vel physico, qua forma unitur materiæ, ergo est necessarius, & non solum possibilis. Cons. tenet, quià tenemur admittere, quod magis conducit ad proprietatem rei, & distinctionem illius ab aliis. Ant. verò prob. Nam unio utriusque in hoc genere contrapositivè ad unionem in esse naturali, & physico, in hoc potissimùm consistit, ut ibidem explicatum est, quòd per se, & formaliter ad hoc ordinatur, quòd cognoscens fiat res cognita in esse intelligibili, & objectū vel per se ipsum (ut in casu) vel mediè sui specie terminet, & determinet intellectum ad speciem actus, sed utrumque non solum meliùs habetur media unione objecti cum intellectu per modum formæ in esse intelligibili, sive se ipso immediatè uniatur cum illo, sive per speciē superadditam, immò nec videtur posse aliter haberi, ergo. Prob. mi. Quià juxta priorem modum dicendi non exprimitur hæc unio in hoc genere, nec etiam videtur inferri, sed sola non indigentia speciei superadditæ ex reali identitate in Angelo inter intellectualitatem, & intelligibilitatem, ergo erit necessaria hujusmodi unio objecti per modum formæ cum cognoscente, (ut docet ubi supra D. Thom.,) & non solum possibilis, quodcunque sit illud objectum cognitum, & cognoscens.

Secundò etiam prob. principaliter concl. quoad idem, & simul urgentur hæc omnia. Nam admisso, (ut jam fatantur omnes) Angelum in cognitione sui non indigere specie impressa superaddita, tenemur asserere substantiam ejus uniri proprio intellectui in se ipso per modum formæ intelligibilis, ergo si non indiget, nequit aliter eidem uniri. Prob. ant. Nam admisso, quòd Angelus sine specie superaddita cognoscat se ipsum, sive quòd intellectus ejus cognoscat sui radicem per se ipsam, fit intelligibiliter ipsa radix, ut proximè dicebamus ex discrimine inter utramque unionem in esse intelligibili, & naturali, & suppono ex 3. de anima; sed nequit sic fieri intelligibiliter propria radix, hac sibi non unita per modum formæ intelligibilis, ergo. Prob. mi. Quià nequit haberi hæc intelligibilis identitas, nisi vel eadem radix, sive substantia ejus uniatur intellectui per modum formæ, vel intellectus sit intrinsivè formalis similitudo illius, sed hoc posterius repugnat, ergo erit necessarium primum: ma. quoad 1. par. patet ex D. Th., & ratione ejus ubi supra, nam cum cognitum, & cognoscens sic habeant ut duo, ex quibus fit unum cognoscens principium, non sufficit ad cognitionem, uniri utcumque, sed oportet (inquit) quòd cognoscibile uniatur cognoscenti, ut forma. Quoad 2. verò, quià hæc identitas fit per viam similitudinis, ut eisdem locis explicatum est. Mi. verò prob. quià nulla proprietas potest esse forma-

malis similitudo suæ radicis, cum originetur, & habeat esse ab illo, nac possit eam adæquare.

Dices non requiri, quòd sit similitudo formalis, sed satis esse virtualam, siva quòd intellectio procedat à virtute objecti, quatenus ast virtus illius. Cum autem intellectio Angeli raspactu sui procedat ab intellectu ut virtute propriæ substantiæ, non præcisè ut radicalitar intellectiva ast, sed etiā ut objectivè intelligibilis, non requiritur alia similitodo formalis, sed sola virtualis, quam obtinet intellectus in cogoitiona suæ radicis, quatenus scil. respectu illius, ut dictum est, non præcisè ast virtus quasi subjectivè, sed atiam objectivè.

Sed contra hanc similitudinem tantum virtualem sufficienter ibidem ex visione dictum est, & ostensum efficacitar non sufficera, sed omninò requiri formalam ad cognitionem quiditativā, & repræsentationem objecti & ideò impossibile esse per speciem creatam elarè, & quiditativè cognosci Deum. Deindè impug. 1. solutio sic. Nam ex vi illius non salvatur substantiā Angeli esse speciē impressā in cognitione sui, argo ast insufficieos. Prob. ant. Quià non salvatur substantiam Angali fieri proximè intelligibilē per se ipsam, sed magis per sui intellectū, argo non ipsa, sed intellectus ejus habebit rationem speciei impressæ. Prob. ant. Nam quià intellectus dimanat ut virtus intelligendi subjectivè, substantia Angeli redditur proximè intellectiva per suum intellectum, argo quià dimanat, ut virtus objectiva, reddetur proximè intelligibilis per eundem, tanquā per rationem proximè intelligibilem, siva tanquam per sui speciem impressam.

Secundo quià ut ibidam explicatum est, & statim iterum constabit ex D. Thom., intellectus Angeli cognoscans propriam radicem sit formalitar radix cognita, ergo indigat formali similitudina sibi unita per modum formæ, & non tantum virtuali. Ant. patet. Quià perfecta, vel quiditativa intellectio non habetur, intellectu perfectè, & formaliter non identificato in hoc genere cū objecto cognito, ut latè etiam ostendimus in 3. de anima. Non enim hoc genus præcise est, ut sit, sed ut alia fit, & ad hoc tendit, (ut dicebamus) unio utrinsq. scil. ad identificandum unum cum alio. Quod etiam suppono iterum ex doctrina D. Tho. statim referenda. Conf. verò prob. Quià formalis identitas non habetur per solam similitudinem virtualem. Unda D. Tho. infra q. 55. ar. 1. ad 2. docet hanc similitodinem fieri per hoc, quòd similitudo objecti ast forma intellectus. Sic enim ait. Ad 2 dicendum, quòd sicut sensus in actu est sensibila in actu, ut dicitur in 2. de anima, non ita quòd ipsa vis sensitiva sit ipsa similitudo sensibilis, quæ ast in sensu, sed quià ex utraq. fit unum, sicut ex actu, & potentia, ita & intellectus in actu dicitur esse intallectum in actu, non quod, substantia illius sit ipsa similitudo, par quam intelligit, sed quià illa similitudo ast forma ejus.

Tertiò impug. eadem solutio, & modus dicandi. Si illa similitudo virtualis sufficeret axcluso quocunq. alio unito par modum formæ, non posset intellectus Angeli aliquid intelligere, non intelligendo simul propriam substantiam, consequens non admittitur, ergo, Prob. sequela. Nam quià idem intellectus dimanat ut vis proxima intelligendi, nequit aliquid intelligere, nisi simul ejus substantia activè intelligat, argo si pariter ex identitate intellectualitatis cum intelligibilitate in radica, dimanat ut similitudo virtualis, seu ut vis proxima objectiva, non poterit aliquid intelligere, nisi pariter ejus substantia passivè intelligatur.

Quartò impug. ex alio inconvenianti. Nam si ax prædicta identitata Intellectualitatis cum intelligibilitate habet sic activè, & obiectivè illū radicare determinatè, ut non sit necessaria alia similitudo sibi unita per modū formæ ad intelligendū, pariter sic radicabit, ut nō sit necessaria ejus voluntas, vel impulsus ad volēdū, sed hoc à nemine admittitur, ergo. Prob. ma. Nō minùs radicaliter, vel in radice idēticātur ratio intellectivi, & volitivi, quàm ratio intellectivi, & intelligibilis argo si quià hęc duo sic idēticātur, radicat intellectū activè, & passivè, vel objectivè determinatum completè ad intelligendū, sine alio superaddito, vel similitudina unita per modū formæ, quià pariter identificat rationem intellectivi, & volitivi, sic radicabit ut sit complatè determinatus ad volendum sine alio superaddito, vel virtute proxima intra hanc lineam, sive per modum impulsus, aut virtutis impulsivæ ad volendum. Conf. tenet quià non minùs requiritur similitudo intra lineam intelligibilam, quàm impulsus intra volitivam, sicut anim prior linea ast per viam assimilativam, ut ex superioribus constat, ità hæc posterior per impulsivam, vel inclinativam.

§. II.

Solvuntur objectiones contra conclusionem, & nostrum modum dicendi.

PRimò objicitur. Unio per modum speciei intelligibilis importat imperfectionem substantiæ Angalicæ repugnantem, ergo non ita unitur intellectui ejus. Prob. ant. de ratione speciei intelligibilis saltem creatæ ast inhærentia, & subordinatio intellectui, cui unitur, ut patet inductivè in qualibet alia unita illi, sed hoc repugnat formæ subsistenti. 5. Dices esse de ratione speciei intelligibilis creatæ, quæ est accidens, non de conceptu creatæ ut sic. Nam sicut id non habet ex proprio, & formali conceptu speciei intelligibilis, cum prout sic pertineat ad gradum intellectivum, qui est perfectio simpliciter simplex, & consequentar excludens omnam imperfectionem, ita nec habebit ex eodem, ut contracto ad rationem creaturæ, cum præcisa ratio creati, vel creaturæ non importat inhærentiam, nisi accidens sit.

Sed contra hoc est. Nam ità existantia ex proprio conceptu immunis est à ratione informandi, sicut species intelligibilis à ratione inhærendi, sed nihilominùs existantia si semel creata est, tenetur informare, ergo pariter species intelligibilis si semel creata est tenebitur inhærere. §. Expl., & urg. hoc: sicut de ratione creaturæ ut sic non est inhærere, ita nec de ratione illius ast informare: & sicut de ratione speciei intelligibilis ut sic est determinare objectivè potentiam præscindendo ab inhærentia, ita de ratione existentiæ ast terminare entitativè, sive in linea entis, præscindendo ab informatione, argo si hoc non obstante nequit dari existentia creata, quæ non informet, nec poterit dari species creata, quæ non inhæreat.

Resp. bene ibi. Nam sicut species expressa, sive verbum, quando non ast propter intellectionem, sed ast ipsa unitum intellectui per modum gerentis vicem verbi, ut contingit in visione beatifica, non tenetur subordinari intellectioni, nec esse quid imperfectius,

ctius, estò eadem utpotè ultime actualitas in eodem genere sibi omnia subordinet in illo, & sit perfectior illis; ita species impressa, quæ accidens non est, sed ipsum objectum se ipso unitum, & gerens vicem illius non tenetur subordinari, nec inhærere esto creata sit, sed altiori modo unitur per identitatem, ut dictum est, in hoc genere excludente quemcunq. imperfectionem inherentiæ, & subordinationis. Et licet principium formale *quo* dicatur subordinari principio *quod*, non tamen id verificetur universaliter de omni, sed de illo, quòd sustentatur, & dependet in genere rei, & non transit in naturam principii *quod*, (præsertim in hoc alio genere, seù in isto in quo identificatur cũ illo,) sed manet omninò distinctũ in eo genere, in quo uniuntur; scil. naturali, & physico, ex quibus resultat unum tertium, cujus oppositum, ut supra explicatum est, contingit in hoc alio foro intelligibili præscindente ex propriis ab omnibus imperfectionibus.

Ad replicam dist. ma. ita est immunis, cæteris paribus, neg., aliis disparibus, conc. Est ergo disparitas, quòd cum existentia sit ultima actualitas in genere entis, nequit, ut vidimus, identificari cum essentia, aut cum propria entitate, si semel creata est, salvo conceptu creaturæ, & nequit ad illam comparari, nisi per modum formæ informantis; at verò species intelligibilis, cum non sit actualitas ultima in hoc genere, potest salvo eodem conceptu creaturæ, identificari cum substantia, & consequenter esse immunis in eodem ab imperfectione inhærentiæ, & hoc solum retinere, quòd sit actus in esse intelligibili terminans, & determinans objectivè ad speciem actus, quod sine eadem imperfectione, vel informatione, & compositione præstare potest, ut patet in essentia Divina respectu proprii intellectus.

Secundò objicies, & potest esse replica. Si substantia angelica uniretur propriu intellectui in ratione speciei uniretur ei in ratione actus primi, cum (ut nos etiam dicimus,) non sit actualitas ultima in hoc genere, sed hoc eidem repugnat, ergo nequit sic uniri. Prob. mi. quià si ita eidem uniretur, deberet illum constituere in actu primo intelligentem, sed hoc repugnat eidem substantiæ, ergo pariter sic illi uniri. Ma. constat, quià ut nos iterum fatemur, ad hoc sic illi unitur, ut illum in actu primo constituat determinando ad speciem actus. Mi. verò prob. Quià intellectum esse sic intelligentem in actu primo per speciem est aliquod esse reale proveniens ab illa, ut à forma, sed repugnat substantiæ angelicæ esse formam alicujus tribuentem esse reale, vix enim intelligibile est id posse præstari sine informatione, qua ratione dicimus repugnare supplere munus causæ formalis, nisi quià repugnat ei ut formã tribuere esse reale.

Resp. dist. ma. uniretur ei in ratione actus primi formaliter determinantis ad intellectionem, determinatione requisita ex parte objecti, & ut virtutis illius, conc., in genere rei, & qui sit virtus requisita ex parte potentiæ, neg., & in hoc sensu etiam conc. mi., & in priori, neg. Dupliciter enim intelligi potest speciem intelligibilem constituere intellectum in actu 1. intelligentem. Primò ut principium *quo* effectivum intellectionis complens activitatem potentiæ, & in hoc sensu non est de ratione speciei intelligibilis. Tum quià certum est non posse convenire Divinæ essentiæ, ut habet rationem speciei intelligibilis respectu Divini intellectus, & Divinæ intellectionis, cum Divina intellectio sit idem formaliter cum Divina essentia, & intellectu ejus, ac proinde repugnat ei procedere efficienter à Divina essentia, vel intellectu. Tum quià multi existimant, esse principium *quo* effectivum intellectionis etiam creatæ involvere intrinsecè imperfectionem. De quo ibidem de visione. Secundò potest dici, constituere intellectum in actu 1. in esse intelligibili, ex hoc præcisè, quòd priùs ratione, quàm intellectus habeat intellectionem, præintelligitur formaliter determinatus per speciem ad habendam intellectionem per modum actus 1., aut principii activi abstrahendo ab imperfectione informationis, inhærentiæ, distinctionis, efficientiæ, & similibus in ordine ad actum secundum, & sic constituere intellectum in actu 1., est de ratione speciei intelligibilis, ut communis est analogicè ad creatam, & increatam. Quià de ratione speciei intelligibilis est unire objectum cum intellectu, & formaliter determinare illum ad intellectionem, & consequenter prædicto modo constituere illum in actu primo, quia nequit intelligi, quòd species ex parte intellectus se teneat, ut uniens objectum cum ipso, & determinans illum formaliter ad intellectionem, quin intelligatur præcedere intellectionem, ut actus tenens se ex parte principii intellectionis, ut perficiens, & determinans intellectum ad eundem ut ad actum secundũ. Quamvis ergo priori modo cõstituere intellectũ in actu primo repugnet substãtiæ angelicæ, non tamen posteriori. Et licet etiam priori modo dicatur convenire omni speciei creatę, quæ est accidens, vel res distincta ab objecto cognito, non tamen convenit illi formaliter ut species est intelligibilis, sed ut est qualitas quædam per physicam informationem recepta in intellectu. Ex his etiam patet ad prob. mi, ad quam similiter distinguenda est utraq. præmissa. Ad prob. verò mi. illius, quæ potest esse replica, resp. dist. ma. Intellectũ sic constitui in actu primo per speciem est aliquod reale proveniens ab illa, ut à forma; semper per causalitatẽ formalẽ, ut effectus formalis à forma, neg. si sit species distincta ab objecto, ut contingit in aliis speciebus, quæ sunt accidens, vel qualitas in genere rei, transeat. Itaq. (ut supra ibidẽ dictum est) aliud est intellectum debere constitui realiter intelligentem in actu primo per speciem intelligibilem; & aliud est debere sic constitui per aliquod esse distinctum à specie, quod sit ejus effectus formalis per causalitatẽ formalem ab ipsa proveniens ut à forma. Primum ex natura rei requiritur, & convenit etiam divinæ essentiæ unitæ intellectui beatorum. Posterius verò nequaquam, ut patet in eadem essentia sic unita in ratione speciei intelligibilis. Unde sicut hæc non dicitur uniri intellectui tanquam à forma in esse intelligibili, quia causet ut forma in intellectu aliquod esse, quod dicatur esse intelligibile, sed quià per se ipsam formaliter, nullo esse medio interveniente per intimam unionem sit eidem intellectui principium formale, aut ratio intelligendi requisita ex parte objecti: ità proportionabiliter dicimus de substantia Angeli quòd per se unita proprio intellectui per modũ speciei sit eidem principium formale, aut ratio intelligendi ex parte objecti, sine causalitate formali per modum formæ in genere rei, sed tantum in esse intelligibili. Unde sicut eadem essentia divina, ut benè notat Bannez ibi dub. 2., non dicitur simpliciter forma intellectus, sed habere se ut formam in esse intelligibili respectu illius, ità similiter dici potest de substantia angelica, quòd habeat se ut forma in hoc genere intentionali, & diminuto, & non simpliciter talis, ut est forma in genere rei.

Tai-

Tertiò obiicies, & iterum potest esse replica. Intellectus Angeli sine unione substantiæ ejus per modum speciei non solum habet vim activam proportionatam eidem substantiæ, ut objecto cognoscendo, sed etiam determinationem ad talem speciem actus, sivè ad cognitionem claram, & quiditativam illius, ergo posita sola præsentia ejus in ratione objecti terminativi poterit illam elicere sine tali unione. Prob. ant. quia ex identitate intellectualitatis, & intelligibilitatis in eodem Angelo emanat sufficienter determinatus ad cognitionem illius, qua ratione dicimus non indigere Angelum specie accidentali superaddita ad cognitionem sui, sicut indiget in ordine ad alia à se, quià in ordine ad ista non habet talem determinationem, & proportionem, ergo etiam si detur esse possibilẽ hanc unionem substantiæ ejus per modum formæ intelligibilis, non tamen est necessaria.

Huic objectioni, quæ iterum tangit præcipuam difficultatem modi oppositi, dist. ut supra ant., habet intellectus vim activam, & determinationem ad speciem actus, requisitam ex parte potentiæ, conc., ex parte objecti, neg., & cons., quià prior unio, & determinatio non sufficit ut vidimus ex D. Tho., sed est etiam necessaria posterior per modum formæ intelligibilis tenens se ex parte objecti, quià fiunt unum cognitionis principium scil. cognoscens, & cognitũ, ut ait D. Tho., quod nequit fieri sine hac posteriori unione. Tum quià cognoscens transformatur in rem cognitam, & est ipsa res in esse intelligibili. Propter quòd Averroes tertio de anima commento quinto dicit ex re intellecta, & intellectu fieri magis unum, quàm ex materia, & forma, & rationem reddit dicens. Ex intellectu, & re intellecta non fieri tertium aliquod, sicut ex materia, & forma. At verò non fieri ex illis unum tertium, & fieri magis unum, verificari non potest, ut supra eisdem locis dicebamus, nisi unum fiat aliud in esse intelligibili, quod esse non potest, nisi medis præfata unione objecti cum intellectu per modum formæ intelligibilis. §. Ad prob. verò illius similiter dist. ant., emanat sufficienter determinatus ad speciem actus, determinatione completa, neg. complenda per determinationem requisitam ex parte objecti, conc., nam hæc est etiam necessaria, ut dictum est, & tribui debet ab isto vel per speciem superadditam, ut contingit respectu aliorũ objectorum, ad quæ non est talis determinatio, vel proportio; vel per se ipsum unitum loco speciei, ut contingit respectu cognitionis sui. Hoc autem non esse voluntariè dictum patet. Nam ut alibi dicimus in materia de fide, & in lib. Poster., & in superioribus etiam insinuavimus, per habitum fidei habet intellectus determinationem ad talem speciem actus, & per habitum principiorum ad cognoscenda principia, & sic de aliis habitibus, & tamen præter illos requiruntur species tribuentes determinationem requisitã ex parte objecti. quià à potentia, & objecto paritur omnis notitia. Unde licet ex prædicta identitate dicatur intellectum Angeli habere sufficientem determinationem ex parte potentiæ ad talem speciem actus scil. cognitionis sui, vel propriæ substantiæ, adhuc tamen requiritur altera ex parte objecti, sivè ejusdẽ substantiæ cognitæ, & unitæ per se ipsum loco speciei, vel per modum illius.

§. III.

Statuitur secunda conclusio resolutiva secundæ partis.

Circa 2. par. de speciebus superadditis in ordine ad alia objecta, & an sint acceptæ à rebus, vel inditæ ab initio creationis est gravior controversia inter utramq. scholam D. Tho., & Scoti. Nam iste in 2. dist. 3. q. 10. tria dicit. Primum, quòd ab initio habuerit Angelus à Deo aliquas species, præcipuè substantiarum spiritualium, & in ordine etiam ad quiditates rerum materialium, sed specificas tantum, & genericas, itaut per illas solum comprenderent objecta universalia, & illa tantum individua, quæ pro tunc simul existebant. Secundum, quòd omnes hujusmodi species posset ab objectis accipere, si semel in prima productione non habuisset. Tertium, & principale, quòd loquendo de singularibus, quæ decursu temporis fiunt, nec ipsi ab initio nota sunt, accipere species eorum à rebus, quatenus ex notitia intuitiva habita ex ipsa re singulari præsenti relinquitur species ad habendam notitiam abstractivam rei nõ existentis, sivè cõsideratę sine existentia; nam loquendo de intuitiva, sivè in præsentia rei dicit objectum effectivè cõcurrere simul cum intellectu sinè alia specie. §. Oppositum docet D. Tho. de veritate, ubi suprà art. 7., & 2. cont. Gent. c. 92., & 96., & in 2. dist. 3. q. 3. art. 1., & hìc q. 55. ar. 2., & jam sequuntur communiter alii Theologi.

Secunda concl. Ad cognoscenda alia à se indiget quidem Angelus speciebus superadditis, non tamen acceptis à rebus, sive naturalibus, aut sensibilibus, sive immaterialibus, sed habitis ab initio suæ creationis. Quoad 1. p. quòd absolutè indigeat illis est contra Durand. & Nominales, quibus consentit Vasquez hìc disp. 200. cap. 3. & disp. 204. c. 2., existimans, ut jam insinuavimus, non esse rationem, quæ efficaciter convincat hujusmodi species, cum possit quis dicere, quòd potentia intellectiva Angeli determinatur ab objecto extrinseco, immediatè se ipso, sine forma aliqua superaddita gerente vicem ejus, sicut dicitur de voluntate, quòd determinatur ab obiecto extra se posito. Nihilominùs illam tenent cæteri Theologi cum D. Tho. hìc art. 1.

Probatur ratione. Perfecta cognitio objecti sive ab Angelo, sive ab alio intelligente haberi nequit non habita similitudine illius, sed hæc similitudo haberi non potest, nisi per speciem ejusdem objecti, ergo hæc est necessaria respectu cujuscunq. intelligentis. Ma. constat ex dictis supra de processione Verbi Divini ex discrimine inter intellectum, & voluntatem, quòd sicut hæc procedit per viam impulsivam, vel inclinativam, ità ille per assimilitivam, qua ratione latè ostendimus processionem istius, sive ejusdem Verbi esse generationem, non verò illam voluntatis: mi. autem prob., quià nequit habere illã per propriã substantiã nec intrãsitivè per objecta extrinseca, ergo solum per speciem illius. Prob. ant. 1. quoad 1. par. Si substantia Angeli posset habere rationem speciei respectu aliorum extra se, deberet omnia hujusmodi cognoscibilia ab eodem præcontinere per modum formæ intelligibilis, sed hoc est impossibile ergo. Ma. constat, quià deberet illa repræsentare intellectui ejus adæquando in ratione repræsentantis, & actuantis objectivà capacitatem illius, aliàs

aliàs ut patet, non deserviret ad manifestationem omnium: mi. verò prob. quià substantia Angeli est determinata ad genus,& speciem,sicut & quælibet alia creatura,ergo impossibile est, quòd intelligibiliter, in se comprehendat omnia,ad quæ objectivè se extendit intellectus ejus, uū ista saltē sunt omnia entia naturalia. §. Secundò prob.quoad 2.p.quià nullum objectum extrinsecum sive materiale, sivè immateriale potest se ipso illabi intellectui Angelico, vel intra illum: & quidem de materiali patet esse improportionatum. De immateriali etiam constat, quià deberet esse causa illius, hac enim ratione Deus potest habere illapsum intra animam, vel assantia Divina, ut supra ostenditur, habareillum intra intellectum beatorum, aiq. uniri per modum speciei intelligibilis, quià causat illum, ex quo etiam prob. de eadem substantia, quòd possit sic uniri proprio intellectui respectu cognitionis sui, quià est causa illius ergo.

Dices non esse necessarium hujusmodi illapsum, vel unionem intrinsecam illius cum potentia, sed satis esse, quòd sit extrinsecè, vel ad extra propositum, sivè veluti contiguum, aut existens in præsentia ejus. §. Sed hæc solutio evertit in primis hoc genus intelligibile, nam ut supra dicebamus, juxta commune axioma ex intellectu, & objecto paritur notitia, sed conceptus, vel partus nequit haberi sine fæcunditate habita per intimam, vel intrinsecam unionem extremorum. Deinde ut etiam dictum est, ex eodem intellectu, & re intellecta fit magis unum, quàm ex materia, & forma, ergo debet esse inter illa major unio, & non purè extrinseca, sed summè intima, imò per identitatem. Tertiò impug. etiam ex dictis; quià ut semel, & iterum insinuavimus ex D. Tho., ex eodem intellectu, sive ex cognoscente, & objecto cognito fit unum cognitionis principium, ergo non sufficit præcisa extrinseca præsentia, sive contiguitas, aut contactus ad cognitionem inter cognoscens, & cognoscibile, sed oportet, ut rectè infert, quòd cognoscibile uniatur cognoscenti, vel per essentiam suam,vel per similitudinem suam. §.Quartò denique quià evertit etiam discrimen superius inter utramque potentiam communiter receptum, quòd voluntas trahitur, intellectus verò trahit ad se res, qua ratione res inferiores, seù materiales perfectiori modo sunt in illo, quàm in se ipsis, quià sunt ibi modo immateriali. ergo nequit purè extrinsecè se habere objectum intelligibile respectu illius.

Ex quo etiam præoccupatur solutio ex paritate ejusdē voluntatis, scil. quòd sicut objectum istius, ut eam determinet ad amorem sui, satis est, quòd sit de numero ab eadem amabilium, ità pariter ut objectū intellectus determinet illum ad pariendam notitiam sui satis erit, quòd sit de numero ab eodem, vel ab Angelo intelligibilium asto illi per se ipsum, vel per sui speciem non sit intrinsecè unitum. §. Patet enim(præter rationes superiùs adductas, & specialiter militantes pro intellectu) nullā esse consaq.ex eodem discrimine, quià voluntas veluti impetu, & pondere trahitur ad res extra, juxtà illud, amor meus, pondus meum,illuc feror,quocunq;feror, intellectus verò per viam similitudinis trahit intra, formando similitudines, & repræsentationes earum, ut patet experientia. Nam quando quis possidet vivaciores ideas,aut similitudines rebus ipsis conformiores meliùs, vel perfectiùs intelligit.

Deindè etiam rejici potest ex eo, quòd ut communiter docent metaphysici, in hoc etiam differunt intellectus, & voluntas, quod ille per intellectionem assimilat terminum productum objecto intellecto, hæc verò tantum producit pondus in objectum,quod amat, ergo debet esse intra intellectum forma objecti, cui fiat assimilatio, si semel objectum se ipso intrinsecè non unitur. Per quod iterum patet discrimen de objecto voluntatis, nam cum istud non concurrat ad productionem termini sibi similis, sed præcisè alliciat per modum finis, non est necessarium, quòd intrinsecè uniatur, vel per se, vel per sui similitudinem.

Secunda pars concl., quod nempè ab initio habuerint,nec accipiant à rebus præsertim sensibilibus, prob. ratione D. Tho. hìc in corp. desumpta ex modo essendi, quem habet creatura perfectè intellectualis. Angelus in essendo est omninò absolutus à corpore, ergo nequit habere suum intelligere per species acceptas ab illo, sed à Deo. Ant. est certum, & cons. prob., nam modus, quo res naturaliter perficitur in suo operari, causatur ex modo,quem habet in essendo, ergo si Angelus est omninò absolutus, & independens in essendo à corpore erit etiam independens in intelligendo, & consequenter intelligere non poterit per species acceptas ab illo, aut ab illis perfici in suo intelligere. Prob. ant ,ex eo anima nostra potest sic perfici per illas in intelligendo, quià non est omninò ab illo absoluta, sed eidem unitur ut forma, ergo modus intelligendi debet proportionari modo essendi. Imò subdit D.Thom.,quòd frustra uniretur corpori, si per illud non consequeretur suam intelligibilem perfectionem. Et ratio videtur esse. Quià cum anima non uniatur corpori propter bonum materiæ, sed magis è contra propter bonum proprium, (cum perfectiora, & nobiliora non sint propter ignobiliora, & imperfectiora, sed magis hæc propter illa, ut patet inductivè) potissimum autem bonum sui in perfectione intellectus consistat, frustra diceretur uniri materiæ, si hæc non conferret, aut illi non deserviret ad perfectionem intelligibilem consequendam. Unde potissima ratio, quare corpori unitur non est præcisè, ut ipsa, vel totum compositum perficiatur in gradu inferiori, vel sensitivo, aut ut sensitivum, sed ut intellectivum, sive in hoc superiori gradu intellectivo, & consequenter in suo intelligere mediis speciebus acceptis à rebus, cum ad hoc, corpus animæ deserviat, quatenus intellectui species ministrat mediis phantasmatibus.

Dices huic rationi solum convincere, quòd non possit Angelus accipere species à corpore ministerio sensuum, ut eas accipit anima nostra utpotè forma ejus, non tamen, quòd accipere non possit, ut ab objecto.§.Sed cōtra hoc est. Quià non stat accipere ab illo, ut ab objecto,& non accipere ab illo, ut ministrante, sive per ministeriū sensuū, ergo si nequit hoc posteriori modo accipere, nec poterit priori.Prob.ant. ex doctrina ejusdem S.D.hic q.55.ar.2.ad 2.Quæ potest esse alia optima ratio pro conclusione. Forma materialis nequit reduci ad esse intelligibile, non priùs reducta ad esse formarum imaginatarum, sed ad hoc esse reduci non potest, nisi ministerio sensuum, ergo sine illo accipere nequit species ab objecto. Mi. est certa, quià eidem esse imaginato, sivè imaginationi, quæ mediat inter utrumque esse; scil. materiale, vel corporeum, & intelligibile, sive spiritualia ministrant sensus, ut suppono ex lib. de anima. Ma. verò prob. quià, ut ait D.Thom., de extremo ad extremum non pervenitur nisi per medium; idest nequit res, vel forma materialis transire de exte-

tremo materiali, vel corporeo ad extremum immateriale, vel in corporeum, aut intelligibile sine transitu per medium, sed inter esse formæ in materia, sive quod habet res in materia existens, & inter esse illius in specie intelligibili, sive quod habet in intellectu abstrahente à materia, & à conditionibus materialibus, mediat esse ejusdem in imaginatione, sive quod habet in ista per abstractionem à materia, sed non à conditionibus materialibus, ergo nequit immediatè ab esse materiali objectivo transire ad esse intelligibile, non priùs reducta ad esse imaginativum.

Dices hoc posterius esse mediare respectu intellectus imperfecti, vel nostri, non respectu angelici, vel perfecti, qui utpotè efficacior potest immediatè ab esse physico, & naturali reducere ad esse intentionale, vel intelligibile. Nam etiam calor, ut quatuor mediat inter calorem, ut 3., & calorem, ut 6., & tamen vis activa calefaciens introducit immediatè calorem, ut 6. sine transitu successivo per calorem, ut 4., vel gradus anteriores caloris per quos transit vis infirma, & debilis.

Sed contra hoc est. Quamvis idem esse imaginatum non mediet essentialiter inter aliud utrunque esse, objecto, vel extremo materiali non concurrente ad speciem à se acceptam, secùs si ad illam concurrat, & causet, ut modo supponimus, & de illa sic accepta inquirimus, ergo quantumcunque sit potens intellectus angelicus, ut inquit, & rectè infert D. Tho. ibidem, nunquam poterit formas materiales reducere ad esse intelligibile nisi priùs reducat eam ad esse formarum imaginatarum, quod est impossibile, cum careat imaginatione. Prob. ant. quià objecto materiali semel concurrente, & causante illam, transitus ad esse intelligibile essentialiter dependet ab esse imaginato, cum influxus rei materialis de uno ad aliud extremum essentialiter dependeat à medio, unde ejus transitus nequit esse sine transitu per medium, sicut dictum est de motu locali corporis ob dependentiã istius à spatio medio. Unde procedit solutio ex fallacia nõ causæ, ut causę, quasi præcisè esset defectus ex parte virtutis abstrahentis speciem, & non ex dependentia essentiali objecti materialis à medio, ut adhuc constabit infra. Per quod etiam patet ad paritatem virtutis calefactivæ, à qua specialiter dependet introductio caloris, & non præcisè à dependentia unius gradus ab alio.

Dices ità esse, quòd res sensibilis, vel materialis influxivè se habens nequit causare speciem intelligibilẽ, nisi priùs causet imaginabilẽ, vel transeat per esse medium imaginatum; nihilominùs ex illa merè passe habente, optimè potest Angelus ob sui efficaciam immediatè educere intelligibilem, non supposita imaginabili, vel sine eo, quòd teneatur rem priùs per imaginationẽ educere antequam perveniat ad intellectum, sive ad esse intelligibile in illo.

Sed contra hoc est. Quià repugnat naturaliter salrẽ loquendo, quòd ex re merè materiali educatur forma purè spiritualis per transitum ad statum purè intelligibilem non priùs contracto aliquo esse spirituali, ergo impossibile est quòd Angelus immediatè educat ex re purè sensibili formam purè spiritualem, vel intelligibilem nullo supposito in illa esse imaginato. Cons. tenet, quià in imaginatione incipit res sensibilis spiritualizari per abstractionem ab existentia, sicut in intellectu perfectè depuratur à conditionibus etiam materialibus, ut ait D. Thom., & sic reducitur ad statum purè immaterialem, vel intelligibilem retenta sola quiditate, ut dictum est. Ant. verò, & si de se constet, adhuc tamen prob. ex dictis de ortu, & interitu. Quià nullum agens natural. est potens educere formam ultimam, & perfectam ex subjecto non priùs educendo præviam, & imperfectam, sed ut ostensum est inter formam intelligibilem, vel esse perfectum illius, (utpotè ultimæ in hoc genere intentionali,) ut educendę ex re sensibili, & rem ipsam sensibilem mediat esse formæ imaginatæ, ergo sicut hac ratione objectum sensibile, vel materiale, sive influxus ejus objectivus nequit immediatè pervenire ad esse intelligibile, & perfectum sine transitu ad esse imaginatum, nec poterit agens intelligens creatum immediatè educere ex re sensibili formam intelligibilem, & perfectam, vel ultimam non supposito, vel prævio esse imaginato, & medio. Ma. patet inductivè, ut in generationẽ v.g. leonis, & sic de aliis, in qua indispensabiliter fit primò accessus ad formam embrionis antequam educatur forma perfecta illius.

Expl., & urg. hoc impugnando id, quod præcipuè tangit de efficacia intellectus Angelici. Nam licet dicamus intellectum Angeli esse magnæ efficacię, naturaliter tamen loquendo tenetur servare ordinem naturę, sive operari id, quod est ei magis consentaneũ, cum etiam Deus Autor naturæ juxta suavem sui providentiam ita pariter operetur, ut sępè dictum est, juxta scil. exigentiam naturæ rerum, sed species intelligibilis educenda ex re sensibili, prępsupponit ex natura rei esse formę imaginatæ, ut constat experimento in eductione illius, ergo nequit ab Angelo educi ex re purè sensibili non præsupposito transitu ad esse imaginatum.

Secundò etiam prob. principaliter conclus. alia ratione D. Thu. qua convincitur de omni specie sive rei materialis, sive immaterialis. Ordo, & distinctio inter substantias intellectuales, completam, & incompletam maximè attendenda est ex ordine, & distinctione inter substantias corporeas, seù visibilis, sed inter istas talis est ordo, ut supremæ habeant ab initio formam naturalem, & non successivè acquirendam, ergo talis erit pariter inter illas, ut ab initio supremæ habeant formas intelligibiles, & non successivè acquirendas. Ma. patet ex superioribus, quià ex visibilibus manifestantur invisibilia, ergo ex ordine, & distinctione substantiarum visibilium, seù corporearum rectè ascendimus ad cognitionem ordinis, & distinctionis invisibilium, seù intellectualium. Mi. etiam certa, nam corpora cęlestia perfectè actuantur per formam ab initio habitam à Deo, sic quòd ab una nunquam transeant ad aliam successivè acquirendam, ut contingit in his inferioribus.

Dices ex hac paritate nimiũ probari, & ideo nihil probari. Nam si talis esset utrobiq. ordo, & distinctio, jam superior intellectualis ita excedere deberet inferiorem incompletam, sicut superior corporea excedit inferiorem; si velimus paritatem subsistere; hoc autem constat esse falsum, quià aliàs deberet superior intellectualis ità excedere, quòd per unam tantum speciem esset perficienda, sicut per unam tantum formam perficitur superior corporea, & adæquatur ejus capacitas ob excessum supra inferiorem, quod tamen est falsum. §. Dices secundò esse discrimen in eo, quòd formæ rerum sensibilium repræsentativæ producuntur ab agente creato, ut patet in nobis, non tamen formæ cælestium corporum.

Sed

Sed contra primam solut. instatur sic. Paritas assumpta à D.Th. in eo præcipuè sustinenda, est & servanda, in quo potissimùm relocet excessus superioris ad inferius, sed iste non consistit præcisè, aut principaliter in habendu unam, vel plures, sed in habendo ab initio non successiuè formam perficientem, ergo iste excessus est principaliter attendendus. Prob. mi. Tum quià inferiora unam tantum habent, ut constat ex 1.phys. Tum quià sicut in inferioribus præcipua eorum imperfectio est, quòd successiuè suam perfectionem acquirant, ità præcipuus excessus in superioribus est, quod totam simul ab initio obtineant illam, & non successivè: unde adhuc reluceret hic principalis excessus, si etiam ea pluribus haberent ab initio.

Itaq. paritates assumptæ, ut communiter dicimus, non debent militare quoad omnia, aliàs essent identitates magis, quàm paritates, sed quoad possibile est, non est autem possibile, quòd Angeli adæquatè perficiantur per unam tantum speciem, sicut corpora superiora per unam tantam formam. Unde optimè ex eadem procedit si hoc tantum concludat, quòd si quià corpora cælestia, suprema sunt in linea naturæ corporeæ fuerunt ab initio creata cum excessu possessivo totius perfectionis sibi debitæ, pariter quia Angeli sunt supremi in linea naturæ intellectualis deberent pariter creari cum simili excessu totius perfectionis ab initio habitæ, & sibi debitæ, & non successivè. Quod etiam insinuatur Ezechiel. 28. ubi de primo Angelo ante lapsum, ac proinde ab initio suæ creationis dicitur. *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis Paradisi Dei fuisti.*

Contra secundam verò instatur sic. Ex eo formæ cælestes à solo Deo sunt producibiles, quia prout sic sunt natæ perficere supremas substantias in linea corporea, sed etiam species rerum sensibilium prout in Angelis sunt natæ perficere supremas substantias in natura intellectuali, ergo prout sic erunt à solo Deo producibiles. Prob. ma. quià non minus formæ cælestes secundum communem rationem figuræ, motus, & luminis sunt producibiles ab agente naturali, quàm species intelligibiles sensibilium secundum communem rationem repræsentandi sensibilia, non enim secundum has communes rationes est excessus in illis supra agens naturale, vel creatum, ut patet, aliàs nullus effectus secundum illas esset producibilia ab illo, ergo ideo prout sic à solo Deo producuntur, quià sunt natæ perficere suprema illa corpora. Unde paritas D. Tho. in hoc etiam habet præcipuam vim, quòd sicut corporibus cælestibus ob præfatũ excessũ quià suprema sunt, datur solũ perfici per formas à solo Deo producibiles, pariter Angelis ob similem excessũ super animas nostras dabitur solũ perfici per species intelligibiles à solo Deo communicabiles.

§. IV.

Soluuntur argumenta contra præcedentem concl. præcipuè cont. 1. p.

Primò arg. ad prob. quòd ad alia à se non indigeat speciebus superadditis, sed propria substantia suppleri possit vicem earum impugnando rationem, scil. quòd ex quo est determinata ad genus, & speciē non rectè infertur, quòd non possit intelligibiliter præcontinere omnia cognoscibilia ab Angelo, Et instatur in supremo Angelo facta suppositione, quòd per unam tantum speciem intelligat. Nam tunc etiā species ejus est determinata constans ex genere, & differentia in linea entis, sed nihilominùs in esse repræsentativo præcontinet omnia ejus objecta ergo ratio D.Tho., sive determinatio ad genus, & speciē non impedit hanc præcontinentiam.

Dices esse discrimen, quòd species illa supremi Angeli esset instituta ad repræsentandum omnia alia à se, & non præcisè ad essendum, & ideo ex materiali limitatione ejus in genere entis non haberet impediri à repræsentatione eorum. Cæterum substantia Angeli, ut in physicis ostensum est ex proprio conceptu entis per se, & potissimùm etiam, quià est perfectissima pars Universi instituta est, ut sit, & nō ut alia repræsentet, impeditur ex propriis ab hoc munere; unde semel posita intra determinatum genus, & speciem nequit intelligibiliter exire proprios limites repræsentando alia à se distincta genere, & specie.

Sed contra hoc est. Nam ratio D. Thom. fundatur præcipuè in hoc, quòd quià substantia Angeli est limitata ad determinatum genus, & speciem non potest intelligibiliter continere omnia cognoscibilia ab Angelo, & consequenter nec repræsentare, sed hæc ratio adhuc instatur in specie illa primi Angeli non obstante præfato discrimine inter illam, & speciem ergo. Ma. patet ex textu, ubi nullam mentionem faciens de eodem discrimine, recurrit præcisè ad defectum continentiæ eorumdem cognoscibilium ex prædicta limitatione provenientem. Mi. verò prob. quamvis species illa sit ad repræsentandum, nihilominùs repræsentat per suam entitatem, quæ est determinati generis, & speciei, ergo hæc limitatio, vel determinatio ad certum genus, & speciem, non impedit continentiam, & repræsentationem in hoc genere, aliàs deberet etiam impedire in specie.

Expl. hoc. Sicut substantia Angeli secundum suam entitatem est limitata ad certum genus, & speciem, ita etiam prædicta species, sed nihilominùs hæc secundum entitatem suam potest plura, & plura objecta genere, & specie distincta repræsentare, & consequenter intelligibiliter continere, ergo similiter poterit utrumque obtinere substantia Angeli non obstante sui limitatione. Nam quòd species sit instituta ad repræsentandum non tollit ejus limitationem, ergo si ex hac non impeditur, nec impedietur substantia, esto non sit instituta ad hoc munus.

Resp. bene ibi. Ad replicam dist., & explico ma. fundatur in hoc &c. supposito eodem discrimine, conc., illo non supposito, neg. Nam eo ipso, quòd species non præcisè sit, ut sit, sed ut repræsentet, sive ut alia repræsentativè sit, formalis ejus determinatio non est attendenda ex eo, quòd habet in linea entis (hoc enim veluti materialiter se habet in illa,) sed ex determinatione objectorum, ad quę est instituta. Nam ut in 3. de anima, ostendimus, quià ad hoc munus est instituta, duplici genere prædicatorū essentialium gaudet, altero veluti materiali, si sumatur subjectivè, & ut *quod*; altero formali, vel objectivo, secundum quòd attenditur ex parte objecti, qua ratione, ut dictum est, licet priori prædicatorum genere species impressa, & expressa essentialiter differant, in posteriori verò conveniunt. Unde secundum hoc posterius, sive sumpta *ut quo*, & objectivè non habet aliam determinationem, nisi quam sibi permittunt objecta, ad quorum repræsentationem est instituta, & ideò si detur primum Angelum ob sui

sui supremam excellentiam inter puras creaturas per unam tantum speciem intelligere, talis species supponenda est instituta ad omnia ab illo naturaliter cognoscibilia repræsentandum, & consequenter ad intelligibiliter continendum, nec impediri poterit à limitatione sui materiali, vel subjectiva, aut entitativa. Cæterum natura, vel substantia Angeli eo ipso, quòd est instituta, ut sit, & non ut alia sit, vel repræsentet, nequit in repræsentando habere aliam amplitudinem, nisi quam habet in essendo, unde ex determinatione in hac linea sumitur determinatio respectu illius in linea repræsentativa. Et per hæc patet ad prob. utriusque præmissæ, & etiam ad explicationem.

Secundo arg. ad idem, & potest esse replica. Angelus, ut dictum est, cognoscit se ipsum per se ipsũ, sed comprehendẽs se ipsũ per se ipsum comprehendit omne ens naturale, ergo per se ipsum comprehendit illud. Prob. cons. quià substantia Angeli est comprehensiva totius entis naturalis, ergo comprehẽdens illam comprehendit omne ens naturale. Ant. est certum, & cons. prob. Nam quià Omnipotentia est comprehensiva omnium possibilium, eadem comprehensa comprehenduntur omnia possibilia, ergo si pariter substantia Angeli comprehendit omne ens naturale, eadem comprehensa comprehenditur illud.

Dicas neg. mi. Ad illius, prob. claritatis gratia dist. ant. Est comprehensiva totius entis naturalis perfectè continendo illud, vel per modum speciei repræsentantis, neg., per modum cognoscentis mediis speciebus superadditis, conc., & neg. cons. Ad illius prob. dist. similiter ant. Quià est cõprehensiva utcunq; neg., per modum causæ, aut virtutis ejus perfectissimè continentis in esse entis, conc., & neg. cons., si intelligatur intensivè, quòd sola illa comprehensa comprehendantur omnia entia naturalia, nam licet dicatur radicaliter comprehendere illa, quatenus radicat intellectum comprehensivum omnium, & consequenter tanquam principium radicale cognoscitivum se extendat ad omnia, non tamen tanquam causa continens sive in esse entis, sive in esse intelligibili, & ideo nequit esse ratio cognoscendi, vel repræsentandi, sicut est Omnipotentia Divina, quæ quià est proxime ratio essendi perfectissimè continens omnia possibilia, potest esse ratio cognoscendi illa. §. Sed contra hoc est. Licet dicamus substantiã Angeli non esse se ipsa immediatam similitudinem omnium entium naturalium, nihilominùs horum similitudines illi inhærent tanquam accidentia propria, sed per suã substantiam Angelus cognoscit propria accidentia, ergo per eandem cognoscet similitudines omnium entium naturalium, ergo etiam cognoscet omnia entia naturalia. Hæc posterior cons. tenet, quià cognoscens similitudinem objecti, non potest non cognoscere objectum, ergo si per se ipsam cognoscit similitudines omnium entium naturalium, non potest non cognoscere per illam omnia entia naturalia.

Resp. bene ibi. Ad replicam, quæ est aliquomodo difficilis dicimus in primis, quòd Angelus comprehendẽdo se ipsum per suam substantiã non tenetur cognoscere distinctè nisi illa accidentia, quæ per modum proprietatis ab ejus essentia dimanant, de quorum numero non sunt species superadditæ, ut dicemus infra. Nam respectu aliorum non comparatur, ut causa adæquata, sed solũ, vel per modũ causę materialis; vel si per modũ efficientis, ut sunt proprii actus voluntatis, & intellectus, non tamen adæquatè, cum aliorũ objectorũ cognitiones nõ eliciat, nisi ut determinatus per species infusas, quas propria substãtia nõ præcontinet, sed ab extrinseco accipit à Deo.

Sed adhuc admisso, quòd per propriam substantiam omnia saltem naturalia sibi inhærentia cognoscet, concessis præmissis potest distingui primum consequens; cognoscit similitudines omnium entium naturalium, ut *quod*, sive pro materiali, & subjectivè, sive secundum præcisam rationem qualitatis repræsentativæ objectorum, ut præcisè materialiter important prius illud genus prædicatorum essentialium, conc., pro formali, vel terminativè, aut objectivè, prout in exercitio ducunt in cognitionem eorum, neg., unde non est necessarium, quòd illis cognitis per suam substantiam, per eandem cognoscant etiam omnia entia naturalia perfectè, vel in se ipsis in particulari, sed veluti confusè, & in communi, & ita tantum signatè dicuntur cognosci per illam, non verò exercitè.

Vel dicatur dato etiam, quòd dum per suam substantiam species illas cognoscit, pariter cognoscat omnia entia naturalia, non tamen quòd ista intransitivè cognoscat per eandem substantiam, quià solum videt illa ut præcontenta in speciebus, & non in ipsa substantia, unde illis remotis, & perseverante sola propria substantia, non videret illa, quod est tantum videre mediis suis speciebus superadditis, & non media eadem substantia. Ex quo in forma concessis præmissis, & prima cons. dist. 2. consequens, ergo etiam omnia entia naturalia cognoscet, mediis speciebus superadditis, conc., immediatà per suam substantiam, nego. Vel sub aliis terminis iterũ dist., cognoscat per suam substantiam præcisivè à speciebus, neg., ut perfectam, vel actuatam per illas, conc.

Sed contra hujusmodi solutiones instas, & primò contra 1. Quam tandem eligit Mag. Ferre hic qu. 10. §. 1. asserens, quòd sicut Angelus per suam substantiam non cognoscit accidentia sibi intrinsece communia, ita nec per illã cognoscere potest species infusas sibi inhærentes. Unde instatur sic Angelus per suam substantiam perfectè comprehendit se ipsum, ergo etiam tenetur cognoscere easdem species. Prob. cons. 1. quià perfectè comprehendẽs se ipsum tenetur cognoscere omnẽ terminum sibi debitum, vel exigitum, & connexum, sed prædictæ species dato etiam quòd non sint proprietates emanantes, saltem sunt debitæ, & ut terminus naturalis exigentiæ, ut suppono apud omnes, ergo. §. Secundò, nam ideò comprehendens se ipsum tenetur cognoscere proprietates dimanantes ab illo, quià per se requiruntur ad proprium, & connaturalem sui statum, sed ad hunc etiam pertinent species angelicæ, ut constabit infra, ergo. §. Tertiò Angelus comprehendens alterum per speciem ejus infusam non solum cognoscit substantiam, sed etiam accidentia communia, ergo si pariter comprehendit se ipsum per suam substantiam, non illam solam cognoscet, sed etiam species superadditas.

Contra secundam verò quæ videtur satis plausibilis instatur sic. Species impressa objecti, ut dictum est, est formalis similitudo ejus, ergo non stat perfectè cognosci speciam impressam non cognito perfectè objecto illius. §. Secundò non stat similiter Angelum perfectè cognoscere præmissas ut *quod*, non cognita perfectè conclusione ex illis demonstrativè inferibili, ergo nec stabit ab illo perfectè cognosci similitudines rerum perfectè illarum repræsentativas, non cognitis perfectè rebus repræsentatis. Prob. cons.

quià magis apparent istæ in speciebus, & magis intelligibiliter præhabentur in illis, quam appareat, & intelligibiliter præhabeatur cōclusio in præmissis, cum ex his per discursum perveniatur ad illam, & consequenter magis intelligibiliter distet ab illis.

Contra ultimam verò, & præsertim contra posteriorem distinctionem deductam in forma, qua utitur Mag. Joan. à S. Thom. hic num. 12. infertur 1., ex Mag. Ferre. Nam dum dicitur, quòd per suam substantiam, ut actuatam cognoscit species, & objecta, vel fit reduplicatio supra solam substantiam, sic quòd hæc sola sit ratio cognoscendi, vel etiam cōprehenduntur species, sic quòd istę etiam sint rationes cognoscendi se ipsas, ita ut reduplicatio cadat supra complexum ex utroque; hoc posterius non videtur admittendum, cum non sit major ratio, cur sola substantia sit ratio cognoscendi alia accidentia intrinseca Angelo, ut sunt actus angelici, & habitus, & non possit esse ratio cognoscendi species impressas inhærentes. Si verò dicatur primum statim infertur, quòd sicut in sua sola substantia cognoscit species, pariter in illa sola poterit cognoscere objecta earum, ac proinde ad hęc cognoscenda non erunt necessarię species superadditæ.

Secundò impugn. Nam quod est formalis ratio cognoscendi omnipotentiam est etiam formalis ratio cognoscendi terminum ejus, ergo si semel admittitur, quòd sit ratio formalis cognoscendi species, erit formalis ratio cognoscendi terminum, sive objecta earum. Ex quo pariter inferri poterat, quòd sicut qui perfectè, & comprehensivè cognoscit essentiam, perfectè etiam cognoscit Omnipotentiam, & terminum ejus, pariter Angelus, qui perfectè, aut comprehensivè cognoscit propriam substantiam, perfectè etiam cognoscet species, & objecta earum.

Ad 1. neg. cons. ad 1. prob. dist. Debet cognoscere omnē terminū sibi connaturaliter connexum, & exigitum per modum proprietatis dimanantis, conc., precisè debitum, neg., quià prout sic non est causa adæquata, ut dictum est. Ex quo etiam patet ad secundam, nego enim causalem, sed quià est causa adæquata. Unde licet etiam pertineant species ad statum ejus connaturalem, non tamen causantur adæquatè ab illo, sed magis passivè recipiunt, ut causatas ab alio, sive à Deo. §. Ad tertiam neg. cons. Quià species impressa alterius Angeli est etiam species impressa ejus quoad accidentia communia, sed propria substantia non oportet, quòd ad alia se extendat, etiam si sint connaturaliter debita, & ideo comprehendens se per illam non est necessarium, quòd omnia alia sibi convenientia comprehendat.

Ad secundam instantiam contra secundam solut. dist. cons. ut supra. Non stabit perfectè cognosci illam, non cognito perfectè objecto, si illā tantum cognoscatur signatè, ut explicatum est, neg., si cognosceretur etiam exercitè, & perfectè *ut quo*, conc. Hoc tamen non est necessarium, sed satis est, quòd cognoscantur species secundum id, quod subjectivè habent, vel materialiter secundum præcisam rationē qualitatis repræsentativæ in actu 1., nō objectivè, vel secundum id, quod important de formali, sive secundum essentialia, quæ illi conveniunt ex parte objecti prout sunt in exercitio, vel in actu secundo alia à se. Ad aliam ibi annexam, neg. mi. Ad prob. dist. magis apparet, vel cognoscibiliter præhabetur in specie, sumpta specie, *ut quod*, vel purè subjectivè neg., *ut quo*, & in exercitio, conc. Nam licet objectum v. g. homo præhabeatur in sui specie, non tamen sumpta præcisè in esse entis, & *ut quod*, sed in esse intelligibili, Conclusio autem est verus effectus principii virtualiter in illo præhabitus in hac linea, & ideo illo cognito perfectè, vel secundum propriam quiditatem, non potest eadem non cognosci. Quod enim est ratio essendi, ut dictum est, est ratio etiam cognoscendi.

Ad tertiam ex doctrina ejusdem Mag. Joan. à S. Thom. resp., non solam substantiam nudè sumptam, sed simul cum speciebus esse rationem cognoscendi illas. Ad impugnationem, quæ non militat præcisè contra solutionem, ut adhibitam à nobis, in qua solum intendimus, quòd esto admittatur substantiam esse rationem cognoscendi species, non tamen objecta, cum hæc non videantur, ut præcontenta in se, sed in specie, & consequenter mediis speciebus: nihilominùs secundum quòd producitur cōtra prædictū Mag. responderi potest ex doctrina illius ibidem num. 10., quòd sicut ipsa ut actuata per species est ratio repræsentandi, vel cognoscendi alia accidentia non perfectè, & distinctè, sed imperfectè, & confusè, ita potest similiter esse ratio repręsentandi, & cognoscendi species, non distinctè, sed confusè.

Ad ultimam contra eandem solut. neg. cons. quià essentia Divina, quæ est ratio cognoscendi possibilia, perfectissimè illa præcontinet etiam in ratione entis, substantia verò angelica in neutro genere præcontinet illa, sed tantum præcontinentur, ut dictum est, intelligibiliter in specie, unde licet admittamus esse aliquomodo rationem cognoscendi speciem, non tamen objecta præcontenta in illa.

Sed instas. In tantum potest esse ratio cognoscendi speciem, in quantum illam præcontinet, nam ratio præcontinendi, ut dictum est, est ratio cognoscendi, sed præcontinens speciem non potest non continere objectum præcontentum in illa, ergo.

Resp. dist. ma. Quià præcontinet, aut exigitivè ab initio connectitur tanquam cum ratione formali cognoscendi alia à se, conc., quià præcontinet, quasi activè radicans, aut ut causa productiva illius, neg., & etiam suppositum, quòd sic præcontineat, ut dicetur infra. Ratio autem cognoscendi non est præcontinentia ut cumque, aut per modum solius exigentiæ, sed per modum causæ, vel producentis, vel radicantis. Per quod patet ad probat: annexam. Et deindè dist. similiter mi. Non potest non præcontinere objectum præcontentum, si solum priori modo præcontineat, neg., si posteriori modo, nec solum in genere intelligibili, sed etiam in esse entis præcontineret illam, conc. Unde si illa cognita transit ad cognitionem objectorum non habet hoc ex meritis sui intrasitivè, sed ex meritis specierum præcontinentiū objecta. Et per hæc patet etiam ad id, quod infertur contra præcedentem solutionem, & conclusionem.

Cœterum hac in re, quæ valdè difficilis est, duplici via jam insinuata videtur faciliùs ad superiora posse responderi, scil., vel sustinendo, cum M. Ferre, quòd sit ut supra, ratio cognoscendi species, utpotè terminū primariū suæ exigentiæ, & ut perfectivum, & determinativum proprii intellectus ad alia à se cognoscenda. Vel quod sit tantum ratio cognoscendi imperfectè, & confusè cum Mag. Jo. à S. Tho., quod etiam habet fundamentum in D. Tho. hìc ar. 1. ad 3, ubi admittit quòd per suam substantiam cognoscit alia à se secundum rationem communem, nam eo ipso, quòd cognoscuntur secundum rationem qualitatis

tatis

tatis repræsentativæ, saltem in ratione communi cognoscibilis veniunt etiam objecta repræsentata, sicut in simili proportionabiliter dicimus de specie repræsentativa alicujus à longe venientis, quòd in illa saltem confusè cognoscitur veniens secundum communem rationem mobilis, vel viventis, licet non distinctè secundum individualem, vel specificam. Aliqua tamen ex superioribus disputationis gratia dicta sint.

§. V.

Solvuntur argumenta contra secundam partem Conclusionis.

PRimò arg. impugnando primam rationem adductam ex D.Th. Ex eo quòd Angelus in essendo sit absolutus à corpore nõ sequitur, quòd, sit omninò absolutus in intelligendo, ergo bene poterit intelligere per species ab illo acceptas. Prob. ant. 1. Nam dependentia à corpore tanquam ab objecto ministrente prævenit dependantiam ab illo, ut à subjecto informationis, ut patet ex doctrina D. Thom. Nam ideo anima nostra unitur illi tanquam forma, quià naturaliter indigat illo tanquam objecto ergo. Secundò quià ex eo quòd sit absolutus à corpore in essendo, non sequitur, quòd sit absolutus ab illo ut à locante, vel ut à loco, ut patet ex dictis, nã licet independens sit à legibus loci corporei, ab illo tamen locatur, ergo pariter licet sit absolutus ab eodem in essendo non rectè infertur, quòd sit etiam absolutus in intelligendo, vel tanquam à ministrante species, Conf. tenet à paritate.

Ad hoc neg. ant. Ad 1. prob. dist. prævenit, separabiliter, neg. inseparabiliter, conc. Ad prob. annexam dicimus ita esse, quòd unitur illi tanquam forma, quià illo indiget, ex hoc tamen non infertur, quòd possit istud dari sine illo, quià saltam à posteriori oritur, & infertur ex illo.

Ad secundam dico in primis posse retorqueri. Nam licet dicamus præsentiam localam Angeli non posse haberi sine corpore locante, non tamen, ut vidimus, vim aliquam accipit se locandi ab illo, ergo pariter licet dicamus non posse Angelum habere suã intellectionem sine corpore, ut objecto terminente illam, non tamen quòd ab illo accipiat vim aliquam intelligendi, aut speciam intelligibilem. §. Deindè neg. conf., & disparitas primò est, quià præsentia angelica in loco non est intelligibilis, corpore non locante, sed intellectio Angeli dabilis est, objecto non offerente speciem, sed solo Deo infundente illam.

§. Præterea ut docet D.Tho. 2. Cont. Gent. c. 96. solo intellecto corpore etiam ut objecto ministrante speciem, non potest non intelligi Angelus non perfici ab illo, cum perfectibile dependeat à perfectivo tanquam à sui causa formali, solo autem intellecto corpore ut præcisè deote locationem, non intelligitur Angelus perfici, aut dependere ab illo, sed magis è contra, ut patet ex dictis.

Sed contra hanc solut. instas 1. Quià non est contra conceptum substãtiæ omninò immeterialis quòd intelligibilem sui perfectionem acquirat à re sensibili, ergo est nulla, prob. ant. 1. in anima rationali. Secundò, quià ex eo quòd activè illam accipiat, nulla infertur sub ordinario, aut dependentia, ut patet in eadem paritate locationis, quam quià activè eccipit à corpore, nullo modo ei subordinatur, nec eb illo dependet, sed magis se habet per modum superioris, ut dictum est, vel perficientis, & sibi illud subordinantis, ergo pariter Angelus activè accipiens à re sensibili speciem intelligibilem magis eam perficiet, & subordinabit, quàm perficiatur ab illa, aut subordinetur illi. §. Urg. hoc. Ex eo modò in nobis intellectus agens non perficitur à phantasmate, à quo speciem accipit, quià totus influxus activus se tenet ex parte intellectus, & non phantasmatis, ergo idem dicendum est de Angelo respectu objecti sensibilis, solo illo activè concurrente.

Ad 1. neg. ant. Ad 1. prob. de anima rationali patet ex dictis, & iterum constabit infra, illam quidem esse immeterialem, sed incompletam, & proindè institutam ad aliquid accipiendum à corpore tanquam partem ejus. Neqsatiam sensibilia dicuntur los fluere ad perfectionem ejus, nisi ut subsunt lumini intellectus agentis, & relucent in phantasmata, quod quià supremum est infimi non censetur inconveniens posse aliquomodo influere saltam in hoc genere in infimum supremi, ut est anima nostra in gradu, vel natura intellectueli.

Ad secundam neg. suppositum ant., quòd possit formam intelligibilem immediatè educere à re sensibili sine prævio transitu, ut probatum est, ad esse imaginatum, & consequenter ab illa, ut ab objecto, vel ministrante non dependeat, ut etiam patet in eadam anima rationali. Ad prob. annexam jam vidimus in loco se constituere per suam operationem nulla vi accepta ab illo, sive à corpore.

Ad secundam inst. neg. ant. Ad 1. prob. jam dictum est. Ad secundam neg. suppositum, quòd phantasma mere passivè se habeat ad productionem speciei intelligibilis. Nam ut alibi, & supradictum est, in sententia jam communi objectum media specie, ut sui virtute effectivè concurrit ad actum intelligendi, quod tamen salvari nequit, phantasmate activè non concurrente ad productionem speciei, cum activitas objecti pervenire non possit ad speciem intelligibilem nisi medio phantasmate activè procedente ab objecto; & sic pariter non poterit Angelus activè accipere speciam, toto influxu renẽte se solum ex parte sui.

Sed instas subtiliter contra hanc solut. modò in specie angelica in nostra sententia. Nam de facto objectum media illa ut sui virtute concurrit activè ad intellectionem Angeli, & tamen, ut nos dicimus, nullum cõcursum activum habere potest ad speciem, cum non sit accepta ab illo, sed infusa à Deo. §. Resp. neg. mi. Ad prob. annexam dico, quòd in nostra sententie species angelicæ non sumuntur ab objectis prout sunt in se ipsis ut existunt à parte rei in statu sensibili, dicuntur nihilominùs accipi ab illis, ut præcontentis in ideis Divinis, & exemplare ab illis, cum autem genus causæ exemplaris ed genus etiam efficientis pertineat, adhuc optimè salvatur concursus activus, vel effectivus objecti ad sui speciem licet à Deo infusam.

Secundò arg. impugnando aliam rationem D.Th. desumptam ex parte corporum cœlestium. Ex eo quòd corpus cœleste excedat inferius, non rectè infertur esse ab initio perficiendum per formam à solo Deo producibilẽ, ergo nec pariter ex eo quòd Angelus excedat animam rationalem inferri debet esse perficiendum per speciem à solo Deo ab initio infundendam. Prob. ant. De facto aliquod corpus inferius habet perfici per formam ab initio à solo Deo producibilem, ergo. §. Urg. hoc. Quemvis dicamus dari in corpora superiori excessum in habendo ab initio omnem perfectionem essentialem à forma substantiali,

non'tamen omnem accidentalem, ergo pariter excessus Angeli supra animam rationalem non consistet in habere ab initio omnem sui perfectionem accidentalem, sed satis erit habere omnem essentialem. Ant. patet, quià corpora cœlestia in tempore acquirunt distincta ubi per sui motum localem, & aliqua ex illis lucem à sole.

Resp. neg. ant. Ad prob. ex dictis in 1. Phys. dist. aut. A solo Deo producibilem, quoad entitatem, vel quoad esse, conc. quoad in esse, vel quoad unionem, neg. Nam hac ratione dicitur homo generere alium hominem, quià licet non producat entitatem animæ, disponit tamen materiam ad unionem illius cum corpore, & ponit ultimam dispositionam ad illam, ut ibi explicatum est. Nullum autem agens creatum, sive productivè, sive dispositivè concorrit ad productionem formæ cœlestis. §. Ad confirm. dist. aut. non tamen in habendo omnē accidentalem, tenentem se ex part. act. 1., neg., ex p. actus 2 conc, & dist. cons. eodē modo; non consistet in habere omnē accidentalē, tenentem sa ex parte actus 1. neg., ex parte actus 2., conc. Itaque ut jam insinuavimus, non tenetur Angelus habere omnem perfectionem accidentalem à roto genere accidentalis, cum mutabilis sit secundū operationem, & de una successu temporis transeat ad eliam; nihilominùs sicut tempus, quantum attinet ed actū 1. habet ab initio potentiam suam completè, perfectam tam substantialiter, quàm accidentaliter, sio quòd ex sui natura proximè mobilis, & illuminabilis sit; sic pariter Angelus habebit suam intellectivam completè perfectam ab initio per modum actus 1. ad intelligendum, & consequenter omnem speciam intelligibilem impræssam, quæ setenet, & complet illam ex parte actus 1.

Secundò resp., & magis expl. præcedens solut. Quòd ratio, & paritas D. Tho. procedit, ut supra, in sensu formali, scil. in eo, in quo principaliter attendendus est excessus unius super aliud; cum autem ea, quæ pertinent ad actum 2., ut sunt actualis illuminatio, & ubicatio, ex parta cæli; & actualis intellectio, & productio verbi ex parte Angeli, non conveniant illis ex meritis excessus, sed sint pradicata communia aliis etiam inferioribus, non tenentur omnia ista habera ab initio. Cæterum sicut cęlum ab initio habat, quæ se tenent ex parte actus 1. complendo, & perficiendo illud, quia hæc illi convaniunt in quantum superios ast, sic pariter eadem ratione debet habere Angelus.

Tertiò arg. Non repugnat Angelum sine instrumento corporeo accipere speciem à sensibilibus, ergo non est hoc illi denegandum. Prob. ant. Nam Angelus sine tali instrumentu potest operari id circa rem corpoream, quod operatur anima medio illo, sed hęc illo medio acquirit species, ergo sine illo acquiret Angelus. Prob. ma. quia de facto movet corpus sine organo corporeo, quod anima sine illo movere nequit, ut dictum est ex D. Tho. §. Expl. hoc. Nam licet imperfectio sit acquirere species medio sensu, aut movere corpus medio instromento corporeo, non tamen sine tali indigentia, nam hæc tantom arguit defectum, vel imperfectionem virtutis, ut contingit in anima nostra, ex eo quòd est in infimo gradu intellectualitatis, ergo cū Angelos sit virtutis perfectissimę, utpotè supremus in eodem gradu inter creaturas, & perfectissima pars Universi optimè poterit id præstare sine ministerio sensus, eo vel maximè quòd in qualibet re carente sua propria, & connaturali perfectione est virtus acquirendi illam, ut patet in lapida existente extra centrum, ergo debet in Angelo admitti hæc virtus abstrahendi species sine instrumento materiali, nam aliàs videretur deterioris conditionis, quàm sit anima nostra.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. dist. ma. claritatis gratia. Sine tali instrumento potest operari ad aliquid acquirendum, ubi non ast debitum, imò repugnantia acquirendi, neg. ma., ad conferandum, conc. Ad prob. jam dictum ast, quòd in movendo corpus nihil accipit, sed potiùs confert, at verò in abstrahendo species acciperet. Unde potest etiam retorqueri, quòd sicut quià superior est ad animam nostram potest movera corpus sine ministerio ejus, & sine virtuta habita ab illo, & per illud, ità poterit illud cognoscere sine ministerio, & virtute accepta ab illo, ut contingit in eadem anima.

Ad explicat. nego suppositum, quòd è subjecto omninò materiali, & nullo modo spiritualizato possit immediatà educi forma spiritualis, vel intelligibilis, ut probatum est. Ad 1. prob. quòd Angelus sit perfectissimæ virtutis, neg. iterum suppositum, quòd id proveniat ex defectu virtutis, sed potiùs ex maxima perfectione ejus, nam tantæ perfectionis non esset, si ab initio non haberet omne sui complementum de linea actus 1. sed deberet successivè acquirere; unde magis oppositum ex hoc capite inferendum erat. §. Ad 2. neg. etiam suppositum, quòd carere possit hujusmodi connaturali perfectione, quià licet species, ut jam insinuatum est, non oriantur per modum proprietatis, sunt tamen connaturaliter debitæ, & ideò ad Deum spectat illas infundere, dato etiam quod illis careret, nō tamen possit acquirere illas, ut dictum est. Neque hinc sequitur esse deterioris conditionis, quàm anima nostra, imò longè perfectioris, cum id oriatur ex ejus perfectissimo modo operandi, sive omninò immaterialiter, excluso quocunq. medio sensibili, utpote substantiæ completè spiritualis, in quo deficit anima nostra, quæ quià in linea intellectiva est incompleta, obtinuit, vel indiget intellectu agente, ut perfectionem intelligibilem acquirat, & si non immediatè ab objecto materiali in re, ab illo saltem ut existit in imaginatione, sive ut translato ad esse imaginatum, & depurato jam à materia.

Sed instas 1. Ex eo quòd Angelus sit naturæ completè spiritualis, vel intellectualis non infertur habere, aut exigere ab initio intellectum parfectè actuatum in ordine ad omnem intellactionem naturalem, ergo nec quòd habeat, aut exigat omne complamentum per speciem intelligibilem. Prob. ant., quià satis est, quòd habeet, in quo sufficienter superet animam rationalem, sed potest sufficienter superare esto careat tali complemento, argo. Prob. mi. quià anima nostra non habet istud nec in ordine ad alia, nec in ordine ad sa, cum ab initio se ipsam per se ipsam intelligere nequeat, sicut se ipsum intelligit Angelus, ergo sine illo sufficienter illam superat.

Secundò instas ex paritate lineæ volitivæ. Ex eo quòd etiam sit completè intellectualis non tenetor in hac sui linea superare habendo omne complementum in ordine ad amabile extra se, ergo nec tenebitur in linea intellectiva in ordine ad intelligibile extra se. Prob. ant. quià nequit ab initio voluntas Angeli exigere propositionem omnium amabilium extra se, ergo nec habere omne complamentom ad eorum amorem. Cons. tenet, quià per modum actus 1. completur par propositionam objectorum.

Ad

Ad 1. neg. ant. Ad prob. dist. mi. pro præsenti statu conjunctionis, transeat, vel conc. absolutè, vel pro omni statu, neg., quià anima secundum se, ut patet in statu separationis, potest se ipsam per se ipsam intelligere. Tum quià debet in hoc etiam superare illam, ut patet ex dictis, quòd Angelus nullo modo potest accipere speciem à re sensibili, anima autem absolutè potest, imò tenetur pro hoc statu.

Ad 2. dist. ant. tenetur superare juxta meritum, vel conditionem, aut exigentiam lineæ volitivę, conc. non attento modo operandi illius, neg. Nam cum voluntas Angeli non compleatur ad amorem amabilium extra se, complemento per modum formæ habitualis, sed per modum actus 2., tandiù durante, quandiù durat actus voluntatis, sicut ab initio non tenetur semper esse cum omni actu amoris omnium naturaliter amabilium extra se, ita nec tenetur tunc actualiter conjungi cum propositione actuali eorum, sed satis est, quòd exiget consequi ad intellectum perfectè ab initio actuatum, & proximè expeditum ad proponendum illi tale bonum, sivè hoc, vel illud extra se in omni occasione eliciendi actum amoris, respectu illius, quod est esse completam æquivalenter juxta modum suum, non formaliter, ut requiritur ad intellectum, cujus complementum debet esse permanens, per modum formæ habitualis, & formaliter ab initio habitum, quià si ab initio non haberet species completes per modum actus primi actualiter possessas, non posset esse, vel intelligi non solum formaliter, sed neq. æquivalenter completus, quià ante illum non est alia vis suppletiva, vel conferens illud in omni eventu aliquid intelligendi, cum sit prima virtus, vel potentia in natura intellectuali.

§. VI.

Solvuntur alia duo argumenta.

ARg. deinde à posteriori. Si Angelus tantū haberet species à Deo, & non successivè à rebus, non posset in tempore distinctè cognoscere singularia materialia, sed hoc est falsū, ergo. Prob. ma., quià ab initio habet solum à Deo species universales sine dependentia, & ordine ad quælibet singularia, ergo solum possent repræsentare illi distinctè naturas universales, & non singularia, ac proindè non posset ista distinctè cognoscere.

Dices. Non esse hujusmodi species universales utcunq; sive universalitate abstractionis, vel in prædicando, ut sunt species naturæ abstractæ à conditionibus individuantibus, quæ propterea non deserviūt, nisi cognitioni reflexæ individuorum, sed sunt universales in repræsentando, quatenus cum exemplentur, ut dictum est, ab objectis, ut præcontentis in ideis Divinis non pręcisè habent repræ sentare naturas rerum, secundum rationes communes, sed etiam secundum particulares, quià revera ibi inveniuntur secundum quòd causantur ad extra, scil. conjunctæ cum suis singularibus, & non ut abstractæ ab illis, unde directè, & distinctè etiam singularia repræsentant, & non reflexè, & confusè, & consequenter ut ducunt ad cognitionem distinctam illorum.

Sed contra hoc est. Nam ex eo quòd ideæ divina contineet, & repræsentet naturam, ut conjunctam cum suis singularibus non sequitur, quòd species similiter repræsentat eam, ut conjunctam cum illis, ergo. Prob. ant. ex eo quòd idæa de facto repræsentet eam ut existentem suo tempore non sequitur, quòd species pariter sic eam repręsentet, ergo nec quòd eā repræsentat ut conjunctam.

Resp. bene ibi. Ad replicam neg. conf., & disparitas est, quià ad repræsentandam eam, ut existentem est necessaria infinitas in repræsentando commensurata ęternitati, quę nulli creaturę convenire potest, nam in sola æternitate, ut latè vidimus in superioribus, existunt res ut præsentes tanq. in aliena, & superiori mensura anteq. existant in propria. Ad repræsentandam verò illam præcisè ut conjunctam in re cum suis singularibus non est necessaria talis infinitas, sed satis est, quòd ita existat in idæa, cujus est participatio. Hæc enim repræsentatio, ut patet, non excedit repræsentationem creatam, nam præcisa repræsentatio naturę ut sic conjunctæ non importat extensionem ad aliquid, ad quam requiratur infinitas soli Deo potens convenire, ut est extensio ad rem physicè præsentem anteqū physicè existat in seipsa, quòd soli æternitati utpotè mensuræ superiori, & infinitæ convenire potest, ut ibidem de æternitate ostensum est.

Ultimò arg. ad prob. quòd saltem à rebus immaterialibus possint illas acquirere. Quià eas acquirere ab illis, nec requiritur illapsus, & hoc etiam requisito non est censendus impossibilis, ergo. Prob. ant. 1. quoad 1. p. Ut objectum sensibile immitat, vel multiplicet speciem sui ad sensum non indiget aliqua unione, aut illapsu intra illum, ergo nec erit necessarius ut objectum spirituale, vel intelligibile immitat, aut multiplicet ad intellectum, conf. tenet, quia non est istud minoris efficacię. Tum quia ex eo sic primū habet à natura immittere, aut multiplicare, quià seipso nequit uniri sensui, sed neque etiam objectum intelligibile potest seipso uniri intellectui alterius Angeli. Tum quia intantum sensibilia immittunt, aut sic multiplicant ad sensum, in quantum attingunt ordinem, aut participant modum substantiarum seperatarum, ergo à fortiori id fieri poterit in ordine istarum. §. Secundò prob. quoad 2. p. de possibilitate illapsus. Ex eo non possit habere illum, quià nullo modo est causa alterius Angeli, sed hoc non obstet, ergo. Prob. mi. quià nullo modo Angelus est causa rei corporeæ, & tamen illabitur in illa, aliquem effectum immediatè operaturus, ergo.

Ad hoc neg. ant. quoad utramq. part. Ad prob. 1. neg. conf. Ad 1. prob. dist. illam, non est minoris efficaciæ ad cognoscendum, vel in suo genere ad abstrahendum, neg. suppositum, quòd possit sic Angelus abstrahere: tum quià posset etiam Deus sic eccipere species à rebus, cum sit efficaciæ infinitæ. Procedit ergo ut supra, ex fallacia non causæ, ut causæ, non enim id provenit ex majori, vel minori, aut æquali virtute, vel efficacia, nam aliàs sicut vis sensitiva potest generare suppositum sibi simile in natura, pariter id posset virtus angelica, quod est alienum ut vidimus; sed ex alio capite, scil. ob repugnantiam ortam ex sui perfectione, & independentia; nam efficacia ad abstrahendum, imperfectionem necessariò supponit scil. in ratione actualitatis, sivè in ratione non habentis potentiam actuatam per actum.

Ad secundam neg. causalem, sed quia potentia sensitiva est imperfecta exigens paulatim perfici ab agēte creato sui ordinis, cum etiam adsit medium, per quod speciem deferat ad sensum. §. Ad tertiam dist. ant., intantum sic multiplicant, idest sine motu propriè dicto, conc., sic præcisè, neg.. Duo enim sunt ibi,

ibi, & multiplicare, & multiplicare fine motu propriè dicto. Hoc posterius dicuntur habere, inquantū intrant ordinem substantiarum separatarum, quæ sibi vendicant modum operandi sine motu strictè dicto. Primum verò ob rationem adductam, & imperfectionem.

Ad secundam prob. qnoad 2. part. ant. neg. mi. Ad ejus prob. dist. mi. Et tamen illabitur illapsu locali per immediatum accessum ad corpus, conc. in linea effundi, neg. nam ad primum satis est, quòd sit indistans, & aliquem motum producere valeat in termino, vel in terminis quantitatis rei, quod rectè competit Angelo ex superioritate ad res corporeas, ut dictum est. Ad secundum verò requiritur necessariò, quòd sit aliquo modo causa, sivè efficiens, & dans esse, sivè formalis, vel informans, sinè subjectivarem intrinsecè sustentans. Est enim penetratio inter terminos essentiæ, sicut sit Deus omnibus rebus præsēs non solum superficiei rerum; sed intimis earum prædicatis. Sumitur solutio ex D. Tho. in 2. dist. 8. q. 1. ar. 2. in corp.; Ubi subtiliter explicat, quomodo fiat hic illapsus Angeli ad corpus per unionem sui in ratione motoris cum illo, vel per assumptionem, aut formationem illius ad aliquid apparenter operandum medio eodem ità sibi unito, & assumpto, vel formato. De posteriori verò illapsu per modum agentis sivè perficientis, vel efficientis intra intellectum, vel voluntatem alterius Angeli, vel etiam hominis, nec Angelo, nec ulli causæ creatæ posse competere ostendit q. 3. de malo ar. 3. & 4. & 3. cont. Gant. cap. 88. ex illo Prov. 21. *Cor Regis in manu Domini quocunq. voluerit inclinabit illud*; & ex illo ad Philip. 2. *Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere*. Unde solus Deus potest habere talem illapsum intra illum, & unus Angelus respectu alterius, vel hominis, solum potest ingredi per modum persuadentis adjuvando intellectum ad cognoscendum per modum cujusdam illuminationis, illustrando illum, & inclinando voluntatem ad consensum. Vid. D.Tho. ibid.

Sed instas: ergo sicut potest priori illapsu illabi corpori, scil. localiter per indistantiam respectu illius, ità pariter unus Angelus habere hunc illapsum respectu alterius per localem indistantiam; sed hoc sufficit ad aductionem speciei ex intellectu ejus, ergo. Prob. mi. Potest unum corpus supposita sola ejus indistantia locali ab alio agere in illud, ergo sola eadē supposita poterit unus Angelus agere in alium educendo speciem ex illo. §. Resp. neg. mi. subsumptā. Ad prob. patet ex proximè dictis, unde neg. conf., quià ad educendam speciem necessaria est facultas immutandi intellectum, ex quo educenda est, quam nequit habere agens extrinsecum, nisi solus Deus, qui creavit illum ut probat ibi D.Th., unde indistātia localis sufficiens quidem est ad agendum præcisè, sed non ad agendum per eductionem speciei ex intellectu alterius, ad hoc enim requiritur illapsus posterior.

Sed adhuc instas. Nam secundum eundem S. D. non solum locis relatis, sed infra q. 106. ar. 1., & q. 117. ar. 1. Angelus superior potest illuminare inferiorem non solum proponendo veritatem, sive solum extrinsecè, & ex parte objecti, sed etiam interiùs confortando lumen ejus, ergo ex indistantia locali non tantum habebit posse agere, sed etiam educere speciem immutando intellectum ejus. Conf. videtur tenere, quia nequit intelligi interior confortatio luminis contradistincta ab exteriori propositione objecti, nisi per internam actionem intra intellectum.

Urg. ex eodem in secundo ubi supra ar. 5. ad 6., ubi hoc statuit discrimen inter Angelos bonos, & malos, quòd isti tantum possunt immittere cogitationes illustrando phantasmata, *sed boni Angeli* (inquit) *etiam directè imprimere possunt in intellectum, quia secundum August. operantur in intelligentias nostras miris quibusdam modis*. Idem repetit in solut. ad 7. unde sic concludit. *Unde patet ex prædictis, quod dæmones imprimunt in phantasiam; sed Angeli etiam in intellectum, Deus autem solus in voluntatem*. Et tandem in q. de anima ar. 18. ad 13. & ar. 20. ad 11 docet, quòd animæ separatæ infunduntur species mediantibus Angelis, ergo sentit, quòd possunt agere intra intellectum substantiæ spiritualis.

Ad hanc instantiam, & ejus confirmat: patet iterum ex superiori doctrina ejus non esse id intelligendum in his aliis locis de interiori ingressu per modū agentis, sive efficientis, sed tantum persuadentis illuminando, & inclinando nisi velimus apartè sibi contradicere. Sed deinde ad singulas autoritates resp. ex his, ad 1. quidem ex qq. relatis dicimus, quod illud confortari, non est intelligendum, quasi per aliquam sui actionem aliquid eff. sivè operetur intra intellectum inferioris, sed quia cum illuminatio non fiat per simplicem propositionem objecti, sed ut illustrati lumine superiori, & clariori, ejus intellectus adjuvatur ad cognoscēdum illud per lumen superadditum ad propositionem ejusdem objecti. De quo tamen ex professo infra de illuminatione illorū. Et videri interim potest Cajet. ar. 2. q. 106. relatæ. §. *Adverte hic*.

Ad confir. ex 2. Resp. Discrimen inter bonos, & malos, non consistere, ut eadem intendit, quòd boni effectivè intrent intellectum, & mali non, sed quià, ut insinuat in fine solut. ad 6., boni sic illustrant phantasmata, ut confortent lumen agentis in ordine ad rectum judicium rationis, mali autem, ut decipiant, & debilitent. Unde explicans D. Tho. prædictum discrimen, & dictum illud August. subdit. *Hoc autem est in quantum* lumen intellectus agentis nostri confortatur per luman intellectuale ipsorum (scil. bonorum.) Sed hoc dæmonibus non competit, quià quamvis naturale lumen eorum sit efficacius, quàm lumen intellectus nostri, tamen lumine gratiæ non sunt perfecti, sed tenebris culpæ obumbrati, & ideo non intendunt judicium rationis nostræ rectificare per confortationem intellectualis luminis, sed aliqua nobis ostendere, ex quibus decipiamur, quod faciunt phantasmata illiustrando. Ita D. Tho. Et repetit satis erudite t. 2. qu. 80. præsertim in ar. 2.

Ad ultimam ex disputatis Mag. Nazarius hic in solut. t. ad 1. existimat D. Tho., oppositum docuisse infra qu. 89. ar. 3. ad 2., & ar. anteced. ad 3., ubi docet animam in illo statu intelligere per species ex influentia Divini luminis participatas, sicut intelligunt aliæ substantiæ separatæ, unde sicut istæ intelligunt per species à solo Deo acceptas, pariter & illa secundum Div. Thom. sic intelliget. §. Cœterum sicut alibi innimus ex Mag. Porrecta nunquam videtur affirmandum S. D. oppositum docere nisi id expresè ipse ut solet, admoneat, quià nompè in summa altiùs, & profundiùs loquitur, & non quià retractet. Placet ergo utrumq, locum componere dicendo, quòd dum dicit ibi infundi species animæ separatæ mediantibus Angelis, non intendit cohærentar ad superiores doctrinas ex eodem traditas, tribuere illis concursum causæ principalis, aut ingres-

cessum aliquem effectivum intra illius intellectum, sed instrumentalis tantum, quod etiam petet ex eo quod in eadem solut. ad 13. non tam loquitur de speciebus ordinis naturæ, quam gratiæ, quas certum est non esse ab Angelo producibiles ut à causa principali. Ait enim, *quòd perfectiones intelligibiles proveniunt illi à Deo mediantibus Angelis non solum naturales, sed etiam, quæ ad mysteria gratiarum* pertinent, ut patet per Dionys. 4. cap. cælest. Hierarch. §. Nec refert, quòd dicit in summa, scil. ar. illo 1. q.89. ad 3. illam intelligere per species infusas, sicut Angelos, nam immediatè subdit, *quamvis inferiori modo*. Quibus verbis planè assignat discrimen in modo accipiendi illas à Deo, nam de intelligere media hac acceptione specierum loquitur, & consequenter sensus illius erit, quòd licet tam Angeli, quàm anima in illo statu à Deo accipiant, hæc tamen accipit inferiori modo, nempè mediantibus Angelis, ut causis instrumentalibus, hi verò à solo Deo, quià nempè anima in omni statu semper intelligit ut forma incompleta, unde sicut hac ratione intelligit modo inferiori ad illos, ita etiam accipit modo inferiori; Nem quamvis in illo statu habeat aliquem excessum in intelligendo, & accipiendo species supra se ipsam pro ut in statu conjunctionis, non tamen quòd eb uno tantum principio eas accipiat, sed quod licet à duplici accipiat in utroque statu, in illo tamen separationis, ut à causa principali accipit ab agente increato, & à superiori Angelico, ut instrumentali, in præsenti autem veluti à principali, à creato, sive ab intellectu agente, & tanquam ab instrumento à phantasmate.

Sed contra hanc explicat. instas. Nam de ratione instrumenti est habere actionem præviam per modum causæ principalis ad subjectum effectus producendi, ergo si semel Angelus potest instrumentaliter concurrere ad infusionem specierum in animæ poterit etiam principaliter agere in illam. Ant. constet ex communi nostra doctrina, qua negamus posse creaturam assumi ut instrumentum ad creandum, quià deberet sic præviè dispositivè agere per aliquid sibi proprium ad subjectum effectus producendi, quod tamen est impossibile respectu creationis, quæ nullum subjectum supponere potest, cum sit productio totius entis. Tum quià aliàs frustra assumeretur ut instrumentum, ut alibi ait D. Thom.

Huic instantiæ patet primò ex dictis non esse semper necessarium ad rationem instrumenti, quòd sic præviè agat in subjecto effectus producendi, licet regulariter ita contingat, quià ut vidimus ex D. Thom. potest Deus assumere intellectionem meam ad aliquid producendum in subjecto, vel passo externo, circa quod nequit eadem sic præviè operari, vel disponere illud, cum sit actio immanens, & consequenter impotens ex propriis ad attingendum illud, unde sufficit, ut explicatum est, quòd dum assumitur ut instrumentum à principali agente, quòd pro ut sic determinet veluti materialiter ejus influxum, aut modificet ejus virtutem, seu vim operandi, ne se extendet quentum se aliàs extendere posset, ne dicatur frustra assumi, & hec etiam ratione est inassumptibilis creatura, ut instrumentum ad effectum creationis, & non tantum, quià præcisè ex defectu subjecti, quià dum sic determinat influxum Dei, quodammodo limitet illum, ne se extendat, quantum exigit influxus creativus, qui est ad ens in quantum ens sine ulla limitatione, cum creatio ut sæpè dictum est, sit productio totius entis.

Secundò ex his claritatis gratia dist. 1. ant., de ratione instrumenti &c. regulariter loquendo, conc., semper, neg. Unde juxta præcedentem explicationem inferendum non est, quòd habeat influxum principalem, imò nec instrumentalem ad intellectum alterius, sed magis est de subjecto non supponente. §. Tertiò resp. propiùs ad rem nostram, vel in subjecta materia dist. iterum, & simul explico ant., habere præviam per modum deferentis imperium principalis agentis, conc., per modū productionis, neg. Sicut enim ignis instrumentaliter concurrens ad alligādos dæmones, vel animas damnatorum non habet præviè aliquid producere in illis, quasi actio, qua agitur instrumentum Dei procedat activè à propria ejus virtute, sed à sola virtute, qua elevatur, & tantum dicitur concurrere, ut sustentans formam activam, & deferens veluti imperium Dei principaliter torquentis, ita proportionabiliter Angelus instrumentaliter concurrens ad speciem infusam alieno intellectui, nō dicitur præviè aliquid agere in illū, quasi actio infusiva, aut productiva illius activè procedat ab ejus virtute, & non à sola virtute Dei principaliter agentis, sed quià veluti defert illam, sive Dei imperiū ad eundem intellectum. Per quod etiam patet ad prob. desumptam ex communi doctrina Thomistarum respectu creationis, cum nullum respectu illius supponi possit subjectum, ad quod deferatur idem Dei imperium, vel exerceri possit influxus instrumentalis creaturæ quo præviè verificari possit egere in illum. Sed de his egitur supra q.45., & infra etiam de pœna dæmonum, & 3. p. qu.13., & alibi de Sacramentis, quæ sunt instrumenta gratiæ.

§. VII.

Resolvitur ultima pars statuendo ultimam Conclusionem.

Circa hanc 3. par. an species Angelicæ sint proprietates dimanantes eb essentia Angeli affirmant Bannez, & Nazerius referens Capreol, Cajetā, Sylvest., & Ripam, sed frequētiùs negāt alii Thomistæ, Ferrar., Navarrette, Salmantic., Aravyo, Jo. à S.Th., Gonet., Mag. Ferre hìc in manuscriptis §.6 concl.4., & insinuat etiam Mag. Catalan supra de visione ad ar.5. dub.6. §. *Pro veritate notandum*.

Ultima concl. species Angelicæ non dimanant eb eorum essentiis: unde propriè, & in rigore non sunt proprietates illorum. Possunt nihilominùs dici illis connaturales quià ut in simili ibidem de visione cum eodem Mag. insinuavimus, licet dicamus in illis non esse principium activum ad illas sibi acquirendas, habent tamen naturalem aptitudinem, & inclinationem ad illas recipiendas, & jure connaturalitatis sunt eis debitæ, sicut dicitur de motu locali cœlestium corporum. Sumitur ex D. Thom. in hac q.55. ar.2., & infra 89. relata ar.1., & 3., ubi ut vidimus, docet sic infundi Angelis, sicut animæ separatæ licet cum explicato discrimine, ergo sicut respectu istins non comparantur ut propriæ passiones dimanantes ab essentia ejus, nec erunt juxta D. Thom. sic comparandæ respectu essentiæ Angeli. Unde etiam præter relatos tenet hanc sententiam Mag. Serra hìc dub. 2., licet oppositam pariter judicet probabilem.

Ratione prob. 1. sumpta ex eodem S. D. q. 56. seq. ar. 2. ad 4., ubi docet, quòd si Deus in hoc universo instituisset facere plures Angelos, vel plures rerum na-

naturas, plures etiam species intelligibiles mentibus angelicis impressisset; & ejusdem rationis esset, quòd Deus adderet aliquam creaturam Universo, & aliquam speciem intelligibilē Angelo. Ex quibus prob. sic. Modò de facto in Angelo non est principium radicandi species habendas in productione aliarū creaturarum, ergo nec tunc esset principium radicandi illas, ergo non sunt propriæ illius passiones. Hæc posterior conf. tenet, quià propria passio, seù proprietas in rigore supponit principium in natura, ex quo dimanet, ut patet inductivè, aliàs hæc non erit propria illius radix. Prior etiam constat, namque quæ rei conveniunt ab intrinseco, non variantur ex variatione alicujus extrinseci. Prædicata enim, quæ semel ab intrinseco, vel ex natura rei conveniunt, habent necessariam connexionem cum essentia illius, ac proindè debent ei perpetuò convenire, sicut convenit essentia, unde si huic semel convenit ex propriis radicare aliquas proprietates, debet hoc ipsū immobiliter retinare, aliàs destrueretur, vel transiret ad aliam speciē, si amitteret hanc vim radicandi, quià hæc variata, vel amissa, deberet etiam variari, vel amitti illarum continentia, quæ est prædicatum essentiale, ut supra, & alibi ostendimus; constat autem quòd variato uno tantum prædicato essentiali debet etiam variari essentia rei cum essentiæ rerum sint sicut numeri, quorum quilibet variata tantum una unitate, variatur, & transit ad aliam speciē. Ant. etiā videtur certum, quià aliàs esset intellectus Angeli valdè imperfectus, & in potentia naturali ad illas, si haberet vim radicandi, & non radicaret.

Quòd si dicas speciem in eo casu non esse proprietatem, quià deserviret ad cognoscendam creaturam productam præter cursum ordinarium Universi, sive à Deo operatam supra ordinem illius. §. In contra est. Quià nulla apparet sufficiens ratio, cur teneatur sic Deus operari si velit novam aliquam creaturam producere, ergo. Prob. ant. Nam attento hoc ordine Universi potuit Deus plures substantias intellectuales producere, quàm corporales, & plures cœlos, ergo val erat id negandum de omnibus, vel etiam affirmandum. Prob. ant. Quià nulla est assignabilis ratio ex parte Universi, nec ex pluralitate Angelorum, nec ex virtute Dei, cum nullus sit excessus ex ullo horum ad exigendum talem influxum supra ordinem illius, cum omnia spectent ad ordinem naturæ, & ad naturalem perfectionem Universi utpotè entia naturalia, ut supponimus, nec sit Deus determinatus ad talem numerum creaturarum producendum, ergo difficile est velle tunc Deum operaturum ut autorem supernaturalem, aut supra communem cursum totius Universi, aut supra omnem legem naturæ, cum omnia sint intra limites ejus. Idque videtur etiam supponere D. Thom. in dicto, vel doctrina sua dum loquitur de creatura noviter producenda sine ulla mentione prædictæ variationis ordinis Universi.

Secundò prob. etiam principaliter concl., & simul urg. præcedens ratio. Nam substantia, ac proindè etiam intelligibilitas Angeli, ut vidimus ex D. Tho., est determinata secundum genus, & speciem, ergo nequit radicare proximam intelligibilitatem, vel speciem impressam aliorum entium. Prob. cons. Quià ut dictum est, ad radicandum aliquam proprietatem requiritur in natura, præcontinentia ejus, sed si est sic determinata nequit illam præcontinere, aliàs exiret limites suos, ergo nec potest radicare.

Dices non radicari à substantia ejus quatenus intelligibilis est, sed quatenus intellectiva est, & quià prout sic ad omnia naturalia se extendit, ideo poterit proximas eorum intelligibilitates radicare. §. Sed contra hoc est. Quià non minùs eadem substantia, & qualibet intellectualis in universum est determinata in ratione radicis, ut intellectiva est, quam sit ut intelligibilis, ergo si nequit priori modo radicare illas nec poterit posteriori. Prob. ant. Quià ut intellectiva est, radicaliter tantum est sua intelligibilitas, & non aliena, sicut qualibet radix est tantum sua propria passio, & non aliena, ut patet inductivè. Unde etiam deservit tantum ad cognitionem sui, & non aliorum extra se, ut probatum est, quòd est signum non esse radicaliter aliorum intelligibilitatem proximam. aliàs etiam deserviret ad eorum cognitionem, sic quòd in illa comprehensa cognosceretur species, & omnia præcontenta in illis, ergo si est determinata, ut intelligibilis, ac proindè nequit prout sic radicare alienam intelligibilitatem proximam, sive speciem impressam aliorum entium, pariter erit determinata ut intellectiva, & impotens consequenter post sic radicare illam.

Ex pl. hoc ex superioribus. Quià alia est habitudo intellectivi, & cujuslibet alterius radicis ad suum radicatum, vel sui proprietatem, & alia est habitudo illius ad suum objectum; nam prior inqualibet radice est determinata ad determinatas proprietates intra se ipsam, vel intra sui limites specificos, itaut non possit exire illos in radicando, ut iterum patet inductivè, & quià aliàs esset, & non esset determinatæ speciei. Posterior verò, quæ attenditur ex immaterialitate, (secundum quàm intelligens, ut dictum est, in hoc genere potest fieri alia à se) est ampla, & potens se extendere ad omne id, quod cadit sub ratione formali sui objecti specificativi, ergo ex eo, quòd ut intellectiva se extendit ad omnia entia naturalia objectivè, non rectè infertur, quòd etiam radicet illa subjectivè, vel entitativè.

Dices priori replicæ quòd adducendum incognitionem aliorum extra se, non satis est esse radicaliter, aut virtualiter proximas intelligibilitates eorum, sed oportebat esse formalem illorum præcontinentiam, & uam principiū proximū continendi alia à se, non est radix specierum, sed ipsæ species, sicut principium proximum discurrendi non est radix, sed vis discursiva, unde non per se ipsā, sed per species alias intelligeret.

Sed contra hanc solutionem in prima militat efficaciter eadem replica cum sui confirmatione, quoad præcipuum intentum, quòd nequeat substantia Angeli habere ullo modo vim radicandi proximam intelligibilitatem alterius objecti. Prout verò militat contra sequelam replicæ, quòd si radicaret, & consequenter deberet radicare cum tali intelligibilitate, & tunc etiam ducere in cognitionem aliorum, impugnatur sic. Ut causa aliqua ducat in cognitionem effectos, sive ut sufficientissimè, & distinctè illum manifestet, satis est virtualis ejus præcontinentia in illa, ergo sola virtualis præcontinentia speciei in sui radice erit sufficiētissima ad perfectè, vel distinctè manifestāda, & consequēter cognoscenda objecta præcōtenta in speciebus. Cons. tenet ex dictis, quià per id, per quod Angelus cognoscit proprietatē, cognoscit pariter omne præcontetū in illa, præcipuè si eā comprehendat, ut modo supponitur. Ant. etiam constat. Quià ut sæpè dictum est, quod est ratio essendi, est ra-

ratio cognoscendi, sed sola virtualis præcontinentia effectus in causa est sufficiens ratio ad dandum illi esse, aliàs non posset Deus dare esse omnibus creaturis, cum plures ex his dicantur solum virtualiter, vel eminenter contineri in illo, non formaliter, quæ nempè in suo conceptu formali involvunt imperfectionem, ergo.

Dices ita esse loquendo de causa adæquata alicujus effectus; causa autem adæquata cognitionis aliorum in Angelo, non est sola radix specierum, sed etiam species radicatæ, & ideo sola substantia ejus non est sufficiens ad illa manifestanda; præsertim quòd esset tantum causa remota repræsentationis eorum, de qua dicunt dialectici non esse sufficientem ad habendam cognitionem perfectam, & demonstrativam.

Sed contra hoc est. Nam si semel substantia Angeli est radix specierum licet non sit causa adæquata proxima, est tamen causa adæquata radicalis, sed hæc sufficit intellectui angelico ad perfectam rei cognitionem ergo. Prob. mi. Intellectus angelicus est perspicaciæ, & virtutis efficacissimę in sua linea, unde est comprehensivus omnium entium naturalium, & viso principio statim penetrat conclusiones inferibiles ex illo, ut dicetur infra, ergo ad penetranda distinctè objecta, satis erit penetratio causæ adæquatæ per modum radicis repræsentationis eorum. Prob. cons. nam hac ratione, (præcipuè stando in eadem opinione) clarè, & distinctè cognoscit actus suarum proprietatum, esto causa adæquata proxima illorum non sit ergo. §. *Quod* vero subditur de insufficientia causæ remotæ ad inferendum apud dialecticos, non est intelligendum de remota per modum radicis adæquatæ, & convertibili cum effectu ut est substantia Angeli respectu suarum proprietatum; sed de non habente necessariam connexionem cum illo; quià vis illativa demonstrativè innititur necessariæ connexioni unius cum alio, quam non habet quęlibet remota; qua ratione dicimus in materia morum non teneri nos ad vitandam causam, vel occasionē remotam (aliàs oporteret exire ex hoc mundo) sed tantū proximam, quià hæc, & non illa moraliter, & regulariter loquendo infert, veluti necessariò casum, vel ruinam.

Sed dices iterum ex superioribus, quòd licet species dicantur radicari à substantia Angeli, non tamen adæquatè radicantur ab illa, sed tantum sumptæ, *ut quod*, sive ut quædam accidentia sunt in genere physico, vel entitativo, non verò secundum esse formale, vel repræsentativum. Unde nec etiam est causa adæquata per modum radicis. §. Sed contra hoc est. Quia non stat substantiam Angeli semel radicare illas, & non radicare secundū earum esse formale, & repræsentativum, ergo. Prob. ant. Non stat naturam radicare aliquam proprietatem, & non radicare illam secundū id, per quod eidē deservit ad consecutionem sui finis; sed species intelligibiles in ratione repræsentativi potissimùm deserviunt ad consecutionem finis naturæ intellectualis, ergo secundū hanc rationem radicantur à natura, vel substantia Angeli, & non præcisè secundū suum esse materiale, vel entitativum. Ma. est per se evidens, quia proprietates intenduntur, vel instituuntur à natura in ornatum suæ radicis, & ad consequendum finem illius, alàs frustrà tribuerentur illi. Mi. etiam constat, quia ad hoc potissimùm deserviunt, ut sua repræsentatione manifestent objectum cognoscendum, sicut hac ratione radicat intellectum, ut cognoscat illud. Quod præcipuè verificari debet de proprietatibus, ut modo loquimur, quæ ordinantur ad operationes debitas naturæ.

2. Impug. sicut potentiæ, sivè intellectus, & voluntas in Angelo sunt virtutes, vel principia proxima operativa ejus pro formali, & accidentia quædam pro materiali, ita species pro formali, sunt virtutes repræsentativæ, & accidentia quædam pro materiali; sed quia priores sunt institutæ à natura ad attingendum, vel assequendum suum objectum per modum tendentiæ, aut principii, seu virtutis proximæ operativę, eiq. prout sic pro formaliter deserviunt, nullus dicit radicari tantum à substantia ejus pro materiali, ut accidentia sunt, & non ut virtutes operativæ, ergo nec dici debet species radicari tantum ab eadem pro materiali in ratione accidentis, & non virtutis repræsentativæ. §. Urg. hoc. Quia ex solut. data magis est inferendum ad nostrum intentum, quòd secundum nullam rationem possint ab illa radicari. Nā quod per se intenditur in speciebus (& idem proportionabiliter est de potentiis) est esse formale, & repræsentativum, sicut in potentiis esse principium proximum operativum, ut in 2. phys. explicatum est; ergo si semel species non radicantur in ratione repræsentativi, non possunt radicari secundum aliud esse entitativum, vel materiale. Prob. cons. quià quod est secundarium in aliqua proprietate, (& ità inductivè in aliis similibus;) non intenditur præcisivè, sed ratione primarii, ita ut intentum secundariò sequatur modum per se primò, vel primariò intenti, sed esse formale, vel repręsentativum est à natura per se primò, vel primariò intentum in specie, ut dictum est, cum potissimùm per istud consequatur suum finem, ergo si non radicetur species secundum istud, nec poterit radicari secundum aliud.

§. ULTIMUS.

Solvuntur objectiones contra præcedentem resolutionem.

PRimò objicies ex quibus autoritatibus D. Thom. Nā hujusmodi species pluribus in locis dicit esse connaturales Angelis. §. Quòd si dicas ex superioribus, sic ab eodem vocari, non quià dimanent, sed quià habent inclinationem ad illas recipiendas, & in jure connaturalitatis sunt debitę ut ab Autore naturæ eis tribuantur ad intelligenda ea, quæ pertinent ad ordinem Universi, sicut insinuavimus de motu locali corporum cęlestium. Nam connaturale ut vidimus, tribus modis accipi potest; vel quià dimanat ab essentia, ut proprietas; vel quià licet non dimanet, fluunt tamen ab illa, sufficientia principia tam activa, quàm passiva ad talē sibi perfectionem acquirendā, ut sunt scientię naturales à nobis, propriis actibus acquisibiles; vel quià est debitū jure connaturalitatis, & hoc modo ex eodem ubi supra, dici possunt connaturales Angelis eorum species, nō verò dimanantes per modū proprietatis, nec acquisitæ per proprios actus, cum expræssè dicat illis esse impressas, vel habitas à Deo, sicut habet suas anime nostre in statu separationis. Unde ad mentem ejus similiter dicendum est, sicut communiter dicimus cum eodem in simili 3. p. q.7. ar. ult. de gratia Christi, quòd dicitur illi connaturalis, vel convenire illi, ut subjecto connaturali, non quià naturali sequela emanaverit ex personalitate ejus, aut ex humanitate Verbo unita, sed quià erat

debita ut explicat ibidem D. Thom. ad 2., ubi dum dicit consequi unionem, ut proprietatem quandam naturalem, explicat, nempè, non quià ut proprietas amanet ex unione, sed quià ratione unionis debebatur Christo, sicut testa eodem qu.5. de potentia ar.5. prædictus motus circularis cœli, dicitur aidem naturalis, non quià sit propria passio consequens ejus naturam, nam causator ab Angelo, sed quià debetur cœlo. Unde sicut de eadem gratia ad mentem ejus dicimus non esse in rigore proprietatem, sed speciali actione Trinitatis fuisse infusam, ita similiter species fuisse infusas Angelis, & non esse connaturales in rigore tanquam proprietates.

Contra tamen hanc explicationem videtur idem obstare infra q.64. ar. 1. ubi ita ait esse naturales, ut consequantur ad naturā. Nā ibidem ex eo probat non esse in dæmonibus diminutam naturalē cognitionem, quià consequitur ad ejus naturam, constat autem non loqui præcisè de cognitione sumpta pro actu, sed integrè pro omni naturaliter concurrente, scil. pro lumine etiam, & speciebus, nam à cognitione rerum naturalium cessare possunt, unde etiam Deo occultante Integritatem B. Virg. non agnoscunt, cum tamen naturaliter cognoscere possent.

Dices iterum, quòd ad salvandam prædictam naturalem sequelam satis est esse illi debitas jure connaturalitatis, & quòd habeant naturalem inclinationem ad illas recipiendas, vel ratione principii passivi, ut dicit idem de motu cœli, non activi, quo habeant activè radicare illas, sicut nec acquirere. Unde consequi ad naturam intelligendum est non de sequela ad illam tanquam ad radicem, sed tanquam ad inclinationem, vel exigentiam illius. §. Sed contra hoc. Nam D.Tho. ibi propter simplicitatem substantiæ, vel naturæ angelicæ negat posse aliquid ab eadem subtrahi, sed hæc ratio est nulla positis speciebus non dimanantibus ab illa. Prob mi. Quia supposito quòd non dimanent, subtrahi possent, integra adhuc manente natura tam quoad essentialia, quàm attributalia, ut patet etiam in cœlo cessante motu ejus post diem judicii, quòd adhuc integrè perseverabit, quià talis motus non est de numero proprietatum ab illo dimanantium, ergo salva ejus simplicitate posset aliquid ab eadem subtrahi si species ejus non dimanant ab illa.

Resp. bene ibi. Ad replicam neg. mi. Ad prob. dist. ant., maneret integra, integritate omnium, quæ sibi debentur jure connaturalitatis, & inclinationis, vel exigentiæ, nego, præcisè dimanantium, conc., & nego cons., quià simplicitas, quæ jure connaturalitatis, & de lege ordinaria sibi debetur, non tantum petit integritatem omnium à natura dimanantium, sed omnium, quæ eodem jure debentur eidem naturæ, ut sunt species, unde non possunt hæ ab illa subtrahi sine læsione ejusdem integritatis juxta eandem legem, & suavem Dei providentiam, quæ respicit id, quod est magis consentaneum naturis rerum, quidquid sit absolutè loquendo, vel de ejus potentia absoluta, qua non attendit ad præcisam exigentiam naturæ, sed ad suum posse, quo se extendit ad omne non implicans contradictionem. Nec est idem, quoad hoc de motu cœli, quià tantum debetur illi perseverante fine ejusdem motus, scil. generationum, & corruptionum horum inferiorum, & ut impleatur numerus electorum, qui tunc cessabit; non tamen cognitio Angelorum, ad quam deserviunt species.

Secundò objicies, & potest esse replica. Species ita sunt terminus naturę angelicę, sive inclinationis ejus, ut sint illi debitæ ex vi creationis per se cum illa connexæ, ergo ita sunt terminus, ut oriantur ab illa. Ant. constat, quià aliàs neque exigerent sibi ab initio infundi. Cons. verò prob., quæ debentur ut per se connexa cum actione productiva rei sunt proprietates consecutæ ad ejus naturam, nam agens ex vi ejusdem actionis tenetur dare formam, & consequentia ad illam. Tum quià terminus per se connexus cum actione productiva rei, est per se connexus cum essentia rei productæ, ergo ex sinu istius egredi debet. Prob. cons. quià ideo est per se connexus cum actione productiva rei, quià hæc sine illo etiam ab initio non subsisteret, ergo signum est, quòd est de numero eorum, quæ necessariò, vel ab intrinseco oriuntur, sicut sunt propriæ illius passiones, sine quibus res saltem de lege ordinaria produci nequit, nec subsistere.

Huic arg. Mag. Jo. à S.Th. hic resp. optimè stare, quòd aliquod accidens ex vi ejusdem actionis cum substantia producatur, & nihilominùs ab illa non dimanet, quià ad generantem pertinet dare suo effectui non solum formam, & proprietates, sed etiam requisita ad sui statum connaturalem. Unde natura Angeli non solum habebit determinare Deum per modum principii activi ad dandas proprietates dimanantes, sed etiam per modum passivi, ad danda ex vi ejusdem actionis alia accidentia debita proprio, & connaturali statui.

Sed contra hanc solut. instari potest ex eo, quòd ideo colligimus aliqua accidentia esse proprietates in rigore, vel dimanantes, & alia non; sive quòd in natura sit principium activum ad illa radicanda, & non ista, quià per se petunt secundariò produci ex vi ejusdem actionis ut per se connexa cum ista tanquam terminus secundarius ad positionem essentiæ tanquā termini primarii: vel assignetur ex quo alio capite colligatur, ergo si semel species ex vi ejusdem actionis creativæ primariò terminantis ad substantiam Angeli, & secundariò ad se ipsas producuntur, erunt proprietates ab illa dimanantes. Unde aliud est, quòd teneatur agens, vel generans omnia illa dare, aliud verò quòd teneatur dare ex vi ejusdem actionis. Hoc posteriùs solum videtur posse verificari de illis ad quæ in natura est principium activum ad eadem radicanda tanquam sui proprietates quartò modo, & non quæ præcisè requiruntur, vel exiguntur ad sui statum connaturalem. §. Declarari potest hoc ipsum, tum proximo exemplo gratiæ Christi, quæ exigitur ad statum ejus connaturalem, & tamen, ut dictum est, producitur, vel infunditur speciali actione totius Trinitatis, unde nec communiter censetur proprietas ejus. Tum ex alio superiori fidei, & spei, quæ pariter exiguntur ad statum connaturalem gratiæ, itaut dum Deus animam per gratiam justificat, exigitur fide intellectum perfici; & spe, & charitate voluntatem perfundi, & tamen, ut dictum est, infunduntur distincta actione ab infusione gratiæ, ita ut Deus non una indivisibili actione primariò producat gratiam in anima, & secundariò fidem in intellectu; & spem, & charitatem in voluntate, sicut una actione primariò producit hominem quoad essentiā, & secūdariò ejus proprietates, sed diversis actionibus, quarum altera infundit intellectui fidem, altera spem, & charitatem voluntati. Unde solum dicuntur proprietates gratiæ, (sicut modo dicimus nos de speciebus angelicis) quatenus exigunt infundi simul cum gra-

gratia, & hæc exigit infundi simul eum illis, nam si in sigore essent, vel quarto modo propriæ ejus passiones ab illa dimanantes, non viderentur posse salvari fides, & spes in peccatore fideli sine illa, cum nulla proprietas videatur assignabilis, quæ secundũ sibi essẽtialia perseverare possit sine sui radice, quidquid sit, quòd hæc existere possit sine exercitio suæ proprietate, ut grave sine motu deorsum, non tamen idem motus sine gravi; de quo subtiliter ut supra Mag. Ferre tom. 1. in 2.2. qu.6.§.8. num 56., ergo non est necessarium, quòd ex vi ejusdem actionis productivæ rei dari debeat omne requisitum ad statum ejus connaturalẽ.

Alites, ergo resp. relicta hac solut: in sua probabilitate dist. ant. sunt debitæ ex vi creationis, ut producibiles per illam, nego, per aliam distinctam, vel eductivam, conc., & nego cons. quià ut orirentur ex vi ejusdem actionis aret necessaria connexio, non solius inclinationis, & exigentiæ, aut jure connaturalitatis; sive non tantum ratione passivi, ut dictum est, & patet præter alia exampla in motu cœli; sed atiã ratione principii activi, quæ tamen substantiæ, vel naturæ Angeli convenire nequit, ut probatum est.

Sed instatur contre hanc solut., & reponitur hoc posterius exemplum. Forma perficiens potentiam naturalem cœli ita debetur ex vi creationis, ut per illã producetur, ergo pariter forma perficiens potentiam intellectivã Angeli ita erit debita ex vi creationis productivæ, ut per illam producatur. Cons. videtur tenera à paritate, quià non minùs perficit hæc posterior suam potentiam, nec minùs ab initio exigitur, nec minùs consequenter connectitur cum actione productiva substantiæ Angeli, quàm perficiat illa cœli potentiã illius naturalem, ergo nec minùs est producibilis ex vi ejusdem actionis. Ant. autem constat ex dictis in 2. Phys., ubi ex communi jam consensu Thomistarum ostendimus formas cœlorum non fuisse eductas, sed creatas.

Secundò instas si non assent debitæ, & producibiles ex vi ejusdem actionis, & consequenter solum assent debitæ ratione principii passivi, non activi, ad radicandum illas, nec posset per eas Angelus operari, vel intelligere, consequens est falsum, ut supponitur, nam adhoc sunt necessariæ, ut cognoscat alia à se, ergo. Prob sequela nam principium radicale, (quale est substantia Angeli.) solum operatur per principium, aut virtutem proximam, (qualis est species impressa) in quantum radicat illam, nam cum principium radicale, sive substantia non sit immediatè operativa, solum influit in effectum mediante principio proximo, sive virtute sui proxima, ergo si hanc non radicat, neque causat, nec poterit habere influxum in sui intellectionem; Eò vel maximè, quòd cum hæc sit actio vitalis, non potest pendere à principio, aut virtute non orta à principio radicali viventis.

Ad 1. ex dictis, neg. cons., & suppositum illius, quòd paritas illa, ut vidimus, attendanda sit in his, in quibus non habetur excessus superioris supra inferius, ut contingit in hoc, quòd est habere formam ex vi ejusdem actionis; hoc enim non oritur ex vi superioritatis, sed aliundè, ut statim dicemus, & patet in corporibus inferioribus elementalibus, in quibus forma etiam habetur per eandem actionem, ut dictum est in eodem 1. Unde satis est quòd habeatur ab initio ad salvandam præfatam superioritatem, sive deindè habeatur per eandam, sive per diversam actionem, dummodo habeant totum suum complementum jure connaturalitatis debitum in prima sui productione, & non successivè. Quòd verò cœlum habeat formam sui substantialem ex vi ejusdem actionis, non verò Angelus formas accidentales specierum ex alio capite provenit, ex hoc scil. quòd cum potentia cœli ad formam cęlestem substantialis sit, si velimus illud fuisse creatum, ut dicitur in initio Genes 1., oportet, quòd non sola materia, sed etiam forma fuerit creata, vel concreata, cum creatio, ut dictum est, sit productio totius entis. Cœterum formę accidentales non habent hanc exigentiam, cum non pertineant ad substantialẽ rei constitutionẽ, unde sufficit, quòd si sunt debitæ jure connaturalitatis, vel spectant ad statum connaturalem subjecti, (ut in casu) habeantur ab initio etiam per actionem diversam, quià id perfectioni ejus non derogat, ut patet in eadem gratia Christi.

Ad 2. pariter ex dictis, nego sequelam. Ad prob. dist., & explico ant. solum operatur per virtutem proximam, juxta conditionem illius, conc., aliter neg.; nam virtus proxima, alia est, quæ se tenet ex parte objecti, ut est species intelligibilis, & hanc non est necessarium, quòd radicet, sed satis est, quòd objectivè determinetur per illam, ut explicatum est. Alia verò quæ se tenet ex parte potẽtiæ, vel subjecti intelligentis; & hæc est duplex, scil. ipsa eadem potentia, & habitus ad illam superadditi; licet autem virtus proxima, quæ est naturalis ejus potentia sit necessariò radicata ab illo, ut convincit ejus probatio annexa, & supra explicatum est, non tamen, quæ est habitus superadditus; & quidem de supernaturalibus patet, quià aliàs, ut vidimus, supernaturales non essent; de naturalibus etiã cõstat, cũ plures saltem sint acquisiti unde etiam si species essent virtus proxima de numero istorum, adhuc non tenerentur, nec exigerent radicari, sed tantum vel acquiri, vel infundi juxta conditionem intelligentis, ut diceretur istud operari per illas, ut manifestè patet in eisdem habitibus, sive naturalibus, sive supernaturalibus. Per quod etiam patet ad id, quod subditur per modum ulterioris probationis de vitalitate actionis, vel intellectionis. De quo etiam supra de visione sufficienter dictum est; & patet etiam id solvendũ esse in eisdẽ habitibus acquisitis, sive supernaturalibus infusis, mediis quibus vitaliter intelligunt, sive eliciunt intellectionem, sive actionem vitalem, etiam si non oriantur à substantia viventis. Dicimus ergo juxta superiore ad id satis esse, quòd sint participatio Dei, ut vivens est vita intellectuali, & intrinsecè recipiantur in subjecto, vel in ejus potentia intellectiva, ut ibidem explicatum est.

Ultimò objicies, & potest esse iterum replica. Ex eo prob. esse debitas Angelo ab initio, quià est substãtia completa intellectualis, sed ex hoc etiam infertur esse debitas ex vi ejusdem actionis, & ut proprietates dimanantes, ergo. Prob. mi. Quia eadem ratione prob. debere radicare intellectum completum per modum actus 1. ad intelligendum, ergo pariter infertur debitum radicandi species, sive ex vi ejusdem actionis, & ut proprietates dimanantes. Cons. tenet quià intellectus completur per speciem. Ant. verò prob., nam ex substantiæ radicaliter extensæ non potest non oriri proprietas, sive quantitas proximè extensa, ergo ex substantia radicaliter completa ad intelligendum non poterit non radicari, vel non oriri proprietas proximè completa ad intelligendum.

Resp. neg. mi. Ad prob. dist. ant. tenetur radicare in-

intellectum completum, vel complendum ab initio, conc. determinatè completum, neg. Vel iterum dist. Intellectum completum, complemento orto ab intrinseco, vel exigito, conc., orto præcisè, neg., quià ex ratione completæ intellectualitatis non tenetur substantia angelica radicare omnia requisita ex parte actus 1. ad sui perfectionem, sed solum exigere, ut hactenus ostensum est. Quià non dicitur completa, quasi omne complementum de linea actus primi præcontineat, (cum nec possit præcontinere omnia, ut probatum est) sed quià ad aliud complendum non ordinatur sed est forma tantum, & ideo etiam exigit omnem sui perfectionem intelligibilem per modum actus primi habere ab initio, & non successivè. Unde ea, quæ tenent se ex parte objecti non tenetur activè radicare, sed tantum exigere jure connaturalitatis, vel ratione principii passivi, quià adhuc non est omnia alia objecta à se.

Instas. Si activè non radicaret tenentia se ex parte objecti, nec pariter radicaret eorum exigentiam, sed hoc non admittitur, ergo. Prob. sequela. Principium non radicans vim proximam intellectivam, non tenetur, imò nec potest radicare exigentiam ejus, ut patet in ipso objecto, quod quià non habet radicare eadem vim intellectivam, nec radicat, nec potest radicare exigentiam illius, ergo nec pariter subjectum in ratione intelligibilis non radicans speciem impressam, seu vim proximam intelligiblem non radicabit, nec poterit radicare exigentiam illius. §. Explic. hoc: quià non minùs ex parte objecti ad passivè intelligi requiritur propria species, & vis activa intellectus, quàm ex parte subjecti intellectivi ad intelligendum requiratur intellectus actuatus eadem specie objecti, sed nihilominùs quià objectum non radicat vim activam intelligendi, nec radicat exigentiam ejus, ergo quià pariter subjectum in ratione intelligibilis, sive in genere intelligibili passivo non radicat speciem intelligibilem non radicabit ejus exigentiam.

Resp. ad instantiam neg ma. Ad prob. neg. conf., & disparitas est, quià hoc quod est passivè intelligi non est in objecto aliqua perfectio, sed pura denominatio extrinseca; unde nec intellectus, nec intellectio tendit pro ut sic ad perficiendũ illud, sed magis potentiã, vel intellectum; & ad passivè intelligi non oportet, quòd radicet id, quòd spectat ad genus intelligibile activũ, sive vim intellectivam, vel intellectum, ac proindè etiam, nec exigentiam ejus. Cæterum cum activè intelligere insubstãtia intelligente sit maxima perfectio ejus, si semel ad intelligendum est necessaria species, saltẽ debet eã exigere eo ipso, quòd non radicat, nam unum quodque debet appetere suam perfectionem, & necessaria ad illam consequendam; commoter namque dicimus, quòd qualibet res tendit ad illam, quando non habet, & quiescit in illa, quando habet, quod sine ejus exigentia, ut patet, salvari nequit. Et per hæc etiam patet ad explicationem.



QUAESTIO TERTIA.

Utrum superiores Angeli intelligant per species universaliores, & quomodo,

De universalitate specierum in repræsentando, ut jam supra insinuatum est, modò inquirimus; & primò quidem an omnes etiam inferiores utantur speciebus universalibus, sic quòd ad singulas quiditates, & singularia non indigeant distinctis speciebus, sed una tantum, plura ex his comprehendere valeat. Secundò, & consequenter, an quòb superiores sunt, & universalioribus, ac proinde paucioribus intelligant. Quoad utramq. part. negat Scotus in 2. dist. 3. qu. 10 §. *ista opinio*, quem sequuntur Aureol. dist. 11. q. 3. ar. 2. & Rada, in controu. 9. 2. part. & alii.

Oppositum docet S. Tho. hic art. 3. & communiter ejus discipuli; licet quoad 2. punctum sit aliquale discrimen; nam alii restringunt ad superioritatem Hierarchiæ, & ordinis; alii verò etiam extendunt etiam ad specificam, ut dicemus infra. D. Tho. sequuntur Suarez lib. 2. de Angelis c. 15. & ex *parte* Arrubal hic disp. 165. c. 20. affirmans de *pluralitate singularium* ejusdam quiditatis; quamvis deinde neget de illa quiditatum secundũ particulares, & distinctas earum rationes. Eandem universalitatem specierum tenent jam communiter ferè omnes Theologi.

§. I.

Statuitur 1. *Conclusio.*

PRima. Species Angelicæ sunt universales in repræsentando non tam singularia, quàm plures etiam quiditates secundum proprias uniuscujusq. differentias. Sumitur ex D. Tho. q. 8. de verit. ad 3. Ubi ait. Dicendum, quòd id, quod est unum non potest esse propria ratio plurium, si fit eis adæquatum. Sed si sit superexcedens potest esse *propria ratio* plurium, quià continet in se uniformiter propria uniuscujusq., quæ in eis divisim inveniuntur. Et hoc modo essentia Divina est propria ratio rerum omnium, quià in ipsa uniformiter præexistit quidquid divisim in omnibus creaturis invenitur, ut Dionys. dicit. Et similiter cum formæ intellectus Angelici sint excellentiores rebus ipsis, utpote Divinæ essentiæ propinquiores, non est inconveniens si una forma intellectus Angelici sit ratio propria secundum diversas ejus habitudines ad diversas res, ex quibus habitudinibus consurgit pluralitas idearum. Sed formæ intellectus nostri accipiuntur ex rebus, unde non sunt superexcedentes rebus, sed quasi adæquatæ, quantum ad repræsentationem. Ita D. Th.

Ex his prob. 1. Non repugnat eandem speciem angelicam plura objecta, aut plures quiditates sic repræsentare, ergo non est hoc illis, vel Angelis denegandum. Conf. tenet, quià quod maximè conducit ad perfectiorem modum cognoscendi, si aliàs possibile fit, vel non est repugnans, non est supremæ creaturæ intellectuali denegandum. Ant. verò prob. Nam species Angelicæ (ut vidimus, & fatetur etiam Scotus de illis,) non sunt acceptæ à rebus, sed conditæ, vel infusæ à Deo, ergo non tenentur adæquari, aut uni-

unitatem sumere ab objectis repræsentatis. Prob. cons. quià ideò nostræ sic adæquantur, vel multiplicantur juxta numerum objectorum, vel quiditatum, quià accipiuntur à rebus, & non sunt immediatè à Deo, unde in sui repræsentatione non possunt excedere limites eorum ergo.

Dices non ex eo præcisè, sed quià etiam specificantur ab objectis; cum hoc autem militet etiam de Angelicis, licet à Deo fiat, non poterit una repræsentare, aut comprehendere plures specie distinctas, nam aliàs esset una, & non una si unitatem capit ab illis saltem in genere causæ formalis specificativæ, quidquid de illis sit in genere efficientis. §. Sed contra hoc est, nam licet etiam Angelicæ dicantur unitatem specificam capere ab objectis, non tamen tenentur à quolibet illorum specificativè adæquari, ergo optimè potest una sufficere ad plures quiditates. Prob. ant. Species Angelicæ sic infunduntur à Deo, ut in repræsentando imitentur modum speciei Divinæ, sive Divinæ essentiæ, sed hæc, una omnia comprehendit, ergo Angelica, non saltem plura comprehendet. §. Expl., & urg. Hoc nã quælibet creatura intra suam lineam, (ut insinuat ibi D. Tho.) quo propinquior est Deo, eò perfectiùs participat de Divina perfectione intra suam lineam, ergo cum species Angelicæ sint propinquiores Deo intra lineam repræsentandi, perfectiùs, & universaliùs participare debent, & consequẽter magis amplè, vel extensiùs, quàm qualibet nostra imitari debet modum Divinæ essentiæ, quòd sicut hæc, non omnia una repræsentat, plura saltem repræsentabit una Angelica sine limitatione ad singulas quiditates, sicut nostra. §. Expl. ulteriùs. Nam sicut ex parte generis intelligibilis activi etiam in nobis, est major universalitas, & extensio ad plura, quò propinquior est accessus ad principium radicale, vel supremum in hoc ordine, scil. ad animam, ut patet in potentia, vel in intellectu comparativè ad habitum, & in habitu comparativè ad actũ, pariter in genere intelligibili passivo, vel objectivo (ad quod pertinent species) debet servari hic ordo, vel universalitas major, & extensio penès majorem propinquitatem ad supremum analogatum, scil. ad essentiam, vel speciem Divinam; ergo sicut non obstante, quòd intellectus, & habitus ejus specificantur ab objectis, ad plura tamen se extendunt in eodem genere salva sui unitate specifica ob eundem propinquiorem accessum, optimè etiam species Angelicæ poterunt eadem ratione se extendere ad plura salva propria unitate specifica, non obstante, quòd specificentur ab illis, & consequenter imitari modum proportionabiliter ejusdem essentiæ, & speciei Divinæ.

Dices his omnibus, sed præsertim replicæ principali, esse de subjecto non supponente, nempè quòd modus repræsentandi Divinæ essentiæ sit imitabilis à specie creata. Nam in hoc consistit, quòd cum Divina essentia primariò tantum, & immediatè repræsentet Deum, & solum secundariò, & mediatè creaturas, benè potest salva sui unitate juxta meritum objecti primarii, sive intelligibilis Divini, omnes illas repræsentare. At verò species creata primariò, & immediatè speciem capit à creatura, vel ab objecto creato, unde hoc multiplicato nequit unitas ejus specifica subsistere, sed tenetur multiplicari ad multiplicationem objecti, sive sui specificativi.

Sed hæc solutio præoccupata est ab eadem replica cum suis explicationibus, & præsertim paritate generis intelligibilis activi. Nam quòd specificativum immediatum sit aliquod creatum, non tollit, quòd plura cõvenire possint sub uno adæquato specificativo, & singula se habere, ut specificativum inadæquatum ob majorem universalitatem unius supra alium, ut intellectus supra habitum, & sic de aliis, quià ob præfatum propinquiorem accessum ad primum in eodem genere obtinent universaliorem rationem formalem specificativam, & sub illa plura comprehendere specificativè, ac proindè imitari pro ut sic modum primi.

Ex his ergo impug. hæc posterior solut. & urgentur superiora. Quamvis species Angelica, nequeat sic imitari Divinam repræsentando Deum, & creaturas in Deo, potest tamẽ imitari illam quoad hoc, quòd plura intelligibiliter præcontineat, ergo benè poterit eam imitari, ut sal va sui unitate specifica, plura repræsentet. Consequentia tenet, & ant. prob. Quia species Angelica, ità descendit à Deo, ut sit immaterialior, & eminentior objectis inferioribus à se ipsa repræsentabilibus, ergo benè poterit salva sui entitate, vel sine sui multiplicatione plura intelligibiliter unire, & continere. Cons. tenet. Nam sicut intellectus Angelicus, quià altior est, & immaterialior, plura una comprehendit, quàm inferior, pariter species ejus plura comprehendet, quàm inferior. Et hinc etiam prob. ant. Quià intellectui altiori, & immaterialiori debetur species altior & immaterialior. Tum quià ut à priori infert D. Th., ex maiori propinquitate, vel accessu in participando supremam immaterialitatem Dei fit creatura immaterialior, & eminentior, si velimus perfici in linea, in qua magis propinquat, & participat de eadem linea perfectionis, ut patet in eisdem Angelis comparativè ad hæc inferiora. Tum quià cum non accipiantur à rebus non tenentur proportionari, vel adæquari cum immaterialitate earũ, ergo.

Tertiò impug. Quælibet virtus in universum, quò est altior, & eminentior in genere physico, eò ad plures effectus producendos se extendit, ut patet in causa superiori, & inferiori, ergo pariter in genere intelligibili, quò est eminentior ad plura objecta se extendet, sivè cognoscitivè, ut jam ostensum est in genere intelligibili activo; sivè repræsentativo, ut modò inferimus de specie in intelligibili passivo. Quod etiam patet in specie deserviente sensui communi, quæ hac ratione omnia illa objecta repræsentat, quæ per singulas sensibus inferioribus repræsentantur. §. 4. Denique. Nam quamvis tertia species, quam format noster intellectus ex præconceptis speciebus v. g. montis, & auri, suam unitatem accepit ab objecto creato, nihilominùs plura diversæ naturæ unitivè comprehendit, ergo à fortiori poterit id præstare angelica tam longè excellentior. Et ratio utriusq. est, quam jam insinuavimus, quià cum non exprimantur ab objectis prout in se ipsis, sed prout in intellectu, vel in ideis Divinis, non tenentur mensurari ab illis prout sunt in se, sed prout præcontentis juxta unitatem, qua gaudent in illis.

§. II.

Statuitur secunda conclusio.

Angeli quò sunt superiores per universaliores species intelligunt, & consequenter per pauciores. Hæc conclusio ut insinuavimus, de duplici superioritate intelligi potest, vel de sola secundum hiarar-

hierarchiam, aut ordinum, ut vult Ferrar. 2. contra Gaet.cap.98. §. *tertia conclusio*, vel etiam secundum rationem specificam, ut frequentiùs docent alii recentiores hîc cum Cajet. ad hunc sensum, quòd nobiliores in specie, non solum habeant species clariùs, & limpidiùs repræsentantes eandem naturam, ut etiam concedit idem Ferrar. & Bannez, aut universaliores, quià repræsentant plures modos intelligibitatis, aut pluras rationes intelligibiles, quibus substat ordini Divinæ providentiæ, & ad varios eventus ordinatur, ut vult Capreol.in 1.dist.3.q.2. ad Aureol. cont.7. sed quià ex parte objecti repræsentati plures naturas comprehendunt, & manifestant, quàm species inferiorum: ita cum eodem sustinent Jo.à S.Tho., Salmantic.Araujò, Ferre, Serra, Gonet, & alii extranei, & in hoc sensu defenditur etiam à nobis, quamvis præcedens Ferrat. valdè probabilis sit, utpotè fundatus in D.Tho.infra q.108., art.1.& 6., & q.110.ar.1.& in 2.dist.3.q.2. art.2.

Nihilominùs posterior etiam satis colligitur ex eodē hîc ar.3.& de verit.q.8.ar.10.ubi sine ulla limitatione asserit Angelos per superiores ac pauciores species intelligere,& hoc etiam videtur cōcludare ratio, quam nlli supra insinuat, & repetit hîc in corp. sumpta ex majori propinquitate, & similitudine ad Deum: constat autem, quòd inter Angelos ejusdem hierarchiæ, & ordinis ast major accessus, vel propinquitas, & similitudo etiam secundū gradū specificū. Nam etiam intra eundem ordinem, alii magis, alii minùs accedunt, & assimilantur, & consequenter magis, vel minùs recedunt à potentialitate, ac proindè magis, vel minùs participant de immaterialitate. Hæc autem diversitas, (quidquid sit in genere intelligibili, ut supra explicatum est de visione ad ar. 2.) in genere tamen rei videtur importare differentiam essentialem, & consequentur majorem perfectionem essentialem, cui debeatur species universalior adhuc posteriorem sensum, sicut ad eundem debetur vis intellectiva universalior, cum intellectui universalior, & immaterialiori, ut dictum est, debeatur species proportionata propriæ universalitati.

Tum deindè quià D.Thom. perpetuus est in hoc ipso, quòd Angelus minùs habens de potentia, seu potentialitate, & plus de actu, seu actualitate per species universaliores intelligit, ergo si ex prædicto accessu majori, vel minori ad Deum oritur hic excessus in prædicato actualitatis, & immaterialitatis etiam secundum rationem specificam, rectè infertur ex D. Thom., secundum hanc etiam rationem, & posteriorem sensum excessus universalitatis in specie superioris. §. Videatur etiam qu. illa 108. ar. 2., ubi ad distinguendum in illis tres hierarchias recurrit ad eandem doctrinam, quam tradiderat in hoc ar.3., nempè quòd quò superiores sunt eo universaliorem cognitionem habent, quàm inferioriores. Ex quo etiam, ut jam innuimus, infertur hunc posteriorem sensum, quòd sint species universaliores non præcisè in repræsentando plures proprietates, & modos, sed etiam plures quiditates specificas, secundum conformitatem, & proportionem ad vim intellectivam superioris. Tum quià in solut. ad 2., & 3. eorum universalitatem explicat per hoc, quòd singula propria secundum proprias rationes repræsentant. Propriæ autem rationes sunt quiditates specificæ. Tum quià hanc eandem universalitatem concludit ex eorum excellentia per similitudinem, vel proportionem ad speciem, vel essentiam Divinam, sive ad ejus repræsentationē. Sic enim ait ad idem 3. *Similiter essentia Divina accipitur propter sui excellentiam proprio ratio singulorum, quæ sunt in ea. Unde sibi singula simulentur secundum proprias rationes. Et eodem modo dicendum est de ratione universali, quæ est in mente Angeli, quòd per eam propter ejus excellentiam multo cognosci possunt propria cognitione.* Ita D. Thom. Sicut ergo species Divina, quià est universalima, & excellentissima in repræsentando, singula repræsentat quoad eorum etiam quiditates specificas, pariter juxta D. Thom. species angelica superior, ob sui excellentiam, & excessum in repræsentando repræsentabit singula in objectis, ad quæ se extendit, non solum quoad modos, & rationes intelligibiles, sed etiā specificas, ita ut ly *singula* cadat non solum supra modos, aut priores rationes, sed etiam supra has posteriores, vel specificas, ut videtur convincere paritas assumpta, & motivum illius, scil. excessus excellentiæ utrinsque, scil. Divinæ supra creatam, & angelicæ superioris supra inferioram.

Ratione deindè prob. jam insinuata ex D. Tho. Quò creatura intellectualis ast superior, & similior Deo in essentia, eò plùs, & perfectiùs participat de plenitudine, & perfectiona ajus in hac linaa, ergo quò est Angelus superior, & similior Deo in essentia per universaliores species intelligit, & consequenter per pauciores. Hæc postarior cons. tenet., quià cum cognitio Angelorum naturalis, quæcunque sit, se extendat tantum ad ea, quæ ad ordinem universi pertinent, non potest universalitas speciei deservientis uni Angelo in eo consistere, quòd aliqua repræsentet, quæ non inferior, sed quòd una comprehendat, quæ per plures inferiores repræsantantur, quod est superiorem cognoscare per pauciores. Ant. etiam constat, ex communi illo axiomata, quò aliquid est similius, aut propinquius principio influanti, tantò abundantiùs participat de illo: ex quo prob. 3. par. plenitudo gratiæ in Christo, & proportionabiliter etiam in B. Virg. inter puras creaturas. Prima verò cons. prob., nam plus participare de plenitudine ejus in hac linea ast plus participare de parfectione simplicitar illius, sed intelligere omnia per unum, sive per unam speciem est perfectio simpliciter in eadem, ut per se constat, ergo si plus participat, debet plus de ista participare, quod ast intelligere per universalioras, & pauciores species.

Quòd si iterum dicas esse quidem perfectionem simpliciter, sed esse imparticipabilem à creatura, aliàs eadem facilitate poterit id affirmari de aliis similibus prædicatis divinis, quæ communiter dicimus esse incommunicabilia, ut sunt ratio actus puri, infinitatis simpliciter præsertim in linea entis &c. §. Contra hoc est, & utor altero ex his prædicatis. Quamvis ratio actus puri, (& idem proportionabiliter est de aliis) secundum formalem sui denominationem, aut rationem sui constitutivam sit imparticipabilis à creatura, bene tamen participari potest penès majorem, vel minorem recessum à suo opposito, ergo pariter licet priori modo participari nequeat perfectio intelligendi omnia per unum, saltem posteriori, ergo poterit saltem participare hoc, quod est intelligere per pauciores, vel universaliores species. Utraque cons. tenet, prima quidem à paritate; posterior verò quià sic participare per recessum ab opposito est participare recedendo à pluralitate specierum, quæ ast opposita unitati. Ant. etiam constat in eisdem Angelis, qui quià sunt similiores Deo

magis

magis recedunt à potentialitate, quàm anima nostra.

Expl. hoc ex doctrina Cajet. hìc, §. Ad objectionem contra primam. Nam cum duplex sit genus perfectionum in Deo, aliud formaliter communicabile, ut sapientia, bonitas &c. aliud verò incommunicabile, ut ratio actus puri, entis per essentiam, & similium; si loquamur de his, non ita dicuntur incommunicabiles, quasi nullo modo communicari possint, nam creatura, quo est similior Deo de omni participat, sed quià non eodem modo formaliter, aut secundum id, quod exprimunt, aut secundum eundem formalem denominationem communicantur, sicut contingit in primis. Unde sicut istæ communicantur per majorem, vel minorem accessum ad Deum, ità illæ per majorem, aut minorem recessum à suo contrario plùs, vel minùs participantur. Ex quo fit, quòd creatura Deo appropinquans per sapientiam, sic potest ad illum accedere, vel appropinquare, ut formaliter obtineat rationem sapientiæ simpliciter dictæ. Appropinquans verò quoad rationem actus, aut intelligendi, nunquam de illis potest sic accipere, ut tandem habeat rationem actus puri simpliciter, aut intelligendi per unum simpliciter, quià non accipit veluti directè per accessum, sed per recessum à suo contrario, unde secundum quòd magis, vel minùs recedit à potentialitate, & materialitate magis participat de actualitate, & de intelligere, quod est intelligere per pauciores species, ut proximè etiam, & supra de visione insinuavimus.

Declaratur ulteriùs totum hoc, & urg. præcedens replica formando paritatem ex perfectionibus etiam creaturarum. Nam in his etiam reperitur duplex genus perfectionum, quarum aliæ dicuntur esse formaliter in Deo, ut sunt perfectiones simpliciter simplices; aliæ verò non, quæ nempè determinantur per aliquam imperfectionem, vel illam involvunt in suo formali conceptu. Quando ergo asserimus de his, non reperiri in Deo, non ita intelligendum est, ut nullo modo reperiantur in illo, aliàs non esset ens summè perfectum, vel subsistens in ipsa plenitudine essendi, sed quià secundum id, quòd exprimunt, non possunt de illo prædicari; (quæ mus etiam ut supra dicebamus cum Mag. Ferre de attributis etiam loquendo de his perfectionibus admixtis imperfectioni, si sumantur specificativè, aut secundum quòd significantur hoc nomine, *perfectio* v.g. hominis, dici possit etiam prout sic esse formaliter in illo, ne videatur deficere in eadem plenitudine; sic proportionabiliter dicimus de perfectionibus Dei, quæ dicuntur in communicabiles, non quià in creatura non sint, sed quià non sunt secundum id, quod exprimunt secundum suum formalem conceptum actus puri, vel intelligere omnia per unum, possunt tamen esse secundum id, quod important de recessu à suo contrario, per majorem, vel minorem alongationem ab illo, ut dictum est.

Secundò prob. etiam principaliter concl. alia ratione ex D. Tho., ubi supra ex Cont. Gent., & urg. præcedens. Intellectus angelicus mediat inter Divinum, & humanum, ergo quò magis superat, vel recedit ab humano intelligente per species adæquatas suis objectis magis participabit de intelligente Divino, intelligendo per pauciores, vel universaliores. Prob. conf., nam quò medium magis recedit ab uno extremo, eò abundantiùs participat de alio, ergo si intellectus Angelicus mediat inter utrumque intelligentem, quò magis recedit ab humano, eo magis participabit de Divino intelligendo per pauciores species, & universaliores.

Dices non consistere in hoc rationem medii, sed in eo, quòd Angelicus habeat ab initio, in quo deficit humanus acquirens illas successivè, in quo nos etiam supra ex paritate corporum cœlestium diximus consistere excessum illius supra humanum. §. Sed contra hoc est. Nã in eo debet attendi ratio medii, in quo præcipuè attenditur ratio extremi, sed ratio extrinsque in hoc consistit, quòd alterum per unam, alterum per plures species, & adæquates intelligit, ergo ratio medii recedentis ab humano intelligẽte per plures, & adæquatas in eo consistet, quòd per paucio. res, & universaliores intelligat. Quamvis deindè ita etiam sit, quòd quia est supremus in linea intellectuali creata exigat habere illas ab initio ex paritate corporum cœlestium, quod tamen non excludit hunc etiam excessum illi convenientem ex ratione medii: ma. petet, quià vera ratio medii est, quæ respicit extrema, ut extrema, sive quæ mediat inter illa, ut talia sunt.

Secundò impugn., & urg. præcedens replica. Nam quià mediat in linea intellectiva, quæ est per recessum à materialitate, & potentialitate, quò plùs recedit ab extremo rationali, vel infimo in eadem plus participat de actualitate, & immaterialitate, ergo eadem ratione plus participabit intra illam de universalitate. Conf. tenet quià unum infertur ex alio, cum materia, vel materialitas sit, quæ in hoc genere, vel linea habet coarctare, ut patet ex superioribus, & ex dictis in lib. 3. de anima. Tum quia ratio medii in indivisibili non consistit, unde in eo, in quo mediat, scil. penès prædictam actualitatem, & universalitatem, & quò plùs recedit ab extremo infimo, plus de illis habet participare.

Dices secundò eidem rationi, & replicæ præcedenti, non posse rationem medii in Angelis suscipere magis, & minùs, sed in indivisibili consistere, nampè in eo, quòd extremum Divinum caret omni potentialitate tam physica, quàm metaphysica, cum sit in gradu actus puri; animæ verò nostra caret omni physica entitativè, quià in se est purè spiritualis, non tamen informativè, quià cum sit substantia incompleta dicit ordinem ad materiam. Angelus autem dicit omnimodam carentiam materiæ physicæ tam entitativè, quàm informativè, sed hæc eorum carentia in invisibili consistit, aliàs omnimoda non esset.

Sed contra hoc est. Nam licet omnes ex parte termini *à quo*, careant æqualiter, quatenus omnes tam superior, quàm inferior continentur intra ordinem intellectualis, & intellectivæ substantiæ, abstrahentem nempè ab omni materia, non tamen à potentialitate, & compositione, sed alii intra talem ordinem magis, alii minùs recedunt ab eadem potentialitate, & consequenter ex parte termini ad quẽ, alii magis, & alii minùs participant de actualitate, & immaterialitate, ergo benè poterit ratio medii in illis suscipere magis, & minus, sic quòd per adæquatam non intelligant, sicut anima; nec per unum omnia, sicut Deus, sed per pauciores, & universaliores. Aliàs salvari quidam poterit, quòd recedant ab anima, & accedant ad Deum, non tamen quòd magis recedant in intelligendo, ut tenentur, quò superiores sunt, si velimus omnia intelligere per eundem numerum specierum.

§. III.

§. III.

Solvuntur alia Argumenta.

PRimò arg. contra primam præcipuo fundamento oppositæ sententiæ jam insinuato. Species intelligibilis sumit unitatem suam specificam ab objecto adæquato, sed impossibile est speciei plura cõprehendẽti assignare unũ objectũ adæquatũ dãs illi unitatem specificam. Prob. mi. Quià, vel illa ratio objectiva esset generica, vel per modum modi, aut conditionis; aut alia ratio superior; sed nulla est assignabilis, ergo. Prob. mi. Et de generica patet, tum quià repræsentatio non fieret quoad rationes specificas; tum quià esset confusa, & indistincta, quod non est admittendum respectu intelligentis perfecti: quoad 2. par. verò prob. Nam omnis alia ratio est extrinseca rebus repræsentatis, ergo est insufficiens ad perfectam repræsentationem. §. Dices ut supra formalem rationem repræsentati dantis speciem esse rationem objectivam plurium, ut conveniunt in ratione unius ideati, sicut enim per unam idæam fiunt à Deo, ita, & unam rationem idæati constituere possunt repræsentabilem per unam speciem. §. Sed contra hoc est. Nam licet in Deo sit una idæa formaliter, sunt tamen virtualiter plures, alia hominis, alia leonis &c. ut colligitur ex D. Thom. supra qu. 15., ergo si semel plura sic convenirent ratione ideæ Divinæ in ratione unius idæati, & prout sic in ratione idæati haberent imitari idæam Divinam, deberent omnia esse unum, sicut eadem Divina idæa est una; vel si hanc unitatem servare non possunt, tenentur imitari illam secundum quòd inadæquatè correspondet cuilibet ideato.

Dices in Deo, qui est omnium Artifex esse plures ideas respectu hominis, leonis &c. si considerentur isti secundum se, & ut adinvicem distinguuntur, posse nihilominùs convenire, vel comprehendi sub una ejus idea prout spectare possunt ad aliquod totum in Universo, sicut plures partes domus apud suos artifices habere possunt plures ideas, nam constructor laterum habet unam ideam de illis, & sic de aliis; nihilominùs apud superiorem artificem, qui intendit construere totam Domum, cadunt sub una illius universaliori idea, prout scil. conveniunt in una ratione communi totius ædificii. Cum ergo intellectus angelicus sit velut artifex universalior, quàm noster, oportet quòd habeat species imitantes ideas Divinas, non secundum virtualem multiplicitatem, qua singulis rebus correspondet, sed secundum quòd plures ex his cadere possunt sub una ratione totius, aut secundum quòd conducere possunt ad unum finem; v.g. omnes lapides, & herbæ ut conducunt ad virtutem medicinalem; omnes aves, ut deserviunt tali regioni, vel tali fini, puta ad ornatum integri elementi, vel utilitati hominum, & sic de aliis. Debent enim species angelicæ proportionari eorum intellectui quoad immaterialitatem, & universalitatem, & consequenter magis amplè, & universaliùs imitari ideas Divinas, ac proindè minùs multiplicari, quàm humanæ.

Sed contra hoc est. Quià de ratione speciei repræsentantis objectum est, quòd sit una unitate simplicitatis, sed convenientia plurium in una ratione totius, vel finis non salvat hanc unitatem, ergo nec salvat repræsentabilitatẽ sub eadem specie. Ma. patet ex dictis, quià cum sit formalis similitudo objecti est ipsa ejus quiditas in esse intentionali. Mi. verò prob. quià hujusmodi convenientia est sola unitas ordinis ut patet ergo.

Resp. bene ibi usque ad hanc replicam; ad quam neg. mi. Ad prob. dist. ant. est sola unitas ordinis, orta ex meritis ideæ Divinæ, conc., aliundè, nego, nam cum oriatur ex eminentia ideæ Divinæ, quæ una est realiter in causando, & repræsentando, benè potest species exemplata ab eadem idea servare similem unitatem in sui repræsentatione, sive plura comprehendere salva sui simplicitate ob eminentiam, & immaterialitatem, quam habet supra quodlibet ideatum in particulari, nam hac etiam ratione idea Divina, una, & simplex omnia comprehendit, & repræsentat intellectui Divino. §. Vel poterat etiam dici, quòd licet eadem species sit una tantum unitate simplicitatis, sũpta ut quod, tamen ut quo est una unitate ordinis, sicut dicitur de specie lapidis, quòd licet, ut quod sit spiritualis, ut quo tamẽ est materialis, quatenus repræsentat, vel habet vim repræsentandi naturã ejus corpoream, vel materialem. Et similiter etiam de anima nostra dicimus quòd licet ut quod, vel entitativè, & in se sit spiritualis, ut quo tamen, sive eminenter, aut virtualiter est sensitiva, & vegetativa, quatenus tribuit, vel tribuere potest subjecto effectũ formalem, quem tribuit inferior, & modo etiam altiori; unde sicut hæc ob sui eminentiam tribuit se sola in nobis effectum utriusque formæ inferioris, scil. sensitivæ, & vegetativæ, quæ aliàs multiplicantur in inferioribus viventibus, ita poterit species angelica se sola, vel una tantũ ob eandem sui eminentiam repræsentare intellectui Angeli plura objecta, quæ in intellectu nostro inferiori repræsentantur per plures. Et poterat etiam totum declarari, & urgeri paritate, ut supra, generis intelligibilis activi.

Sed adhuc instas 1. Nam si species Angelicæ salva sui unitate simplicitatis repræsentarent plura solum ordine unum, non essent naturales, sed supernaturales, ergo. Prob. ant. Quià sic repræsentare est imitari modum ideæ Divinæ convenientem illi prout in se ipsa est, ergo sicut hac ratione gratia, quià est formalis participatio Divinæ naturæ radicans juxta meritum illius visionem, & amorem Dei, ut in se ipso est, pertinet ad ordinem supernaturalem, & in se supernaturalis est, pariter species Angelicæ si repræsentarent juxta meritum, & modum Divinæ ideæ, scil. salva sui unitate simplicitatis, quæ sunt ordine unum, magis essent supernaturales, quàm naturales.

Instas secundò. Nam si ita repræsentant, quià exemplantur ab ideis Divinis, sequitur, quòd primò repræsentatum ab illis sint ideæ, vel res prout in ideis, sed hoc est falsum ergo: mi constat, quià primum repræsentatum debet esse id, ad cujus repræsentationem dantur, scil. res extra Deum in se ipsis. Ma. verò, vel sequela prob. Quià exemplatum debet primò repræsentare exemplar sui, ergo si ita repræsentant, quià exemplantur ab ideis præcontinentibus res, primò repræsentatum erunt ideæ, vel res in illis.

Ad 1. neg. ant. Ad prob. dist. Est imitari modum ideæ Divinæ, ut in se ipsa est, præscindendo à connexione cum objectis naturalibus, nego, ut connexæ cum illis conc. Vel iterum dist. Prout in se ipsa est, ut determinatè spectat ad ordinem supernaturalem, neg., ad naturalem, vel communiter ad utrumque, cõc. ant., & cõs. neg. Quià gratia est participatio totius naturæ Divinæ, & ut spectat ad ordinem non solum supernaturalem; sed etiam infinitum, qua ratione di-

cimus,

tiendi, quòd licet, ut creatura est, modo finito categorematicè participet naturam Divinam, potest tamen eam participare sua termino. Cæterum species, (sicut, & aliæ formæ naturales) sunt tantum participationes Dei, ut spectant ad ordinem naturalem, & finitum, & ideo licet ex quo angelicæ, vel superiores sunt, ob sui ampliorem immaterialitatem, vel universalitatem supra nostras possint aliquomodo imitari modum prædictum ideæ Divinæ non tamen supra, sed intra ordinem naturalem, sive entitetivè, vel in se ipsis, sive repræsentativè, vel ex parte objecti, ita ut possint plura, salva eadem unitate, non tamen infinita, sive omnia per unum, sicut idea, vel essentia, qui est proprius modus speciei Divinæ incommunicabilis creaturæ.

Ad 2. dist. ma. sequitur quòd primo repræsentatum ab illis in ratione effectuum, sive ut sunt effectus Dei, & sub hac ratione, conc., in ratione specierum intelligibilium, sive sub hac earum formali ratione, neg. Sicut enim in simili dicebamus in physicis de actione creata, quòd respectu Dei non se habet ut actio, sed tantum ut effectus, ita species angelica respectu ideæ Divinæ, à qua exemplatur magis obtinet rationem effectus, quàm speciei, nam sub hac ratione per se primò habet repræsentare res ad extra, ad quarum repræsentationem datur; quidquid sit quòd sub priori ratione primò repræsentet illam, ut causam, sicut cæteræ repræsentant Deum, non tamen ut objectum, unde sicut eadem create in linea efficientis primò respicit Deum, non tamen sub formali ratione actionis, secundum quam habet constituere principium proximum actu operans; sic species exemplatæ ab eisdem ideis, sub formali ratione speciei primò respiciunt objecta, ad quorum repræsentationem exemplantur.

Secundò arg., & est replica evertendo rationem fundamentalem. Ex eo species angelicæ sunt ita universales in repræsentando plura, vel eidē inadæquatę, 7 quià non accipiuntur ab illis, sed à Deo, vel ejus ideis, sed hæc ratio non obstat, ergo, prob. mi. Quamvis accipiantur à Deo, sunt tamen ut nos dicimus, per se primò propter repræsentationem rerum ad extra, ergo tenentur multiplicari ad earum multiplicationē. Prob. cons. quià secundum doctrinam D. Thom. supra q. 50. ar. 3. ad 3. si substantiæ angelicæ essent propter motus corporum cœlestium tot essent Angelī, quot sunt motus eorum, ergo pariter &c. Ant. patet ex litera, nam solvens tertium argumentum procedens ex eo, quò Angeli non essent in majori numero, quàm motus corporum cœlestium, quià motus iste est proprius effectus substantiarum separatarum. *Ad 3. (inquit) dicendum quòd ratio illa est Arist. in metaph., & ex necessitate concluderet, si substantiæ separatæ essent propter substantias corporeas, ergo.*

Ad hoc neg. mi. Ad prob. neg. cons. Nam cum D. Th. in illo tractet de numero Angelorum, & probet eorum multitudinem quasi incomparabiliter excedere multitudinem substantiarum materialium, supponit in solutione, quòd si propter istas essent, cuilibet cœlesti corpori esset unus deputatus, ac proindè tunc non oporteret esse in magno numero; quià si ob hunc finem essent creati, frustra essent (inquit) aliæ immateriales substantiæ, nisi ex eis aliquis motus in rebus corporalibus appareret. Cessaret enim tunc talis finis, & ideo tot essent, quot corpora cœlestia. Nam si non supponeret esse sic unum deputatum cuilibet ad eorum numerum non posset ex determinato numero motuum determinatè inferri numerus Angelorum. Cæterum species angelicæ licet sint ob repræsentationem rerum ad extra, non tamen supponendum est esse cuilibet unam deputatam, sed de hoc ipso inquirimus, & ob rationes adductas id meritò negemus, nec earum numerum tenemur inferre ex numero illarum.

Sed instas. Ex eo tenemur supponere in dicta hypothesi, quòd cuilibet cœlo sit unus Angelus deputatus, quià tunc essent propter motus eorum, ergo si species similiter sunt propter repræsentationem objectorum ad extra tenemur etiam supponere, quòd sit cuilibet assignanda propria ejus species. §. Resp. eodem modo, unde claritatis gratia dist. ant. Quià tunc essent propter motus eorum, ad hunc sensum, quòd cuilibet corpori cœlesti teneretur correspondere unus Angelus, neg., quòd unus tantum sufficeret, & non plures, conc. Unde suppositio non consistit, quòd si essent propter eorum motum, quòd deberet cuilibet unus deputari, sed quòd unus tantum sufficeret, ex quo rectè infertur, quòd tot essent, quot sunt cœli, quià tunc alii essent frustra, ut subdit ibi, si unus sufficit pro quolibet. Quidquid deindè sit, an posset unus pro pluribus, sicut modo affirmamus nos de speciebus respectu objectorum. Unde solum poterat inferri ex hac paritate, & doctrina D. Tho., quòd una tantum erat assignanda species pro singulis objectis, & non plures, quidquid sit, an una sufficere possit pro pluribus, de quo est controversia. Imò hoc ipsum potiùs inferendum esset, sicut affirmatur, ut supposito, sufficere unum Angelum pro pluribus cœlis.

Tertiò arg ad idem, & potest esse iterum replica contra superiora. Quiditas hominis, & quiditas leonis sunt specificativa adæquata duarum specierum, ergo nequeunt per eandem repræsentari. §. Dices ut supra dist. ant., duarum specierum, quæ accipiunt suum esse intelligibile ab illis prout in se ipsis conc., prout contentis in ideis Divinis, neg., nam prout sic ut dictum est, imitentur repræsentationem ideæ Divinæ, quæ uniformiter præcontinens potest plura repræsentare. §. Sed cōtra hoc est Quià quiditas hominis adæquatè specificat speciē, quæ accipitur à se ipso, ergo specificat adæquatè speciem sui impressā, quæcunque sit. Prob. cons. Nam quia motivum charitatis specificat actum dilectionis, & motivum honestatis, actum honestum, impossibile est voluntatem etiam angelicam eodem indivisibili actu ferri in bonum ex motivo charitatis, & honestatis, ergo si semel quiditas hominis habet speciem sui impressam, specificabit illam adæquatè quæcunque sit, etiam angelicam.

Impugn. secundò, Nam si quià non accipitur à rebus posset superare comprehendendo plures quiditates, posset etiam excedere comprehendendo plures possibiles; consequens non admittitur, ergo. Prob. sequela ex illo axiomate. Ubi non obstat pluralitas, nec obstat infinitas, unde si semel aliqua essentia posset exire limites proprios specificos, & ingredi alienos, esset eo ipso illimitata, & infinita sicut Deus.

Tertiò, Quià si ex eo quòd accipitur ab ideis haberet talem amplitudinem ad repræsentandum utramque quiditatem hominis, & leonis, haberet etiam illam ad præcontinendum differentias athomas specierum, quæ apud nos repræsentant hominem, & leonem, sed hoc est impossibile, ut patet in anima rationali, quæ licet dicatur præcontinere gradum corporeum lapidis, & vegetativum plantæ, non ta-

men differentiam athomam plantæ, & lapidis, nam altera importat, quòd fit tantum corporea, & altera tantum vegetativa, ergo.

Resp. bene ibi dictum esse. Ad 1. replicam neg. conf. Ad prob. neg. iterum conf., & disparitas est, quià prædicta duo motiva nequeunt fic convenire uniformiter in una aliqua ratione communi respectu actus voluntatis, quicunque fit five in nobis, five in Angelis, ut non ponant in numerum formaliter loquendo, ficut plura objecta fub eadem repræsentabilitate respectu actus intellectus, & speciei ejus, unde licet dicamus eadem motiva adæquatè specificare etiam in Angelis, non tamen objecta repræsentabilia singulas eorum species, quià istorum diversitas per accidens, & materialiter se habet respectu speciei repræsentantis illa sub una ratione communi, in qua conveniunt, ut ostensum est. Qua ratione docet infra D.Thom. q.77. ar.3., & 79. ar.7. Quòd si potentia aliqua respiciat ut objectum rationem aliquam communem, in qua multa genere, vel specie diverse conveniant, talis potentia ad omnia illa se extendit, nec tenetur multiplicari, aut diversificari secundum diversitatem differentiarū, aut modorum contrahentium, quià talis diversitas per accidens, & materialiter se habet respectu illius, & multa ille sub eadem ratione contenta non respiciuntur per se essentialiter à potentia, ut diversa sunt, sed ut conveniunt in ratione communi, quæ est ratio quæ adæquata specificativa potentiæ:sic similiter contingit in specia angelica respectu plurium objectorum, quæ repræsentat, ut explicatum est.

Ad 2. neg. sequelam, nam licet dicamus creaturam aliquam five in essendo, five in repræsentando, perfectiùs alia participare de plenitudine Dei, nunquam tamen potest ad hoc pervenire, ut sit adæquata participatio ejus, ut insinuavimus in ipsa etiam gratia, quæ est omnium præstantissime, & tamen est participatio deficiens, ità ut possit quidem crescere in infinitum, ut dictum est, ex eo quòd est participatio ordinis infiniti, non tamen cathegorematicè, ut perveniat ad infinitatem Dei, sed tantum syncathegorematicè, ita ut sit sêper in potētia ad majorē. Ad prob. dicimus(ut etiam colligitur ex dictis)quòd illud axioma tenet in rebus, quæ sunt ut fint, & consequenter extre nequeunt proprios limites specificos; non ut alia fiut, five repræsentent, nam in hoc ordine repræsentativo, five intentionali, vel intelligibili habent amplitudinem,& extensionem juxta quantitatem suę immaterialitatis, & majoris recessus à materia, à qua habetur limitatio, & coarctatio,

Ad 3. neg. ma., nam cum ut sæpè dictum est, non accipiatur à rebus, sed à Deo solum tenetur participare differentiam athomam ideæ Divinæ,scil.utrumque repræsentare cum unitate, non verò continere athomam specierum, quæ à rebus accipiuntur. Quamvis enim fit participatio perfectior utpotè proportionata intellectui perfectiori, adhuc tamen, ut dictum est, est inadæquata, & deficiens participatio ejus.

§. ULTIMUS.

Solvunt alia argumenta contra secundam Conclusionem additis Corolariis.

QUartò arg. Angelus per nos nequit alia à se intelligere per suam substantiam, sed in hac sententia esset debilis omnia intelligens per illam, ergo. Prob. mi., supponendo, quòd supremus Angelus alia à se intelligat per unam tantum speciem, & se ipsum per propriam substantiam. Tunc sic arg. Supra Angelum modo de facto supremum est alius creabilis superior illo, ut suppono, ergo si quilibet superior in gradu intelligit per universaliores, & pauciores species, hic alius supremus noviter creatus omnia intelligeret per suam substantiam. Prob. conf. quià verificari nequit, quòd per pauciores intelligat, si præter propriam substantiam, aliam habeat, ut per se patet, ergo.

Huic arg. si teneremus modum dicendi Capreoli facilis est solutio dicendo quòd species ei deservieus adhuc superaret in paucitate, non præcisè quoad numerum, quia utriusque esset una tantum, sed quoad universalitatem, quie esset universalior in manifestando plures rationes intelligibiles ejusdem rei, unde illa una Angeli modo tunc supremi, esset paucior ut sic dicamus, quià sufficeret ad manifestandum, quòd sole modò de facto supremi manifestare non posset utpotè minùs universalis, scil. tot easdem rationes intelligibiles.

Sed prætereà dicimus cum Cajet. hìc ar. 3. §. *Ad hoc dicitur*. Quidquid sit de illa hypothesi, admissa tamen, quòd tunc cuilibet inferiori superaddenda esset una species, qua posset intelligere eundem supremum noviter productum, & cum non haberet iste nisi unam, sicut modo de facto supremus, quià supremus est, unam tantum habet, & consequenter verificatur de illo, quòd per pauciores intelligat alia à se, & nullatenus per suam substantiam, ita idem pariter verificaretur in eadem hypothesi, & semper de alio superiori producto.

Sed contra hoc 1. est. Quià hæc solutio videtur se ipsam destruere. Nam si cuilibet inferiori superadderetur nova species, quilibet inferior per æquales species intelligeret, ergo. Prob. sequela. Ne m species nova superaddita adæquaretur cum illo tantum Angelo, ergo esset æqualis in omnibus.§.Secūdò quia idē superior Angelus esset cognoscibilis per speciem, quam habet Angelus modo de facto supremus, ergo non est alia huic superaddenda,& consequenter si verificari debet, quòd novus supremus per pauciores intelligat alia à se, non intelliget nisi per suam substantiam. Prob. ant. Nam species modo de facto supremi est sufficiens ad repræsentandum omnem substantiam spiritualem, & corporalem de facto, ergo esset etiam sufficians ad repræsentandum aliam superiorem spiritualem noviter creatam. Prob. conf. nam ideo est modo sufficiens ad omnem de facto, quia repræsentat aliquem gradum substantiæ, in quo omnes conveniunt, sed spiritualis noviter producta sub illo contineretur, ergo esset per illam repræsentabilis.

Resp. bene ibi cum Cajet. Ad 1.replicam dist.ant. quilibet per species æquales intelligeret, objecta inferiora, neg., superius, conc., sed tunc nego suppositum,quòd universalitas speciei attēdenda sit respectu subjecti non inferioris, nam cum importet quandam superioritatem respectu objectorum attendi non potest respectu alicujus superioris, ut supponitur Angelus noviter productus. Tum quià neque ejus inæqualitas discerni potest, si unum tantum sit objectū repræsentandum, nisi recurremus ad superiorem modum Capreoli,

Ad 2. neg. ant. cum expresè ejus oppositum docet

ftat D. Thom. q. seq. ar.2. ad 4. ut vidimus supra, Ait enim ibi. *Si Deus instituisset facere plures Angelos vel plures naturas reru, plures species intelligibiles mentibus angelicis impressisset. Sicut si adificator voluisset facere majorem domum fecisset majus fundamentum. Unde ejusdem rationis est, quod Deus adderet aliquam creaturā universo, & aliquam speciem intelligibilem Angelo.* Ad prob. neg. cōs. Ad prob. dist. ant. quia repræsētat aliquē gradū, determinatū per omnem differentiā entis spiritualis inferioris, conc., per omnē absolutè, neg., nā aliàs repræsentaret illi etiam propriam substantiam, cum hæc pariter conveniat in gradu substantiæ. Et ratio iterum à priori petest ea esse, quià cum sit imitatio speciei intelligibilis Divinæ, sicut hæc universalitatem non servat in ordine ad Deum, sed ad objecta sibi inferiora, ita universalitas speciei in ordine ad objecta par'ter sibi inferiora attendenda erit.

Sed adhuc instas. Angelus inferior minùs distaret ab illo inferiori, quàm modo distet à Deo Auctore naturæ, sed per suam substantiam cognoscit etiam Deum Auctorem naturæ, ergo per speciem, quam modo habet, cognoscere potarit Angelum superiorem, mi. est D. Tho. q. seq. ar.3. versus finem corp., ubi ait. *Quià enim imago Dei est in ipsa natura Angeli impressa, per suam essentiam, Angelus Deum cognoscit in quantum est similitudo Dei.*

Resp. dist. mi. Per suam substantiam cognoscit Deum, tanquam per speciem impressam repræsentantem Deum, neg. tāquam per objectum cognitum, in quo relucet imago Dei, seu gerens imaginem illius, conc., & in hoc sensu loquitur ibi D.Th., ut patet ex verbis ultimis corp. *Unde magis* (inquit) *ista cognitio tenet se cum speculari, quia, & ipsa natura angelica est quoddam speculum Divinam similitudinem repræsentans.* Itaque non intendit D.Thom. quòd substantia Angeli se habeat, ut species impressa se ipsa immediatà, ut quo repræsentans Deum, sicut cœteræ repræsentant immediatè objectum suum, (hoc enim negat ibidem, & supra qu.12., ut vidimus de quacunque specie, vel similitudine creata) sed tantum per modum objecti cogniti, ut quod, seu per modum speculi, in quo relucet imago Dei, ad similitudinem speciei impressæ lapidis, ut præmittit ibidem, quòd sicut in illa est imago lapidis immediatè accepta ab illo, ita in propria substantia est imago Dei immediatè accepta à Deo, unde sicut per illam, ut expri-mentam imaginem lapidis cognoscitur lapis, ita per propriam substantiam, ut exprimentem imaginem Dei cognoscitur Deus. Quamvis deinde discrimen sit, quòd species lapidis (& idem est de aliis speciebus impressis) quià est formalis, & immediata similitudo ejus conducit ad ejus notitiam sine prævia sui cognitione, sed immediatè per modum formæ, ut quo, non tamen substantia Angeli ita conducit ad notitiam Dei, sed per modum similitudinis jam cognitæ, & ut quod manifestat illum, & non per modum speciei impressæ immediatè, aut primatiò repræsentantis Deum. De quo latè supra ad ar.8. q.12.

Ultimò arg. ad probandum universalitatem speciei ex superioritate non gradus, sed ordinis, vel Hierarchiæ. Superioritas in gradu non tollit convenientiam in modo cognoscendi sibi inferiora, ergo nec tollit in universalitate specierum. Conf. videtur tenere, quià cum species sit ob repræsentationem objectorum, ubi est idem modus cognoscendi, ibi erit idem modus repræsentandi illud. Ant. verò sumitur ex D. Tho. infra qu.108. ar.1., ubi supremis primæ Hierarchiæ attribuit modum cognoscendi universaliorum, scil. per universalissimam causam, quæ est Deus, mediis verò per causas universales creatas: aliis autem tertiæ per proximas, & secundum hanc diversitatem modi, magis, vel minùs universalis in cognoscendo distinguit tres Hierarchias.

Ad hoc neg. conf. Ad prob. dist. ant. Idem debet esse modus repræsentandi, quoad numerum, aut universalitatem speciei, neg., quoad veritatem cognitam, conc. Neque oppositum docet ibi D. Tho., sed solum intendit assignare discrimen unius ab altera hierarchia, & convenientiam in modo cognoscendi intra eandem, tum ex parte medii, aut causarum, tum ex parte veritatis cognitæ quatenus primi res cognoscunt secundum quòd dependent ab universalissima causa; medii à causis creatis, & ultimi à causis proximis, quæ plures sunt, & minùs universales, quod optimè componitur cū eo, quòd habeant species universaliores secundū superioritatem in gradu. Quia cum ordo hierarchiæ non sit naturæ, sed gubernationis, præcisè attenditur secundum dispositionem, qua voluit Deus ad statuendum primam hierarchiam, ut omnes illius veritates perciperent modo explicato, & sic de mediis, & ultimis. Ordo autem, & dispositio specierum, utpotè spectans ad naturam, secundum majorem, vel minorem excellentiam in natura penès proprium gradum specificum desumitur.

Ex dictis primò colligimus, non esse improbabile, quòd quilibet Angelus res sibi inferiores per unam speciem intelligat, nam cum hęc proportionetur intellectui angelico, cui deservit, sicut ille habet perfectionem superantem omnia sibi inferiora, sic pariter eundem excessum ad illa habebit species ejus, ac proindè una sufficere poterit ad omnia illa. In favorē hujusmodi referuntur Cajet., & alii Thomistæ, nec se probat à S. Thom. hic num. 16., quamvis 17., & 18 seqq. cum aliis suppresso nomine id existimat valdè difficilē, & ideo nunquā pervenīedū esse ad aliquē, qui unica specie omnia cognoscat. Tum quià ut supra probabiliter dicebamus, ad salvandum excessum universalitatis in specie, satis est repræsentatio plurium rationum intelligibilium, vel respectu rum ejusdem rei ad causas latentiores, ad quas inferior pluribus speciebus indigat. Tum quià licet attendatur hic excessus ad plures quiditates specificas, sic quòd tandem supremus omnia corporalia per unam tantum intelligat, difficilè tamen est, quòd omnia spiritualia una tantum comprehendat ob maximam perfectionē substantiarum spiritualium, quarum tota collectio non videtur posse concludi, aut præcontineri in una tantum specie Angeli superioris; sæpè enim virtus, quæ est superior, & sufficiens ad singula, non est sufficiens ad omnia simul, ut patet in quantitativis, sive quantitate molis, sive quantitate virtutis, quando scil. in unione, vel consortio afferunt majus pondus, & perfectionem, ut videtur contingere in casu, cum etiam inferiorum spiritualium accidentia, & affectiones, sive operationes intelligibiles, & voluntariæ majoris multitudinis sint, & latentioras profunditatis, & consequenter majoris aliquomodo perfectionis. Imò hoc ipsum existimat fortè etiam inter res corporeas, quòd aliquæ earum tantæ perfectionis sint, ut non facilè unica specie simul penetrentur cum aliis, sed pluribus. 5. Sed tandem in re tam obscura, ac difficillima aliquid ulteriùs sic, vel sic determinare, incertum est, (subdit idem) cum nobis manifesta non sit mensura, qua singulos Angelos Deus men-

meosus est. Sed quidquid de hoc sit, satis pro nunc sit, hujusmodi modos insinuasse ad uberiorem viam aperiandam pro nostra conclusione.

Secundò colligimus, quòd si semel duo Angeli superiores per eandem specię repræsentarentur inferiori, non posset iste tunc per illam connaturaliter intelligere, non quia præcisè excederet in immaterialitate intellectum ejus utpotà comprehendens duo objecta illo immaterialiora (nam etiam species, qua modo utitur inferior ad cognoscendum supremum eodem excessu specifico superat, cum illa sit tantæ immaterialitatis, quantæ est objectum repræsentatum,) sed quia, ut dictum est, nequit per speciem universalem connaturaliter intelligere nisi inferiora, unde in ordine ad objectum superius tantum connaturaliter intelligit per speciem illi adæquatam & solum ut vidimus, poterat salvari universalitas major juxta modum Caprroli,

Tertiò colligimus (ut etiam docet infra D. Tho. q.58. ar.2.,) quòd omnia, quæ per unam speciem repræsantantur intellectui angelico possunt per unum actum intalligi ab illo, cum sit proportionata lumini ejus, ut dictum est, quod tamen intelligendum est de objectis in statu existentię, non futuritionis, nam licet ad hæc sufficiens sit quantum est ex se, Angelus tamen ad existentia solum naturaliter se extendit. Similiter debent eadem objecta pertinere ad genus, vel ordinem naturalem, & tanquam aliquid hujus universi, nam propter cogitationes cordium excluduntur ea, quæ pertinant ad genus moralitatis, non quia per unam speciem repræsentari non possint simul cũ omnibus necessatiis, sed quia subjiciuntur dominio voluntatis Angeli, cujus sunt; unde nisi ab isto manifestentur, vel dirigantur ad intellectum alterius nequeunt ab illo cognosci. Quamvis autem unico acto ea omnia attingere valeat, non tamen tenatur samper adæquatè uti tali specie, sed potest pro sui libertate præscindere juxta beneplacitum, vel moderationem suæ voluntatis utendo illa inadæquatè per varios conceptus. In quo discriminatur eadem species à specie, vel essentia Divina, quòd hæc in rationa speciei intelligibilis nititur ad repræsentandum intellectui beatorum juxta dispositionem luminis gloriæ, quod ex sua essentia inclinatur necessariò ad omnia Divina, onde nequit eidem uniri Divina essentia ut repræsentans se ipsam nisi simul omnia Divina repræsantet, species autem angelica, licet habeat po... omnia illa objecta repræsentare, quià tamen subditur voluntati Angeli, potest iste præcisivè uti illa, & inadeqoatè ad cognoscendum unum, & non aliud;

QUAESTIO QUARTA:

Utrum Angelus inferior comprehendat Superiorem.

PRO utraque parte militant gravissimi Thomistæ, & alii extranei. Pro affirmativa Ferrara: 2. Cont. Gent. cap.98., Bannez hìc qu.56. ar. 2., Gonzalez disp. 25. sect., Aravyo ar.3. dub. 3. Salmantic. tract.7. disp.6. dub.3., & ut probabilem admittunt Mag. Ferre in manoscriptis hìc q.12.§. 1., & Suarez lib. 1. de Angelis cap.31., & Zumel hìc ar.2. qu.2., quæ etiam placuit Victoriæ, & Soto.

Negativam sustinent Cajet. infra quęst. 89. art.2, §. *Ubi adverte*, Nazarius hìc ar.2. controv.2., Zumel, & Suarez ubi supra, & disp.35. Metaph., Mag. Serra hìc dub.2., Mag. Joan. à S. Thom. disp.22. ar.1., Gonet disp.7. art. 2. Quamvis hi duo fateantur posse comprehendere, si interveniat illuminatio facta à superiore, non tamen ex vi solius proprię virtutis naturalis. Hanc etiam sententiam tuetur Mag. Ferre æquè probabilem cum prima.

Sed ne contendamus de eo, in quo omnes, ni fallor, debent convenire, adverto quòd si nomine comprehensionis intelligamur cognitionem illam, qua inferior non solum teneatur cognoscere omnia, quæ formaliter, & virtualiter continentur in superiori, sed etiam sub tota omnimoda immaterialitate tam activè, quàm objectivè, quanta gaudet superior, certum est non posse inferiorem comprehendere, imò nec cognoscerę illum, cum tantæ non sit, ut supponimus. Nihilominùs adhuc restat difficultas, quòd sicut de Christo, & de beato pruportionabiliter dicitur, quòd comprehenderet Divinam essentiam, vel omnipotentiam, si omnia tam formaliter, quàm virtualiter in illis contenta videret in Verbo, ita Angelus inferior comprehenderet superiorem, si omnia similiter tam formaliter, quàm virtualiter contenta videret in illo, secus verò si aliquod istorum lateat. Et quidem sermo est de his, quæ naturaliter connectuntur, non liberè, nam hoc modo certissimum est neq. superiorem comprehendere inferiorem ex sola virtute naturali.

Quòd autem in hoc sensu adhuc agitanda sit difficultas, colligitur ex eo etiam, quod subdunt Autores secundæ sententiæ, qui loquuntur cum prædicta distinctione, scil. quòd ex propria virtute naturali non potest, benè tamen si fortificetur per illuminationem, aut communicationem maioris intelligentiæ, ubi certum est nunquam posse devenire ad hoc, quòd inferior ex parte rationis formalis sub qua tam activè, quàm objectivè, scil. immaterialitatis, tanta gaudeat in intelligendo, quanta gaudet, & ex suis intrinsecis petit superior, aliàs non intelligeret, ut inferior, sed ut æqualis, & esset eadem quæstio, ac utrum Angelus comprehendat se ipsum, quòd modo supponimus, sicut & quòd superior comprehendat inferiorem.

§. I.

Statuitur conclusio ex auctoritate D. Tho.

SAlva probabilitate partis affirmativæ eligibilior videtur negativa. Fateor utramq. partem satis fundari in D. Tho., negativa tamen videtur conformiùs loqui de comprehensione juxta doctrinam ejus, & ideo eligibilior. §. Prob. ergo 1. ex eodem q. 16. de malo art.8 in corp. versus medium, ubi sic ait. *Circa species autem intelligibiles considerandum est, quod unusquisque aliter se habet ad species intelligibiles superioris intellectus, & aliter ad species intelligibiles intellectus inferioris, nam species intelligibiles superioris intellectus sunt universaliores, & ideò non possunt comprehendi per species intelligibiles intellectus inferioris, & ideo inferior intellectus, non potest eas perfectè cognoscere.* Ex quo arg. sic. Angelus inferior nequit comprehensivè cognoscere species Angeli superioris, ut docet D. Tho., ergo nec potest illum comprehendere, Cons. tenet, quià ad comprehendendum requiritur

co-

cognitio omnium, quæ sunt naturaliter connexa, aut debita, aliàs aliquid latet, quod est contra conceptum proprium comprehensionis, ergo si juxta D. Thom. Angelus inferior nequit perfectè vel comprehensivè attingere species superioris eidem naturaliter debitas, & connexas, nec poterit juxta illum comprehensivè attingere Angelū superiorem. §. Dices cum Salmantic. & M. Arauyo non loqui ibi de speciebus Angelicis superioris, & inferioris Angeli collatis inter se, sed de illis hominis comparativè ad angelicas, quas certum est non posse ab istis comprehendi, utpotè limitatis, & particularibus. §. Sed contra hoc est ex causali D. Tho. Nam ideo negat species inferioris comprehendere illas superioris, quià sunt universaliores, sed hoc militat de quacunq. inferiori sivè angelica, sive nostra, cum respectu omnium sibi inferiorum sit universalior, ergo nec nostra, nec illa Angeli inferioris potest comprehendere illam. Dices secundò & probabiliùs cum eisdem Salmantic., ad comprehensionem Angeli superioris non requiri, quòd comprehendantur species ejus, sed satis esse, quòd cognoscatur secundum ea omnia, quæ ex vi substantiæ ejus cognosci valent, nam hæc solum pertinent ad lineam entis naturalis, & unico actu, & specie cognoscibilia sunt, quod tamen non habet species, cum unico actu, & specie secundum omnia sibi convenientia, vel quæ in illa sunt, cognoscibilis non sit. Per quod etiam solvitur argumentum factum. §. Sed contra hoc est. Quià ad cōprehensionem rei requiritur attingentia omnium, quæ pertinent ad sui statum connaturalem, aliàs non cognoscitur quātum est naturaliter cognoscibilis, quod tamen est necessarium ad illius comprehensionem ut latè patet ex dictis q. 12. ad art. 8. ex D. Tho., & D. Aug., sed species Angelica pertinet, ut dictum est, ad statum connaturalem Angeli, ergo nequit superior comprehendi non comprehensa ejus specie. Nec obstat unico actu, & specie non esse cognoscibilem. Nam neque omnia, quæ pertinent ad universum ens naturale creatum cognoscit quilibet Angelus unica, & simplici cognitione, & specie, & tamen in opposita sententia quilibet est comprehensivus totius ejusdem entis.

Secundò instatur. Nam in sententia eorum illorum, species, qua Angelus inferior comprehendit superiorem est ejusdem gradualis immaterialitatis cum substantia, & speciebus ejus, ergo si quià convenit in gradu, unico actu, & specie comprehendit superiorem, poterit eodem modo comprehendere speciem illius. Vel aliàs dabitur objectum, & species ejusdem gradus, quæ tamen non erit comprehensiva illius, quod est evertere fundamentum partis affirmativæ, quià in hoc potissimùm fundatur, quòd inferior convenit in eodem gradu immaterialitatis cum superiori Angelo.

Dices ergo tertiò cum M. Ferre hîc §. 4. secundum quod æquè probabilem sustinet alteram partem, nempè omissis his solutionibus, ut minùs sufficientibus, non negare D. Tho. Angelo quamcunque comprehensionem specierum superiorum, sed eam tantum, quæ possit se extendere ad omnia repræsentata per illas, sic enim haberet speciem universaliorem, quàm superior, quià ultra illa objecta comprehenderet etiam substantiam Angeli superioris, quam iste per speciem sibi superadditam non cognoscit, sed per se ipsam, ut dictum est. Unde existimat D. Tho. solum negare, quòd comprehendat illam sumptam ut quo, vel exercitè, sive ut actu repræsentat omnia inferiora, quæ in se ipsa præcontinet; sed tantum signatè, & ut quod, sivè subjectivè in se ipsa per modum quiditatis; & juxta hanc distinctionem solvitur argumentum factum, & salvatur causalis D. Thom. fundata in maiori universalitate.

Sed licet hæc solutio ingeniosa sit juxta ea, quæ in superioribus adducta sunt, adhuc non videtur omninò conducere ad intentum D. Tho. Quià in eo præcipuà consistit, quòd species inferioris perfectè cognosci potest à superiori, non tamen è contra, sed juxta hanc solutionem non videtur salvari hoc discrimen, ergo. Prob mi. Nam etiam Angelus superior non aliter videtur cognoscere speciem inferioris nisi ut quod, vel signatè, non ut quo, vel exercitè. Tum quià hoc modo solum Angelus inferior, cujus est propria, & cujus tantum cognitioni subditur, eam cognoscere videtur. Tum quià quilibet Angelus unica tantum specie indigeret, & per unicam tantum omnia cognosceret, superiorem quidem, vel superiores per modum quiditatis, & inferiores etiam extensivè ad omnia per illas repræsentata, quod non admittitur.

Dices cum eodem ita esse, quòd Angelus superior non potest cognoscere speciem inferioris ut quo formaliter, cum hoc propriè non sit cognoscere speciem, sed magis objecta per illam repræsentata, ac proinde prout sic subdi tantum cognitioni Angeli inferioris; nihilominùs hoc habet superior supra inferiorem, quòd eandem cognoscat ut quo æquivalenter, quatenus ejus species utpotè universalior eadem objecta repræsentat, quæ repræsentantur per inferiorem, & alia plura, quod tamen non habet inferior ob sui limitationem, unde exhibere nequit repræsentationem exercitam omnium, quæ repræsentantur per superiorem, & consequenter nec formaliter, nec æquivalenter potarit hæc ut quo comprehendi ab Angelo inferiori, quod satis est ad salvandum præfatum discrimen D. Tho.

Sed contra hoc est. Nam D. Tho. Ex eo quòd species superioris non perfectè comprehenditur à specie inferioris, sed magis è contra infert, quòd intellectus inferioris non perfectè cognoscit speciem superioris, sed magis è contra. Ex quo sic arg. D. Tho. in hoc discrimine loquitur præcipuè de speciebus in ratione objecti cogniti, vel prout in se ipsis, ergo non videtur sufficienter salvari recurrendo, vel explicando de cognitione illius quoad æquivalentiam. Prob. cons. nā positis sola cognitione perfectiori illius quoad æquivalentiā non videtur sufficienter assignari discrimen iuter utramq. in ratione objecti prout in se ipsis, sed magis ex parte termini repræsentati, vel aliorū objectorū, ergo supposito quòd loquatur de illis prout cognoscibilibus in Angelo cognito, nō videtur salvari idē discrimen ad intentū D. Th. §. Expl. hoc. Nam cognoscere speciem ut quo æquivalenter modo exposito non est cognoscere præcisà speciem, sed magis altiori modo objecta repræsentata per illam ergo sistendo in cognitione speciei in se ipsa, vel in ratione objecti simul cum Angelo superiori cognito non apparet subsistens tale discrimen si etiam superior perfectè cognoscitur ab inferiori.

Secundo insto contra utramq. solut. Non stat Angelum inferiorem semel comprehendere speciem Angeli superioris ut quod, illa non cognita æquivalenter

ter ut quo, ergo vel illam non comprehendit, vel adhuc non assignatur sufficiens discrimen. Prob. ant. Quià comprehendens aliquam causam, aut formalem rationem continentiæ plurium, comprehendit etiam omnia in illa contenta, quæ cadunt sub eadem ratione, vel sub eodem lumine visibilis, aut cognoscibilis, sed omnia contenta in specie Angeli superioris sunt naturaliter cognoscibilia, ergo semel comprehensa specie ab Angelo inferiori debent omnia contenta in illa ab eodem comprehendi.

Expl., & urg. hoc ex communi nostra doctrina. Nam lumen, vel virtus semel cõprehensiva alicujus, causæ vel objecti est penetrativum in eadẽ, vel in eodem omniũ contentorum ut patet ex dictis de visione, triplex enim lumen distinguitur ibidem, scil. purè quiditativum, quo gaudent omnes beati, & quo videut totũ Deũ ut in se est unũ, & trinũ, alterum penetrativum, quo de visis in illo, cum sit infinitè visibilis, unus alio intensiùs, & magis panetrativè videt juxtà quantitatem, seù perfectionem intensivam luminis gloriæ, ut ibi explicatum est, aliud verò comprehensivum, quo attingitur objectum, quantum cognoscibile est secundum omnia, quæ in illo continentur. qua ratione dicimus, quod si Beatus in Verbo videret omnia possibilia comprehenderetur, Deus ergo nõ stat Angelũ inferiorẽ semel cõprehaudere speciem superioris, & non attingere omnia, quæ in illa continentur, sive inadæquatè tantũ cognoscere illã, ut quo tantum æquivalenter, & non formaliter in se ipsa secundum omnia præcontenta in illa, si velimus consequẽter loqui ad communem nostrã doctrinam.

Expl. ulteriùs totum hoc. Quamvis dicamus speciem Angeli superioris esse universaliorem illa inferioris, si tamen semel ponamus, quòd Angelus inferior perfectè cognoscat, aut comprehendat speciem superioris, tunc videtur consequenter dicendum, quòd species inferioris sit æquivalenter tanta intensivè, & penetrativè, quanta est illa superioris, quia cum omnia objecta per illam repræsentata sint naturaliter, sive solo naturali lumine cognoscibilia ex vi suæ cõprehensionis, teneretur ad omnia ista se extendere, sicut si lumen gloriæ semel esset comprahensivũ Omnipotentiæ, quamvis hæc aliàs longè in infinitum universalior sit eodem lumine, teneretur tamen ad omnia se extendere, vel penetrare, quæ in illa præcontinentur, & consequenter intellectus non solum attingeret illã, ut quo æquivalenter, sed etiam formaliter secundum omnia possibilia in illa præcõtenta, unde hac ratione dicimus non esse comprehensivum, quia nequit ad omnia illa se extendere, sed cognoscere illam, ut quod, non ut quo, sive ut præcontentivam omnium illorum in particulari ne dicatur comprehendi, sed tantum secundum communem entis creabilis, vel possibilis, ergo vel dicendum est, quòd Angelus inferior non perfectè cognoscit, aut comprehensivè speciem Angeli superioris, aut si semel comprehendit, quòd adæquatè illam cognoscat secundum omnia per illam repræsentata, & non inadæquatè, ut dicit solutio.

Secunda autoritas D. Thom. sumitur ex qu. 106. infra ar. 1. ad 2. Ubi inquit. *Dicendum, quòd unus Angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei veritatem de his, quæ pertinent ad statũ naturæ, & gratiæ, & gloriæ, ut dictũ est.* Ex quo arg. sic. Secundum D. Tho. Angelus inferior illuminatur à superiori, modo, de quo infra ibidem, nõ solũ de his, quæ spectant ad statum gratiæ, & gloriæ, sed etiam naturæ, ergo aliquod naturale in Angelo superiori latet inferiori, (ut explicabitur) aliàs non indigeret sic illuminari de his, quæ pertinẽt adhũc posteriorẽ statũ, ac per cõsequẽs, lumẽ ejus est deficiens, & nõ cõprehẽsivũ respectu superioris quidquid sit an sit propriè illuminatio.

Dices cum eisdem Salmantic. illuminationem factam de his quæ pertinent ad statum naturæ, non esse circa existẽtia, sed vel circa futura naturalia, vel circa possibilia. §. Sed contra hoc est, nam hæc solutio est de subjecto non supponẽte, quia illuminatio circa futura cõtingentia, & possibilia non pertinent ad statũ puræ naturæ, sed gratiæ, cum eorum cognitio gratuita sit, & nulli Angelo debita naturaliter, ergo si asserit D. Thom. illuminari de his, quæ pertinent ad statum naturæ, intelligi præcisè nequit de illuminatione circa futura contingentia, vel possibilia.

Secundò insto ex his, quæ habet in 2. dist. 9. qu. 1. ar. 7. ad 4. ubi dicit, quòd si Angeli haberent naturalia tantum lumen unius excederet lumen alterius, & ita posset esse aliqua illuminatio, & perfectio, sed non completè. Ex quo iterum arg. sic. Si Angeli haberent naturalia tantum, & nihil gratiæ sive actualis, sive habitualis adhuc inferior juxtà D. Thom., esset illuminabilis à superiori, sed non circa possibilia, aut futura contingẽtia, utpotè nõ pertinentia ad purũ ordinẽ naturæ, ut dictum est, ergo de his, quæ pertinẽt ad ordinem etiam hunc puræ naturæ existentis.

Aliter ergo resp. Mag. Ferre ubi supra, D. Thom. non velle, quòd detur illuminatio de his, quæ spectant ad statum naturæ, quorum cognitio est alicui naturaliter debita, & cõsequẽter non de operibus naturalibus, sed de motivis, & rationibus divinorũ operũ ut colligitur ex eodem ad 1. §. Sed contra hoc est. Nam de his potest inferior aliquomodo illuminari, (& cõsequẽter intelligẽdus est D. Th.) quæ sibi possunt latere aliquomodo in quocunque ordine sint, sed non tantũ de motivis, at rationibus Divinorũ operũ, sed etiam de ipsis operibus videtur posse aliquid latere ut explicabitur, ergo de aliquo etiã spectante ad ordinẽ naturæ illuminabitur aliquo modo à superiori. Unde sicut de illis motivis etiã superior edocetur à Deo, quia eorũ cognitio non est sibi debita, ita & de aliquo operũ naturaliũ poterit ut infra illuminari inferior à superiori, cum neq. omniũ cognitio adhuc ordinẽ spectantiũ videatur debita Angelo inferiori, aliàs esset æqualis universalitas speciei, & cognitionis in utroq., cum sint etiam plures rationes intelligibiles in eodẽ objecto, quas magis potest penetrare Angelus superior, quàm inferior juxta superiorem modum Capreol. Idque etiã videtur aliquomodo cõvincere autoritas relata ex 2., quam non constat fuisse ab eodem retractatam. Unde prædicta solutio ad 1. non videtur intelligenda exclusivè de ipsis operibus, vel de aliquo eorumdem operũ. Sed quomodo de his detur hæc illuminatio resolvemus eadem q. 106.

§. II.

Fundamenta Conclusionis ex ratione.

Ratione prob. à priori. Angelus inferior nõ cognoscit superiorem quantũ cognoscibilis, est ergo nõ comprehẽdit illũ. Cons. tenet, quia hoc ipsũ requiritur ad comprehensionem, ut sæpè docet D. Tho. locis relatis ad ar. 8. q. 12., sumpto fundamento ex definitione tradita à D. Aug. epist. 112., cap. 8. Ant. verò prob. vis cognoscitiva Angeli inferioris nequit habere modũ adæquatum modo cognoscibilitatis Angeli superioris ergo

ergo nõ cognoscit illũ quantũ cognoscibilis est. Conf. iterum teuet ex eodem D. Th., qui ex eo neget beatos cognoscere Deum, quantum cognoscibilis est, sive totaliter, quod est comprehendera, quia modus objecti excedit modum cognoscentis, sive quia visio non habet modum adæquetum modo cognoscibilitatis objecti. Ant. verò est etiam D. Thom. 2. Cont. Gentes cap. 98., ubi admittit hanc propositionem ex lib. de causis. Substantia separete inferios cognoscit superiorem secundum modum substantiæ cognoscentia, non secuudũ modũ substantiæ cognitæ, sed inferiori modo. Idem repetit lib. de causis lect. 8. circa finẽ, ubi de intelligentia dicit, quòd cognoscit superiore per modũ suæ substantiæ, inferiori modo, quàm res superior sit in se ipsa. Sed præterea prob. Nam Angelus superior ex sua natura est cognoscibilis sue proprie cognitione, sed vis cognoscitiva inferioris nequit adæquare vim coguoscitivã superioris, ergo nec potest adæquare modũ cognoscibilitatis illius. Prob. mi. Quia vis cognoscitiva Inferioris minor est inperfectione, & actualitete vi cognoscitive superioria, ergo etiem in efficacia, & cognitione, cum hæc duo consequantur ad actualitatẽ, & perfectionem naturæ intallectualis.

Dices esse minorem non quoad gradum immaterialitatis, nam omnes conveniunt in eodem per recessum à materia, & ab ordine ad illam, sed in modo participendi, vel habendi illum, quatenus minùs recedit à potentialitate, quamvis hic diversus modus, ut insinuevimus, in genere rei importet differentiam essentialem, in intelligibili temeusolum importat differentiem accidentalem, & materlalem.

Sed contra hoc est. Nam licet hæc solutio sufficiat àd salvandam cognitionem quiditativam, non tamen comprehensivam, ergo. Prob. ent. Quia ad cognitionem comptehensivam requiritus non solum quòd nihil lateat, sed etiam quòd fines objecti circumspiciantur, sed stante inæqualitate in modo participandi gradum impossibile est finas superioris circumspici ab inferiori ergo. Ma. est D. Aug. ibidam sic definientis ut vidimus, comprehensionem. Totum comprehenditur videndo, quod ita videtur, ut nihil ajus lateat videntem, cujus fines circumscipi possunt. Mi. verò prob. Quia fines objecti circumspici, ut explicat D. Thom. in 4. dist. 49. qu. 2. ar. 3. ad 2., est objectum excedere non possa secundum quantitatem virtutis virtutem coguoscentis, sive vim cognoscitivam illius, sed stente inæqualitate in tali modo, sic excedit ergo. Prob. mi. quià secundum D. Thom. ibidem in corp., excessus iste tunc contingit, quando objectum est plus coguoscibile, quàm cognoscatur, ergo cum stente eadem inæqualitata sit plùs cognoscibile ab intallectu conveniante etiam in modo, & non tantum in gradu, habebit secundum hanc quantitatem excedere convenientem tantum in gradu.

Urg. hoc. Nam plus requiritur ad cognitionem comprehensivam, quàm ad solam quiditativam, sed adhuc ex parte repræsentationis requiritur convenientia in gradu, ut latè supra ostensum est, qua ratione negemus omninò speciam possibilem creatam quiditativè repræsententem Deum, ergo requisitur ad illam atiam convenientia in modo.

Dices superiori replicæ uimis probare, quià neque à se ipso posset Augelus superior comprahendi, & non solum ab inferiori; nam etiam respectu sui est plùs cognoscibilis quàm cognoscatur, cũ plùs cognoscatur à Deo, quã à se ipso, & à quocunque alio etiam superiori. Unde nec etiam hec ratione posset inferior comprehendi à superiori.

Sed contra hoc est, Nam licet mejor cognoscibilitas extrinseca, vel orte præcisè ex parte cognoscentis non impediat comprehensionem, secus tamen si objective sit, vel exigatur, antoriatur intrinsecè ex meritis objecti, sed mejor cognoscibilitas superioris respectu inferioris est hujusmodi, ut probatũ ast, scil. orta ex sui majori perfectione, & actualitate, ergo impedit cõprehensionẽ sui ab inferiori. Ma. patet in formica v. g. comprehensivè cognita tam ab Augalo superiori, quã ab inferiori, licet sit plùs cognoscibilis priori cognoscibilitate à superiori, quàm ab isto, & plùs Deo, quàm à qualibet creatura.

Secundò prob. concl. à posteriori. Angalus in omni cognitione natusali, quò superios ast, intelligit per speciam universaliorem, sed hoc verificari nequit in opposita sententia, ergo. Mi. coustat quià tunc species inferioris comprehausiva superioris esset una, vel æqualiter universalis sicut substantia superioris, per quem iste cognoscit, val comprehandit se ipsum, aliàs nec esset comprehensiva illius, ut patet ex dictis. Ma. varò prob. Tum quia doctrina ille D. Thom. sustinẽda est cũ majori universalitate possibili, ergo verificãda est de omni cognitiona naturali. Tũ quia intelligere per speciem universaliorem convenit Angalo, ex quò superior est in intelligando, et non solum superior est in intelligeudo alia, sed etiam in intelligendo se ipsum, ergo in omui cognitione natureli, quò superior est per spaciem universaliorem intelligit. Prob. mi. quia inferior in intelligendo superiorem intelligit ut inferior, aliàs nõ verificaretur, quòd ut inferior cõprahandit superiorem, sed magis ut æquelis.

Dices cum Mag. Ferra dist. hoc postramum ant. Intelligeret ut inferior ex parte cognoscentis, vel sub ratione formali sub qua rei cognitæ, conc., ex parte rationis quæ, neg., quià licet ex eo, quòd non cognoscat cognitione tam perfecta, & actuali, nec ita sub ratione universali, sicut suparior coguoscit se ipsum, ac proinda adhuc cognoscat prout sic ut infarior, in eo tamen quòd nihil da objacto illi latet ex parte rei attactæ, val cognitæ æqualis est, & ideò cognitio ajus adhuc potest asse comprehensiva.

Sed contra hanc solut. adhuc militat supesior doctrina ex D. Th., & Ang. innixa conceptui quiditativo comprehansionis: unde iterum arg. sic. Ut verificetur Angalum inferiorem comprehandera, & consequẽter cognoscere illum, ut æquelem sufficienter ad salvandem rationem comprehensionia in cognitione illius, non sufficit ettingentle omnium ex parta rationis quæ, sive quòd nihil lateat de illa, seu de objecto cognito, sad ulteriùs requiritur, quòd fines ajus circumspiciantur, idest quòd modus objecti non excedat modum cognoscentis, ut explicat D. Tho., nam aliàs non distiuguitur cognitio purè quiditativa à comprehensiva, quæ non solum debet attingere totũ objactum, sed etiem totalitar, (ut ait D. Tho., in quo cõsistit adæquatio utriusque modi,) sed juxta solutionam non salvatur hæc adæquetio, cum juxta illam solum attingatur totum, non totaliter, cum sit adhuc excassus in modo ex perte superioris utpotà perfectioris, & actualioris, val immatarialioris, in quo fundatus idem excessus, ut probatum est, argo.

Expl., & urg. hoc. Quià non stat esse excessum ex parte rationis formalis sub qua, sive cognoscare, ut inferiorem ex parte istius, vel ex parte cognoscentis, & non esse excessũ ex parta rationis quæ, erg. Prob. ant. Ex eo est excassus ex parte illius, & ast inferior, quia modus objecti excedit modum cognoscentis, ut expli-

explicat D. Thom. ad mentem D. Aug., & juxta definitionem ab eodem traditam, ergo non stat esse excessum ex parte unius, & non esse ex parte alterius. Quià nempè objectū non tantum potest superare cognitionem in numero prædicatorum, sic quòd aliquod eorum lateat, sed etiam in modo cognoscibilitatis, sic quòd non adæquetur à cognitione, sive à virtute cognoscitiva ipsius cognoscentis, ut observat D.Th., & consequenter non sit hæc posterior æqualitas, ut requiritur ad comprehensionem, & non sufficit prior ex parte rationis quæ, ut sola adest in casu, ut probatum est.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimo arg. ex D.Tho. Nam 2.Cont.Gent. cap.98. ubi loquendo de Angelis, & complera eorum intellectualitate inquit. *Ex hoc autem quod substantia aliqua est intellectualis, comprehensiva est totius entis.* Idem docet cap. seq. dicens. *Quum enim intellectus eorum sit perfectus naturali perfectione totus in actu existens oportet, quòd suum objectum, scil. ens intelligibile universaliter comprehendat.* Et ipsa circa medium capitis de eodem inquit. *Habet autem virtutem comprehendēdi omnes species, & differentias entis.* Quod totum videtur confirmare infra q.109. ar.3. ad 2., ubi ait. *Dicendum, quòd secundum ea, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, non est necessaria manifestatio veritatis nec in Angelis, nec in Dæmonibus, quia ut supra dictum est (q.55. ar. 2, & q.58. ar. 1.) statim à principio suæ conditionis omnia cognoverunt, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, & ideo major plenitudo luminis naturalis, quæ est in dæmonibus, non potest esse ratio illuminationis.* Ex quibus arg. sic Angelus ex quo completè intellectualis est, est comprehensivus totius entis naturalis, sic quòd de naturaliter cognoscibilibus, non indiget illuminari à superiori, sed Angelus superior secundum omnia, quæ tam formaliter, quàm virtualiter habet, est intra linæam entis, & cognitionis naturalis, ergo comprehenditur ab inferiori.

Resp. ad duo priora, quòd supposito quòd Div. Thom. loquatur de solo ente naturali contrapositivè ad liberum morale, & supernaturale, quæ subtrahuntur, ut dictum est, à cognitione naturali Angeli, dico in primis, solvenda esse à contrariis in speciebus Angeli superioris, quæ ut ipsi etiam dicunt, non habent comprehendi ab inferiori, & nihilominùs pertinent ad ejus objectum, & ordinem naturalem, ut dictum est, cum sint accidentia connaturalia præcipuarum partium universi, ut sunt Angeli. §. Pro omnibus, ergo resp. illos appellari ibi comprehensores totius entis, non quià quilibet habeat sua cognitione, vel virtute cognoscitiva adæquare modum cujuscunque objecti intra illud, ut requiritur ad rigorosam comprehensionem, ut docet idem ubi supra, sed quia perfectè assequuntur cognitionem eorum, scil. quiditativam quoad naturam, & differentias eorum. Qua ratione ut vidimus, etiam Beati in Patria dicuntur comprehensores, non quia adæquent visione sua modum cognoscibilitatis objecti, sed quia habent perfectè quiditativè, seu clarè, & intuitivè attingere Deum ut in se est.

Quòd verò non loquatur de rigorosa comprehensione patet tum ex causali adducta, quæ non præcisè fundatur in intellectualitate completa, sed in intellectualitate, ex qua solum habetur comprehensio, quæ potest etiam animæ nostræ secundum se convenire. Tum quià ibi non tractat de hujusmodi comprehensione, sed in priori capite ostendit alias spirituales substantias non intelligere per suam essentiam, sed per species superadditas; in posteriori verò, quòd etiam se extendit ad materiales. Ubi non est ad intentum limitare ad comprehensionem intensivam, & rigorosam.

Ad ultimam, (cui est difficilior solutio) Mag. Jo. à S. Thom. dicit D. Thom. non negare ibi fieri etiam de his illuminationem, sed quòd non sit successu temporis, quia statim à principio suæ conditionis omnia cognoverunt, idest illuminati sunt, ut non indigerent posteà ampliùs illuminari. §. Sed huic solutioni, vel explicationi obstat, quià dum dicit omnia ab initio novisse, intelligi nequit de scientia actuali, sed habituali quoad lumen, & species sibi à Deo infusas, ut patet aliis locis relatis, ad quæ se refert, ergo dum dicit omnia ab initio novisse explicari non potest de scientia habita per illuminationem. Cons. tenet, quia illuminatio ut fatentur Thomistæ, non fit per scientiam habitualem, neque quoad lumen, neque quoad species, sed quoad cognitionem actualem.

Aliter, ergo resp. Quòd ly omnia, accipiendum est cum distributione accommoda, quòd nempè inferiora noverint comprehensivè; superiora verò tantum quiditativè, & modo inferiori, quod etiam consonat superioribus ejus doctrinis. Nam aliàs si cogere velint de omnibus generaliter, cogemus nos etiam illos de speciebus superioris, quas fatentur non novisse comprehensivè.

Sed instas. Nam D.Thom. ita dicit omnia ab initio novisse, ut de nullo pertinente ad naturalem cognitionem illuminari possint, at sublata comprehensione aliquid restat manifestandum per illuminationem, quia illa sublata verificari nequit, quòd habuerint plenam notitiam omnium, ergo. §. Resp. ex doctrina ejus ubi supra, nego mi, quia ut non possint, vel non indigeant illuminari satis est, quòd nihil lateat de objectis cognitis, sed hoc non sufficit ad comprehensionem, ut vidimus ex eodem, non tamen requiritur, ut cognitione sua adæquetur modum objecti, sive cognoscibilitatem ejus, quod est necessariū ad rationem comprehensionis, ut docet idem, unde satis est novisse quidditativè, non comprehensivè, ut patet etiam in Beatis, de quibus dicitur, ut supra explicatum est, eit ibi non docebit fratrem suum, quia omnia clarè ab initio suæ beatitudinis norunt, & tamen quiditativè tantum vident.

Secundò etiam ex dictis dist., & simul explico mi. Nihil restat manifestandum de his, quæ pertinent ad naturalem cognitionem, conc., ad statum naturæ, neg. mi., & cons., nam aliud est dicere, quòd illuminatio non possit fieri de his, quæ pertinent ad statum naturæ, & aliud ad cognitionem naturalem, hoc secundum est verum, & affirmat D. Th., quià cognitio, quæ habetur per illuminationem, ut vidimos, non est purè naturalis, sed gratuita licet sit de his, quæ pertinent ad statum naturæ. Primum verò est falsum, ut ostensum est ex eodem qu. illa 106. Et sic etiam concordatur uterq; locus. Quomodo antē fiat hæc illuminatio videri potest pronunc. apud eundē Jo. à S. Th. hic nu. 21. in 2. par. suæ concl., & apud Gonet. concl. 2. De quo tamen infra in materia de illuminatione. Per quæ etiam patet ad argumentum factum.

Se-

Secundò arg. Angelus superior secundum omnia, quæ habet tam formaliter, quàm eminenter spectat ad hoc universum, sed intellectui angelico, quicunque sit, sunt proportionata omnia hujus Universi, dummodo existentia sint, & libertati voluntatis non subjecta, ergo. Mi. patet, ut dictum est, habet species repræsentativas omnium illius, & ad ea, quæ per suas species repræsentantur, habet lumen proportionatum.

Dices omnia contenta in Angelo superiori esse proportionata, proportione specificationis, quià continentur intra sphæram specificationis ejus, sive objecti specificativi, non tamen adæquationis, & comprehensionis, ut explicatum est; unde ex eo, quòd ab initio habuerint species omnium rerum spectantium ad hoc universum, solum infertur, quòd omnia naturalia quiditativè cognoscat, vel nihil eorum illos lateat, non tamen quòd comprehendat ob defectum alterius essentialiter requisiti, ut dictum est, ad comprehensionem; vel juxta distributionem accommodam, quòd inferiora comprehensivè, superiora tantum quiditativè cognoscat ob excessum objecti.

Sed contra hoc est. Nam objectum semel proportionatum secundum omnia, quæ habet tam formaliter, quam eminenter non solum est proportionatum specificativè, sed etiam comprehensivè, ergo Angelus superior si semel est sic proportionatus, comprehenditur. Prob. ant. Quià in hoc distinguitur cognitio comprehensiva à quiditativa, quòd hæc solum attingit, quę formaliter conveniunt rei, illa verò penetrat omnia etiam virtualiter contenta, vel eminenter, ut dictum est.

Dices ità esse, si omnia, quæ continentur virtualiter in superiori, cognoscerentur ex vi cognitionis, vel penetrationis illius, secus verò si tantum in se, & veluti discretè ab illo, unde licet ità sit, quòd cognitio comprehensiva supra purè quiditativam addat attingentiam omnium etiam virtualiter contentorum, id tamen fieri debet ex vi penetrationis superioris, ut dici solet de possibilibus, quòd si solum cognoscerentur extra Verbum, & in se ipsis, non ex vi penetrationis Omnipotentiæ, non propterea diceretur hæc comprehendi.

Sed contra hoc est. Quià non stat Angelum inferiorem habere specie omnium hujus universi, & non cognoscere omnia, quæ virtualiter latent in superiori ex vi penetrationis illius, ergo. Prob. ant. Quia quæ virtualiter latent in superiori non solum spectant secundum se ad hoc universum, sed etiam ut contenta in superiori, ergo si inferior habet species omnium, quæ spectant ad universum, non solum debetur ei cognitio illorum secundum se, sed etiam ex vi penetrationis, sive ut præcontentorum in illo.

Resp. optimam esse solut. ad principale argumentum. Ad illius replicam dist. ant. si sit proportionatum secundum omnia, quoad præcisam attingentiam illorum, ita ut nihil præcisè omittatur cognoscendum de illo, nego, si etiam quoad modum cognoscibilitatis illius, scil. adæquando illam, ut explicatum est, ex D. Thom. ad mentem D. Aug. conc. Hanc autem adæquationem ut vidimus, nequit habere Angelus inferior in sui cognitione respectu superioris, & ideò licet iste dicatur proportionatus quoad cognitionem quiditativam, non tamen quoad comprehensivam.

Sed instas. Quià non stat cognitionem penetrare omnia, quæ virtualiter latent in superiori, & esse excessum ex parte objecti, vel rei cognitæ, ergo. Prob. ant. superiori exemplo Omnipotentiæ, quia non stat penetrare omnia, quæ latent virtualiter in illa, & non adæquare illam excluso omni excessu ex parte illius. Qua ratione ut insinuavimus dicunt Thomistæ, quòd si Beatus, vel intellectus animæ Christi attingerent omnia possibilia in Verbo comprehenderent illam.

Huic instantiæ patet primò esse ab eisdem solvendam sistendo eidem paritati, quià ex illa etiam convincitur non solum excludendum esse excessum ex parte objecti, sed etiam ex parte cognoscentis, ita ut non solum Angelus inferior adæquaret modum objecti, vel ex parte illius, sed etiam ex parte sui, sine ulla inferioritate ad superiorem, quòd tamen ipsi non admittunt, nec admittere possunt, cum semper ut dictum est, sit inferioritas in actualitate, vel immaterialitate respectu superioris. Quod si Beatus, vel Christus attingerent omnia possibilia in Verbo adæquarent etiam ex parte sui, & eorum cognitio esset infinita, & tanta sicut est cognoscibilitas objecti Divini, quod non stat cũ inæqualitate ex parte cognoscentis, ut dicunt iidem Thomistæ, & statim constabit etiam de Omnipotentia.

Resp., ergo neg. ant. Ad prob. neg. cons., & disparitas est, quià cum Omnipotentia sit in supremo gradu immaterialitatis, sive actus puri, ac proinde non admittens magis, & minùs in illo, si semel aliqua cognitio illam adæquaret ex parte ejus, deberet etiam adæquare ex parte cognoscentis, quià non posset cognoscens semel illam adæquare sua cognitione, vel virtute cognoscitiva, nisi perveniret ad eundem gradum actus puri. Cæterum gradus immaterialitatis in Angelis non ita in indivisibili consistit, ut ostensum est, sed patitur latitudinē, & ideo adhuc potest esse inadæquatio ex parte sui in inferiori, & consequenter etiā ex parte objecti in modo ejus licet ōnes ejus rationes penetret, vel nihil lateat de illo. §. Secundò etiam resp. poterat ad eandem replicam sustinendo adhuc solutionem datam, quòd non cognoscat ex vi penetrationis. Ad cujus impugnationem, nego ant. Ad prob. dist. conseq., si haberet repræsentativas cum adæquatione repræsentabilium ex parte objecti, sen sub omni eorum consideratione, conc., si tantum inadæquatè, neg. Nam quamvis habeat species omnium, quæ spectant ad hoc Universum, non tamen sub omni consideratione, & modo, quo gaudent, ut spectāt ad illud, nā aliàs, ut vidimus, tenerentur etiam asserere, quòd comprehendant species Angeli superioris, quod tamen ut dictū est, ipsi non admittunt.

Tertiò arg., & est replica. Non repugnat in Angelo inferiori species comprehensiva superioris, ergo nec quòd comprehendatur ab illo. Prob. ant., quia nec repugnat ex parte speciei, cum sit infusa per modum participationis ideæ Divinæ, quæ est comprehensiva superioris. Neque etiam ex parte Angeli inferioris, quià adhuc habens illam modo inferiori ex parte rationis formalis sub qua cognosceret illum, & consequenter adhuc salvaretur inæqualitas inter utrumque, ergo.

Dices repugnare ex defectu immaterialitatis, nam si semel inferioris est, nequit habere modum illum, quem habet superior, nisi velimus esse superiorem Angelo, cui deservit; & ita nunquam poterit vincere excessum, quem perpetuò servat objectum in ratione repræsentabilis, & cognoscibilis, quod tamen erat necessarium ad comprehensionem. §. Sed contra hoc est. Quia ad comprehensionem non requiritur omnimoda æqualitas in modo, aut ratione specifica

ca immaterialitatis, sed sufficit convenientia in gradu, ergo quamvis species illa deficiat in modo, dum tamen convenit in gradu erit sufficienter comprehensiva. Prob. ant. quia certum est substantiam aliquam creatam posse comprehendi specie creata, sed hæc utpotè accidens, nequit convenire in modo, vel esse tantæ immaterialitatis cum substantia, ergo satis est convenientia in gradu.

Expl., & urg. hoc ex doctrina, quæ traditur à nostris ut vidimus supra de visione ad ar.2. Nam ex eo docent ibi, quòd id, quod est accidens in genere rei possit esse substantia in genere intelligibili, non verò quod est creatura in eodem genere essendi possit esse Deus in genere repræsentativo, quia accidens, & substantia possunt convenire in eodem genere immaterialitatis, non tamen creatura, & Deus. Ex quo arg. sic. Ideo species immaterialis sola immaterialitate accidentis potest in genere intelligibili adæquare, vel comprehendere objectum immateriale immaterialitate substantiæ ferè incomparabiliter excedente, quià convenire possunt in eodem gradu immaterialitatis, ergo si pariter species inferioris Angeli repræsentans superiorem convenit in eodem gradu poterit in esse intelligibili ex parte rationis quæ adequare, vel comprehendere illum, esto non sit tantæ immaterialitatis.

Resp. benè ibi. Ad replicam neg ant. Ad prob., neg. mi. Nã licet ex quo accidens est non possit prout sic, sive ex terminis accidentis esse tantæ immaterialitatis, ex quo tamen virtus est substantiæ data à natura ad comprehensivam repræsentationem illius athomam æquare potest, cum secundũ eundem athomum gradum præcontineat; sicut dicitur de calore in animali, qui in eo quòd est virtus substantiæ dicitur esse ejusdem athomæ perfectionis cum sua radice, itaut carnes generet, sive substantiam ejusdem rationis cum illa, ad quod tamen præcisè ex meritis accidentis, vel ut analogicè dicitur cum substantia non perveniret.

Ad confirm. admissa eadem doctrina. Ad argum. neg. similiter causalem, scil. quòd in genere intelligibili adæqnet, aut comprehendat præcisè ex eo, quòd convenit in gradu, sed quia, ut dictum est, est data à natura ad comprehensionem, ut virtus est substantiæ, quod tamen non habet species Angeli inferioris respectu superioris, nã propter excessum istius in ratione cognoscibilis super inferiorem, dari nequit ad comprehensivam, sed tantum ad quiditativam repræsentationem, sicut hanc solum ipsi admittunt in illa respectu speciei ejusdem Angeli superioris.

Verum ut hujusmodi instantiis via omnis præcludatur adverto, quod dum superiùs sæpè inculcamus, ad comprehensionem sive ex parte speciei, sive ex parte cognitionis esse necessariam adæquationem cum objecto, & non sufficere solam convenientiam in immaterialitate graduali, non intendimus, quòd vis cognoscitiva, aut species, ut comprehendant objectum debeant indispensabiliter esse tam perfectum ens, sicut objectum. Hoc enim certum est formaliter, & per se loquendo non esse necessarium, nam aliàs in solo Deo posset dari comprehensio substantiæ creatæ, cum quęlibet creatura intelligat per actionem, quę est accidens; & alia à se per speciem similiter accidentalem, quæ proculdubio in genere rei, vel in esse entis sunt quid imperfectius substantia; & solum gratia materiæ infertur ut vidimus, Divinam essentiam tantum posse comprehendi per actionem, aut lumen actu infinitum, & ejusdem perfectionis cum Deo, ut rectè ostendit Cabrera 3.p.q.10.ar.1.disp.1.concl.4. ex M. Soto. & ex eisdem Mag. Catalam supra q.12. dub.1. ad ar.8. concl. 2. notab. 3. Sed quod dicimus est non posse dari speciem, aut cognitionem comprehensivã objecti, nisi in ratione repræsentationis, aut cognitionis adęquentur cum objecto in ratione cognoscibilis, quod quidem non est aliud, quàm quòd cognoscibilitas positiva competens objecto ex se, totaliter exprimatur, & exhauriatur per cognitionem, & repræsentationem speciei. Unde quando contrarii urgent, & insistunt posse dari adęquationem in genere intelligibili, licet non ad sit in genere rei, non negamus hoc ipsum juxta priorem sensum, sive in sensu materiali, vel entitativo, sed tantum in sensu formali, vel objectivo juxta sensum posteriorem, qui tamen verificari nequit in casu, cum Angelus superior, ut dictum est, sit ex se plùs cognoscibilis, quàm actu cognoscatur ab inferiori, sicut & ejus species plùs repræsentabilis, quàm actu repræsentetur, (ut sæpè dictum est, nec ipsi negant,) à specie inferioris, unde sicut nequit per hanc totaliter exprimi, vel exhauriri repræsentabilitas superioris, nec pariter exhauriri, vel adæquari cognoscibilitas Angeli superioris per cognitionem inferioris, & consequenter non est sola inæqualitas, vel inadæquatio ex parte cognoscentis, ut ipsi putant, sed etiam ex parte rei cognitæ. Quod est valde notandum in hac re.

QUAESTIO QUINTA.

A quo impediantur Angeli à certa cognitione futurorum contingentium.

DE futuris omninò contingentibus inquirimus; idest quæ determinationem non habent nec in causis proximis, nec in collectione, vel cumulo causarum naturalium, à quibus proveniunt. Nam præcipuè de his est omninò certum non esse ab illis certò cognoscibilia, ut patet ex illo Isa.41. *Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & dicemus, quià Dii estis vos.* Ubi tanquam signum certissimum Divinitatis ponitur hujusmodi revelatio futurorum, ut advertit D. Tho. hìc in arg. *sed contra*, & alibi 2. 2. q.95. ar.1. in corp., ubi repetens idem testimonium subdit. *Si quis ergo hujusmodi futura prænunciare, aut præcognoscere quocunq. modo præsumpserit, nisi Deo revelante usurpat sibi, quod Dei est.* Idem habetur apud eundem Isa. cap.6., & Danielem c.2., ubi Nabucdonosor ex eo novit Deum Danielis esse verum Deum, quià revelabat mysterium, aut somnium de hujusmodi rebus, vel futuris. Et videri po est D. Hieron. ibidem relatus à M. Jo: à S. Tho. hic ar 2., ubi monet, quòd Magi etiam confitentur, & omnis scientia secularis literaturæ præscientiam futurorum non esse hominum, sed Dei.

Ratio autẽ quare nequeant, sic cognosci puta quòd Petrus in magna afflictione, egestate &c. vincet tentationẽ assignari solet à Theologis, qua utitur D.Th. hic art. 3. & infra quæst. 86. art. 4, nempè quià certò cognoscibilia non sunt nec in suis causis, cum determinatæ non sint, sed indifferentes; nec in se ipsis, quià respectu Angeli adhuc non habent physicam præsentiam; nec sit alius modus assignabilis ut patet. Nam mudo recurrere non possumus ad veritatem objectivam propsitionum contradictoriarum, quià præ-

preterquã quòd ut supra ostẽdimus, natura earũ nõ sit quòd altera sit determinatè vera, & altera, sed falsa indeterminatè, vel sub disjunctione, quià erunt, vel non erunt, ut dicit D. Tho. q. 16. de malo ar. 7. Vel quòd si una est vera, altera sit falsa; aliàs hæc propositio Petrus cras ambulabit ex præcisa adjunctione contradictoriæ, quæ omninò per accidens adjungitur, redderetur certa, & determinata, quod est alienum; adhuc tamen hac veritate objectiva admissa, naturaliter nõ posset ab Angelis cognosci, ut benè advertit M. Serra hic in expositione literę cũ nõ pertineret hæc ad ordinẽ Universi, qui nõ est præcisè objectiuus, sed physicus, realis, & exercitus essendi, intra quem tantum præcipuè se extendunt ut vidimus, species Angelorum.

Sed hinc oritur præcipua difficultas, unde habeant, vel limitentur hujusmodi species ad repræsentandum solum existentia, non futura, sic quòd tantum illa certò cognoscat, & non ista, cum aliàs sint datæ, vel infusæ ab initio ad repræsentandum omnia tam existentia, quàm futura, & nulla de novo infundatur. Quòd si ob defectum existentiæ dicatur non posse ista cognoscere intuitivè, saltem tamen non videtur negandũ, quòd cognoscant abstractivè; nam posita specie, & intellectu expedito ponuntur sufficientia principia ad cognoscendum objectum juxta meritum status, in quo reperitur. Si ergo semel admittitur eorum species, videtur etiam admittenda cognitio illorum saltem abstractiva, cujus videntur capacia, eò vel maximè, quòd eorum veritas determinatè sumpta est aliquid creatum, & consequenter lumini creato proportionata, & debita. Videmus enim, quòd imago Cæsaris eodem existente manifestat illum intuitivè, non existente verò abstractivè, semper tamen certò. Cur ergo species, quam modo habet Angelus de futuro, hoc non existente non habebit illud repræsentare, ut saltem illud abstractivè, & certò cognoscere valeat.

§. I.

Relatis modis dicendi statuitur conclusio.

IN solvenda hac difficultate videntur valdè torqueri Theologorum ingenia non solum extra Scholam D. Tho., sed intra etiam; nam licet discipuli ejus conveniant in eo, quòd similitudo speciei, quæ est in Angelo pro priori ad actualem existentiam objecti completa, aut terminata non sit, sed compleatur dependenter ab altero extremo, ad quod terminatur, modo, de quo infra, est tamen dissidium in explicando modum consequendi hujusmodi complementum, an scil. contingat cum sola mutatione extrinseca ex parte objecti, an verò etiam intrinseca ex parte speciei, sive quoad modum, sive quoad aliquã relationem noviter eidem supervenientem ad illud, saltem quoad explicitum, quod antea erat implicitum, quod alii, ut Suarez, & Arrobal vocant repræsentare in potentia, & repræsentare in actu.

Primus ergo dicendi modus est M. Arranyo, qui existimat speciem ante existentiam objecti adhuc quantum est ex se actu non repræsentare illud ex defectu modalis determinationis, quam accipit in adventu objecti, quando ponitur in sua propria mensura, & ità species illa, pro statu futuritionis objecti vocatur species talis, vel talis objecti, non quia actu illud repræsentet, sed quia modificari potest per existentiam ejus, & sic modificata per adventum alicujus modi repræsentabit illud.

Sed huic modo videtur obstare D. Tho. q. 16. de malo ar. 7. ad 13., ubi sic ait: *Dicendum, quòd Dæmon non cognoscat id, quod est futurum, non provenit ex hoc, quod intellectus suus sit in potentia, sed ex eo, quòd singulare futurum nondum participat formam speciei, cujus similitudo actu præexistit in intellectu Dæmonis.* Quibus verbis omnem mutationem videtur reducere ad objectum, non ad speciem. Quod etiam tradit, Quodlib. 7. ar. 13.

Secundò. Nam hæc intrinseca mutatio penès repræsentationem, non potest intrinsecè essentialiter non variare speciem, quià repræsentatio in illa, accidentalis non est, sed essentialis, cum sit instituta ut vidimus, ad repræsentandum, sicut substantia ad essendum, semel autem variato, vel superaddito aliquo prædicato essentiali solvitur res, & transit ad aliam speciem, cum sint essentiæ rerum sicut numeri, quibus subtracta, vel addita aliqua unitate transeunt ad aliam speciem, ergo jam non erit eadem species, quæ modo repræsentat objectum sub actuali existentia.

Quòd si dicatur non mutari intrinsecè quasi accipiat præcontinentiam objecti, aut adæquatam repræsentationem, quam antea nullo modo habeat, sed quià per modum illum intrinsecè determinatur ad exprimendam, sivè actu exercendam suam repręsentationem, quam ex defectu illius non poterat sic actu antecedenter exprimere, vel exercere.

Sed contra hoc est ex dictis in 2. phys. Nam exercitium actualis repræsentationis in specie non est exercitium principii effectivi, sed formalis, sed exercitium formæ ut ibidem ostendimus, habetur per solam exhibitionem sui sine aliquo modo intrinsecè superaddito, ergo pariter exercitium actualis repræsentationis haberi poterit sine tali modo. Et poterat etiam instari in relatione, quæ se ipsa intransitivè est exercitium referendi.

Alter modus est M. Jo: à S. Tho. hic ar. 2. nu. 17., qui pariter consentit dari aliquam mutationem in specie, aut novitatem non formalem, sed modalem. Quià licet antecedenter ad existentiam objecti petant, vel exigãt repræsentare, dũ tamen objectũ de novo existit, actu ponitur in specie nova repræsentatio ejus, licet ab initio in prima sui infusione habuerint vim repræsentandi. Hanc autẽ novitatẽ non habet per novam actionem à Deo, sed per antiquam, qua species ad repræsentationẽ omniũ spectantiũ ad hoc universum productæ sunt, sicut motus in gravi extra centrum non resultat per novam ejus actionem, aut generantis, sed per antiquam, qua primò productum est. Unde sicut grave violenter detentum licet semper habeat formam ad descendendum, scil. gravitatem, non tamen semper movetur, sed tantum sublato impedimento; ita species semel infusæ, licet habeant semper exigentiam, aut vim ad repræsentandum, non tamen semper repræsentant, sed solum quando objectum noviter existit. Quià ut acutè notat pro hoc suo modo, species Angelicæ non habent imitari idęas Divinas in repræsentando res hujus Universi quomodocunq., sed prout descendunt ab eisdem idæis, & quià ab illis non descendunt omnes simul, sed successu temporis, ideo non pro semper repræsentant, sed solum quando descendunt per temporaneam creationem, & in tempore fiunt in suo esse naturali, & intelligibiliter in mente Angelica.

Cæterum hic modus dicendi, quamvis etiam valdè subtilis videtur tamen habere eandem oppositionem in D. Tho. Nam Quodlib., & ar. relato ad 2. inquit. *Dicendum, quòd quando incipit aliquid esse præsens Angelus de novo cognoscit illud non facta aliqua innovatione in ipso Angelo, sed in re cognoscibili, in qua est aliquid, quod prius non fuit, quod sine ea cognita non cognoscitur*. In quibus D. Tho. non solum videtur excludere variationem habitam ex distincta actione, sed omnem dum dicit innovationem non fieri in Angelo, sed in re cognoscibili, quæ tamen fieret in illo, si semel ejus spec es intrinsecè variaretur, sive ex vi novæ, sive ex vi antiquę actionis.

Secundò. Quia videtur hic modus admittere cognitionem saltem abstractivam futurorum. Nam ut ipse dicit, hujusmodi proximæ, & formales repræsentationes futurorum oriuntur, ut proprietates ab ipsa natura speciei, ergo Angelus perfectè comprehendens speciem sui videtur aliquomodo jam cognoscere illas ut orituras, quando existent futura, quod videtur jam attingere illa abstractivè, ac proindè nec videtur hac via posse plenè fieri satis presenti, ac præcipuę difficultati, nempè quòd esto habeant omnes species ab initio, adhuc tamen abstractivè non cognoscant futura per illas repræsentanda.

Dices, quòd dum Angelus non cognoscit ab initio rès exituras aliquando, vel non exituras, nec potest cognoscere an illæ determinationes proximę repræsentativæ earum sint orituræ, vel non orituræ, quià non oriuntur absolutè, sed conditionaliter in suppositione, quòd res existant. §. Sed contra hoc est, Quià supposito decreto de existẽtia futurorũ non est conditionalis, sed necessaria, ut patet ex superioribus, ergo eodem supposito species angelica non conditionaliter, sed absolutè, vel necessariò habet radicare determinationes proximè repræsentativas eorum, ergo Angelus comprehendens suas species non poterit non cognoscere tot determinationes esse radicandas tot, & tot futurorum, ac proindè non videtur posse saltem abstractivè non cognoscere ista, nam hac ratione superiùs ipse probat non posse species esse proprietates dimanantes, quià dum Angelus cognoscit in sua substantia omnes sui proprietatas, pariter cognosceret in illa omnia objecta, quæ repræsentantur per illas.

Tertiò obstat eidem modo dicendi. Quià ut dicebamus, Angelus ab initio habet intellectum completum non complendum successivè per modum actus primi, ergo hujusmodi proximas repræsentationes, non tantum in radice, sed etiam ab initio habet in se ipsa. Nam si semel admittimus proximè complendum in tempore, difficiliùs salvabimus debitum habendi species ab initio.

His ergo, & aliis dicendi modis in sua probabilitate relictis apud eundem Joan. à S. Thom. num. 12., & seq. alterum eligimus doctrinæ D. Tho. satis conformem, dicendo. Quòd Angelus certò non cognoscat futurum ante illius existentiam non provenire ex defectu aliquo intrinseco in specie, sed assimilationis ex parte objecti cum ipsa specie, & consequenter dum per illam certò in tempore illud cognoscit, tota mutatio se tenet ex parte objecti. Videtur hæc perpetua mens D. Th. præcipuè quoad 1. p. in 2. ad Annibal. dist. 7. q. unic., ar. 3. ad 4., & de malo ubi supra, ad Annibal. dist. 7. q. unic. ar. 3. ad 4., & de malo ubi supra ad 6. ubi inquit. *Dicendum quòd Angeli non cognoscunt singularia, quando sunt in actu per species de novo acquisitas, sed per species, quas priùs habebant, per quas tamen non cognoscebant ea prout erant futura. Cujus ratio est, quia omnis cognitio fit per quandam assimilationem cognoscentis, & cogniti; species autem intelligibiles, quæ sunt in intellectu angelico sunt similitudines directè respicientes naturas specierum, per quas tamen singularia cognoscere possunt, non tamen nisi in quantum participant naturam specierum, quod non est antequam sint in actu*. Idem docet in hac q. 57. ar. 3. ad 3., ubi pariter inquit. *Quòd licet species, quæ sunt in intellectu Angeli, quantum est de se æqualiter se habeant ad præsentia, præterita, & futura, tamen præsentia, præterita, & futura non æqualiter se habent ad species. Quia ea, quæ præsentia sunt, habent naturam, per quam assimilantur speciebus, quæ sunt in mente Angeli, & sic per eas cognosci possunt; sed quæ futura sunt non dum habent naturam, per quam illis assimilentur, unde per eas cognosci non possunt*. Ita D. Tho.

Ex quibus prob. concl. quoad 1. p. Quia perfecta, & certa cognitio objecti haberi nõ potest non habita assimilatione illius cum specie, sed ante existentiam illius non habetur hæc assimilatio, ergo Nec haberi potest certa cognitio de illo. Ma. patet, quia cognitio est per viam assimilativam. Tum quia nequit haberi cognitio sine repræsentatione objecti, sed non habita assimilatione non potest fieri repræsentatio, cum per illam fiat. Mi. verò prob. Quia objectum non dum existens adhuc actu non participat naturam directè repræsentatam per speciem, ergo ante actualem existentiam non habetur assimilatio. §. Urg. hoc. Nam intellectus actu non habens similitudinem objecti nequit certò cognoscere illud, esto actualiter existat, ergo objectum nondum participans similitudinem speciei nequit certò cognosci, esto similitudo ejus in intellectu præexistat. Cons. tenet, quia nondum participans non potest adhuc apparere, & præcipuè ut certò cognoscatur.

Dices solum probari de cognitione intuitiva, non de abstractiva, quia actualis illa participatio extra causas solum requiritur ad priorem cognitionem, non verò ad abstractivam, aliàs nec esset possibilis infusio speciei, per quam Angelus certò cognosceret licet abstractivè v. g. Antichristum, illo non existente, quod est contra omnes Theologos. §. Sed contra hoc est. Quia ut jam insinuavimus species, quas modò habent Angeli sunt institutæ ad repræsentandum naturas rerum, prout actu in singulari descendunt ab ideis Divinis, ergo quamdiù actu non participantur à singularibus non sunt objectum repræsentabile per illas. Ant. patet ex dictis, quia solum sunt datæ ad repræsentandum, quæ spectant ad ordinem universi, qui ut dictum est, physicus, realis, & exercitus est.

Expl., & urg. hoc. Nam objectum repræsentabile per aliquam speciem tenetur habere illud esse, quod requiritur, ut actu assimiletur speciei, sic quòd si species tantum est similitudo ejus prout abstrahit à præsentia, & absentia physica solum teneatur habere esse objectivum, vel intentionale. Si verò sit similitudo illius prout determinatà in aliqua duratione existit, non sufficit ei præsentia objectiva, sed requiritur physica, & exercita; quia sicut non habens objectivam non habet sufficienter esse ad assimilandum primæ speciei, ita nec habens physicam habet sufficienter esse ad assimilandum posteriori, vel secundæ, ergo cum species modo angelicæ de facto datæ sint tantum similitudines rerum prout in aliqua duratione existunt, indigent præsentia physica ex parte objecti, & non sufficit eis præcisa objectiva ad illas repræsentandum, & assimilandum ex parte ejus.

Per

Per quod etiam patet ad id, quod dicitur de specie infundenda à Deo respectu Antichristi. Nam hæc non esset similitudo ejus ut existentis extra causas, sed in determinatione libera primæ causæ de productione ejus in tempore suo; non sic tamen quòd immediatum repræsentatum per illam sit eadem determinatio, (quia cum hæc sit Deus per essentiam jam daretur species creata immediatè Deum repræsentans, quod est impossibile, ut supra latè ostensum est) sed tantum esset externa revelatio Dei de sua determinatione. Unde tunc Angelus non certò cognosceret videndo Antichristum ut existentem in libera determinatione Dei, sed habens speciem revelationis tantum crederet Deum habere decretum de productione ejus, & sic abstractivè diceretur cognoscere Antichristum esse futurum.

Ex his prob. altera pars, quæ sumitur etiam ex D. Tho. loco relato ex quodlib. Nempè quòd in adventu futuri contingentis non indigeat mutari species ad actu repræsentandum illud, sed sufficiat sola mutatio ex parte objecti. Nam modo actu non repræsentare futurum non oritur ex defectu aliquo præcontinentiæ, sed actualis connexionis ob defectum existentiæ ejus ut patet ex D.Thom., ergo ut actu modò repræsentet satis est actu conjungi cum illo, dum actu noviter existit. Sicut dicitur proportionabiliter de Sole actu non illuminante cœlum, quia est clausa fenestra, quam satis est aperiri, ut actu illuminet illū. Sed circa hanc 2. p. adhuc constabit insolutionibus.

§. II.

Solvuntur argumenta.

Primò arg. Per solum defectum assimilationis ex parte futuri non sufficienter tollitur Angelum certò saltem abstractivè cognoscere illud, ergo nec sufficienter hac via fit satis præcipuæ difficultati. Prob.ant. Nam sola præcontinētia objecti etiam actu non existentis sufficit ad actu repræsentandum illud, ergo præcisus defectus actualis assimilationis ob carentiam existentiæ non impedit certam cognitionem ejus saltē abstractivā Prob.ant. Nā modo defacto species angelica repræsentat objectū semel antea cognitum, ut modò suppono, cum certò illud abstractivè cognoscat, sicut & cognoscit homo, sed non alia ratione nisi quia adhuc continetur in specie, erg. Prob. mi. quia modò inter illud & speciē non adest actualis assimilatio, cum non existat, nec participet naturam repræsentatam, ergo.

Ad hoc nego ant. Ad prob. nego iterum ant. Ad prob. neg. mi. Ad prob. dist. ant. Non datur actualis assimilatio, nec præcessit illo existente, neg., sic quòd præcesserit illo existente, conc., & neg. conſ. Nam licet modo non existat, dum tamen priùs extitit, & fuit cognitum ab Angelo, ex vi prioris cognitionis remanet species determinata ad illud repræsentandum non quidem in se ipso, cum actu non existat, sed ut jam cognitum, sive ad repræsentandum hoc, quòd Angelus illud cognoverit, quod satis est ad cognitionem certam abstractivam.

Sed instes. Quamvis præcesserit cognitio, & assimilatio, actu tamen illud non assimilatur speciei, ergo sine actuali assimilatione potest haberi cum sola præcontinentia objecti certa cognitio abstractive illius. §. Resp. dist. ant., actu non assimilatur, nec virtualiter, scil. in virtute prioris assimilationis, quæ aliquomodo adhuc conservatur, neg., actu præcisè, transeat, vel conc., & dist. conseq. sine actuali, & virtuali, neg., actuali præcisè, transeat, vel conc., dico transeat, quia dum aliquo modo conservatur, suo modo etiam verificetur, quòd actu perseverat. Sicut in simili dicimus de attentione in orando, quòd licet vis primæ intentionis sæpè cesset in prosequutione orationis, quatenus actu non continuatur, sed interrumpetur, dum tamen voluntariè nō contingat, sed tantū ob inadvertentiā, vel infirmitatem mentis humanæ, adhuc verificatur manere attentio in virtute primæ intentionis, qua oraturus accedit ad religiosè orandum. Sic ergo similiter dicimus, quòd respectu præteriti non adest actualis similitudo, quæ nunc de novo contingat, adest tamen virtualis, seu actu perseverat prior in virtute illius jam habitæ, dum actu præteritum positum fuit in re, unde licet istud non maneat in se ipso manet tamen ut cognitum, ac proinde non est nuda præcontinentia, sed etiam conservatio assimilationis ejus sufficienter, ut tanq.à signo, & à posteriori, perspicacissimo illius intellectu attingatur.

Sed adhuc instas. Nam ex eo præcipuè inferimus non posse certò futurum ab eodem cognosci, quia species angelica non se extendit nisi ad ea, quæ pertinent ad hoc Universum, sed præteritum ampliùs non existens non pertinet ad hunc ordinem, cum sit ordo physicè existentium, ut dictum est, ergo. §. Resp. dist. eodem modo mi. Non pertinet, nec aliquando, pertinuit, neg., pertinuit aliquando, conc., & neg. conſ, quia p'out sic potuit relinquere aliquod sui vestigium sufficienter, ut ab acutissimo illo ingenio attingatur.

Secundò arg. species angelica, posita existentia futuri actu illud sine sui mutatione intuitivè repræsentat, ergo antecedenter saltē abstractivè repræsentabat. Prob.conſ. 1., nā, quia imago Cœsaris, Cœsare existente actu sine sui mutatione repræsentet, illo absente repræsentet abstractivā, ergo. Secundò quia non stat actu intuitivè repræsentare sine sui mutatione, non supposita ante existentiā repræsentatione abstractive, ergo Prob.ant. Actu repræsentare futurū non est pura denominatio extrinseca in specie, ergo non stat, quòd transeat ad actum repræsentationis sine sui intrinseca mutatione, non supposita repræsentatione abstractiva ante existentiam.

Expl., & urg. hoc. Si species Angelica ante existentiam rerum nec abstractivè eas repræsentat, indifferenter se habet ex parte sui ad repræsentandum, vel non repræsentendum illas, ergo ut modo determinatè repræsentet individuum, quod antea non repræsentabat, erit illi necessarius aliquis modus intrinsecà illam determinans ad repræsentationem illius. Ant. patet in substantia ejus comparativè ad locum. Nam quià antecedenter ad operationem in nullo loco est, indifferens est ad essendum, vel non essendum in illo. Ex quo etiam prob. conſ. Nam quià eadem substantia quantum est ex se indifferens est ad occupandum hunc vel illum locum indiget aliquo superaddito determinente ad occupandum hunc præ illo, ergo si species Angelica est antecedenter indifferens, non sufficiet illi sola extrinseca positio existentiæ objecti, sed erit necessarius modus aliquis intrinsecus illā determinans. §. Resp ad arg. neg. conſ. Ad 1. prob. neg. causalē, sed quià præcisè est instituta ad repræsentandum Cæsarem, ut aliquando habuit talia lineamenta, & non ut determinatè habentem in decursu, vel

vel influxu temporis, ut contingit in specie respectu existentiæ objecti, ut dictum est. Vel quià imago Cæsaris utpotè sumpta ab illo, affectus ejus est in genere causæ exemplaris, onde ille in se non existens adhuc existit in sui imagine, ut causa in affectu, & consequenter actu repræsentari potest; species verò ut vidimus, non accipitur ab objecto in se ipso, sed à Deo, unde objectum adhuc non existens in se ipso, nec existit prout sic ut causa in specie, & idco nequit actu repræsentari ante sui existentiam.

Ad 2. prob.neg. ant. Ad prob.dist.ant. Est perfectio intrinseca absoluta ab omni extrinseco, aut connexione cum illo,neg., connotans objectum existens, conc., & neg. cons., nam unio in anima nostra respectu materiæ intrinseca est illi, & tamen actu non unitur illi non connexæ sibi per informationem, ad quod tamen non requiritur aliquod superadditum tanquam formale uniens, ut probatum est in 1.Phys., sed satis est positio extremi debitè dispositi, quià non est transitus de genere ad genus; unde cum etiam species, propria objecta contineat sub eadem formali ratione specifica nō erit necessarium aliquid superadditum ut transeat ad actum repræsentationis. Quamvis etiam dici possit, ut insinuavimus, & tradit Ortia in Logicis tract.5. conferentia 4. in solut.ad 2.n.746. versus finem, quòd species illa quantum est ex parte sua semper repræsentat, cum repræsentatio ejus sit entitas ejus instituta, ut dictum est, ad repræsentandum propria objecta, unde sicut semper habet eandem entitatem, pariter habet eandem repræsentationem.

Ex his etiam patet ad explicat., ad quam neg.ant. Tum quià ut dictum est species non est absoluta ab objecto, imò ex sui natura data ad repræsentandum illud; substantia autem Angeli absoluta est ab omni loco; tum quià hæc dum constituitur in loco transit de genere ad genus, scil.accidentale, vel operativum, ut explicatum est.

Tertiò arg., & est replica. Si species Angeli ante existentiam objecti habeat intrinsecam determinationem ad repræsentendum hoc objectum præ illo, deberet intelligibiliter præcontinere illud præ eodem, ergo Angelus comprehendens illam non poterit tunc saltam abstractivè non cognoscere illud: cons. tenet, quià videtur impossibile comprehendere speciem non cognito objecto præcontento. §.Expl. hoc. Nam per nos species Angelica, dum noviter ponitur objectum sub existentia, intrinsecè non mutatur, ergo jam debet objectum intelligibiliter continere, aliàs in accipiendo successivè continentiam rerum non poterit non mutari intrinsecè, ergo Angelus perfectissimè cognoscens propriam speciem cognoscet etiam objectum præcontentum.

Ad hoc dist. ant. Deberet intelligibiliter præcontinere, ut jam pertinens ad ordinem Universi, nego, secundum purum esse intentionale, conc., & neg.cōs. quià cum cognitio Angelica non se extendat ut dictum est, nisi ad ea quæ pertinent ad hunc realem, & physicum ordinem universi, licet dicamus speciem jam in se possidere similitudinem objecti, quamdiù tamen istud in se ipso nondum participat similitudinem sui præhabitam in specie, nequit esse ab Angelo cognoscibile, quià nondum participata tali similitudine non potest apparere in eadem specie, quòd pertinet ad universum: unde similitudo præhabita in specie ante existentiam objecti tantum repræsentat se ipsam secundum esse intentionale, quod est esse magis cognitem ut quod, quàm ut quo, sive secundum quòd in exercitio ducit in cognitionem objecti in se ipso. Sicut lapis existens in re, & nondum habens similitudinem sui in intellectu, tantum materialiter repręsentet se ipsum in re, non tamen repræsentatur spiritualiter à sui similitudine, quæ actu non est, ita dum sola similitudo sui existit in specie, vel in intellectu Angelico, ipsa tamen adhuc non existit in re, tantū repręsentabit se ipsam secundum esse intentionale, non tamen objectum, quod actu in se ipso nondum participat similitudinem sui.

Ad expl. similiter dist. conseq. secundum esse intentionale, conc., quasi jam actu connexa cum illo ut existente in re, neg., nam ad hoc requiritur existentia objecti, quià non connectitur actu cum illo ut repręsentabili, & cognoscibili, nisi ut sępè dictum est, prout pertinet ad hoc universum per sui existentiam.

Sed instas. Quià hęc solutio non videtur evadere vim argumenti, quod prob. sic. Ut Angelus certò abstractivà cognoscat objectum futurum satis est præcontineri in specie secundum esse intentionale ergo. Prob. ant. Nam Angelus certò scit, quòd omne habens esse intentionale in specie est habiturum esse reale in aliqua differentia temporis in se ipso, ergo supposito esse intentionali objecti in specie, non est illi deneganda certa illius cognitio abstractiva.

Huic instantię, quę videtur satis difficilis, neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant., quià dum ignorat determinationem primę causæ, à qua dependet certa futuritio existentię habendę in tali differentia temporis in se ipso, non potest ex sola visione speciei pręhabentis esse intentionale objecti formare hoc indicium determinatum, quòd sit exiturum in universo, sed solum disiunctivè, nempe quòd vel est exiturū, vel quòd ex vi causarū naturalium est possibile. Quà per ejus speciem non solum repręsentari possunt, quę aliquando habebunt esse in tempore, sed etiam quę possibilia sunt ex vi, vel potentia causarum naturalium existentium in universo, cum illas comprehendant. Ratio verò est, quam proximè insinuavimus, quià certum, & determinatum judicium ferri non potest, nisi de eo, quod actu spectat ad proprium objectum, constat autem quòd sola præcontinentia futuri secundum purum esse intentionale in specie non sufficit ad constituendum illud ut objectum proprium, quod solum pertinet ad hoc universum, (ut dictum est,) ac proinde nequit esse sufficiens motivum judicii certi.

Quartò arg.& iterum est replica. Species Angelica per nos non repræsentat determinatè objectum sui intentionale, ut intentionale exiturum, aliàs certò abstractivè cognosceret illud, ergo quantū est ex se nō habet omnia requisita ad illud repræsentandum, quando existit, ergo in adventu ejus indigabit aliquo saltem modo intrinsecè determinante, & immutante. Hæc posterior cons. tenet, & prior prob. Ideo essentia Divina ante decretum non habet omnia requisita ad repræsentendum aliquod objectum ut futurum, quià ante illud solum repræsentat ut possibile, ergo si pariter species non determinatè repræsentat ut futurum, sed sub aliqua ratione possibilis, non habebit omnia requisita ad repræsentandum, quando existit.

Expl. hoc. Non minùs essentia Divina quantum est ex se comprehendit omne objectum creabile, quàm species Angelica omne præcontentum in sua

ratio-

ratione formali, sed quià nihilominùs eadem essentia antecedenter ad decretum, tantum repræsentat ut possibilia, indigat intrinseca determinatione decreti ad repræsentandum ut futurum, ergo à fortiori indigebit species Angelica, aliqua intrinseca determinatione ad repræsentandum futurum, quando ponitur in re sub existentia, si determinatè ante istam non repræsetat ut tale, sed sub aliqua ratione ut possibile.

Ad hoc neg. primam conf. Ad prob. neg. causalem, sed quià ut in superioribus explicatum est, est omninò indifferens ante Decretum ad hoc, vel illud repræsentandum, & ideò est necessaria determinatio istius, ut istud magis, quàm illud repræsentet ut futurum. Species autem Angelica cum sit formalis participatio ideæ Divinæ practicè sumptæ ut dictum est, sicut idea prout sic habet omnem intrinsecam determinationem requisitam ad repræsentandum, pariter illam habet Angelica species. Quòd verò ante existentiam futuri actu certò non manifestet, oritur ex eo ut vidémus, quià tantum est data ad sic manifestandum, quæ pertinent ad ordinem universi, sive ad forum physicum, & reale, vel existentiale; unde objecto adhuc non existente, vel non participante similitudinem sui non est capax, ut certè manifestetur. Per quod patet ad explicationem.

§. III.

Resolvitur Quæsitum circa cognitionem intuitivam eorumdem futurorum de potentia absoluta.

Thomistæ omnes, qui cum cæteris Theologis conveniunt in negando Angelis cognitionem certam abstractivam de lege ordinaria, vel per species connaturales ante existentiam, eamq. etiam admittunt supernaturaliter: discriminantur tamen circa intuitivam. Nam alii affirmant posse Angelos de potentia absoluta illam habere. Pro hac sententia referuntur Herrera in tract. de Scientia animæ Christi, Corneyo ibidem, Alvarez disp. 60. existimans de ratione cognitionis intuitivæ solum esse, quòd ita clarè, & distinctè cognoscatur objectum cum sua existentia, ac si esset realiter præsens. Videtur etiam favere Cajet. ibidem q.11. dub.2. §. Et breviter, ubi de anima Christi dicit, quòd per species infusas intuitivè perfectè vidat præterita, præsentia, & futura.

Alii tamen Thomistæ frequentiùs negant, Bannez supra q.14. ar. 13. concl. 4., Zumel qu. 57. hic ar.3. q.3. concl.5. Cabrera, Medina ubi supra 3. p.ad 2., Nazarius controv. unica conc.4., Mag. Catalam dub.2. concl.2., Cipullus dub. 3. in solut. ad ult., Illustris. Godoy §.6. concl.5. Salmantic. hic disp.7. dub.3. & 4. & M. Ferra §.4. in manuscriptis.

Huic ergo quæsito in istorũ favorem resp. negativè. Nec existimo oppositum doceri à Cajet., quià ut benè advertit Cabrera, intentum Cajet. in eo dub. non est ostendere, quòd Christus per scientiam infusam, intuitivè propriè cognoscat futura contingentia, sed ostendere contra Scotum cognoscere perfectà singularia etiam quantum ad existentiam, & cognitiones individuales, unde dum ait intuitivè videre omnia, ly intuitivè, idem est, quòd clarè, & evidenter.

Prob. autem 1. ex D. Aug. lib. 11. confess. c. 17. afferente; *Id quod non est, videri non posse*; & cap. 18. *Videri (inquit) nisi quod est, non potest. Quid autem jam est, non futurũ, sed præsens est. Cum ergo videri dicuntur futura, non ipsa, quæ nondum sunt, idest quæ futura sunt, sed earum causa, vel signa forsitan videntur, quæ jam sunt, & ideo non futura, sed præsentia jam sunt videntibus, ex quibus futura prædicantur omninò concepta*. Ità Aug. Ex quibus arg. sic. Quod nequit propriè videri, nequit propriè intuitivè cognosci, sed futura nequeunt propriè videri, ergo nequeunt propriè intuitivè cognosci. Conf. tenet, & præmissæ sunt D. Aug., Miquidem ut patet. Ma. etiam, quià rem propriè videre, ut ibi accipitur ab Aug., non est aliud, quàm intuitivè cognosci, ut patet ex litera.

Dices cum M. Alvarez Aug. solum negare posse futura sic cognosci cognitione naturali. §. Sed contra hoc est. Quià Aug. absolutè pronunciat, quod non est, non potest omninò videri, ergo non tantum negat de naturali, sed de omni. Unde etiam cap. 19. supponens ex præcedentibus futura videri non posse, Deum alloquitur interrogans modum, quo Prophetis suis futura revelat, ergo non loquitur præcisè de naturali, cum illa Prophetarum naturalis non sit.

Secundò prob. ex D. Tho. q.3. de verit. ar. 3. ad 8., ubi inquit. *Quòd simplex notitia dicitur non ad excludendum respectum scientiæ ad scitum, qui inseparabiliter omnem scientiam comitatur, sed ad excludendum admixtionem ejus, quod est extra genus notitiæ, scil. existentiam rerum, quam addit scientia visionis*. Ex quibus sic arg. Scientia visionis ex D. Tho. est intuitiva rei, sed de hac asserit esse necessariò ad rem existentem, ergo ad non existentem juxta D. Thom. non est admittenda notitia intuitiva.

Urg. ex eodem supra q.14. ar.9. in corp., & q. 2. iterum de verit. ar.9. ad 2., ubi inquit. *Solum videri, aut cognosci intuitive, quæ habent esse extra videntem, quià scientia visionis dicitur ad similitudinem visionis corporalis, quæ res extra se positas intuetur*. Ergo ad cognitionem intuitivam non sufficit, quòd res sit præsens objectivè per speciem, sed præter hanc præsentiam requiritur, quòd sit realiter præsens in se. Unde ut statuat D. Tho. scientiam visionis in Deo recurrit perpetuò ut vidimus, ad realem præsentiam futurorum in æternitate, qua mensuratur Dei visio.

Ratione prob. deinde hæc sententia destruendo fundamentũ oppositæ, & simul affertur ratio à priori. Ex eo futura possunt sic intuitivè cognosci, quià ad hujusmodi cognitionem satis est rem evidenter attingi cũ sua existentia, & omnibus circumstantiis, sub quibus erit, està realiter præsens non sit in duratione, in qua est cognitio, sed hoc nequit subsistere, ergo. Ma. est fundamentum ejusdem sententiæ. Mi. verò præterquamquod satis colligitur ex utroq. S. Doctore locis relatis; prob. 1. Sic à priori. Quià notitia intuitiva, ut traditur in Summulis, & rectè exponit M. Soto p. p. introductionum cap 6. lect. 2. definitur sic, nempe, est cognitio est rei præsentis realiter, abstractiva verò absentis duratione, ergo nisi velimus pro libito immutare definitiones rerũ, nõ satis est præfata attingentia rei, sed est necessaria præsentia realis in duratione, scil. eadem, in qua est cognitio. §. Prob. 2. Nam de facto datur evidens cognitio rei cum sua existentia, & omnibus circunstantiis, sub quibus erit, quę tamen intuitiva non est, ut patet in cognitione Dei, prout terminatur ad futura, ut præcisè sunt in decreto, & non ut jam sunt præsentia in æternitate, de qua communiter affirmant Thomistę supra q. eadem 14. ar.13. non esse prout sic intuitivam. De quo

quo videri potest Ledesma disp. 2. de auxiliis dub. 2. ad 3. principale. Tertiò probari etiam poterat paritate, & notitia rei in speculo, de qua Cabrera disp. 4. concl. 1.

§. IV.

Solvuntur argumenta contra præcedentem resolutionem.

PRimò arg. argumento satis difficili. Nam de facto datur notitia intuitiva plurium futurorum non coexistentium physicè in duratione, in qua, & per quam mensuratur cognitio, ergo non est necessaria hæc realis, vel physica coexistentia objecti ad illius notitiam intuitivam. Prob. ant. Quia visio beatifica est intuitiva plurium non coexistentium in eadem sui mensura, vel duratione, ergo. Prob. ant. Et quòd sit intuitiva supponitur, cum illa videat in Verbo: quòd verò sit intuitiva eorum non coexistentium in eadem sui mensura prob. Quià mensura visionis nec est æternitas per essentiam, quia hæc est propria mensura Divini esse immutabilis, visio autem utpotà creatura, mutabilis est, & habens esse post non esse: Nec etiam per participationem, ut volunt plures, aliàs mensura creata continere posset differentias durationum inferiorum, quod est impossibile, cum implicet ens creatum in linea entis præcontinere differentias alterius entis, qua ratione probant Thomistæ 3. par. nullam subsistentiam creatam posse terminare naturam alienam, quià alias deberet continere differentiam alterius subsistentiæ, quòd solius Divinæ est proprium utpotè infinitæ. Et hoc eodem motivo dictum est supra, non posse substantiam Angeli gerere vicē speciei impressæ aliorum entiū à se. §. Secūdò prob. idem ant., quia mensura visionis nequit præcontinere alias secundū proprias uniuscunque differentias, nisi pariter visio beata præcontineat mensurata per illas, sed hæc non præcontinet omnia, quæ existunt in mensura inferiori ut patet, ergo. Prob. ma. quia mensura superior nequit continere inferiores, nisi pariter mensuratum per illam contineat mensurata per illas, ergo.

Huic arg. variè resp. Autores. Nam alii cum Ferrar. 3. Cont. Gent. cap. 61. dicunt visionem beatam mensurari æternitate Dei, non adæquatè sumpta, sed inadæquatè, sive prout præcisè comprehendit omnē durationem subsequantem ad inceptionem visionis, non antecedentem ad illam, cum sit actus perfectissimus ex natura sua invariabiliter in æternum permanens, & quià in eadem æternitate futura physicè, vel realiter coexistunt, non infertur visionem esse intuitivam objecti non coexistentis in sua duratione, vel mensura.

Sed huic solutioni videtur obstare præfata ejus mutabilitas, vel transitus de non esse ad esse. Nā quòd mēsuratur per eandem æternitatem est omninò immutabile. Hic enim est ejus formalis effectus, scil. quòd tribuat rei mensuratæ per illam, quòd simul duret quidquid restat durandum omni duratione reali; unde contra ejus conceptum definitivum est ut vidimus, rem facere successivè durare addendo durationem durationi, sicut facit tempus. Nec iterum facit durare duratione, quæ in actu non sit omnis duratio, sed respectu temporis sit futura, sicut ævum respectu Angeli, ergo non videtur assignabilis æternitas Dei tanquam mensura, vel duratio visionis beatæ, quam ab æterno non mensurabat.

Secundò obstat. Nam ex eo probant Thomistæ futura ab æterno coexistere æternitati Dei, quia aliàs pati deberet aliquam successionem in mensurando, si tantum illi successivè coexisterent, quando incipiunt in se ipsis, sive in sui differentia temporis, ut latè supra ostensum est, ergo tenemur consequenter asserere nō posse visionem mensurari ab æternitate, à qua ab æterno non mensurabatur, ut supponit solutio.

Secundò alii resp. mensurari tantum æternitate participata, ac præcontinente omnem durationem futuram à parte post, in qua etiam essent realiter præsentia futura, sicut modò sunt præsentia in illa Dei; & ideò potest esse intuitiva illorum. §. Sed hæc solutio manet impugnata tum ex his, quæ opponit argumentum. Tum ex superiori replica, nam si semel præcontinet omnem simul durationem à parte post, jam non manet ampliùs annihilabilis, ut patet, quià prout sic non potest de illa ampliùs verificari, quòd in aliqua non sit.

Tertiò resp. Illustriss. Godoy reccurrendo iterum ad æternitatem participatam, non ad illam, quam assignat præcedens solutio, quæ nempè tribuat omniū simul futurarum durationum præcontinentiam, faciendo visionē illis omnibus simul durare, sed dando puram, uniformitatem, quam habet ævum. Unde in hoc salvatur ratio intuitivi in visione respectu futurorum, quòd futura sint jam realiter præsentia in duratione, cui pariter coexistit visio existens in propria mensura, scil. æternitatis, & non quia illis coexistat, sive ut existentibus in propriis durationibus, sive in duratione propria visionis.

Sed hæc etiam solutio difficultate non caret. Nam secundum illam mensura propria visionis non præcontinet differentias temporis futuri, ergo non potest coexistere futuris ut existentibus in superiori mensura æternitatis, ac proindè nec prout sic intuitivè videre illa. Prob. prior cons. Quià ad sic coexistendum futuris est necessarium, quòd mensura ejus coexistat æternitati secundum illam virtualitatem, qua hæc præcontinet futura, sed nequit mensura visionis sic coexistere non præcontinendo durationem correspōdantem eidem virtualitati, sicut nec diceretur æternitas eisdē sic coexistere sine tali præcōtinentia, ergo.

Dices primò cum eodem futura simul coexistere cum visione in æternitate adhunc sensum, quòd cum illi non habeant coexistere, nisi pariter coexistant in Divina essentia ut liberè determinata per decreta de productione eorū, ita dum visio beata coexistit Divinæ essentiæ ut sic liberè determinatæ dicitur coexistere æternitati reduplicativè ut præcontinenti futura. §. Dicas 2. per æternitatem participatam, qua gaudet visio non teneri ad participandum utrumque, quod possidet æternitas Dei, cujus est formalis participatio, nampè, & quòd illi coexistant futura, & quòd eorum durationes proprias præcontineat, sed satis est, quòd habeat primum, nam secundum est omninò imparticipabile.

Sed contra primam insto. Nam ex eo quòd simul coexistant Divinæ essentiæ ut sic determinatæ per decretum, & necessariæ ad futurorum coexistentiam in æternitate, non infertur simul coexistere in æternitate, ergo. Prob. ant. Quia coexistentia futurorum in æternitate est coexistentia illorum extra causas, cū æternitas præcontineat illa, quia ambit omne tempus, in quo respectu æternitatis jam dicuntur existere, licet non respectu nostri, ergo hæc simultanea coexistentia in æternitate inferri nequit ex coexisten-

tia

tia in essentia Divina sic determinata. Prob. cons Quià hęc posterior coexistentia non est objecti extra causas, sed magis effectus in causa, ut dictum est, nam cognitio terminata ad objecta, ut pręcisè continenta in decreto, & non ut jam pręsentia ęternitati non est propriè intuitiva.

Contra secundam etiam instatur sic. Non stat participatio coexistentię sibi futurorum, non participata continentia eminentiali totius differentię temporis futuri, ergo vel utramque participat, vel nullam. Prob. ant. Ex eo futura modo coexistunt æternitati, quia hęc simul præcontinet omnem eorum mensurã, vel durationem, ergo non stat alteram participare præcisivè ab alia.

Dices iterum futura non coexistere mensuræ visionis, sive æternitati participatæ quasi immediatè ratione sui, sive ut propriæ eorum mensuræ, sic enim esset necessaria eorum præcontinentia, sed tantum coexistere illi, ut reduplicativè existunt in ęternitate, cujus est participatio eadem mensura visionis. §. Sed hæc solutio jam videtur sufficienter impugnata. Quia ex eo quòd futura coexistant æternitati non rectè infertur, quòd coexistant mensuræ visionis, nisi hæc præcõtineat differentias temporis futuri, ergo sublata hac pręcontinentia, nequit verificari, quòd coexistant mensuræ visionis, sive æternitati participatæ. Prob. ant. Quia sublata eadem præcontinentia æternitas participata solũ obtinet rationem instantis præsentis tam formaliter, quàm virtualiter indivisibilis sicut dicitur de ævo, ergo tantum possunt illi coexistere, quæ coexistunt æternitati pro illa virtualitate correspondente rebus pręsentibus, & non futuris, unde licet omnia, quę ęternitati coexistunt, simul coexistãt, non tamẽ respectu ejusdẽ virtualitatis, sed pluriũ correspondentium præsentibus, & futuris, & ideo mensura visionis ex eo, quòd est participatio æternitatis pręcõtinentis futura, si illa pariter non pręcontineat, sed tantum sit instans præsens formaliter, & virtualiter indivisibile, (utpotè participatio inadæquata ejus secundum virtualitatem tantum correspondentem pręsentibus) solum habebit coexistere ęternitati pro eadem virtualitate correspondente præsentibus non futuris.

Si quis tamen sustinere voluerit hanc solutionem, respondere poterit pręcedenti replicę, quam opponit Mag. Ferre, disting. ant. Non rectè infertur, quòd coexistant mensurę visionis, ex pręcisis meritis istius, conc., connexivè, sive ex meritis æternitatis propter sui maximam uniformitatem, qua facit sibi omnia simul coexistere, tam præsentia, quàm futura, neg. Nam licet ita sit, quòd æternitas participata, utpotè inadęquata, & deficiens participatio ęternitatis per essentiam, nequeat illam formaliter participare secundum omnes virtualitates, quas habet, & consequenter nec continere differentias temporis futuri, nihilominùs quia eadem ęternitas per essentiam secundum easdem virtualitates habet maximam uniformitatem in faciendo sibi omnia simul coexistere tam pręsentia quàm futura, ratione hujus maximæ uniformitatis in continendo, & coexistendo omnibus, habet æternitas participata, quòd dum semel existens in propria mensura coexistit æternitati, pariter sibi etiam coexistant, quasi pręsentia in sui mensura, eaqua omnia ex meritis ejusdem æternitatis prout sic cognoscere valeat, scil. ex vi connexionis cum illa. Potest enim inferius, ex eo quòd est participativè superius, & ex vi connexionis cum illo aliquid participare, de superiori, quod sibi aliàs ex propriis convenire non posset, ut sæpè explicatum est, pluribus exemplis.

Ex his etiam ad arg. resp. potest neg. ant. in sensu exposito. Ad prob. dist. ant. Non coexistunt in eadem mensura immediatè, & quasi ratione sui tantum, appetere realiter possint, & cognosci, conc., saltem connexivè, sive ex vi connexionis cum æternitate, quæ propter maximam sui uniformitatem facit sibi omnia præsentia, neg. Nam omnes illius virtualitates propter maximam uniformitatem, quam habent in coexistendo omnibus præsentibus, & futuris, facit simul omnia sibi coexistere, ut pręsentia, idque etiam pręstat mensurę sibi indispensabiliter connexę, & coexistenti, quę est etiam sui formalis participatio, & ex vi cujus ut insinuatum est, habet visio, quòd ex natura sua sit in ęternũ invariabiliter permanens, Et per hęc etiam patet ad prob., quę contendit contra ęternitatem participatam: sed disputationis gratia hęc dicta sint.

Secundò ad argum. resp. potest cum Mag. Ferre, qui omissis præcedentibus solutionibus distinguit illam propositionem. Visio beata est intuitiva plurium futurorum non coexistentium in sui mensura; neque Verbo, in quo illa intuetur, neg., coexistentium Verbo, conc., itaque ut dicantur futura intuitivè cognosci per visionem, non requiritur quòd coexistant in illa mensura, in qua ipsa tanquam sibi propriè durat, sed tantum, quòd coexistant in mensura, inqua durat Verbum, quia in isto, & per illud cognoscuntur. Cum ergo futura coexistent huic mensuræ Verbi, sive essentię Divinę, quæ obtinet munus Verbi optimè poterit visio beata esse intuitiva illorum. Ad habẽdam, ergo notitiam intuitivam futurorum non est necessarium, quòd ista coexistant visioni, sed solum quòd visio coexistat Verbo, quia adhuc notitiam intuitivam satis est coexistentia visionis cum objecto primario, non secundario, & viso ratione alterius, ut sunt futura respectu Verbi, unde ista satis est, quòd durent respectivè ad mensuram Dei, vel Verbi, in quo cognoscuntur, non verò ad mensuram visionis.

Sed instas Ideò objectum primarium cognitionis intuitivæ petit coexistere visioni, quia est intuitum, vel visum, ergo si semel futura sunt visa per visionem beatam tenemur dare illis coexistentiam non solum cum Verbo, sed etiam cum visione. Et ratio utriusque sumi videtur ex superiori definitione cognitionis intuitivæ, quòd sit nempè cognitio rei præsentis in duratione, in qua est cognitio, ergo sicut objectum primariò visum debet esse præsens, vel coexistens, per sui mensuram durationi visionis, pariter visum secundariò debebit esse præsens, vel coexistens eidem, ut per visionem intuitivè cognoscatur. Vel si semel oppositum contingat, non erit necessaria talis præsentia realis ad notitiam intuitivam.

Secundò insto ex alia ejusdem superiori doctrina, quam opponit Illustriss. Godoy. Nam coexistentia futurorum in Verbo, vel in Divina essentia non est coexistentia illorum prout extra causas, sed magis ut in causa determinata ad eorum productionem, sed hæc ut ipse etiãm fatetur, non est sufficiens ad rationem objecti visi, ut etiam ostensum est supra, ergo ad salvandam rationem intuitivi in visione non sufficiet hujusmodi coexistentia futurorum in Verbo; conl. tenet ex dictis, quià ad rationem intuitivi requiritur, ut dictum est, præsentia physica, vel realis, aut

aut extra causas respectivè ad durationem, in qua est cognitio, & non sufficit sola objectiva, vel intra illas.

Ad 1. sustinendo eandem solut. resp. potest: dist. eodem modo ant. Quià est intuitum, vel visum, utcunq. neg., primariò, conc., & tunc neg. suppositum conseq., quòd futura sint tali modo visa, scil. primariò, sicut Verbum, in quo videntur: Ad prob. verò, vel rationem adductam, ex præfate definitione, dicimus hanc ascendendo ad supremum illiū statum visionis beatæ, sivè ob meritum, vel coexigentiam illius, qua non solum præsentia, sed futura etiam videntur in Verbo tanquam in speculo cōprehensivo omnium, intelligendam esse, vel explicandam cum prædicta distributione accommoda, vel discrimine inter objectum primarium, & secundarium, ut explicatum est.

Ad 2. dist. ma. claritatis gratia. Coexistentia in Verbo, ut coexistente in æternitate, neg., sistendo quasi intransitivè in illo transeat, vel conc. Vident ergo in Verbo, ut coexistente in æternitate, ut in mensura propria, & prout sic cognoscere etiam futura non secundum solam præsentiam objectivam, vel intentionalem, aut intra causas, sed etiam, secundum realem, & extra illas saltem tanquam objectum secundarium, ut explicatum est. §. Utriq. etiam solutioni, addi poterat superior, cum qua aliquomodo coincidunt in favorem modi Illustriss. Godoy, recurrēdo ad vim connexionis, ex parte visionis, & mēsuræ ejus cū æternitate, & ad maximā istius uniformitatē in suis virtualitatibus correspōdentibus his inferioribus tā præsentibus quā futuris; nēpè, quòd quià visio coexistit Verbo, & istud coexistit in æternitate futuris dicūtur ista simul coexistere cū visione respectivè ad æternitatem non pro eadem virtualitate, sed propter eandem maximam uniformitatem in illis, qua facit sibi omnia præsentia, ut dictum est.

Secundò arg. Non repugnat cognitionem angelicam coexistere futuris in aliqua sui, vel eorum duratione, ergo. Prob. ant., non repugnat, quòd duratio angelica præcontineat differentiam temporis futuri. Prob. ant. De facto aliquod ens creatū prœcōtinet differentiā athomā alterius, ergo. Prob. ant. 1. Nā anima nostra prœhabet simul eminenter formaliter differentiam animœ vegetativæ, & sensitivœ. Secundò quià etiam mensura Angeli, scil. Æuum simul prœcontinet omnem differentiam temporis futuri, cum sit indivisibile, & totum simul in capax successionis, unde nec est duratio divisibilis successiva sicut tempus, nec divisibilis permanens, sed tota simul, ergo possidet totum id, quod possidet successivè tempus, & consequenter omnem durationem futuram.

Dices priori instantiœ de anima rationali neg. illā prœcontinere rationem vegetativi, & sensitivi, ut pertinent ad speciem utriusque inferioris formœ, sed prout trahuntur ad suam, & eminentialem respectu illarum. Nam differentia animœ vegetativœ, vel sensitivœ non est vegetare præcisè, aut sentire, sed vegetare tantum, vel sentire tantum, quo pacto non continētur, vel non includuntur in anima nostra. §. Sed contra hoc est. Ergo sicut anima nostra prœcontinet vegetativum, & sensitivum absque prœcontinentia differentiœ aliarum animarum, sive absque prœcontinentia utriusque, ut sunt rationes determinatœ, vel contractœ ad esse specificum plantœ, vel bruti, pariter aliqua duratio creata superior, & eminentior ut est angelica, sive ævum poterit continere utramque rationem temporis præsentis, & futuri absque præcontinentia differentiæ utriusque, sive ut determinatæ ad præsens tantum, vel futurum tantum, ergo jam non erit impossibile, quòd in eadem duratione creata simul prout sic utramque præcontinente, coexistant futura. Hæc posterior cons. videtur tenere, quià dum futura existere debent pro duratione futura, debent coexistere in duratione præcontinente futurum. Prima etiam constat, quia duratio temporis præsentie ut distincti à futuro, non est duratio præsens præcisè, sed præsēs tantum. Similiter futura, futura tantum.

Resp. ad eandem priorem instantiam bene ibi. Nam utraque ratio continetur in anima rationali tāquam in causa formali, quatenus per se ipsam potest tribuere subjecto effectum formalem, quem tribuit inferior, licet altiori modo, & non quasi differentialiter contineat illas, ut dictum est, unde nec sine contradictione potest in nobis simul esse forma vegetativa, aut alia inferior, vel corporeitatis cum anima nostra, ut in 1. Pys. ostensum est. Ad replicam transeat primum consequens, & neg. 2. consequantiam. Ad prob. dist. illam, debent pariter coexistere in duratione præcontinente, præcontinente ut cunque, neg., ut est differentia temporis futuri conc. Itaque similiter videtur philosophandū de duratione creata semel præcōtinente præseotē, & futuram, ac de anima nostra præcontinente rationem vegetativi, & sensitivi quòd, sicut ex hac præcontinentia non infertur, quòd species utriusque animæ inferioris præexistant in illa, sed tantum quòd tribuat effectus utriusque, ut dictum est, ita similiter licet admittatur utramque rationem præsentis, & futuri præcontineri in aliqua duratione creata, non tamen, quòd in illa præcontineatur differentia, seu mensura rei præsentis, & futuræ, sed tantum quòd tribuat effectum utriusque altiori modo, sive faciat durare pro præsenti duratione, & futura, quantum ad sui perseverantiam, sive quòd ævum in cœlo faciat perseverare durare Angelum pro utraq; duratione, & consequenter inferri nequit, quòd futura coexistant durationi angelicæ, sicut non infertur, nec inferri potest, quòd forma vegetativa, & sensitiva coexistant, vel simul existant cum anima rationali. Igitur futura non mensurantur per durationem, quæ respectu sui dicitur futura tantum concomitanter, aut ob solam perseverantiam usque ad tempus futurum, cum de facto tantum præsens sit; sed per illam, quæ non dum est, sed erit. Undè etiam temporis præsentis differentia non est durare pro præsenti quomodocunque, aut secundum rationem communem durationis præsentis, sed duratione determinata ad instans indivisibile præsens tantum, & sic duratio ille præcontinens alias, tantum præcontineret secundum rationes communes, quod non est sufficiens ad dandam coexistentiam futuris prout in se ipsis; sicut præcontinentia, quam habet substantia angelica aliorum objectorum secundum rationes communes non est sufficiens ut vidimus, ad illa determinatè manifestanda per modum speciei impressæ.

Ad 2. neg. ant. Ad prob. annexam dist. illam, Est indivisibile, tam formaliter, quam virtualiter præsens, conc., formaliter tantum, neg. Non enim ævū est sicut æternitas, quòd habeat plures virtualitates, ratione quarum habeat correspondere omnibus differentiis temporis futuri; sed solum dicitur indivisibile in se, quià divisionem partium non admittit, sicut tempus: & quatenus crescere non potest per novas partes durationis, qua ratione etiam dicitur præcontine-

tingere omnem durationem, in quantum tangit omne tempus, quòd successivè adveoit ob præfatam sui perseverantiam, quasi repetens suam dorationem, & non quia simul omne comprehendat, sicut dicitur de arbore posita in fluvio, quę successive tangit omnem aquam traoseuntem, uno eodem, sed repetito sui contactu. In quo longè distat, ut dictum est, ab æteroitate simul omnia tempora comprehendente, aut tangente, ut sic dicamus, eodem indivisibili contactu suæ cootioentiæ.

Sed iostas. Si æuum esset modo dicto indivisibile instans tā formaliter, quā virtualiter, deberet pati successione n, ergo sic tangit tempus futurum, quòd uno contactu comprehendat. Prob. ant. Nam quia instans nostri temporis est tam formaliter, quam virtualiter indivisibile præsens patitur successionem, sic quòd unum, vel præsens transeat, & aliud adveniat, ergo pariter &c. Et ratio utriusque est, quia sicut iodivisibile in linea quantitatis nequit habere divisibilitatē intra illam, ita nec indivisibila in linea durationis poterit illam habere intra suam. §. Urg. hoc Nam, vel ævum est iostans, ut uni tantum correspondeat nostro instanti, vel est potens correspondere duobus. Si primū, ergo fieot unum transit, & aliud advenit, pariter unum transibit angelicum, & aliud adveniet instans ævi. Si secūdū, ergo oē eā indivisibile in linea durationis, cū id ita, vel tantū durat, quòd durāt duo nostra.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. causalem, sed quia cum tempus, ut dictum est, in physicis, sit mensura motus, & numerus ejus secundum prius, & posterius, sicut motus semper aliter se habet secundum recessum unius partis, & adventum alterius, pariter tempus debet aliter se habere secundum successionē instantiū. Iostās verò angelicū cū sit mensura esse angelici, quod immobile est, pariter & ipsum immobiliter perseverat. Unde licet indivisibile in linea durationis successivæ, sive temporis nostri gaudere nequeat aliqua divisibilitate, vel latitudine, bene tamen in linea durationis angelicæ. Paritas autem in linea quantitatis attendi debet in ordine ad instans nostri temporis ob rationem adductam, quia cum iodivisibile angelicum sit mensura esse angelicī immobiliter perseverantis potest habere latitudinem nō intrinsecè per continentiam secundum pluralitatem virtualitatum, sed quasi extrinsecè per repetitionem durationis in tāgando quodlibet instās nostri tēporis.

Ad confir. similiter resp., quòd tandiu durat, quantum durant duo, & reliqua iostaotia nostri temporis, non quia ut dictum est, uno contactu omnia tangat, aut singula per distinctas virtualitates, sed per repetitionem suæ durationis, ut proportionabiliter dicitur de anima nostra, quæ cum indivisibilis sit, omnes partes corporis informat, non per sui multiplicationem, sed veluti per repetitionem in illis. Et idem similiter est de Angelo existeote in loco divisibili per repetitionem suæ locationis.

Ultimò arg. instando in lumine prophetico. Nam istud est intuitivum futurorum, sed potuit communicari Angelis, sicut communicatū est prophetis, ergo. Prob. ma. Nam prophetæ in Sac. Script. appellantur videntes 1. Reg. 9. *Ubi est domus videntis*. Et 2. ibidem 23. de Propheta David dicitur, quòd erat *sicut lux Aurora Oriente Sole, mane absq; nubibus rutilat*. §. Secundò prob. ex triplici autoritate difficili D. Th. Nā 3. Cont. Gent. c. 154. inquit. *Cognitio, quæ habetur de futuris ex revelatione Divina secundū gratiā prophetalē est omninò certa, sicut Divina præcognitio certa est. Non enim Deus præcognoscit futura solum prout sunt in suis causis, sed infallibiliter secundum quod sunt in se ipsis*. Sed cognitio Divina terminata ad futura prout io se ipsis intuitiva est, ergo etiam prophetica, intuitiva esit. §. Idem repeti 2. 2. qo. 175. ar. 6. ad 2. *Quandoque revelatio* (inquit) *prophetica est impressa quædam similitudo Divinæ præscientiæ, prout respicit futura contingentia in se ipsis*, ergo sicut Divina hæc præscientia illorum in se ipsis intuitiva est, pariter erit Prophetica. Tandem q. 2. de verit. ar. 6. ad finem docet, quòd species cum lumine prophetico speculum æternitatis dicuntur, quia Divinum intuitum repræsentant, prout in æternitate futurorum eventus præsentialiter videt, ergo cum eundem intuitum non repræsentent prout in se ipso, ut suppono, repræsentabunt ex parte objecti manifestando illud intuitivè.

Ad hoc neg. ma. in proprietate loquendo, solum enim dicitur intuitivum, vel visivum, quià clarè, & evidenter tangit objectum non sola evidentia in attestante, sed etiam in se ipso cum sua existentia, & circumstantiis, sub quibus aliquando erit, unde ita clarè, & evidenter facit idem cognosci, ac si intuitivà cognosceretur. Unde Cajet. 22. qu. 175. ar. 4. dicit prophetas habere evidentiam quoad duo nempè quoad revelationem, quòd est à Deo, & quoad revelata, quòd sint futura sic, vel sic. Non tamen pervenit ad rigorem luminis intuitivi, quod solum terminatur vidimus, ad rem ut præsentem realiter, vel existentem in eadem sui mensura, vel in superiori, in qua est cognitio, vel in mensura Verbi juxta modum probabilem, de quo supra. Et per hæc patet ad prob. ex autoritatibus, ex quibus tantum convincitur prædicta cognitio clara, & evidens, non tamen in rigore intuitiva, sicut est illa Dei, vel præscientia ejus, quam quidem imitatur quoad eandem claritatem, & evidentiam, non quoad propriam rationem intuitivi.

Sed instas. Si non esset propriè intuitivum, non possent ullo modo appellari visivum, ergo si semel prophetę dicūtur videntes, lumen eorum erit propriè intuitivū. Prob. ant. Deus majori claritate cognoscit possibilia, quàm prophetæ cognoscant futura, sed nihilominùs quià non intuetur illa non appellatur videns respectu illorum, ergo nec prophetæ appellari possent vidētes, si propriè non intuerentur futura. §. Resp. neg. ant. Ad prob. dist. mi. non appellatur videns, visione strictè dicta ut contraponitur scientiæ simplicis intelligentiæ, conc., largè ut distinguitur à scientia ænigmatica, & obscura, nag. & hac sola visione denominantur prophetæ, videntes in scripturis.

§. V.

Resolvitur aliud quæsitum de cognitione cognitionum cordis.

SEcundò inquires, qua ratione cogitationes liberæ cordis nequeant ab Angelo cognosci. Sermo est de actibus liberis sive intellectus, siuè volontatis, sive appetitus sensitivi, aut etiam imaginationis, vel phantasticæ apprehensionis hominis secundum quòd movetur à volontate, nam omnes hujusmodi motus prout in proprio usu, & fieri depēdent à libera voluntate, & respectu quorum tone homo dicitur operari ut homo, cadunt sub secreto cordis, utpote de foro liberi. Unde de illis omnibus supponimus non cognosci naturaliter ab Angelo, sed tantum posse illi manifestari vel à Deo per revelationem; vel ab ipso homine per locutionem, à quibus dependent, præcipoè

puè si aliàs nullo signo, vel exteriori, vel interiori appareant. Vel nisi fortè aliquæ ex his ita essent actiones necessariæ quoad exercitium, aut ad naturalem perfectionē potentię pertinerent, sicut in opinione plurium est amor in Angelo, & cognitio sui, & Dei Auctoris naturæ, de quo infra quæst.60. ar.1. De his enim affirmatur esse naturaliter cognoscibiles à quolibet Angelo voluntatem, & intellectum alterius cognoscente. De aliis verò frequenter in scripturis habetur à solo Deo, vel ab eo, cujus sunt, cognosci posse. Unde 1. Corint.2. dicitur. *Quæ sunt hominis nemo novit, nisi spiritus hominis, qui est in ipso.* Et Hierem. 17. *Pravum est cor hominis, & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego Deus scrutans cor.* Et alibi sæpe, ubi non obscurè significatur proprium esse Dei cognoscere hujusmodi cogitationes cordium. Unde ibidem Hieron. ex hoc ipso probat Christum esse Deum, quià inquit. *Si de Salvatore dicitur. Videns autem cogitationes eorum Iesus, nullusq. potest videre cogitationes eorum nisi solus Deus, ergo Christus est Deus, qui scrutatur corda.* Idem communiter docent PP., Et videri potest Athan. in lib. qq. ad Antiocum q. 27., Chrysost. homil. 30. in Matt., & in cap.9.ejusdem. Cyril.lib. in Jo.c.19., & lib.3.cap.3.& alii plures. Quibus jam communiter sub scribunt Scholastici.

Nec obstat, quod aliqui dicunt, ex his tantum concludi de cogitationibus cordis non quoad substantiam, sed tantum quoad modum, sive consistat hic in intensione, qua quis operatur ad intra: sive in hoc quòd se habeat per modum assensus, vel dissensus, complacentiæ, vel displicentiæ: siva in terminatione ad objectum particulare, vel individuum juxta diversitatem opinionum. Nam in quocunq. consistat, ideò modus iste occultus est, quià intrat ut jam insinuavimus, ordinem liberi, & intra arcanum cordis soli Deo manifestum, ut dicit Scriptura, sed etiam substantia actus liberè fit, & intra cor est, ergo si occultus est, & impenetrabilis modus, occulta pariter erit, & impenetrabilis substantia.

Tum quià dum Scriptura dicit à solo Deo cor hominis penetrari, sivè cogitationem ejus, indifferenter accipit tam pro actu intellectus, quàm pro illo voluntatis, ut de priori patet Luc.24. *Cogitationes ascendunt in corda vestra.* De posteriori verò Act.8. *Si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.* Sed in eadem, vel opposita opinione non admittitur etiam quoad substantiam cognosci actum liberum voluntatis, ergo nec admittere debent de libero intellectus, qui est saltem liber radicaliter. Tum denique quià si semel posset cognoscere quoad substantiam, posset etiam cognoscere peccatum cordis, formante v.g. homine hunc impium conceptū: non credo Dei matrem esse virginem. Non enim præcisè cognosceret esse falsam enunciationem in intellectu ejus, sed etiam penetraret etiā consensum, quià iste manifestatur vel per conceptum mentis, vel per verba ut sunt conceptuum signa, ergo semel cognoscens conceptum cognosceret etiam consensum, non minùs quàm homine manifestante illum per verba.

His suppositis difficile semper visum est assignare radicem, sive fundamentum hujus veritatis. Nam alii recurrunt ad defectum concursus Divini, quià statuit Deus ad hujusmodi cognoscenda non concorrere. Ità Scotus in 2 dist. 9. qu.2.§. ad argumenta 2.q. Et in 4.dist.10.q.8. in solut.3. Alii ad defectum speciei. Quià Deus non infudit species horum objectorum sic exigente creatura rationali ex dominio, quod habet supra suos actus. Ita Suarez lib. 2. de Angelis cap. 24., & Arrubal disput. 169. cap. 2., & alii.

Cæterum uterq. modus videtur deficiens, & diminutus. Prior quidem, quià tenetur assignare aliquod motivum, quare Deus deneget concursum: nam vel supponit debitum, vel non. Si hoc secundum, assignet, cur non debeatur. Si primum, Videtur derogare suavi ejus providentiæ, qua operatur regulariter id, quod est magis congruū, & consequenter à fortiori, quod est debitū naturis rerū: unde etiam videretur quasi irrogari injuria perfectissimo intelligenti denegare perpetuò concursum sibi debitum, ad aliquid intelligendum. Tum quià denegare hujusmodi generales concursus fit regulariter loquendo in pœnam alicujus culpæ, quę in Angelis bonis non est assignabilis.

Secundus videtur in eo deficere, quià restat probandum, quare dominium illud exigat non infundi speciem. Nam vel reddit objectum impenetrabile, sivè incognoscibile, vel non. Si hoc secundum, assignanda est ratio, cur stante objecto penetrabili, & cognoscibili habeat nihilominùs jus ad impediendam infusionem speciei respectu objecti naturaliter cognoscibilis. Si verò primum, adhuc tenetur probare, quare sic reddat occultum, ut impediatur eadem infusio postquam videmus, quòd habet Angelus species aliorum, quæ etiam cadunt sub eodem dominio, ut sunt actus exteriores, quos liberè eliciunt potentiæ; similiter interiores, nempè intellectus, voluntas, appetitus, & potentiæ motivę &c.

Si dicatur exteriores, eo ipso, quòd producuntur, esse de numero apparentium. Et similiter potentias, cum sint naturaliter debitæ naturæ, & ideo de his omnibus esse infundendas species, non tamen de actu libero liberè tantum conveniente, & contingenter. §. Contra hoc est. Quià petitur principium, nam de hoc inquirimus, cur illa, quæ naturaliter conveniunt, cognoscibilia sunt, & habent speciem, non verò, quæ liberè? Deinde cum tam actus externi, quàm interni æqualiter cadant sub dominio voluntatis, unde externus habeat, quòd cognoscibilis sit, & detur species ejus; non verò internus, cum non impediatur ista ex eo præcisè, quòd internus sit, ut patet de aliis internis naturaliter cognoscibilibus. Et sic restat solvenda pręcipua difficultas, quòd si uterq. nihil speciale affert præter dominium, quare alter cognoscibilis sit, & alter non?

His ergo modis relictis ad pręcipuum D. Thom. recurrendum est, dicendo ideò hujusmodi secreta non esse naturaliter cognoscibilia, quià non sunt proportionata intellectui Angelico ex eo quòd motus voluntatis liber à nulla causa creata, vel naturali pendet, sed à solo Deo, & ab operante illum. Ita D.Th. hìc q.57. ar.4., & q. 8. de verit. ar. 13. & 3. cont. Gent. cap.154., & in 2, dist.3. q.2. ar.3. & dist.8.q.2.ar.5., & alibi, & communiter ejus discipuli Capreol., Ferrara, Bannez, Nazarius, Zumel, Salmantic. disp.5., Jo: à S. Tho.disp.22. ar.3. & alii.

Prob. ergo examinando rationem D. Tho., quæ formatur sic. Quæ dependent à sola voluntate nō nisi à Deo cognoscibilia sunt, sed omnes hujusmodi actus à sola voluntate dependent, ergo à solo Deo cognoscibiles sunt, mi. constat, quià creatura rationalis utitur suis habitibus sive scientię, sive specierum prout vult, & cum vult, ergo quod modò hoc, vel il-

lud

lud actu cogitet à sola sui voluntate dependet. Maetiam prob. Quià creturæ rationalis voluntas soli Deo subjacet, unde ipse solus in eam, vel intra illam operari potest, qui est etiam principale objectum, ut ultimus finis, ergo.

Hæc ratio multis visa est difficilis non ex defectu efficaciæ ejus, sed magis fortè ex non rectà intelligentia. Nam aliqui Recentiores existimant D. Th. concludere suum intentum ex hoc principio, quòd quæ sunt à solo Deo, soli Deo sunt cognita, quod tamen magis est eam æquivocare, quàm interpretari. Non enim ignoravit plura esse à solo Deo, quæ pertinent ad ordinem Universi, vel rerum in natura existentium, & consequenter esse naturaliter cognoscibilia ab Angelo, ut sunt iidem Angeli, corpora cælestia, & similia, quæ per actionem creativam ab illo solo procedût. Ad aliud ergo diversum nec facilè impugnandũ reducit suũ discursum, nempe quæ ita dependent à causa creata à solo Deo mota, quòd ex vi suæ productionis non ordinantur, aut non pertinent ad ordinem Universi, aut constitutionem ejus, sive rerum existentium in natura non sunt ab Angelo naturaliter cognoscibilia, ut statim ostendemus, nec dabitur instantia in contrarium, ergo cum ea, quæ sic liberè dependent à voluntate mota à solo Deo non sic pertineant ad universum, ut etiam constabit, rectè infertur non esse naturaliter ab illo cognoscibilia. Hic est legitimus, & efficax sensus S. D.; quæ vel non penetravit, vel penetrare noluit quidam Recentior hìc disp. 1. de Angelis sect. 3. §. 2., ubi inter alios referens modum D. Tho. leviter satis protulit non esse nisi verba, & nihil significare, nec alio modo impugnat: in quo satis indicat ipsum potiùs non habuisse nisi verba ad illum impugnandum, cum tamen verba D. Thom. profundissimo sensu abundent sumpto ex intimis, & propriis voluntatis liberæ in sua contingentia, & indeterminatione, & ex omnimoda independentia ab omni alia re universi, ut immediatè constabit.

Pro intelligantia ergo adverto, quòd ut sæpè dictum est, Angelus non habet vim cognoscendi naturaliter, nisi vel universum, aut partes ejus, aut res existentes in rerum natura, idest habentes esse determinatum, & fixum; nam ad aliud non se extendunt species ejus, ut ostensum est. Cam etiam teneamur assignare certum terminum cognitioni ejus, qui tamen nõn est alius assignabilis, quàm latitudo universi, aut partium ejus, nisi velimus etiam ad omnia possibilia se extendere, & ad futura contingentia, cum si semel exit, vel egreditur limites illius, non sit major ratio de uno, quàm de alio. Et hac ratione dicimus non exire illa cognoscendo, quià ejus cognitio determinata est ad naturalia hujus Universi. Inter partes autem hujus universi hunc ordinem statuit Deus, ut docet D. Tho. iusta q. 103. art. 6., quòd causa particularis in sua operatione ab universalibus dependeat, & moveatur ab illis. Unde si semel detur, quòd aliqua operatio, vel actio causæ particularis totum hunc ordinem subterfugiat, vel ab illo subtrahatur, & à sola sua causa particulari procedat præcisè, ut mota à Deo, & non ab aliis particularibus, tunc tenemur consequenter asserere, quòd talis causa licet pars sit universi, nõ tamen formaliter, ut pars universi operatur, & ideo prout sic coniuncta cum sua operatione, certò ab Angelo penetrari non possit quid agat, aut quòd naturaliter ab illo cognoscibilis non sit.

Ad rem ergo deveniendo cum voluntas creaturæ rationalis licet in se pars universi sit, utpotè proprietas naturæ intellectualis, in suo tamen actu libero cũ à nulla causa creata moveatur, sed à solo Deo, qui pars universi non est, sed extra, aut supra totũ universum jam prout sic pars universi, aut ens naturale spectans ad illud censenda non est, & consequenter ab Angelo certò cognosci non poterit. En quomodo D. Tho. efficacissimè infert ex eo quòd voluntas soli Deo subjacet nõ habere prout sic conjunctã cum actu suo libero intra se ipsam latente, nullumq. effectum ad extra inferente, cognoscibilitatem proportionatam cum intellectu Angelico, qui ad sola naturalia ad hoc universum spectantia tantum se extendit, ut probatum est. Et hoc si meliùs perpendisset idem recentior, non tam leviter protulisset, verba tantum continere rationem eius, & nihil singulare.

Itaq. ratio D. Th. ad hunc syllogismum reduci potest. Intellectus Angelicus non se extendit nisi ad ea, quæ pertinent formaliter ad hoc universum modo dicto, sed actus liberi voluntatis creatæ prout manent intra illam, & adhuc in nullo apparent effectu ad extra, ad universi ordinem, vel rerum in natura existentium non pertinent, ergo non sunt naturaliter cognoscibiles ab Angelo. Præmissæ patent ex superiori doctrina; ma. quidem, quià eorum cognitio est determinata, impotens exire limites hujus universi, vel totius entis naturalis. Mi. etiam quià voluntas in suo actu libero non operatur formaliter, ut pars universi, cum ab aliis causis universalibus non dependat, neque effectivè, neq. objectivè, sed à solo Deo, unde ejus actus tunc in altiori ordine collocatur, & ad secretum, vel arcanum illius soli Deo notum, & magis prout sic est extra, vel supra, quàm intra ordinem universi: Et idem est de aliis motibus, qui ab illa sola prædicto modo operante dependent ut mota à solo Deo.

§. VI.

Solvuntur argumenta contra rationem D. Thomæ.

PRimò arg. Si aliquid ex eadem convincitur, nec etiam post locutionem, aut revelationem alterius sibi manifestantis actum suum liberum poterit hic ab alio cognosci, ergo vel nimis, vel nihil probare videtur Prob. ant. Quia voluntas ex vi ejusdem locutionis non constituitur pars Universi, ergo si hac ratione actus ejus liber non est cognoscibilis ante locutionem, nec erit post illam.

Ad hoc patet primò esse solvendum ab omnibus tum in futuro contingenti, quod pars Universi non est, & tamen post revelationem cognoscitur. Tum etiam in eodem proprio sui actu libero, qui similiter pars Universi non est, & tamen quia ad ipsum pertinet à se ipso cognoscitur. §. Resp. ergo neg. ant. Ad prob. dist., & explico ant. Ex vi locutionis non constituitur pars Universi, nec fit per illam idem actus aliquid sui, neg., & fit tanquam ad ipsum pertinens, sicut proprius, conc., & tunc nihil obstat ut cognoscatur ab illo, cui fit manifestatio, sicut cognoscitur proprius; supposita enim locutione non pertinet ampliùs ad illius arcanum, nec est de numero latentium, sed apparentium, unde sicut ex aliquo effectu ad extra producto fit manifestabilis, & cognoscibilis, pariter fit talis ex vi locutionis. Prædicta argo causalis efficaciter quidem infert, quòd quamdiù retinetur intra, non possit ab alio cognosci, sed

non

non tollitur libertas, ut possit sic liberè operans illũ manifestare. Unde sicut de futuris dictum est, quòd est necessarie conditio existentię objecti ut coguoscatur, quia ex vi illius constituuntur in hoc uuiverso, ita conditio locotionis, eut menifestationis necesseria est, ot actus liber cognoscatur eb ulio, ad quem dirigitur, qoia ex vi illius fit aliquid sui, & pertinet ad ipsum. Quia licet ut docet D. Thom. q. 9. de verit. ar. 4. ad 11., Angelus habeat nõ tã species futurorum, quàm cogitationum cordis, reqoiritur temen prædicte manifestatio, & directio, ut actu, & in exercitio illas repræsentet, sicut, & ad manifestenda futura existeuria objecti. Unde ab initio debentur quidem species omnium, quæ possunt naturaliter coguosci, non taman omnia cognoscuutur per illas non positis omnibus requisitis.

Sed instes. Nam hojusmodi locutio, vel manifestetio debet fieri per actionẽ, aut aliam cogitetionem liberam, ergo si hæc ex sui natura est occulte, jam oon poterit per secundam menifesteri prima, ac proindè etiam post locutionem manabit occulte. § Resp. dist. cons., non poterit per secundam menifestari, si relinqueretur intra, transeat; si dirigetur extre ad elterum, nego, nem quamvis otraque actio illa suæ naturæ relicta, vel ex quo libera est, & ut manens intra, occulta si, eo ipso tamen quòd prior per posteriorem dirigitur exeuũt forum occulti, & una per aliam menifestatur, & fit ab alio cognoscibilis; sicut dicitur de orautibus meutaliter, dum dirigunt orationes suas ad SS. Augelos: quamvis aliàs etiem Beati in Verbo coguoscant secreta cordium nostrornm, ut dicit D. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 4. ad 2. Sed da his iufra q. 107.

Secundò arg. Bene stat, qnòd aliquis actus sit à causa particuleri, ut mota à solo Deo, & tamen sit natnraliter cognoscibilis, ergo. Prob. eut. instando in actibus uecesseriis ejusdem voloutatis, §. Dices istos esse à voluntate operante ut parte Universi, cum ab illa sint, ot habente modum neturæ, quod non coutingit io liberis, qui ab illa sunt ex inclinatione omoinò coutingente, quam facit sibi agens liberum sic, quòd plenã habeat potestetem ed uon faciandum, & consequenter netora hic non ingreditur ad determinandum; unde penetraos solam naturam non potest ad hujusmodi actus certam cognitionẽ pervenire.

Sed contre hoc est 1. Licet actus liber ex inclinatione contingente sit, nihilominùs prout exit à potentia, exit ut daterminatus, aliàs non exiret, ergo ut jem exit, est cognoscibilis. §. Secondò. Quià prout effectivè exit à potentia, quomodocunque exeat ab aliqua parte Universi exit, nam à soloDeo non est, præsertim cum sit actus viralis, ergo præcisus exitus ut à principio libero non impediet cognoscibilitatam. § Tertiò, & urg. præcadens. Nã ad perfectionẽ Universi nõ minùs pertinet creature operans ut libera, quã operans ut netura, aliàs non cõstaret ex gredu intellectuali perfectè assimilato Deo tã io uetura, per quã operatur, quam in modo operãdi communicebili creaturæ, scil. libero, ergo actus voluntatis, sive ab illa exaet ut natura, sive ut libera, à parte Universi exit, & ut ad ipsum spectens, & consequeuter ut natureliter cognoscibilis. Et qnidem si homo per se spectat ad universum pariter actus humani, qui libertatem axigunt, & ab homiua sunt, ut contradistincto à brutis ed illud spectabont. §. Quartò denique. Nã ex eo colligimus esse io altiori ordine, quie iu ejus eliciéntia non servatur ordo statutus in uuivarso, scil. cum dependentia ab aliis causis universalibua, ergo si semel datur aliquis oon servaus hunc ordinem, & oihilominùs ed Universũ spectat, jam principiũ illud, coi potissimum nititur ratio facta uon est subsistena.

Resp. beuè ibi. Ad 1. replicam dist. ant. exit ot determiuatus, determinatione secuudum quid, & ex suppositioue, couc., simpliciter, vel oaturali, aut immobili, ueg., nam sicut liberè fit, adhuc intra voluntetem æquè contingens, & indeterminetus manet, ac si intra ceuses esset, quia potest adhuc prout sic retrectari, & tolli. §. Ad 2. dist. ant. Ab aliqua parte Univarsi exit, formaliter, & ut parte reduplicativè Uuiversi neg., meterialiter tantum prout sic spectante ed illud, conc. Nam licet dicamus voluntatẽ esse partem Universi, non tamen semper operatur formaliter uttalis, ut dictum ast. §. Ad 3. oeg. ant. iu sensu formeli, sed magis ast supra, vel extre prout sic formeliter, ut insinuavimus; Ad prob. anoexam nego snppositum illius, quòd uuiversum exiget assimiletionem cum Deo, quoad id, quod uaturaliter, & necessariò oon convenit, sed megis siue illo salvari poterat Deus, sicut est modus operaudi liberè, nam modus iste ed altioram, siva libertetis pertinet, supra quem fuodatur bonites, vel malitia morelis, non supra illum netoræ cujus perfectionem præcipuè exigit Universum sive de linee actus primi, sive secundi, vel operetionis. Ad id verò, quod sobditur de homine, scil. spectere ad hoc uuiversum, similiter distinguendum est de illo, ut nature, & species animalis est; & ut agens liberum, vel conjunctum cum sui actione libera; priori modo pertinet; posteriori verò non nisi meterialiter modo dicto; undè actus intellectna, & voluutatis, qui ab homine sunt ut natnra licet dici possint humani, quatenus ab homine, ut specie distincto à brutis proceduut, cum hæc careãt hujusmodi potentiis, & consequeuter ad Uuiversum pertineet, uou tamen dicuntur tales quesi spectent ad genus moris, vel secundum quòd coinciduut actus humanos, & morelis, uam isti ad ordinem altiorem collocentur. §. Ad 4. patet ex dictis, quòd uoo ex pręcisa indepeudẽtie ab aliis causis, aut à sola dependẽtia, ut cuuque à Deo inferimus hos actus subtrehi à cognitione angelica, aut constitui iu ordine altiori, sed ut liberi: sic enim ex independentia, & dependentia in ratione principii oeque ut pars Uoiversi, oec ut counexionem habens cum aliis elicit eos voluntas, & ideo prout sic manent occulti.

Tertiò erg instendo in ploribus aliis. Primò in motu cœli liberè causeto ab Angelo, & moto à solo Deo. Secundò iu actibus exteruis ex imperio voluntatis. Tertiò in motione libere Dei raspectu causæ universalioris naturelis. Quartò in speciebus, & habitibus angelicis, quæ Angelo deserviunt in suis actibus liberis cum sola dependentia à Deo.

Resp. ed 1. quòd motus cœli ast determinatus ad modum neturæ, uude secondum quòd fit ab Aogelo jam pertinet adhoc universũ, & ut habens connexionẽ cũ his aliis ioferioribus, (ad quas raquiritur, illos causat.) §. Ad 2. similiter dicimus, quòd cum actus externi sint ax se detarminati, hoc ipso quòd fiunt, oaturaliter conoectuntur cum aliis pertibus uoiversi; non sic tameu de interuis, qui etiam postq; fiunt mauent iotrinsecè liberi, & simplieiter iodetermineti, & retractebiles, val amovibiles, onde nisi ab ipso cogitante, aut à Deo reveleotur, apparere non possunt, aut certò coguosci; sicut qui io omnem partem se vertit, apreheodi non potest, nisi tradetur ab eo, qui ejus motum causat.

Sed instas: Quemvis actus liber sic egrediatur à potentia, ut possit non egredi, sic tamen recipitur in illa ut non possit non recipi, nec postquam semel elicitur non potest voluntas non recipere, ergo sicut qui in omnem partem se vertit, si semel alicubi necessariò quiesceret, posset aprehendi, pariter aprehendi poterit actus secundum quòd necessariò quiescit, aut recipitur, nam prout sic cum magis respiciat voluntatem, ut naturam, quàm ut liberam fiet pars universi. §. Resp. neg. aut. Ad prob. annexam dist. illam; non potest voluntas non recipere, necessitate secundum quid, & ex suppositione, conc., simpliciter, neg., nam sicut idem se vertens in omnem partem, aliquam semper necessariò tangere debet, quia tamen vertibiliter se movet in omnem, in nulla simpliciter quiescit, & ideo nunquam capi potest, nisi tradatur ut dictum est, à causante motum, sic iterum dicimus de voluntate vertibiliter, sive liberè intrà animã se movente, & à solo Deo mota, quòd actus ejus secundum quid necessariò recipitur, vel ex sola suppositione, nõ simpliciter, sic enim sẽper manet libera volũtas tã activè, quã passivè. Unde licet libertas ejus expliceri soleat in linea activi per agere, vel nõ agere, non tamen in sola illa salvatur adequatus ejus conceptus, sed se etiam extendit ad lineam passivi, dicendo quòd potest pati, & non pati à proprio actu simpliciter loquẽdo ut supre, & alibi in 3. de anima explicatum est, & ita nisi iste manifestetur à causante illum motum nunquã aprehendi, aut certò cognosci potest.

Ad 3. dicimus, quòd causam universaliorem sic movet Deus, ut alias inferiores, vel minùs universales, & naturales moveat, unde motio illa ad universum, ejusque naturalem ordinem pertinet, & cum aliis partibus connexionem habet. §. Ad 4 Resp. quòd ut jam insinuavimus, species angelicæ infunduntur à Deo ordinante illas ad perficiendum Angelum per modum naturæ, & in probabili sententia, ut vidimus, sunt proprietates dimanantes, unde sunt perfectiones naturales, & per se spectant hujusmodi habitus, vel species ad partem universi, quæ est Angelus, nam licet etiam in rigore proprietates non sint, jure tamen connaturalitatis sunt debitæ, & exiguntur ab illo, ut dictum est.

Ex dictis colligi potest, quòd licet motus partis sensitivæ sive sint phantasiæ, sive appetitus sensitivi, ut procedunt ex motione, & imperio voluntatis occulti sint, ut tradit D. Tho. hic ad 3., quia tamen possunt pendere ex alia causa siva corporali, sive spirituali, hoc posteriori modo, ut sunt ex impressione alterius causę non repugnat ab Angelo cognosci, cum ad illum pertineat cognoscere omnem dispositionem corporalem. Nam tunc pars inferior hominis se habet sicut appetitus, & phentasia in brutis sequens similes impressiones. Ex quo tamen non licet inferre, quòd ex cognitione motuum partis inferioris de venire possit in cognitionem motuum superioris, quia pars superior potest diversimodè uti potentiis inferioribus. Tum quia licet appetitus inferior quandoque patiatur vehementissimam passionem ex impressione aliqua fatigante, & impellente, & ex vehementia imaginationis, non tamen trahitur necessariò voluntas, sed potest semper resistere, tenente illam, & detinente continentia, unde solum conjecturaliter potest ascendere ad motum voluntatis, sive dubitare, aut suspicari de illo, non certificeri, licet oppositum dicatur de actu externo, quie non nisi consentiente voluntate egreditur.

Colligitur 2. quòd improportio objectorum ad cognitionem angelicam nec præcisè reducitur ad solam dependentiam causæ particularis, sive voluntatis à Deo, nec præcisè ad conceptum liberi, vel ad hoc quòd voluntas libera sit, sed ad utrumque quasi radicaliter, quia sempè est talis naturæ, quòd ad suas actiones à solo Deo novetur, qui est extra universum. Unde si Deus moveret immediatè aliquod cœlum, motus ille cognosceretur ab aliis Angelis, quia potest ab alio ex illis fieri. Quod est valdè advertendum, quie ferè omnes instantiæ contra rationem D. Thom. facilè solvuntur.

§. VII.

Expeditur aliud quæsitum circa possibilitatem discursus, sive etiam compositionis, & divisionis in Angelis.

Altera difficultas est, an Angeli intelligere possint discurrendo, sive cõponendo, & dividendo, & quidem sermo est de discursu, compositione, & divisione strictè sumptie, prout ille importat successionem actuum secundum causalitatem, & lumen illativum, & non præcisè pluralitatem illorum, quisibi succedant absque illatione, ut cum cognoscitur unum post aliud, vel etiam ordinem causalitatis, sed præcisè objectivam, idest præcisè tenentem se ex parte objecti secundum quòd unum cognoscitur esse causam alterius, qui vocatur discursus tantum objectivus; sed debet hìc ordo reperiri ex parte actuum, sive sit secundum prioritatem, & posterioritatem durationis, sive tantum naturæ, & rationis, ut sæpè contingit, & constituit discursum formalem. Nam objectivum, vel largè sumptum, vel impropriũ supponimus dari in illis, cum prior, ut vidimus, reperiatur etiam in Deo, & posterior repugnet actui puro.

Similiter compositio, & divisio non præcisè accipitur pro simplici cognitione compositi ex prædicato copula, & subjecto, sed pro formeli, quæ fit per actualem compositionem, quando aprehensis terminis unum alteri attribuitur, vel removetur, aut negatur de illo, quod ex necessitate fit, quando non cognito ex vi primæ cognitionis adhuc non cognoscitur quid illi attribuendum sit, aut ab illo removendum, & sic alia cognitione, ordinatè tamen se habente ad primam intellectus aliquid eidem attribuit, vel removet ab illo, affirmando scil. menteliter, vel negando hoc de illo.

Hoc supposito affirmat Scotus tam circa naturalia, quem supernaturalia in 1. dist. 7. qu. 1. §. *Contra Conclusionem*, & alibi. §. Oppositum docet D. Th. hic q. 58. ar. 3., & 4., & sequuntur cõmuniter ejus Discipuli Cajet., Bannez, Nazar., Salmentic. disp. 8. dub. 2. Capreol. in 2. dist. 3 q. 2. ad argumenta contra decimem, Ferrere 3. Cont. Gent. cap. 91., & alii, quos refert, & seq. Mag. Joan. à S. Thom. disp. 22. ar. 4., & ex Societate subscribit Valentia hic. §. Alii verò media via procedunt negantes de objecto naturali evidenter cognito, ut sunt omnia naturalie spectantia ad hoc universum; affirmant tamen de aliis, sive supernaturalibus, sive non, quæ scil. evidenter, cognoscere non potest, ut sunt futura contingentia, & secreta cordium. Ita Suarez lib. 2. de Angelis cap. 33., ut probabiliorem amplectitur Melonius in 2. dist. 2. disp. 6.

Di-

Dicendum tamen est non posse in Angelis admitti discursum formalem, sicut nec formalem compositionem, nec divisionem tam circa entia supernaturalia quàm naturalia quomodocunque. §. Ratione prob. 1. pars, in qua simul comprehenditur utraque ratio D. Thom., altera ex paritate corporum cœlestium, altera ex discrimine inter intellectum humanum, & angelicum. Ad verum, & proprium discursum duo requiruntur, & sufficiunt, scil. ut sint duæ intellectiones distinctæ, & una colligatur, vel inferatur ex alia, sed Angelus circa nullum ex prædictis objectis potest sic habere utramque intellectionem, ergo nec discurrere. Ma. est certa, & traditur à D. Thom. hic, & supra qu. 14. ar. 7., & 1. Cont. Gent. cap. 57., & supponitur ab ipsis recentioribus tanquam fundamentum, cui innituntur ad asserendum nec usum fuisse, nec uti potuisse Christum scientia infusa per discursum, ut videre est apud Suarez 3. p. disp. 28. sect. 2., & Vasquez disp 52. cap. 3. num. 18., & patet, quia si velimus illum distinguere à simplici intuitu plurium, vel à præcisa successione plurium actuum, tenemur dare illi lumen, & vim, vel influxum illativum ex uno jam noto ad aliud nondum notum, & solum capiendum, vel percipiendum per discursum, similitudinariè ad discursum localem, unde necessariò importatur in illo pluralitas, aut dualitas actuum secundum causalitatem. Mi. verò prob. 1. nam quia corpora cœlestia sunt suprema in sua linea statim obtinent suam ultimam perfectionem à natura non per mutationem, & motum (loquor autem de perfectione substantiali, & accidentali per modum actus primi completi, ut supra dictū est,) ergo pariter Angelus, qui suprema substantia est in linea intellectuali suam ultimam perfectionem debuit statim obtinere non per motum intellectualem, sed statim in uno cognito omnia cognoscere debet, quæ in eo cognosci possunt. Quod non compatitur cum discursu formali, ut dictum est.

Secundò prob. eadem mi. alia ratione D. Tho. Ex eo noster intellectus utitur lumine formaliter discursivo, quia nequit in uno cognito ob sui debilitatem cognoscere omnia in illo cognoscibilia, sed Angeli statim visis principiis vident omnes conclusiones ex illis inferibiles, cum habeant plenitudinem luminis intellectualis, utpotè supremi in hoc gradu, & consequenter lumen penetrantissimum, unde etiam vocantur intelligentiæ, homines verò rationales, ergo non sunt capaces ordinis successionis actuum secundum causalitatem. Ma. patet ex doctrina eorundem recentiorum, nam ex eo ut supra dicunt non potuisse in Christo scientiam infusam esse discursivam, quia lumen illius est perfectissimum, ergo ex opposito &c.

Dices in favorem Suarez, solum concludi ex his de objectis naturaliter cognoscibilibus, non de aliis occultis, vel supernaturalibus, quæ non possunt ab ipsis certò cognosci, vel penetrari ob imperfectionem, vel defectū luminis circa ista, aliàs statim penetrarent, sicut, & cætera. §. Sed contra hoc est, & primò ex superiori eorum doctrina. Nam quia lumen scientiæ infusæ ex sua natura est intuitivum etiam in subjecto connaturaliter discursivo, (ut est anima Christi) nequit esse discursivum, ut docet idem 3. p. loco relato concl. 1., ergo quia pariter lumen angelicum est ex natura sui intuitivum, & perfectissimum utpotè supremum analogatum in hoc gradu intellectuali, circa nullum objectum etiam non statim, sed successivè, aut gratuitò cognoscendum poterit esse formaliter discursivum.

Secundò impug. sistendo iterum doctrinæ ejus, & instatur à fortiori. Nam gratia, aut lumen supernaturale adveniens naturæ ita elevat, ut subjectum etiam discursivum faciat intuitivum tam de facto, quàm de possibili, ergo à fortiori adveniens subjecto connaturaliter intuitivo nullo modo permittet esse discursivum. Cons. tenet, tum quia aliàs gratia contra sui naturam non perficeret illam, sed magis deprimeret, vel eidem derogaret, qua ratione ita affirmant de lumine ejusdem scientiæ. Tum quia ita iterum affirmant de eodem lumine, quia ut dictum est, est ex se intuitivum, unde gratia adveniens naturæ in sententia ejus respectu Christi, ita perficit illam, ut intellectum ejus aliàs ex se discursivum, dum utitur lumine ejusdem scientiæ constituat intuitivum tam de facto, quàm de possibili, ergo à fortiori id præstabit intellectui angelico ex se intuitivo, quòd nec de facto nec de possibili permittet esse discursivum.

Secunda pars concl. convincitur eodem fundamento. Nam habens lumen perfectissimum, & ex se intuitivum non minùs viso objecto videt omnia prædicata affirmabilia, & negabilia de illo, quàm viso principio videat omnes conclusiones inferibiles ex illo, sed quia sic istas videt incapax est discurrendi formaliter, ut probatum est, ergo quia sic videt prædicata omnia incapax erit componendi, & dividendi formaliter, unde solum cognoscere poterit ista in subjecto sicut conclusiones in principiis etiam circa supernaturalia, quia eundem modum servare tenetur in omnibus, cum uterque ex sua natura illis conveniat, ut dictum est. §. Si autem dicas id solum militare de prædicatis evidentibus, non de occultis, eodem modo impugnetur; nam quòd docet Suarez de discursu circa scientiam infusam animæ Christi, idem docet, & negat conclus. 2. de compositione, & divisione.

§. VIII.

Solvuntur argumenta contra resolutionem.

PRimò arg. contra 1. par. de discursu, evertendo 1. paritatem D. Th. Quia si aliquid cōvincit, cōvincit etiam nec dari discursum impropriè dictum, ergo. Prob. ant. quia ita est, quòd in cœlo detur tantum unus motus, quo cœpit ab initio moveri, ergo etiam in Angelo una tantum admittenda erit intellectio, vel cognitio. §. Dices ut supra paritatem non debere tenere in omnibus, sed tantum in his, in quibus est proportio, aliàs ut dictum est, non erit paritas, sed identitas. Sicut ergo militare non debet quoad unitatem formæ, sed in habendo ab initio perfectionem sibi connaturaliter debitam, ita nec tenere debet quoad unitatem motus, sed in habendo ab initio complementum per modum actus 1. ad omnem motum, sive unus tantum sit, sive plures juxtà dispositionem, aut libertatem subjecti operantis in actu 2.

Sed contra hoc est. Quia ex eo quòd habeat complementū per modum actus 1. non infertur, quòd in actu 2. motu proprio intellectuali ad diversa objecta non se moveat, ergo. Prob. ant. ex eo quòd cœlū habēs ab initio complementū per modum actus 1. verè adhuc in actu 2. movetur motu proprio ad diversa ubi, ergo. §. Resp. benè ibi. Ad replicam, neg. ant. solum

lum

sum inferri potest, quòd ab actu 1. per speciem objecti fiat transitus ad actum 2., quidquid deinde sit an ista, pura intellectio sit, (ut tenamnt modo affirmare juxta conditionẽ, & exigentiã operantis) an discursus propriè. Ad prob. neg. conf., nam quoad hoc discrimẽ est, quia licet cœlum non habuerit à natura motum localem, sed ab intelligentia, ab ista tamen habuit omnia requisita ex parte mobilis ad illum. Angelus autem nec habuit motum intellectualem propriè dictum, nec capacitatem ad illum, imò lumen omninò contrarium, scil. intuitivum, & perfectissimum ut dictum est. Tum quia etiam motus localis præsertim in mobili passivo, (ut est cœlum) est magis determinatus ad transitum ex uno ad aliud secundum successionem, & causalitatem, motus autem intellectualis præscindit ab hujusmodi imperfectione, ut tenentur ipsi etiam fateri in prædicto lumine scientiæ infusæ in Christo.

Secundò Arg. ad probandum, quòd saltem de possibili habeat posse discurrere, & potest esse replica. Quamvis à natura Angelus non habuerit discursum, habuit tamen jus videndi unum in objecto non viso alio, ergo saltem de possibili est discursivus. Ant. cõstat, quia pro sua libertate potest inadęquatè uti specie v.g. cõprehensiva hominis sistendo in prædicatis quiditativis, & præcisivè se habens ab attributalibus. conf. verò prob. Nam ex eo modo datur in nobis, quia uno viso non videt omnia; & est etiam præcipuum nostrum fundamentũ, quia nempè viso uno videt õnia, sive viso principio videt omnes conclusiones inferibiles ex illo, ergo si semel potest præcisivè videre unum sine alio poterit discurrere.

Dices ad utramque hanc posteriorem prob., ad causalem de homine, vel neg. illam, vel dist., quia non videt, nec videre potest ex debilitate sui luminis, conc., quia non videt præcisè, neg. & hinc ad posteriorem ex opposito dicimus cum D. Thom. hic in fine corp. quòd licet Angelus pro sua libertate non videat, quia tamen possidet plenitudinem luminis incapax est de viso transire pro libertate ad non visum per viam illativam, vel discursum propriè, sed ad lumimum per actum distinctum permissivè habitum à proprio lumine intuitivo.

Sed contra hoc est superiori paritate luminis sciẽtiæ infusæ. Quia non minùs est intuitivum lumen istud in anima Christi, quàm lumen angelicum, sed nihilominùs anima ejus semel inadæquatè utens illo, aut speciebus ejus ex prædicato viso poterat illativè transire ad aliud pro libertate non visum, ut suppono ex D. Tho. 3. par. 11. ar. 3., & communiter ex ejus Discipulis, ergo pariter Angelus poterit sic illativè procedere ex uno ad aliud.

Dices dist. ma. Non minùs intuitivum, tam ex parte sui quàm ex parte subjecti, neg. ex parte sui, conc. est ergo discrimen, quòd Angelus ex natura rei, ut dictum est, tendit ad objectum simplici intuitu, nec est capax aliter tendendi ad illud, unde nequit à proprio lumine permissivè habere, quòd discurrat, vel illativè procedat; cœterum anima Christi cum ex se naturaliter discursiva sit, & lumen superius, vel gratiæ, ut dictum est, non destruat, sed perficiat naturam, non impeditur ab eodem, ut discurrere possit per species scientiæ infusæ utendo illis inadequatè sicut discurrit in aliis cogitationibus utendo speciebus imperfectè repræsentantibus sui objecta.

Sed contra hoc est. Nã paritas assumpta id præcipuè intendit, quòd scil. possit Angelus esse subjectum discursivum, ergo respondere dando discrimen, quòd non est tale, videtur manifesta petitio principii: Unde fit iterum replica. Nam quià anima Christi potest inadequatè uti lumine intuitivo ejusdem scientiæ, adhuc ut subest illi est discursiva saltem de possibili, estò aliàs possit statim medio illo videre omnia, ergo si pariter Angelus potest inadæquatè uti suo intuitivo, adhuc ut subest illi erit discursivus saltem de possibili, estò alias medio illo possit statim videre omnia.

Expl. hoc. Quamvis anima Christi utpotè rationalis, sit ex se discursiva, nihilominùs reduplicativè, ut utens luminis scientiæ infusæ est potens videre omnia statim viso principio non minùs, quàm sit potens Angelus medio suo, ergo si quia eadem anima ex eo quòd potest inadæquatè uti tali lumine, adhuc ut reduplicativè utens illo potest esse discursiva, poterit etiam Angelus semel potens inadæquatè uti suo, esse discursivus. Unde paritas præcipuè consistit in libertate utendi utroque, lumine inadęquatè.

Resp. benè ibi usque ad ultimam replicam, ad quã neg. conf., quòd sit petitio principii. Nã postq. scimus, quòd anima Christi, utpotè rationalis, est connaturaliter discursiva benè recurrimus ex parte subjecti ad ostendendum, quare usus ille inadæquatus ex parte animæ sit sufficiens ad discursum propriè dictum, non verò ex parte Angeli, quià nempè, ut dictum est, cum gratia adveniens naturæ, non eam destruat, sed perficiat, ex qua parte non destruit potest optimè permittere lumen illud scientiæ infusæ, quòd anima juxta modum sibi connaturalem intelligat; ex qua verò perficit, quòd modo altiori, sive simplici intuitu intelligere etiam valeat. Cœterum Angelus cum ex sua natura discursivus non sit, estò pro sui libertate cogitationes suas dividere possit, præcisivè attingendo principia non conclusiones, si tamen semel attingit, nequit modo sibi repugnante, scil. discursivè, vel illativè attingere ex principiis, sed solum in principiis; unde sive dividat, sive non, tenetur semper attingere juxtà modum sibi connaturalem sine discursu propriè dicto. Et per hæc patet ad argumentum, & ad explicationem. Nam quòd anima simplici intuitu videat non habet ex propriis, sed ex superiori lumine illam perficiente, & consequenter eidem permittente, ut juxta modum sibi proprium procedat, scil. discursivum, si se ipso, vel suis speciebus inadæquatè utatur. Unde non est præcisè causalis, val adæquata, quia utitur inadæquatè, sed quia etiam modus ejus connaturalis est posse discursivè procedere, quod nõ tollitur ab eodem lumine; quod tamen non militat, nec potest militare de Angelo, ut dictum est.

Tertiò arg., & potest esse replica sumpto fundamento ex D. Tho. infra q. 60. ar. 2., ubi præter dilectionem naturalem admittit in Angelis dilectionem, electivam, qua ex fine se movent ad electionem mediorum. Non est imperfectio in illis, quòd in linea volitiva detur motus electivus ab amore finis ad amorem mediorum, ergo nec erit in cognoscitiva, quòd detur discursivus à notitia principiorum ad illam conclusionis. Prob. conf. Tum quià sic se habent in priori linea finis, & medium, sicut in posteriori principium, & conclusio. Tum quià non minùs motus electivus supponit discursivum, quàm discursivus supponit compositivum, & divisivum, ergo sicut ubi datur discursivus, datur etiam compositivus, & divisivus, pariter ubi datur electivus dabitur etiam discursivus. Prob. ant. quia electio, ut dicitur in 1. Ethic.

Ethic. sequitur ad consilium in inquisitione consistens. Tum quia sicut volitio supponit cognitionem, ita volitio electiva supponere debet cognitionem discursivam.

Ad hoc neg. cons., & disparitas est, quam supra insinuavimus, & tradit ibi D. Thom. in corp., quòd cum cognitio fiat secundum quòd res cognitæ sunt in cognoscente, necessariò petit, quòd intelligens per illam, si semel est perfectæ naturæ intellectualis, statim omnia intelligibilia naturaliter possideat; nam ex imperfectione suæ naturæ impeditur homo, ne sic statim omnia penetret, sed quædam tantum, ex quibus ad alia acquirenda moveatur. Actus autem appetitivæ virtutis ex opposito contingit, scil. secundum ordinem appetentis ad res appetitas, sivè secundum ordinem, quem servant appetibilia extra voluntatem, inter quæ aliquod est amabile propter se, quià secundũ se bonum est, ut finis; aliud verò propter aliud, quià in ordine ad illud habet suam bonitatem, ut medium. Ex quo fit non esse refundendum in defectum, vel imperfectionem appetentia, quòd aliquid appetat naturaliter ut finem, & aliquid per motum electivum, & ordinatum ad finem: sicut etiam proportionaliter dicimus, quòd nulla est imperfectio in Deo quòd aliquod objectum inefficaciter amet, supposito quòd detur voluntas antecedens in illo, quià objectum prout sic solum est tali modo amabile, vel sic tantum petit amari, ut supra ostensum est. § Ad 1. prob. dist. ant. Non minùs in omni subjecto, sive movendo æqualiter ex parte cujuscunq. neg., imperfecti, vel attenta conditione ejus, & secundum ordinem objectivum, conc. Ad 2. similiter dist. ant. Non minùs respectu cujuscunq. subjecti, neg., attenta conditione ejus, & exigentia objecti, conc. Ad utramque prob. similiter dicimus cum D. Tho. ibidem ad 2. & q. 59. ant., quòd non omnis electio consequitur discursum rationis, sed solum electio hominis, unde dilectio illa electiva in Angelis non dicitur amor rationalis, ut dividitur iste contra intellectualem, nam rationalis prout sic non præcisè dicitur, quià sequatur cognitionem rationis, sed quià sequitur rationem ratiocinativam, quæ non reperitur in Angelis ex discrimine adducto. Et quamvis electio supponat consilium, non tamen necessariò, vel essentialiter inquisitivum, & discursivum, id enim solum desideratur per modum præambuli ad illud in hominibus ob eorum imperfectionem, unde essentialiter consistit in judicio certo de rebus faciendis.

Sed instas. Nam huic doctrinæ se opponere videtur D. Th. q. 64. seq. ar. 2. in corp., ubi ad ostendendam causam obstinationis in Angelis esse illis intrinsecam inquit. *Quòd vis appetitiva in omnibus proportionatur aprehensiva, à qua movetur, sicut mobile à motore.* Ubi post pauca statuit discrimen ex parte utriusq. potentiæ inter Angelum, & hominem in eo, quòd homo mobiliter aprehendit, & mobiliter adhæret bono per voluntatem, Angelus verò immobiliter utrumque facit. Ex quibus arg. sic. Voluntas immobiliter adhærens supponit intellectum immobiliter aprehendentem, ergo voluntas motivè se habens ex amore finis ad amorem mediorum tenetur supponere intellectum motivè se habentem ex cognitione principiorum ad scientiam conclusionis: cons. tenet, nam aliàs vis appetitiva nõ proportionatur in omnibus cognoscitivæ, vel aprehensivæ.

Huic instantiæ supposita doctrina D. Tho. neg. cons., ad illius prob. dist. & simul explico illam: vis appetitiva non proportionatur in omnibus aprehensivæ, in quibus est possibilis proportio, neg., in quibus est impossibilis, conc., cum autem in eo quod est trahere objectum, & trahi ab illo non sit possibilis ut sæpe dictum est, cum hoc sit potissimum discrimen inter utramq., nec erit possibilis in modo se movẽdi ad sua objecta, quià in trahente, ut est cognoscitiva, est maxima imperfectio trahere objectũ ad se, & non aliud necessariò connexũ cum illo; quod non contingit in appetente, ut patet ex D. Thom. Unde præcipua proportio, quæ facit ad intentum illius consistit in modo tenendi suum objectum, nam sicut aprehensiva immobiliter tenet, pariter tenet illud immobiliter appetitiva, quià cum hæc reguletur ab illa, mutare nequit, aut recedere, nisi pariter mutet, aut recedat intellectus à judicio, & sententia, quam semel protulit, quod quià in Angelo est impossibile, rectè infertur causam principalem obstinationis, & inflexibilitatis ejus in malo esse immobilitatem aprehensionis, quià sicut ad aprehensionem mobilem sequitur appetitus mobilis, ità ad immobilem, ut est illa Angelorum sequitur immobilis: nam ità immobiliter se habent ad sua objecta, sicut immobiliter homo ad prima principia, quorum est intellectus. Et in hoc est maxima proportio inter utramque potentiam.

Quartò. Arg. fundamento P. Molinæ *hìc* ar. 3. 5. *Ex alio capite*, quo convincitur ad asserendum, quòd saltem per accidens *possit* Angelus discurrere, quando id, quod ex alio conjiciunt, una, eademq. notitia conjicere non possunt. Angeli sæpè in universo non vident omnia in illo, ergo tunc habent plures notitias, & consequenter discurrunt. Prior cons. videtur tenere, quià nequit esse eadem notitia, que unum videt, & alia, qua non videt, sed abstractivè, tantum, vel conjecturaliter percipit. Posterior verò etiam constat, quià una causatur, vel infertur ex alia. Ant verò prob. quià viso aliquo externo non videt cognitionem internam, sed tantum conjecturaliter procedit, sicut etiam visis creaturis tantum abstractivè, licet certò dicatur cognoscere Deum. Sicut viso aliquo miraculo Christi conjiciebat ipsum esse Deum.

Urg. & simul expl. hoc. Nam de facto plura sunt objecta, quæ respectu Angeli non sunt de numero apparentium, ut futura supernaturalia, & quæ non habent necessariam connexionem, sed tantum contingentem, & liberam cum objecto viso, ergo respectu istorum nequit intuitivè, vel comprehensivè se habere, sed tantum argnitivè procedens de potentia ad actum. Quod etiam videtur docuisse D. Tho. infra q. 79. art. 8. in corp. ubi ait. *Angeli, qui perfectè possident secundum modum sua natura cognitionem intelligibilis veritatis non habent necesse procedere de uno ad aliud, sed simpliciter, & absq discursu veritatem rerum aprehendunt*, ergo ex opposito circa objecta, ad quæ perfectè non se habent, sed conjecturaliter tantum, vel obscurè, de uno ad aliud illativè procedent. Imò dum dicit non habent necesse, videtur etiam insinuare, quòd pro libito discurrere possint, licet necessitatem non habeant discurrendi circa alia perfectè possessa.

Ad hoc dico in primis uno verbo fieri satis dicendo, quòd permissa pluralitate notitiarum in illis, & conjecturali prædicto processu, nunq. infertur, nec inferri potest ex eodem discursus propriè, quià licet unum percipiant in alio, ut dictum est, non tamen

ex

ex illo per viam causalitetis, & illationis, hic enim modus, (ut etiam innuit D.Tho. ibidem) est contra modū suæ naturæ, unde in nullo sui processu possunt ut sic nisi repugnanter procedere. Licet ergo dicemus unum conjicere in alio vel unum cognoscere post aliud, nunq. tamen ex alio, ut arguens supponit, nam posterius non tantum dicit prioritatem, & posterioritatem ex parte objecti, ut dicit primum, vel solam successionem, aut distinctionem actuum, ut dicit secundum, sed etiam causalitatem, & dependentiam unius ab alio, quod est impossibile in illis ut probatum est.

Sed preterea in forma ad arg. vel neg. ant., vel dist. claritatis gratia. In uno viso non vident omnia, ex parte connexionis, neg., ex parte termini in se ipso, conc., ad prob. similiter dico, quòd licet Angelus visis signis, vel effectibus, vel quibuscunq. exterioribus, non semper quiditetivè cognoscet terminū connexionis in se ipso, videt tamen illum in ratione termini connexi, perfectè cognoscendo, quòd unum habet connexionem tantum contingentem, aliud necessariam, unde non obligatur ex eo quòd non discurrit ad perfectiùs cognoscendum, nisi secundū quod in signo, vel prout in illo præcontinetur, aliud plenè, & quiditativè, aliud contingenter prout manifestatur in illo. Unde cognitio conjecturalis cadit supra terminum in se ipso, certe verò in ratione termini connexi, quia certò cognoscit habere solum talem connexionem cum alio viso. Quòd si deinde procedet ad certò cognoscendum eundem terminum non necessariò connexum, & priùs solum cognitum conjecturaliter, vel obscurè, non procedit tunc per viam discursus propriè, sed tantum impropriè secundum successionem, vel distinctionem actuum, non secundum illationem unius ex alio, quia nunq. recedit à modo sibi connaturali cognoscendi tantum unum in alio, non ex alio: Unde in nullo eventu, sivè circa supernaturalia, sivè circa alia quæcunq. potest alia via procedere.

Ad id, quod subditur de cognitione abstractiva visis creaturis, (cui potissimum nititur) quasi non possit eadem notitia simul esse intuitive, & abstractive, dicimus iterum primò solum inferri posse discursum impropriun. Deinde negatur hoc ipsum, licet sibi durum videatur. Nam si ut ipse ibidem fatetur, potest eadem visio beatifica esse intuitiva Dei, & abstractive possibilium, quare non poterit eadem notitia esse intuitiue sui, & abstractive Dei. Et præsertim hoc verificari potest, quando hujusmodi differentiæ intuitivi, & abstractivi non sunt perfectiones, vel rationes desumptæ ex diversa ratione formeli cognitionis, sed habitudines quædā tenentes se ex parte terminationis objecti, quatenus cognoscitur ut præsens, vel absens, aut non existens, nam tunc ex eadem ratione formeli procedit cum sola diversitate terminationis, sive ordine quodam ex parte objecti secundum quòd unum existit, & alterum non, sed est connexum.

Ad confirm. resp. eodem modo. Et ad D. Thom. patet primò nō leviter insinuare modum eorum procedendi sine discursu esse in illis invariabilem, dum dicit esse proprium suæ naturæ. Deinde dicimus loqui de angelo contrapositivè ad hominem, non ad se ipsum obscurè, vel conjecturaliter cognoscentem, dū expræsè subdit. *Homines autem ad intelligibilem veritatē cognoscendā perveniunt procedendo de uno ad aliud.* Unde ly non perfectè, sinistrè refertur ad obscurè, vel conjecturaliter; nam in omnibus semper servant, & servare tenentur eundem modum, licet dicantur multiplicare actus ut dictum est, & ideò solum voluit significare modum elevatum, vel sublimiorem, quem habent supra hominem, scil. intelligendo prædicatū in subjecto, & conclusiones in principiis. Et hoc est perfectè possidere cognitionem intelligibilis veritatis sine lumine illativo, scil. quo res cognoscitur per modū connexionis, & consequentiæ, non cum transitu de uno ad aliud, sed comprehensivè, & simplici intuitu, seu modo intuitivo. §. Nec refert, quòd dicat non habere necesse procedere de uno ad aliud, quasi velit quòd possit, licet non habeat necessitatē angelus sic procedendi. Quia ut dictū est, ly non necesse sumitur respectivè ad necesse hominis, non sui ipsius; unde sicut homo ita necesse habet, quòd juxta modum sibi connaturalem teneatur semper discurrere, ita angelus teneatur semper intueri, nec possit unquam aliter procedere. Et hunc etiam sensum reddit, si coniungetur cum verbis præcedentibus, ut facilè legenti textum constare poterit.

Alia argumenta, quę fieri possent contra 2. p. ad probandum, quòd uti possint divisione, & compositione ex dictis facilè etiam solvuntur ne eadem repetemus. Nam sivè utetur duplici specie ad cognoscendum prædicatum, & subjectum, sive una tantū, nunquam verificetur quòd componet, aut dividat, nam ad hoc necessarium erat, quòd ipsa comparatio extremorum esset ratio cognoscendi convenientiam, aut disconvenientiam inter se, & non præcisè per attingi simplici intuitu; unde penetrato v. g. homine cognoscit quidquid attribui, aut negari potest de illo, quia intelligentia in angelo æquivalet compositioni, & divisioni in nobis, ut tradit D. Th. art. 4. seq. ad 1., & ita eodem viso videt omnia prædicata particularia ejus, & in communi omnes negationes sibi repugnantium. Quòd si aliquem in particulari alicujus determinati prædicati videre velit, cognoscet illum per prædicata, quæ positivè eidem conveniunt, nec est necesse, quòd semper in particulari videat, quòd neq. est hoc, nec est illud, & consequenter neq. intellectualiter dividet dicendo non est hoc, nec est illud: sic enim nō possideret perfectè cognitionē intelligibilis veritatis, sed modo inferiori hominis.

Similiter etiam penetret supernaturalia, vel per propriam speciem, & tunc in obliquo cognoscitur subjectum naturale, cum accidens illud non repræsentetur in abstracto, sed tantum ut conjunctum cū subjecto, quod solum est naturale. Vel etiam si per speciem alicujus effectus, vel signi, ut viso miraculo venit in cognitionem facientis illud, quòd divinitatem habeat, ut dicitur de Christo respectu Dæmonis; unde nunq. indiget compositione, vel divisione. Cęterum loquendo de his supernaturalibus, vel aliis occultis præcisè cognitis ex viso signo, vel effectu, si boni angeli sunt, sole pro tunc cognitione conjecturali contenti sunt, suspendendo judicium, ne præcipitent illud, & errent, cum versentur circa objectū excedens eorum cognitionem, & lumen connaturale. Unde quandoq. in scriptura introducuntur per modum admirantiū admiratione non curiosè excitante ad inquisitionem, sed humiliter expectante illustrationem vel ab angelis superioribus, vel à Deo de re sibi occulta, ut dicitur Isa. 63. *Quis est iste, qui venit de Edom*, & psal. 23. *Quis est iste Rex gloriæ?* Utrum verò hæc eorum admiratio sit propriè talis M. Ferre hic §. 2. in solut. ad 2. instantiam negat eo mo-

do, quo discursum, unde sicut iste est imperfectio hominis, à qua est immunis Angelus, ita etiam admiratio, & solum impropriè eam admittit in illis. An verò etiam respectu supernaturalium solæ sufficiant species, sic quòd non requiratur alius habitus acquisitus, vel ingenitus, sicut non requiritur ad cognitionem naturalem, sivè certam, sivè conjecturalem, aut incertam juxta meritum objecti, variè sentiunt Auctores. Negativa tamen, quæ adhuc admittit, vel assignat aliquod lumen supernaturale per modum habitus videtur conformior menti D. Tho. prout subtiliter explicat Cajet. 1.2.q. 50. ar. 6. & seq. & etiam M. Jo: à S. Tho. n.31. vid. D.Th. ibid.

DISPUTATIO QUINTA.

De malitia Angelorum, quoad culpam.

Tria inquirimus. Primum de possibilitate creaturæ impeccabilis, & primò ibidem de creatura intellectuali in communi. Deinde in speciali de Angelo circa finem naturalem. Secundum an potuerit peccare in primo instanti. Tertium quodnam fuerit ejus primū peccatum, ubi aliquid in fine dicemus de duratione ejus.

QUÆSTIO PRIMA.

An sit possibilis creatura ex sua natura impeccabilis.

De creatura intellectuali libera procedit difficultas. Nam quod asserit cum aliis Scotus in 2. dist.23. q. unica possa dari creaturam intellectualem impeccabilem, quatenus de potentia absoluta potest dari voluntas creata non libera, videtur implicatorium; nam vel illa voluntas haberet pro objecto bonum tantum in particulari; vel etiam se extenderet in universalem rationem boni appetendo illud, & felicitatem in communi. Primum est impossibile, quià jam non esset voluntas, sed magis appetitus sensitivus. Secundum verò non componitur cum carentia libertatis, nam si semel ejus objectum est bonum in communi, jam libera est ad appetendum hoc, vel illud, quià cum prosequatur bonum aprehensum per intellectum, sicut iste potest quodlibet bonum in particulari aprehendere, & proponere secundum ma:, vel minorem convenientiam bonitatis, ità poterit voluntas quodlibet prosequi, vel appetere secundum quòd sibi proponitur, in quo consistit ratio libertatis. Unde sicut intellectivum non volitivum esset intellectivum non intellectivum, ita volitivum non liberum esset volitivum non volitivum.

Quòd si dicas, supposito per impossibile, quòd Deus ageret ex necessitate naturæ, vel esset agens non liberum, tunc adhuc maneret voluntas, vel arbitrium creatum respiciens universalem rationem boni, cum sit ejus objectū ut dictū est, contrapositivè ad appetitū sensitivum; sed tunc non esset liberū, quià cum sit participatio Divinæ voluntatis, vel arbitrii, impossibile est voluntatem creatam, vel arbitrium esse liberum, voluntate Divina, vel arbitrio non existente libero, ergo non rectè infertur volitivum non liberum non remanere volitivum, aut ex eo quòd respiciat universalem rationem boni deberé esse liberum. Et consequenter subsistere prædictam suppositionem Scoti de voluntate non libera, ex qua infert deinde ejus impeccabilitatem.

Resp. quòd cum ex impossibili sequatur quodlibet, dato eodem impossibili, tunc etiam voluntas, vel arbitrium creatum, esset liberum, ut aliqui volunt, & non liberum, primum quidem, quià consequitur ut proprietas rationem ad diversa se habentem, ut supra ex D.Thom. insinuavimus. Secundū verò ob rationem in instantia adductam, quia nempè est participatio Divinæ libertatis, quæ tunc non esset in Deo. Undè nec tunc foret aliqua creatura, quæ ex judicio indifferente posset aplicari, ut dictum est, ad volendum; imò nec tunc esset aliquod judicium objectivè indifferens, nec ratio ad diversa se haberet: Sicut si daretur nō esse possibile, risibile nec esset possibile rationale. Quę omnia sunt aliena, nec videtur cōponi posse cum præsenti difficultate, quę in his omnibus oppositū videtur supponere salvo conceptu peccabilitatis, vel impeccabilitatis (ut attinet ad præsens) in creatura. Utrum autem ex suppositione, quòd Deus ageret ex necessitate naturæ posset esse contingentia in rebus, optimè explicat Ledesma de auxiliis ar.3. in fine.

His præhabitis, qui tenent possibilem esse creaturam, cui sit connaturale lumen gloriæ, consequenter afferunt possibilem esse, quæ sit impeccabilis. Sed hoc supra impugnatur de visione. Unde alii admittentes oppositam impossibilitatem, dicunt tamen solum convinci autoritate SS. PP. non ex aliqua ratione efficaci. Ita Scotus ubi supra, & Valentia hìc puncto 1. Sed hoc non videtur subsistere. Tum quia non est in omnibus exigenda æqualis demonstratio. Tum quia ut constabit, efficacissimæ sunt rationes D. Thom. Tum quia videtur gratis dictum, id unanimiter affirmari à SS. PP., ut fatetur Scotus sine urgenti fundamento. Tum quia exprefsè Anselm. lib 2. Cur Deus homo cap. 10. in fine optimam insinuat rationem, quam etiam tangit D. Aug., et expendit D. Thom. qu.24. de verit. ar.7., de qua infra &c.

§ I.

§. I.

Resolvitur de impeccabilitate creaturæ in communi.

PRima concl. Nulla potentia fieri potest, ut Angelus, vel creatura alia quæcunque rationalis sit ex conditione suæ naturæ impeccabilis, vel cui ex eadem conveniat impossibilitas ad peccandum exclusa gratia, & influxu Divinæ bonitatis. §.Prob. 1. ratione D. Thom. hic q.63.ar.1., quam latè etiam prosequitur ubi proximè de verit. Non minùs creatura, quæcunque sit est essentialiter dependens à Deo in operando, quàm sit in essendo, sed quia est sic dependens in essendo, Deo non conservante, aut suspendente concursum transit in nihilum existentiæ, ergo quia pariter depēdet in operādo Deo non confirmante, aut sustinente per gratiam transibit in nihilū peccati, vel moralis defectus. Et hoc est, quod eleganter docuit Aug. lib. 8. super Genesim cap. 12. Dicens. *Homo Deo sibi præsente illuminatur, absente autem continuò obtenebratur*. Per quod datur intelligi, quòd creatura intellectualis possibilis, seù quàmlibet excellens ex conditione suæ naturæ sine illuminatione Divinæ gratiæ habet obtenebrari per peccatum, sicut absente Deo, & non conservante redigitur in nihilum. Et ideo sapienter etiam Ansel. ubi supra cuidam discipulo interroganti cur non possit à Deo talis creatura produci. Respondit, quia non potest ipsam facere Deum. Sicut si aliquis quæreret, quare Deus non potuit creaturam facere, quæ ex conditione suæ naturæ se ipsa subsisteret, & non esset in nihilum vertibilis, sapienter diceret, quia ipsam non potest facere Deum.

Ea ratio Anselmi efficacissima, qua etiam utuntur alii SS. PP. Augus. lib. 12. de civit. Dei c. 1., & 6., Nissenus, Damasc., Gregor, Fulgent, & D. Tho., quia nempè ex nihilo est, unde solus Deus, qui à se est, & consequenter primum ens, & summum bonum tam in esse physico, quàm in esse morali habet ex conditione suæ naturæ, quòd sit indefectibilis, & impeccabilis, sive non convertibilis in nihilum in utroque genere.

Urg., & expl. præcedens ratio. Implicat dari aliquam creaturam, quæ secundum suam naturam ex nihilo non sit, & vartibilis in nihilum, ergo implicat dari aliquam, quæ sua voluntate peccabilis non sit. Ant. est certum, quia quælibet in universum est ens essentialiter potentiale, utpotè ens per participationem, & consequenter defectibile à tota linea entis, ac proindè secundum suam naturam ex nihilo est. Cons. autem ostenditur sic. Nam vis ejus in hoc consistit, quòd cum modus operandi sequatur modum essendi, sunt hæc duo incompossibilia in aliquo subjecto, quòd habeat esse defectibile, & vertibile in nihilum, & operationem indefectibilem, & immutabilem de bono in malum, vel à perfectione in defectū. Unde quod est capax summi defectus in essendo, (qualis est non esse) impossibile est, quòd sit capax summæ perfectionis in operando, qualis est non posse peccare. Nā sicut ad indefectibilitatē in essendo requiritur indispensabiliter ratio primi, vel supremi entis; ita ad indefectibilitatem in operando requiritur pariter ratio primi, & summi boni, quod est incommunicabile creaturæ.

Et hoc est, quòd subtilissimè intulit D. Thom. ex eodem principio, scil. quia ex nihilo est. Nam sicut agens particulare tendens ad bonum tantum particulare, ut habeat actionem naturaliter indefectibilem, necesse est, quòd naturaliter insit ei ratio illius boni, (ut si velimus quòd aliquod corpus immutabiliter calefaciat, tenetur ei naturaliter in esse calor immutabilis) ita pariter agens naturale tendens in bonum absolutè per multiplices actiones, (qualis est creatura rationalis) ad hoc ut habeat actiones indeficientes à bono, debet ei naturaliter, & immutabiliter inesse ratio boni universalis, & perfectio boni, quod est impossibile creaturæ procedenti ex nihilo. Nam prout sic tenetur indispensabiliter habere permixtionem potentiæ in sua natura, quod est deficere, vel posse deficere à ratione, & perfectione boni, & tantum esse participativè bonum, in quo fundatur ratio mali, ut dicit D.Dion.cap. 4. de Divinis nominibus. §. Ex quibus omnibus potest iterum argui sic. Implicat in terminis posse aliquam creaturam produci Deo in aliquo genere non subjectam secundum sui naturam, vel quæ actus purus sit in illo, ergo implicat aliquam produci secundum conditionē suæ naturæ impeccabilem. Ant. est certum, cum in omni, ut dictum est, sit essentialiter ens per participationem, & consequenter quid potentiale, & dependens àb eo, cujus est participatio, scil. à Deo: Et hincetiam prob. cons. Nam ens essentialiter dependens, & potentiale, tenetur in omni genere, in quo est tale, indispensabiliter subjici superiori enti, vel regulæ, ergo si talis est essentialiter omnis creatura, impossibile est aliquam secundum sui naturam esse impeccabilem. Prob. cons. Quia prout sic impeccabilis non indiget superiori regula, ut patet ex terminis, ergo si essentialiter est dependens, vel quid potentiale, & eidem subjecta, impossibile est esse impeccabilem, vel in aliquo genere indefectibilem.

Secundò prob. concl. alia ratione D. Thom. hic, ar.1., & simul urg. præcedens proximum argumenmentum, præsupponendo quòd peccare nihil aliud est, quàm declinare à rectitudine debita actui, unde peccatum, sive accipiatur in naturalibus, sive in artificialibus, sive in moralibus, est actus declinans à rectitudine sibi debita, vel cui deest aliquid de eadem rectitudine, sive in positivo, sive in negativo consistat, quod quidem demonstrat t. 3. q. 18. ar. 1. Quià cum rectitudo, & bonitas actus moralis in hoc consistat, quòd habeat quidquid pertinet ad plenitudinem essendi in genere moris, tunc actus dicitur peccaminosus, & declinans à rectitudine, quando aliquid sibi deest de eadem plenitudine essendi. §. Hoc supposito prob. sic. Peccare nihil aliud est, quam declinare à rectitudine actus, sed nulla creatura intellectualis est immobilis in hac rectitudine, ergo nulla est impeccabilis. Prob. mi. Quia nulla est, nec potest esse regula sui actus, vel illam habere, ut exigere infallibiliter, vel indeclinabiliter annexam, ergo nulla est immobiliter stans, vel stabilis in eadem rectitudine. Cons. tenet, quia ad habendum indefectibiliter actum rectum, necessarium est, ut par se patet, vel esse sibi regulam, vel habere illam indefectibiliter annexam, nam hac ratione solus Deus sic declinare non potest, quia voluntas, vel virtus ejus est ipsa regula operandi, si enim manus artificis esset ipsa regula incisionis nunquam artifex posset lignum incidere nisi rectè, sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula, cum possit ab illa declinare, contingit incisionem esse rectam, vel non rectam. Ant. verò prob.

Quia

Quia nulla creatura habet rectitudinē in actu nisi secundum quòd regulatur à voluntate Divina, cum impossibile sit non esse eidem subjectam, ut dictum est, vel sine subordinatione ad legem, & imperium ejus tanquam ad regulam primam, à qua descendit proxima creata, & essentialiter dependet, ergo impossibile est esse regulam sibi, vel ex conditione suæ naturæ habere illam infallibiliter annexam.

Expl. hæc ratio, (quæ proculdubio videtur demonstratio) ex doctrina Cajet. hic §. *ad evidentiam*, & §. *ad hoc breviter dicitur*. Nam ratio facta fundatur super hoc, quòd actus rectus duo dicit, scil. actum, & rectitudinem, unde principia ejus duo sunt, nempè potentia, & regula, sic quòd juxtà connexionem potentiæ cum regula erit conjunctio actus cum rectitudine; si prior est inseparabilis, actus necessariò erit rectus; si separabilis, poterit esse non rectus. Similiter si conjunctio est ex natura, actus naturaliter erit rectus, si ex dono gratiæ stente dono erit rectus, & non ex vi naturæ. Et proindè notum per se est principium illud assumptum à D. Thom. nempè virtus operativa, quæ est sua regula deficere non potest. Ex quibus patet efficacia rationis factæ, quòd cum nulla voluntas, creata, aut creabilis tantę perfectionis sit, aut esse possit, quòd vel sit sua regula formaliter, & identicè ut ostensum est; vel virtualiter (sive quòd in idem redit) habeat illam immutabiliter congenitam, seu naturaliter inseparabilem, cum nulla possit non esse subjecta prima, seu Divinę regulæ, liberè, sive separabiliter, vel amissibiliter adhærenti: Aut quòd sit potens radicare immobilem amorem omnis boni, tam naturalis, quàm supernaturalis, tam naturaliter cogeniti, quàm supernaturaliter, vel per revelationem ostensi, ut per se patet. Nec tandem consequenter, connexivè, quia licet aliqua cum Deo Auctore naturæ connecti possit, (ut dicemus de eodem Angelo,) non tamen cum illo, ut Auctore gratiæ, cum sit hæc extra omnem exigentiam naturæ, imò supra illam, ideo nulla creatura de facto, aut de possibili est impeccabilis.

§. II.

Solvuntur argumenta contra utramque rationem Div. Thom.

Primò arg contra 1. Ex eo quòd Angelus ex nihilo est non rectè infertur, quòd in genere physico aut sit ex natura rei, vel ab intrinseco sit defectibilis, ergo nec rectè infertur in genere moris. Ant. constat ex dictis; conf. verò prob. Tum quia ex eo quòd ex nihilo est non magis dependet in operari, aut in benè operari, quàm dependeat in esse. Tum quia si semel modus operandi sequitur modum essendi, ad modum essendi ab intrinseco, & de lege ordinaria indefectibilem sequetur modus operandi ab intrinseco, & de lege ordinaria indefectibilis. Ex quo etiam sequeretur, quòd de lege ordinaria dæmones non peccassent, quòd est alienum, ergo.

Expl., & simul impug. etiam secunda. Quamvis Angelus ex nihilo sit, adhuc tamen potest habere necessariam connexionem cum ipso esse, & exigere concursum conservativum illius, ergo pariter habere poterit necessariam saltem connexionem cum ipsa regula, & exigere concursum ad immobiliter eidem adhærendum. §. Expl. ulteriùs. Quamvis ex nihilo sit, potest in natura ejus non esse contrarium ad physicè deficiendum, ergo pariter poterit non esse in illo contrarium ad deficiendum moraliter, sic quòd debeatur concursus regulativus.

Ad hæc patet primò, quòd ex paritate assumpta convincitur etiam de facto, ut infert pariter arguens, quòd tamen, ut suppono, à nemine conceditur, & solum difficultas specialiter procedit de potentia absoluta, ut constat ex relatis modis dicendi. Sed deindè resp. neg. conf. Ad 1. prob. dist. ant. Non magis dependet, & eodem modo connectitur, aut comparatur ad illud, neg., liberè, & separabiliter, conc. Nam ut vidimus supra, cum esse conveniat formæ subsistenti ratione sui immediatè, convenit ei inseparabiliter, sicut rotunditas circulo, cæterum operari convenit ei mediante aliquo separabili, scil. regula, quæ liberè à Deo ad creaturam derivatur, nec potest hæc inseparabiliter ex sua natura illam exigere, sicut Angelus exigit esse, & ideò per se, & ab intrinseco connectitur cum illo, non tamen cum regula rectè operandi, ac proindè nunquam potest ex sua natura ita esse stabilis in hac rectitudine, sicut in esse.

Ad 2. neg. sequelam, quià licet ita sit, quòd modus operandi sequatur modum essendi, & imitari illū quantum ad hoc, quòd si iste est, vel non est defectibilis, pariter & ille; non tamen quantum ad modum defectibilitatis, vel indefectibilitatis, quià ut dictum est, creaturæ subsistenti, & liberæ non eodem modo conjungitur, vel exigitur esse, sicut benè operari. Unde licet ex quo ex nihilo est rectè inferatur, quòd defectibilis sit, & ab esse, & à bono, non tamen eodem modo, nam à primo solum de potentia absolutè, quia postquam est, necessariò determinatur ad illud ob rationem adductam. Ad secundum verò semper comparatur contingenter, si velimus esse liberam, unde proxima radix peccati in voluntate est, & ita voluntas libera ad bonum, & malū cōtingenter tantum, & consequenter peccabilitas convenit ei de lege ordinaria, & non tantum de absoluta. Per quod etiam patet ad utramque explicationem.

Sed instas. Non minùs de lege ordinaria potest statui creatura intellectualis, ut postquam sit non deficiat à bono, vel rectitudine, quàm non deficiat ab esse, ergo Prob. ant. Potest voluntas conjungi cum rectitudine, & bono mediante superaddito inseparabili, & connaturali, sed prout sic conjuncta, esset indeficiens, vel indeclinabilis ab illis, ergo. Mi. patet ex dictis, nam hac ratione ut vidimus. Cœlum dicitur indeficiens de lege ordinaria ab esse, quia licet materia ejus non immediatè conjungatur cum illo, sed mediante forma, quia tamen hæc eidem conjungitur inseparabiliter, eadem modo conjungitur illi esse. Ma. verò prob. Quia possibilis est habitus in voluntate firmans illam immobiliter in bono, vel etiam impossibilitans, ad peccandum, sed non repugnat hunc esse ab illa inseparabilē, eiq. connaturalem, ergo. Prob. utraq. præmissa, ma. quidem, quia possibilis est reddens illam difficilem ad peccandum, ut constat experientia, ergo etiam possibilis est reddens impossibilem. Prob. conf. quia non repugnat sic perfectissimè intendi, ut reddat deindè impossibilem, nam habitus reddens primò subjectum difficilè mobile, ita potest perfici in illo, ut tandem reddat immobile, ut patet in habente habitum scientiæ, qui ita potest in illo perfici, ut reddat immobilem contra omnē paralogismū. Mi. verò, prob. quia non repugnat dari voluntatem tantæ perfectionis, ut non superetur

à per-

à perfectione illius habitus, ergo poterit illi esse connaturalis, & inseparabilis, modo sicut intellectus dicitur ex sua natura cognoscitivus principiorum, estò per habitum superadditum cognoscat illa, ex eo quòd est illi connaturalis, ita pariter &c.

Resp. neg. ant. Ad prob. neg. ma. Ad prob. neg. mi. quia ut inquit D. Tho. in 2. dist.23.qu.1. art.1. ad 5. Quandocunq; convenit alicui aliquod accidens ex influentia superioris tantum, non potest natura inferior illud accidens per se habere, nisi efficiatur naturæ superioris, sicut si aer illuminatur in actu per ignem, non potest esse de natura sua lucidus, nisi fiat ignis. Unde dicimus, quòd si aliquando intellectualis creatura stabilitur immobiliter in bono, hoc solum est ex gratia vel consumata, ut in beatis, vel viæ, ut in confirmatis, non ex natura conveniens, nisi velimus talem creaturam effici divinæ naturæ. Per quod patet ad prob.

2. Arg. contra idem. Plura ex nihilo sunt, quæ sunt impeccabilia, vel ex sua natura indefectibilia, ut patet in substantia supernaturali, si daretur, & in ipsa beatitudine, de cujus concepto est impeccabilitas, ergo. §. Dices, quòd admissa substantia illa, esset, & non esset; hoc a. quià ex nihilo est, ut probatum est, primum verò, quià esset radix accidentium de suo ordine, scil. gratiæ, & auxiliorũ, ad non peccandum. §. Sed contra hoc est, instando in eadem beatitudine. Nam hæc etiam ex nihilo est, unde gratia ibi radicat lumen gloriæ impossibilitans beatum ad peccandum, ergo.

Resp. bene ibi. Ad replicam dist. ant., non infertur, si non obstaret ratio entis necessarii, & status consumationis, neg., quià obstat, conc., & neg. cons., quià substantia illa supponitur ens liberum, de quomodò affirmamus, quòd si ex nihilo est, semper est vertibile de bono in malum quamdiu est in via, & proinde moraliter ex sua natura defectibile, licet in patria beatus ratione status immobilitetur in bono, sed hoc nunq. potæ creaturæ ex sua natura convenire potest. Imo sequitur aliud contradictorium, quòd esset, & non esse, liberum; primum quidem ut supponitur; secundum verò, quià radicaret prædictum lumen gloriæ, quod est tantum gratiæ consumatæ ratione ejusdem status. Unde causalis illa in creatura, quià ex nihilo est, ad inferendam illius defectibilitatem, nisi aliunde impediatur, perpetuò subsistit.

3. Arg. quamvis Angelus ex nihilo sit, hoc nihilominùs ex sua natura obtinuit, quòd sit impeccabilis venialiter, ergo etiam obtinere poterit, quòd sit impeccabilis mortaliter. Ant. D. Thom. pluribus in locis. Consequen. verò prob. quia major est prior immunitas, quàm secunda, ergo. §. Ad hoc iterum potest primò, quòd etiam probaret de facto, & ulterius etiam, quòd impossibilis sit creatura angelica, quæ possit peccare mortaliter, sicut impossibilis est, quæ possit peccare venialiter tantum, quod tamen est contra fidem. §. Resp. ergo nego conf. Nam quòd Angelus non possit peccare purè venialiter non oritur ex eo, quòd ejus natura sit capax radicandi omnimodam immunitatem à peccato, hoc enim, ut dictum est, infallibiliter pugnat cum prædicta ejus nihileitate, sed quia ut dicebamus, cũ discursivus non sit, non potest ferri circa media, seù circa ea, quæ sunt ad finem, nisi simul feratur in finem: se habent enim, ut dictum est, finis, & medium, sicut principiũ, & conclusio, unde non stat deordinari circa, ea quæ sunt ad finem nisi deordinet etiam circa finem, quod fit per peccatum mortale. Ita D. Thom. q.7. de malo ar. 9., & 1. 2. q. 89. ar. 4.

4. Arg. contra 2. rationem. Virtus aliqua operativa præter Divinam potest esse regula sui actus, ut à patet in virtutibus naturalibus, quę declinare non possũt rectitudine illius, ergo. §. Dices fundamentũ D. Tho. consistere in eo, quòd sola Divina voluntas est regula sui actus, unde loquitur de principio, quod est potentia, vel voluntas, sic quòd particula exclusive excludat omnem aliam voluntatem, non omne aliud agens, vel virtutem operativam, cum virtus, quæ non est potentia, vel est distincta à voluntate, aut virtus ejus non sit ita libera ad utrumque extremum contrariatatis, ut supra explicatum est.

Sed contra hoc est. Nam stando etiam in principio, quod est potentia, vel voluntas: licet dicamus aliquã sibi nõ esse regulã potest tamen ex sua natura habere determinationem indeclinabiliter ab illa, ergo potest aliqua esse impeccabilis, cõs.tenet, quia volũtas sic naturaliter determinata circa regulam est ex sua natura indefectibilis à rectitudine actus; ant. autem prob. Quia ad hanc sui determinationẽ non requiritur quòd sit sua regula, sicut ut intellectus sit ex sua natura determinatus circa prima principia non requiritur, quòd sit ipsa principia.

Dices ut supra, idem esse, quòd sit sua regula, & quòd sit infallibiliter determinata, vel conjuncta indeclinabiliter ab illa, quia nequit sic esse determinata, nisi radicet talem conjunctionem infallibilem, quod est esse regulam virtualiter, vel radicaliter. § Sed contra hoc est. Quia hæc solutio videtur supponere, non probare hujusmodi identitatem inter esse regulam, & habere illam saltem sibi infallibiliter conjunctam. Nam non est idem esse suam existentiam, & habere illam ex propriis infallibiliter conjunctam, ut dictum est de Angelo, cui licet non conveniat essentialiter, habet tamen illam immobiliter sibi conjunctam, ergo.

Resp. bene ibi dictum esse, quòd non loquitur de quacunque virtute operativa, sed per modum potentiæ; nec respectu cujuscunque operationis, sed respectu omnium, vel secundum universalem tendentiam ad bonum absolutè, & simpliciter. Nam circa particulare non inconvenit esse illi connaturalia principia tanquam regulas, aut rationes operationum naturalium; nunquam tamen respectu supernaturalium, aut respectu boni absolutè, aut circa Deum, ut est in ipsa plenitudine totius boni. Prout sic enim conjungitur tantum mobiliter, vel flexibiliter semper de bono in malum, nisi ut probavimus, ex fortissimo dono gratiæ statuatur.

Ad hanc ergo postremam replicam resp. non supponi præcisè, sed efficaciter probari, quia si semel ex propriis nequit formaliter esse sua regula, vel identicè, sed indiget superiori, impossibile est ex propriis radicare talem determinationem ad illam, sicut nequit sibi radicare determinationem ad habendã immobiliter conjunctam risibilitatem, quod ex propriis rationale nõ est; unde tenetur illã habere ab eodem superiori, sive ab Autore naturæ per lumen inditum illius ordinis, vel per naturalem notitiam legis, & principiorum ejus, ut dicitur psal. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui*. Vel ab Autore gratiæ per communicationem doni ejus in ordine ad legem supernaturalem, ad quam ex se non habet sufficientia principia, ut immobiliter illi inhæreat, aliàs super-

supernaturalis non esset, nec liberè à Deo descendens. Ad petitionem verò assumptam jam dictum est in solutione ad 1. Sed solvendæ etiam est à contrariis, cum non tantum probet de possibili, sed etiam de facto.

§. III.

Resolvitur altera difficultas de Angelo circa finem naturalem.

SEcunda conclusio. Stando intra limites ordinis naturalis, & in ordine ad finem naturalem non repugnat dari substantiam intellectualem creatam, quæ ab intrinseco, vel per se, & directè; vel immediatè sit indefectibilis, vel impeccabilis, itaut Angelus intra eosdem limites nisi obstaret habitudo, vel subordinatio ad finem supernaturalem, ad quem modo sumus subordinati, peccare non posset, nam supposita hac habitudine non contingit modo directè averti à Deo Autore gratiæ, aut peccare contra finem, & legem supernaturalem nisi saltem indirectè avertamur à Deo Autore naturæ, peccando etiam contra finem, & legem naturalem, quia nempè supposito statu elevationis dilectio Dei super omnia simpliciter, & absolutè exigit, quòd præponatur Deus omnibus bonis tam quæ pertinent ad observantiam præceptorum naturalium directam, quàm indirectà ex meritis ejusdem elevationis, & status. Ita Salmant hìc disp.9. dub. 2. §.2., & 3. ex Cajet., Capreol. Ferrera, Bannez, & Nazar., quamvis hi duo posteriores limitent ad impeccabilitatem circa præcepta juris naturalis non positivi. Illam etiam tuetur à S. Thom. disp. 23. ar.1. num.15., & seqq., & probabilem reputat Petrus De Ledesma de perfectione Dei q.6.ar.7. in sub ar. 2.

Sumitur autem ex D. Thom. hìc ad 3., quod est ad probandum esse Angelis naturale, quòd moveantur semper motu dilectionis in Deum, unde inquit. *Dicendũ, quòd naturale est Angelo, quòd convertatur motu dilectionis in Deum secundum quod est principium naturalis esse: sed quòd convertatur in ipsum secundum quòd est objectum supernaturalis beatitudinis hoc est ex amore gratuito, à quo averti potuit peccando.* Sentit, ergo quod à Deo Autore naturæ averti non possit. Idem affirmat qu.62. autec. ar.4. ad 1. Dicens. *Quòd difficultas benè operandi non est in Angelis ex aliqua contrarietate, vel impedimento naturalis virtutis, sed ex hoc, quòd aliquod opus bonum est supra virtutem naturæ.*

Hanc eandẽ doctrinã, & fundamentum concl. latiùs tradidit q.16. de malo ar.3., & 5. dicens [*Angeli in ipsis principiis intuentur omnes conclusiones, quæ ad naturalem eorum cognitionem pertinent, & ideo sicut immobiliter nos se habemus in cognitione primorũ principiorum, ita intellectus eorum immobiliter se habet circa omnia, quæ naturaliter cognoscit, & quia voluntas proportionatur intellectui consequens est, quòd etiam voluntas eorum sit naturaliter immutabilis circa ea quæ ad ordinem naturæ pertinent. Verum est autem, quòd sunt in potentia respectu motus in supernaturalia sive per conversionem, sive per aversionem, unde hæc sola mutatio in eis esse potest, ut de gradu naturæ ipsorum moveantur in id quod est supra naturam, convertendo se, vel avertendo; sed quia omne, quòd advenit alicui advenit ei secundum modum suæ naturæ, consequens est, ut immobiliter Angeli perseverent, vel in aversione, vel in conversione respectu supernaturalis boni.*]

Ex quibus prob. concl. Non potest esse defectus ex parte voluntatis non prævio defectu dictaminis ex parte intellectus, ut tradit ibi D. Thom., et suppono in communi sententiæ, cum voluntas non feratur ad objectum, utpotè potentia cæca, nisi prout proponitur ab intellectu, sed Angelus nequit stando in puris naturalibus, sive intra puros limites naturæ habere dictamen defectuosum circa legem, & finem naturalem, cùm operando connaturaliter ad modum suæ naturæ comprehensivè procedat tam circa principia speculativa, quàm practica, media, & conclusiones ejusdem ordinis, ergo prout sic præcisivè à lege, & fine supernaturali peccare non potest.

Dices ex doctrina cujusdam Recentioris hìc dist. me., non prævio defectu per errorem præcisè, neg. per inconsiderationem, conc., & tunc neg. mi., quià per nimiam intensionem amoris proprii boni, potest diverti, vel cessare à consideratione finis ultimi naturalis, & omittere debitã ordinationem ejusdẽ boni ad illum, & consequenter peccare. Itaq. concedit stare non posse errorem circa naturalia cum perfectissima, vel comprehensiva eorum cognitione intra hunc ordinem, posse nihilominùs dari inconsiderationem circa finem ortam ex nimia intensione amoris respectu proprii boni, & tunc declinare ab eodem fine non ex errore, sad ob eandem inconsiderationem. §. Sed contra hoc est, & insto eodẽ arg. Quià non videtur potuisse esse defectum in intensione, vel excessu amoris sui, nõ prævio defectu in cognitione, at in cognitione propriæ excellentiæ non potuit aliquis esse in ista, quandiù operetur juxtà modum suæ naturæ, cum ptunc sic utpotè comprehensivè procedens non potest non ordinetè se habere, vel intelligere, ut probatum est, ergo nec potest per inconsiderationem deficere. Ma. patet, quià ut dictum est, sicut nihil est volitum, quin sit præcognitum, nihil periter est defectuosè volitum, quin sit defectuosè præcognitum.

Expl. & urg. hoc. Nam excessus in amore proprii boni, vel excellentiæ stare non potest non prævio defectu, vel per excessum ut sic dicemus, in cognitione ejusdem, (ut statim, & infrà etiam constare potetit,) sic quòd aliquomodo deviet, aut subtrahatur à regula rationis, sub qua continetur ex vi naturalium principiorum, (nam prædicta etiam inconsideratio, videtur quædam deviatio ab eadem regula.) Unde si nullo modo subtrahitur, nec subtrahi poterit ex parte amoris ob nimiam intensionem ejus, cum voluntas nequeat excedere mensuram propositionis objecti quantum ad defectum non præcedente, ut dictum est, aliquo dictamine defectuoso, quia in eo, in quo excederet, attingeret objectum non præcognitum, cum subtali excessu non sit cognitum, aut non consideratum ob nimietatem intensionis, vel per dictamen defectuosum non positum, quod est falsissimum, ergo ex parte cognitionis, si semel est comprehensive, non potest esse iste excessus, vel defectus, nisi inverso, vel variato modo connaturali procedendi in Angelo, nam hoc retento propria sui excellentia cognosci nequit nisi ut contenta sub universali principio, & regula tanquam particulare bonum sub fine, & regula prima, quod est indefectibiliter se habere. Unde nec per errorem, nec per inconsiderationem videtur posse aliter procedere sive circa proprium bonum, sive circa universale ultimi finis salvo modo sui connaturali procedendi, qui est incipere à fine, sicut in intellectu incipere à principiis. Unde licet ita sit, & ut supra insinuavimus, & docet D. Tho. 1.2.q.27.ar.2.ad 2.,

&

& alibi posse aliquid plùs, sivè perfectiùs amari, quàm cognosci, quià potest perfectè amari, & si perfectè non cognoscatur, ut explicat ibidem, non tamen amari, nisi cognoscatur, ac proinde ut dictum est, nec esse defectum ex parte voluntatis, non prævio ex parte intellectus.

§. I V.

Solvuntur argumenta.

Primò arguit quidā Recentior secutus M. Canu, & M. Victoriam ex D.Th. hic q.59.art. 3. ad 2. ubi solvens argumentum, quod erat ad probandum non esse in Angelis liberum arbitrium sumpta paritate ex eo, quòd sicut intellectus est determinatus ad omnem veritatem naturalem, ità voluntas ad omne bonum naturale, respondet esse discrimen, quòd quià cognitio fit per hoc, quòd cognitum est in cognoscente, volitio autem per inclinationem volentis ad rem exteriorē volitā, intellectus sic remanet determinatus ad omne verū naturale, ut in ordine ad nullū ex bis falli possit; voluntas autem non est sic determinata ad omne bonum infrà ipsum, idest naturale. Ex quo arg. sic. Si volūtas ita esset determinata ut indifferenter posset tantum velle hoc vel illud bonum naturale, non tamen deficere circa illud, seù peccare, nullum à D. Tho. assignaretur discrimen inter utramq. potentiam, ergo si velimus juxta eundem illud subsistere tenemur asserere, quòd circa veritatem naturalem intellectus deficere non possit, benè verò voluntas circa naturale bonum. Prob. ant. quià etiam intellectus habet indifferentiam ad attingendam hanc, vel illam veritatem.

Urget hoc ipsum ex aliis locis præsertim ex q.24. de verit.ar.7. Ubi asserit nullam creaturam esse, aut esse posse, cujus liberum arbitrium sit naturaliter in bono confirmatum, itaut hoc illi ex puris naturalibus conveniat, ut peccare non possit. Et hoc (inquit idem) luquitur in sensu, in quo istam quæst. tractamus, ut patet in solut. ad 5., ubi fatetur D. Thom., quòd licet sit incorruptibilis secundum suam naturam, non tamen confirmatus in bono. Et indubiè loquitur etiam de naturali, ut convincit ratio adducta ibidem. Tum quià de bono supernaturali est per se notissimum, nec opus esset recurrere ad alias difficillimas rationes; nam evidenter deducitur ex hoc principio notissimo, & communi, scil. natura secundum proprias vites est insufficiens ad ea, quæ sunt ordinis gratiæ.

Ad hoc resp. solutionem D. Tho. ad salvandum liberum arbitrium in Angelo non consistere in præciso discrimine indifferentiæ, ut putat arguens, sed in hoc, quòd licet voluntas ita sit indifferens, ut non possideat omne bonum naturale externum, sicut possidet intellectus omne verum adhuc optimè salvatur liberum arbitrium in Angelo salva perfectione suæ naturæ, quià ex propriis, vel ex suo conceptu non tenetur voluntas possidere, aut trahere res ad se, sicut intellectus, sed magis trahi, aut possideri, & ita non debet esse determinata, sicut intellectus, scil. possidendo, quià ad id tenetur intellectus, non verò voluntas, quod optimè convincit ex eo quòd cognitio fit per hoc, quod cognitum est in cognoscente, non verò amatum est in amante, vel volente,

Præterquam quòd cum D. Thom. in eo art. non tantum intendat salvare liberum arbitrium in illis, sed etiam perfectissimum, ut patet in fine corp., magis videtur conducere ad ejus intentum, quòd etiam voluntas sit determinata per indefectibilitatem à bono naturali, licet non per possessionem, sicut intellectus, quod non derogat perfectioni illius, sicut declinabilitas ab eodem bono, quià ad perfectionem rei tantum pertinet possidere ea, quæ sibi sunt in ea esse, ut docet idem in eadem solut. Et per hæc patet ad argum. factum. §. Ad aliam autoritatem ex disputatis, resp. quòd loquitur ibi in sensu primæ conclusionis, vel prioris resolutionis, loquendo de impeccabilitate absoluta, vel in communi non tam circa finem naturalem, quàm supernaturalem, ut patet ex doctrina ejus ibidem, quam supra ex eodem adduximus, quia nempe ex nihilo est: quidquid sit in statu præcisionis ab elevatione, vel à statu puræ naturæ, de quo modò inquirimus.

Secundò arg ex eodem, & est replica contra solut. si semel Angelus non obstante, quòd ex nihilo sit, posset esse impeccabilis circa finem naturalem, pariter esse posset circa supernaturalem modò etiam in statu elevationis, consequens non admittitur ergo. Prob. sequela ex D. Th. hic q.62. ar.5. ubi ex eo cōvincit angelo statim post unum meritum collatam fuisse beatitudinem, quia gratia perficit naturam angeli ad modum suæ naturæ, cujus est proprium, quòd naturalem perfectionem non per discursum, sed statim acquirat. Ex quo sic arg. Proprium est naturæ angelicæ non posse peccare contra finem naturalem, ut nos dicimus, ergo per gratiam in principio creationis habitam ita sunt perfecti, ut nec potuerint peccare contra supernaturalem, prob. cons., quia juxta D.Tho. gratia perficit ad modum naturæ eorum, ergo si ex hac habent impeccabilitatem in ordine ad finem naturalem ex gratia habebunt illam in ordine ad supernaturalem, aliàs non perficiet, sed destruet. §. Explicat, & urget hoc. Quià ideo non potest esse defectus moralis contra naturalem, quia intellectus eorū circa naturalia errare non potest, at supposita gratia nec potest esse error circa supernaturalia, aliàs iterum gratia non perficiet, sed destruet ergo.

Ad hoc patet ex doctrina relata ex q. 16. de malo tantum concludi immobilitatem, vel immutabilitatem in perseverando postquam se avertunt, aut convertunt ad bonum supernaturale, quià hæc sola mobilitas, vel mutatio potest esse in illis, ut tradit ibidem, scil. ut de gradu naturæ ipsorum moveantur in id, quod est supra naturam, non tamen quòd sint indefectibiles in hoc transitu ad supernaturalia, quià secundum suam naturam hoc non habent, nec tenetur id dare gratia perficiens, sed tantum perficere salva eadem mutabilitate naturę, & libertate ejus ad se avertendum, vel convertendum, occasione accepta à se ipsis ad se avertendum; & tunc verificatur fieri immutabiles etiam in hoc ordine elevationis per gratiam, quià eleuantur ad modum, vel juxta conditionem suæ naturæ modo dicto. Tolluntur enim in altum, ut lapsu graviore ruant, scil. per adhæsionem immobilem in malo, si semel cadunt, vel illud eligant. Quià eorum natura est, ut immobiliter stent, postquam elegerunt sive in bono, sive in malo.

In forma ergo neg. sequelam. Ad prob. ex Div. Thom. similiter dico ab eodem probari statim collatam gloriam exhibito uno merito, quia cum immobiliter stent postquam eligunt, uno tantum, illicò perveniunt, & constituuntur in termino, non tamen est eis debitum inde-

clinabiliter rectificari semel habita gratia in ordine ad bonum supernaturale, sicut rectificatur in ordine ad naturale, quia natura non axigit, neq. axigere potest hanc firmitatem etiam supposita gratia, sed tantum supposita electione immobiliter perseuerat in bono electo; unde gratia non tenetur perficere secundum firmitatem, sed secundum immutabilitatem electionis, sivè impossibilitatem reditus ad extremũ oppositum. §. Per quod patet ad argum. ibidem factum pro eadem sequela. Unde neg. cons. ad prob. concesso ant. dist. conseq., faciet impeccabiles in ordine ad finem supernaturalam supposita semel conversione ad ipsum, conc., ex præcisa infusione sui, neg., quia modus naturæ aorum non est asse rectificabilem indeclinabiliter respectu cujuscunq. boni, sed tantũ respectu naturalis, & declinabiliter respectu supernaturalis, vel absolutè, ità ut in transitu ad istud ut dictum est, possit deficere, ut revera defecerunt angeli mali. Unde aliter perficiens magis se opponeret naturæ aorum, quàm perficeret illam, si statim tribueret hanc indeclinabilitatem absolutè. §. Ad expl. resp., quòd sicut ex parte valuntatis quia declinabiliter se habebat ad supernaturalia nõ habuit gratia debitum dandi indeclinabilitatem ex parte ejus, quia pariter declinabiliter se habebat ex parte intallectus, nec habuit debitum dandi ex parte illius.

Sed instas. Nam posita elevatione non tantum fit declinabilis, vel relinquitur talis circa finem supernaturalem, sed etiam circa naturalem, et si semel secundum suam naturam circa hunc finem esset indeclinabilis, non posset sic constitui declinabilis etiam posita aleuatione, ergo. Prob. mi., quia non stat esse indeclinabilem secundum suam naturam, & fieri declinabilem posita alevatione, defectu gratiæ eleuanti non imputato, ergo vel ante illam indeclinabilis non est, vel ast etiam post illam. Prob, ant., quia prædicata propria naturæ, scil. libertas voluntatis, & cognitio intellectus circa bonum sui ordinis manet intrinsecè immutata, ergo declinabilitas, quam modò habet gratię eleuanti imputabitur. Ant. constat, quià posita eleuatione non superadditur noua libertas, nec nouitas intrinsecę immutationis acquiritur ab ista ergo.

Dices non mutari, aut superaddi aliquid intrinsecũ, quod antea nõ haberet, sed aliquid axtrinsecum, vel novum motivum, quod antea non proponebatur. §. Sed cõtra. Nam si angelus ex sua natura asset impeccabilis contra illum finem, nullo motivo, aut fine moueri posset ad declinandum ab illo, vel peccandũ ergo. Prob. ant., si samel esset impeccabilis circa supernaturalem, nullo motivo removeri posset à rectitudine ad illum, ergo similiter se habebit in ordine ad naturalam, si samel est impeccabilis circa istum.

Expl., & urg. hoc ex his, quæ tradidimus de gratia Christi 3. p. ad q. 7. Nam quia gratia secundum suã naturam habet hoc pręedicatum, nempe essa principiũ meriti, & augmenti ejus, ita ut semper crescera possit, & in infinitum intandi, à nullo extrinseco impediri potest ab hujusmodi intensione, & augmento ejus, qua ratione negauimus posse asse simpliciter infinitam intensivè, quia hæc infinitas intensiua opponitur aidem prædicato, scil. posse ulterius intendi, vel intensivè crescere, ut patet ex terminis, argo pariter si haberet angelus impeccabilitatẽ circa finẽ naturalem à nullo axtrinsero posset ab eadẽ impediri.

Secũdò instas. Nã modo demõ, nõ tantũ mouetur ad peccandum ex motivo suparnaturali, sed etiam ex naturali, ergò non ast necessitas, ut præcedat motiuum finis supernaturalis, vel eleuatio ad istum, ut peccet contra naturalam. Ant. constat, quia ad odio habendum Deum, & invidendum aliis, val electio non moventur pręcisè ex carentia beatitudinis, sed ex propria tortura.

Resp. benè ibi. Unde ad priorẽ instantiã neg. mi., ad prob. neg. ant. ad prob. claritatis gratia dist. ant. Manet intrinsecè immutata physicè, quã moraliter, neg. physicè transeat, vel cõc. & neg. cons. Nã modò est debitũ attingẽdi naturalia ordinativà, seu cũ debita sub ordinatione ad finem superiorem, vel supernaturalem, unde eo ipso quòd deficere possunt, vel de ordinare, aut de ordinant ab isto, pariter da ordinare possunt, aut de ordinant à naturali; sicut quis contracto matrimonio deordinat à fine ejus, si cognoscat alienam, à quo non deordinarat ante illud.

Ad 1. replicam dist. ant. Nullo modo posset perseverante illo statu, conc., variato per elevationem, neg. quia tunc est debitum ordinandi ad finem superiorem, unda non pręcisè se avertunt ex motivo naturali à fine ejusdem ordinis, sed etiam ax supernaturali, siva ex intentione de ordinandi ab isto, vel ex odio Dei Autoris gratiæ, quia ut dicebamus, tenentur incipera à fine, iste enim est modus naturę eorum, qua rationa non peccant præcisè venialiter, sed etiam mortaliter per deordinationem à fine, & non præcisè à mediis; unde quando etiam inducant homines ad aliqua venialia semper peccãt mortaliter, quia semper in ordine ad finem mortalem inducunt, ut monet D. Thom. 1. 2. q. 89. ar. 4. ad 3. Ad prob. verò ax paritate finis supernaturalis neg. cons., & disparitas est, quia tunc asset absolutè impeccabilis, & non tantum secundum quid, aut in determinato statu, aut præcisionis, vel alavationis. Et idem est de gratia, quæ ast absolutè principium meriti, & augmanti ejus, & ideo impediri non potest, nec admittere prædicatum oppositum propriæ intensibilitati, ut est summa intensio simpliciter, ut 3. p. ibidem, & latè in physicis ostensum est. Angelus autem, ut dictum est, absolutè est defectibilis, unde supposito quòd semel de ordinat à fine supernaturali capax est defectus etiam circa naturalem. Et per hæc etiam patat ad 2.

3. Arg., & potest iterum esse replica. Angelus gaudet aadem libertate in pura natura, quam modò habet, sed modò habet libertatem etiam contrarietatis circa finem naturalam, ergo pariter haberet in illa, & consequenter peccare potest contra illum ex motivo naturali, non orto, val præcisivè à supernaturali. ma. patet, quia in foro libertatis nihil ei superadditur modò in hoc statu. §. Dices dist. ma., gaudet eadem libertate, quoad id, quod importatur da perfectione ejus, conc., (nam tunc etiam retineret libertatem quoad axercitium, & contradictionis respectu hujus, vel illius operationis circa bonum) quoad id, quod importatur de imperfectione, nego, quia non haberet illam contrarietatis, & quoad specificationem, quoad bonum, & malum, & respuendi hoc, vel illud bonum per accessum ad malum, & adhæsionem in illo.

Sed contra hoc est ax eadam mi. Nam modo habet illam, ergo vel antecedenter habebat, vel modò habet ax gratia elavante, & ita ax vi istius conveniet ei facultas ad malum, quod est alienum. §. Secundò quia in statu illo non tenebatur prosequi omne bonũ, sed tantum proprium, cum possit in alieno apparere aliqua ratio mali, ut modò de facto apparet, qua ratione odio habet Deum; ergo gaudebat utraque libertate etiam contrarietatis.

Ex-

Expl., & urg. hoc. Nam in prosequutione totius boni etiam alieni importetur observantia totius legis naturalis, sed hæc in pure natura sine speciali auxilio haberi non potest, ut traditur infra 1.2.q.109., ergo ex propriis non habebat vires indefectibiles ad hujusmodi prosequutionem etiam in illo ordine, & consequenter non solum non tenebatur, sed nec poterat ex solis viribus naturæ.

Resp. benè ibi. Ad replicam dist. conseq., vel antecedenter habebat, reduplicando statum præcisionis, sivè solitariè sumptum, neg., absolutè, & simpliciter, conc., unde adveniente gratia, non tenetur eam accipere eb aliquo exteriori, sed tantum ponitur conditio, & motivum, ut possit si velit ab eodem fine deficere, non præcisivè, vel solitariè accepto, sed ut subordinato superiori, ut dictum est. 9. Ad 2. instantiam dist. ant. non tenebatur necessariò prosequi, ex propriis meritis objecti, conc., ex connaturali modo procedendi, & formandi dictamen, neg., nam prout sic, ut dictum est, cum incipiat à fine, & omnia ut sub illo contenta, & eidem subordinata attingat, non videtur deficere posse, sive circa propriū, sive circa alienum etiam per inconsiderationem reduplicaro illo statu, quia non potast non comprehensivè juxta illum, & ordinatè procedere unica, & immobili attingentia. Unde non videtur posse omittere considerationem ejus incipiendo ab alio particulari bono contento sub illo. Hoc enim esset invertere modum ejus connaturalem.

Ad Explic. dist. mi. In pura natura hominis, conc., Angeli, neg., nā in illo statu haberet Angelus, quod haber homo in statu naturæ integræ, ut colligitur ex D. Th. eadē q.109.ar.3., & hìc q.59.ar.5. Unde sicut homo in integritate naturæ non indiget speciali auxilio ad diligendum Deum super omnia, ut hìc advertit Mag. Joan. à S. Thom. ex eodem, sed tantum generali, sic Angelus in sua natura consideratus. Videatur etiā hac de re, seū de impeccabilitate creaturæ Illustr. Godoii supra de visione tract. 2. disp. 14. per totam.

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum Angelus in primo instanti peccare potuerit.

De facto non peccasse supponimus ut certum in communi sententia cum D. Th. hìc ar.5. asserente oppositum esse reprobatum à Magistris, & meritò, nam satis expresè videtur tradi Ezechiel. 28., ubi de primo Angelo, qui vocatur Cherub protegēs dicitur. *Perfectus in vijs tuis à die cōditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te.* Et in epist. Judæ de dæmonibus habetur, quòd non servaverunt principatum, scil. adhærere Deo. Similiter Joan.8., quòd in veritate Diabolus non stetit. Ubi certum est non esse sermonem ibi de præcisa veritate, aut bonitate naturali, cum naturalia remansarint intingra in illis, sed de morali, & voluntaria. Unde attribuitur errori Trinitarionorum, quòd Diabolus nunquā habuit, unde stare posset, sic quòd ab instanti suæ creationis fuerit malus, & nunquam nisi malus, qui etiam damneatur à Concil. Bracharea. 1. cap. 7., Nam in 2. Instanti facta est divisio lucis à tenebris tunc solum de facto prodeuntibus, & existentibus, non in primo. Difficultas ergo est de possibilitate peccendi atiam de potentia absolute. Et idem est, ac dicere, an primus actus Angeli potuerit esse peccaminosus, cum instantia angelica per operationes dividantur.

In quare est duplex sententia extrema, & altera media. Prima extrema affirmat. Ita Scotus in 2. dist. 5. q. 2., & adhærent ex recentioribus Molina hìc ad ar. 5. Valentie q. 4. punct. 4., Vasquez disp.236., cap. 3., & Alarcon. tract. 6. de Angelis disp. 5. c.3. §. Secunda, & media existimans carentiam defectus ab initio reducendam esse ad specialem providentiā, & manutentiam Dei, quæ solum debita erat de lege ordinaria, non absolutè, & simpliciter, ideò asserit de potentia absoluta potuisse peccare non de lege ordinaria, ita Suarez lib. 2. de Angelis c. 9., & lib. 7., c. 20. num. 47., & seqq., qua via putat utramque sententiam Scoti, & D. Thom. posse conciliari.

Tertia extrema negat, & est expressa D. Thom. hìc q.63.ar.5., & in 2.dist.3.q.1.,a.1.& q.16.de malo, at.4., quem sequuntur communiter ejus Discipuli, Capreol. in 2. dist. 4. q. 1. ar. 1. concl. 4. Ferrāra 3. Cont. Gent c. 109. §. *Sed circa prædicta*. Cajet., Bannaz, Nazar., Salmantic., Gonet., à S. Thom. hìc, disp. 23., ar. 2. & ex Societate Arrubal. disp. 179. c. 2., & 4., & Granad. tract. 13. disp.4., licat alia via, vel motivo procedant.

§. I.

Statuitur Conclusio.

Impossibile est Angelum in primo instanti suæ creationis potuisse peccare per actum inordinatum liberi arbitrii. Ita expresè D.Tho. hìc in corp., ubi sic concludit. *Agens autem, quod Angelos in esse produxit, scil. Deus non potest esse causa peccati, unde non potest dici, quòd Diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus.* Manifeste ergo sentit non potuisse etiam da potentia absoluta primum motum in Angelo esse peccaminosum, sicut nulla potentia fieri potest, ut Deus sit causa defectiva, nam ax hac posteriori impossibilitate concludit, vel infert priorem, quia ut præmittit ibidem, cum operatio, quæ incipit cum esse rei sit ab agente, & tribuatur Auctori, & impossibile sit Deum esse causam defectivam, pariter impossibile erit Angelum in primo sui motu potuisse deficere, vel peccare. En totā vis, & efficacia rationis D. Thom., quæ huic principio potissimùm innititur, nampè quòd ad primam sui actionem non potest agens creatum, utporè essentialiter potentiale se movere, vel se primò reducere ad actum, ac proindè nec potuit Angelus per se ipsum formare primum dictamen, cum ante istud sit in puro statu potentialitatis, & consequenter debuit indispensabiliter ad illud moveri, & aplicari ab exteriori principio existente in actu, scil. Deo, qui cum defectuosè movere non possit, consequentar ex carentie motoris ad dictamen defectuosum omninò necessarium ad peccatum, peccare non potuit.

Ex his, ergo prob. principaliter concl. Implicat primum dictamen intellectus angelici esse defectuosum, ergo & primum motum voluntatis esse peccaminosum, cons. tenet ex his, quibus supra probavimus impeccabilitatem ejus circa finem naturalem, quia voluntas non vult nisi ex directione, & motu prævio intellectus, unde impossibile est voluntatem deficere, nisi pariter intellectus in aplicatione regulæ deficiens sit non corrigendo, vel movendo, aut deti-

pendo illam ne feratur in melum, unde vel ipsum permittere, ut sic determinetur, vel declinet à regula, defectus est dictaminis, quie constituitur ut dux, & regula ejus. Ant. eutē in quo est difficultas prob. Primū dictamen ex eo quòd primum à solo Deo est motivè, vel aplicetivè, licet à potentia sit elicitivè, sed implicet motum defectuosum sic esse à solo Deo specialiter movente, & aplicaote, ergo implicat esse primum, & esse defectuosum. Conf. tenet, & præmissæ probentur; ma. sic. Nem primum illod dictamen antecedit omnem alium motum intellectus, & voluntatis, (eliàs primum omnium, vel simpliciter primū non esset, & ad primū motū volūtatis supponatur alius prior, ut dictum est, ex perte intellectus,) sed impossibile est intellectū ad primū sui motū simpliciter talē, se posse movere, & traosire de specialiter non se movēte, vel aplicante, ad se aplicare, aut determinare ad talē motū, quia se movere pertinet ad statū activum non passivum in quo reperitur Angelus, & quodlibet agens creatum ante omnem sui motum, cum creatura incipiat, ut dictum est, (utpotè essentialiter ens per participationem, seu potentiale) à statu potentialitatis: ec proindè implicat, quòd prout sic se reducat per se ipsam ad actum, nisi velimus quòd ut potentialis agat, vel se moveat, quod est implicantia in terminis, ut patet, nam esset, & non esset in potentie.

Ex quibus etiam prob. mi. Quia si esset à solo Deo specialiter movente, & eplicante, defectus refunderetur in Deum; nam ex eo in posteriori dictamine, & in nobis refunditur in proptiam voluntatem, quià hæc sola est specialiter muvens, & aplicans, Deo tantum generaliter concurrente, ergo. §. Urg. hoc. Nam primum instans, vel operatio angalica non depeodet à sole concursu generali Dei, sed etiam à speciali, sivè ex imperio, & speciali, vel particulari motione illius, quià primum instans est instans pertioens ad primam conditionem rei, primum autem instans conditionis rei oon est præcisè ipsius rei, sed specialiter Auctoris, vel conditoris illius, ergo sicut hac ratione dicimus nullam operationem humanitatis in Christo potuisse esse defectuosā, defectu no o imputato personæ ejus specialiter dirigenti, & moventi illam, cum ad personam pertineat dirigere naturam, cujus est persona, (qua atiam ratione dicimus nec potuisse esse in intellectu ejus humeno assensum erroneum speculationum, quià pariter refunderetur in eandem sui personam, ergo pariter in Angelo admitti ooo poterit primum instans, vel operatio defectuosa, oisi refundatur in Deum, conf. tenet. Quià non minùs pertinet ad Auctorem rei dirigere, vel specialiter movere illam in prima sui conditione, in qua primò egreditur à potentia, vel à statu potentialitatis, quàm ad personam dirigere, vel specialiter movere naturam, cujus est persona; non eoim est minùs imputens exire in actum, & quod est in puro statu potentialitatis, nondum constitutū in actu, quàm quod est in puro statu naturæ, nondum subsistentis, vel suppositatæ, nam sicut operationes sunt subsistentium, vel suppositorum, ita pariter sunt agentium jam constitutorum in actu, cum unumquodque agat in quantum est in acto, & non ut est patiens, seu in statu passivi.

Dices primò cum Molina, & aliis tantum convinci de operatione naturali, & determinata, hæc enim debet specialiter tribui Autori aplicanti, & moventi, non tamen de vitali, & libera, quæ debet esse à principio se determinante, & movente. §. Sed contra hanc solut. militet primò præcedens paritas. Nem actiones pariter humanitatis in Christo sunt vitales, & liberæ, sed nihilominùs, quià ad personam illios pertinet specialiter dirigere illam, refunderatur io personam defectus, si semel eliqua esset defectuosa, ergo quià ad Autorem rei pertinet specialiter movere, & applicare illam in prima ejus conditione, ut probatum est, ad illum refundetur defectus, si aliqua illius operatio defectuosa sit, sivè sit vitalis, & libera, sive naturalis.

2. impog. eodem argum. Quamvis vitalis, & libere sit, est tamen prima, ergo licet quià talis teneatur esse ab illo elicitivè, nō tamen motivè, & aplicativè, prob. coosi quià in signo illo prioritatis ad omnem motum intellectus est in puro statu mobilis, sive passivi, ut dictum est, ergo nisi iterum velimus, quòd se movere, & eplicare habeatur ab eo, quod est in potentia, sive in puro statu mobilis ad omnem sui motum, impossibile est, quòd talis actio, seu omnium prima sit ab illo motivè, & aplicetivè.

Expl. & urg. hoc ex dictis in physicis. Ex quo vitalis, & libera est non rectè infertur, quòd teneatur in eodem signo se movere ad illam, sed tantum quòd se moveat in illa, & per illam, scil. constituatur per illam jam factus in actu ad se movendum ad alias, ergo ad salvandum conceptum vitalitatis in illo signo non tenetur se movere ad illam. Prob. ant. quià in illo signo licet vitaliter egrediatur ad actum, primò tamen egreditur, seu à puro statu mobilis ad illum, cum sit signum antecedens omnem motum, ergo nisi ex ratione mobilis velimus habere vim se movendi ad primum sui motum (quod implicat in terminis) solum inferri potest ex eodem conceptu vitalitatis, quòd in signo illo elicitivè se habeat, ad talem primam operationem, & motivè etiam in illa & per illam ad alias posteriores, non tamen ad illam. Nam plenè tenemur eandem distinguere ab eliis non primis, cum habitudo ad actum attendeode sit ex habitudine potentiæ ad illos, certum est autem diversem esse habitudinem potentiæ ad primum, ab illa ad alias, cum ad omniom primum comparetur in puro statu mobilis, vel in pure potentia, ad alios verò jam sit constituta in actu, ergo vitalitas primæ operationis non potest exigere aliam rationem motivi ex parte Angeli, nisi quòd se moveat elicitivà in illa, & per illam ad alias.

Expl. totam hoc, & simul urgentur superiota, (quod etiam est valdè notandum pro aliis materiis.) Quamvis ite sit, quòd principium vitale, ut in actu 2. vivat, sive actus primus sit, sive non primus contrapositivè ad non vivens, debeat indispensabiliter se movere, ooo tamen tenetur, imò nec potest habere, ut vidimus, eandem habitudinem se movendi io omni acto, nec eandem servet habitudinem ad omnem, unde si primus est, sufficit quòd in illo, & per illum se moveat, idest constituatur proximè potens ad se movendum ad alios, accepta tamen priùs motione, & aplicatione ab exteriori motore, scil. Deo, non tantum generaliter, sed etiam specialiter movente, quià non tantum est agens secundum, essentialiter subordinatum primo, sed quià in signo illo, vel prioritate ad omnem motum, est in puro statu mobilis, vel in potentia ad omnem, unde nisi velimus ut dictum est, quòd ex non mobilis, vel potentialis est, sive media mobilitate, vel potentialitate se reducat ad actum, (quod est alienum) indiget spe-

speciali motione, & aplicatione Dei, cum non sit alius particnlaris motor, à quo reduci possit ad illum. Ex quo rectissimè infert D. Th. Deo esse imputandũ defectum, si primus idem actus esset peccaminosus. In aliis autem actibus non præcisè se movet in illis, aut per illos, sed etiam ad illos, quià jam per primum est constitutus in proxima dispositione, (utpotè extractus per illum à puro illo statu mobilitatis, & potentialitatis) ut se moveat ad alios.

Cæterum non vivens nunq. se movet ad suos actus, nec habet aliquem, quo sic constitnatur potens se movere, aut se moveat ad illos, in quo maximè differt à vivente, quià licet non vivens dicatur elicere, non tamen se movere, nam ad hoc requirebatur habere actum, quo constitueretur in proxima dispositione ad se movendum ad alios. Nec possumus aliter philosophari de primo actu, sicut nec de prima demonstratione in scientiis, proportionabiliter loquendo ut explicatum est in logicis, quià propria ejus conditio est, quòd cum sit prima non supponat aliquid, vel aliam causatam à potentia, ratione cujus sit extracta ab eadem sui pura potentialitate, & constituta in actu, ut se moveat ad illam, sed solam motionem provenientem ab extrinseco motore, qua accepta activè influat, vel eliciat propriũ actum mouendo se in illo, & per illum. De quo alibi etiam in 7. Physicorum.

§. II.

Impugnantur aliæ solutiones.

Dices 2. eidem rationi cum aliis ex Scoto, quòd licet sit primus motus, non tamen est à solo Deo, sed etiam ab Angelo; licet autem prima rei operatio si defectuosa sit, retorqueri debeat in Auctorem, si solus ille influat in illam, secus tamen si etiã influat causa 2.; unde defectus ejus attribui debet principio defectivo, vel declinanti à rectitudine concursus Divini, sicut modo videmus in cæteris, in quibus Deus mouet, quarum defectus non refunditur in Deum, sed in causam 2.

Sed hæc solutio non distinguens inter generalem, & præcisivum concursum Dei à malitia aliorum actuum, & specialem respectu primi impotentem præscindere ab illa, si peccaminosus esset, impugnatur sic. Quamvis à solo Deo non sit, est tamen ab illo solo, ut mouente ad illum, sive ut specialiter aplicante, & mouente ad eundem, itaut Angelus, vel causa 2. non se moueat ad illum, sed tantum in illo, & per illum, ut dictum est, & consequenter solus Deus sit cum hac habitudine mouentis ad illum; sed hoc satis est, ut ejus malitia, si sit peccaminosus, refundatur in Deum. Prob. mi. superiori paritate voluntatis, nam modo etiam posterius dictamen defectuosum à sola voluntate non est, sed elicitivè ab intellectu, sed nihilominùs quia voluntas est specialiter movens, & aplicans ad illud, in eam pariter refunditur defectus ejus, ergo pariter &c. Et ratio utriusque est, quia causa specialiter movens, & aplicans ad actionem, non minùs est causa, aut influit ad illã, quàm causa aliciens; unde ut dicitur etiam in moralibus, qui alium provocat, aut mouet ad detrahendum non minùs, imò plus peccat, quàm detrahens, quia plus culpæ est in motore, quàm in moto. Nec est idem de aliis motibus, ad quos Deus solus non mouet, sed ad illos etiam se movet causa 2., ut dictum est, unde non concurrit Deus ad illos hoc speciali concursu sicut ad primum, sed generali, & præcisivo, ut in superioribus explicatum est præsertim de visione.

Dices, quòd licet sic à Deo motivà sit, relinquitur tamen voluntas libera, unde licet possit exire in motum non rectum, non tamen hic erit retorquendus in Deum, sed soli creaturæ liberè, vel pro sua libertate deficienti, sicut dum causat, vel inspirat in nobis cogitationes, ex quibus videt futurum peccatum, non sibi istud attribuitur, sed nostræ voluntati, ex eo quòd ex illis relinquitur libera.

Sed contra hoc est. Quamvis motio illa voluntatem relinquat liberam, non tamen libertate specificationis, vel contrarietatis saltem ut exercendam pro illo signo, sed tantum exercitii, vel contradictionis, cum illud signum, ut convincit ratio facta, non sit capax, ut exerceatur in illo prior libertas ob impossibilitatem dictaminis defectuosi, quod præcedere omninò debet ut probatum est, talem libertatem ad malum, vel ad operationem non rectam, ergo vel nequit elicere actum non rectum, vel si elicit, Deo sic specialiter mouenti tribuenda est. §. Expl. hoc. Licet Angelus primò accipiens esse, & principia agendi accipiat illa, ut liberè exercendus, non tamen omni libertate pro eodem primo instanti, sed cujus tantum est capax idem instans, vel illi non repugnat, sed libertas contrarietatis ad malum, vel ad operationem non rectam omninò repugnat ut exercenda pro eodem instanti, quia ut probatum est, malitia ejus tunc esset indispensabiliter refundenda in Deum, ex eo quòd teneatur pro eodem concurrere ut specialiter movens, & aplicans ad illam, & non utcunq. vel solo concursu generali; unde tunc solum proponitur utraq. pars ut conveniens cum sola indifferentia judicii pro libertate cõtradictionis circa utramq., una tamen præ alia sibi intimata, ut hìc, & nunc omnibus pensatis eligenda. Et idem similiter est de cogitationibus, quas specialiter Deus nobis immittit per modum moventis particularis, sine nostra determinatione, (de quibus supra,) tunc similiter dicitur relinqui solam libertatem contradictionis cum sola indifferentia iudicii, quæ sufficit ad libertatem incoatiuam libertatis perfectæ, in qua voluntas dicitur se mouere, & regulari per dictamen, quod est in ejus potestate, & quod ex sui aplicatione procedit. Quidquid sit de aliis cogitationibus, quas potest Deus immittere per modum causæ universalis, non excludendo quin sint etiam à libera aplicatione voluntatis, & tunc ut in superioribus dicebamus, si actus causæ 2. est bonus, mouet Deus etiam primariò ad rationem particularem boni, quam habet, licet secundariò causa creata se determinet ad illam. Si verò sit malus, Deus ad illum determinat quantum ad entitatem, & ut respicit rationem boni in communi, sed non determinat ad rationem particularem objecti, ex qua habet malitiam ut sic; sed agens creatum se primò determinat, quià determinare se ad illam, est esse determinans liberum deficiens aplicans se ad malum.

Tertiò dices eidem rationi iterum negando sequelam, scil. tribuendam esse Auctori sic specialiter moventi ad operationẽ, quæ incipit cum esse rei, siuè loquamur de actibus liberis, siuè non liberis, ut manifestè patet in illuminatione Solis in primo instanti sui esse, ad quam non concurrit ut Auctor nisi per modũ causæ universalis, & prout sic tantum tribuitur illi, & nõ ut agenti particulari. §. Sed contra hoc est. Nam licet

licet illuminatio solis, ex quo omninò naturalis est, & à principio non vitali non indigeat concursu Dei ut specialiter aplicantis, indiget tamen concursu illius, ut particolariter dantis inclinationem ad illuminandum, cum agens creatum, quodcunq. sit, in primo sui esse, vel ante omnem sui motum sit ut dictum est, in puro statu mobilis, ac proinde indispensabiliter indigens exteriori principio particolariter ad illum concurrente, ut activè se habeat ad sui motum, nisi iterum, & perpetuò velimus posse activè su habere ex merito potentialitatis, aut sit actus purus, qua ratione Deus, ut supra de volontate explicatum est, nullo indiget concursu exteriori, sed est agens ex necessitate, idest necessariò habens ratione sui omnem perfectionem sibi debitam in actu 2., seque ipsum ratione sui determinans, quod tamen est impossibile respectu agentis creati, ut ibidem ostensum est: unde sicut hac ratione in omnibus aliis motibus indiget generali concursu primi agentis, ita in primo etiam indiget particulari, quia non solum est secundum, & effectualiter subordinatum primo, sed quia est in prædicto statu puri mobilis, vel in potentia ad omnem motum; unde si præfata illuminatio esset defectuosa pariter defectus esset refundendus in Deum Auctorē, ergo impossibile est subtrahere Angelum, vel quodcunq. aliud agens creatum in primo eorū motu, vel operatione ab indigentia concursus specialis Dei, & consequenter illius malitia necessariò foret illi attribuenda.

Quartò dices, & (coincidit aliquomodo cum solutione secunda,) quòd licet primus motus refundi debeat in Deum secundum eam rationem, secundum quam procedit à sui Auctore, non tamen secundum aliam, secundum quam non subordinatur illi, sed tantum respicit creaturam ut primum deficiens, nam Deus in omni sui concursu est præcisivus ab omni eo, quod est extra ambitum suæ omnipotentiæ, ut est defectus, vel malitia moralis; non enim potest ut principium efficiens positivè concurrere ad aliquid, quod non potest ordinare ad se ipsum ut ultimum finem.

Sed contra hoc est. Et quidem ex hac solutione infertur utraq. pars contradictionis, quòd nempè ad rationem malitiæ non concurreret, ex quo est extra ambitum omnipotentiæ, teneretur autem imputabiliter concurrere, ex quo in illo instanti ur probatū est, indiget causa 2. speciali ejus concursu, & non tantum generali, cum non sit alius assignabilis motor, qui ante omnem illius motum, possit eam extrahere ab eodem statu puri mobilis, vel sic eam specialiter determinare, & aplicare. Unde impug. iterum sic. Non stat eam, (ut omninò tenetur) sic specialiter moueri, & aplicari à Deo, & non tribui eidem actionem secundum omnem ejus rationem etiam defectuosam, ergo. Prob. ant. ut supra in omnibus aliis posterioribus motibus comparativè ad voluntatē specialiter mouentem, & aplicantem; hac enim ratione tribuitur huic illorū malitia, & meritò nā quia ut dictum est, ast particulariter mouens, & aplicans, ita sibi appropriat actionem, ut siue bonam, siue malam in se ipsam refundat, cum non sit minùs causa ejus, quàm eliciens, ut communiter judicamus in peccatis linguæ, & similibus. Unde si agens defectivum est, impossibile est actionem defectuosam esse sic motivè, & aplicativè ab illo; quod est intentum rationis D.Th.

Quintò dices admittendo non posse dari primum dictamen quod prout à Deo defectuosum sit, nō tamen probari, quòd non possit habere aliud primum, quod à Deo non sit, sed ab alio Angelo malo. Nam solum poterat convinci de primo Angelo condito, qui non potest habere alium motorem nisi Deum, non tamen de secundo, aut tertio, qui in primo instanti suæ creationis potest tentari, aut habere suggestionem malam à priori jam condito, Deo huic reuelanti creationem alterius in hoc instanti. In quo nulla apparet implicantia, cum possit agens creatum operans instantaneè mouere, & agere in eo instanti, in quo creatur à Deo, ut pater in materia prima, quæ in eo instanti, in quo creatur, potest à generante immutari ad suscipiendam formam, ut contingit in speciebus eucharisticis, cum aliquid ex ipsis generatur in eo instanti, in quo subrogatur materia prima loco quantitatis. Et sic de aliis pluribus.

Sed hæc solutio est de subjecto non supponente, quòd possit unus Angelus, vel aliud quodcunq. agens creatum moueri ab alio creato efficienter, itaut unum possit exire in actum ex vi solius motionis alterius independenter à concursu effectiuo Dei, vel generali vel speciali, ut explicatum est, & latè constat ex superioribus. Unde impug. sic. Quamuis dicamus posse ab alio exteriori principio moveri moraliter siuè exterius ex parte objecti aprehensi, (nam bonum aprehensum, ut dicebamus, mouare dicitur voluntatem, & sic eam mouere dicitur consilians; vel suadens, in quantum facit apparere aliquid esse bonum,) vel interiùs adjuvando intellectum per modum cuiusdam illuminationis; non tamen effectiuè per modum perficientis, idest effectiuè concurrentis ad actum alterius, ut efficaciter ostendit, & explicat D.Tho. q. 3. de malo ar. 3. in corp., & ar. 4., & 3. cont. Gent. cap. 88 juxta illud Proverb. 21. *Car Regis in manu Domini quocunq. voluerit, inclinabit illud*. Et ad Philip. 2. *Deus est, qui operatur in nobis, velle, & perficere*. Nam aliàs posset unus Angelus habere illapsum intra mentem alterius, quod est alienum, & solius fori Diuini, ergo nunquam continget dari primum dictamen independenter à Deo specialiter movente, & aplicante. Et hoc est, quòd perpetuò contendit ratio D. Tho., quòd non possit esse aliud speciale movens quantum ad aplicationem effectivē omninò necessariam ad elicientiam actus. Quidquid sit ex parte objecti, vel quantum ad moralem influxum. Nam si velit unus Angelus alteri suadere, ut consentiat, oportet ut supponat illum non solum existentem, sed extractum à prædicto statu puri mobilis, & consequenter jam constitutum in actu per priorem actum, accepta motione ad primum ab Auctore, cum præcisa existentia non extrahat à statu mobilitatis, sed futuritionis, & sit sola conditio ad agendum, non ad se primò mouendum. § Nec oppositum convincit exemplum adductum. Fatemur enim ità esse, quando operans exterius potest per se ipsum immutare rem ipsam, quæ generatur; aut à naturali statu divertere, secus tamen quando solum proponit, & alicit, ut contingit in casu respectu intellectus, & voluntatis, non immutando, sed ut se immutent, quod tamen nō habent in primo instanti.

§. III.

Soluuntur argumenta.

Primò arg. opponendo paritatem pueri in 1. instanti sus rationis. Nam homo in hoc instanti potest

potest formare dictamen defectuosum, defectu Auctori non imputato, ergo similiter Angelus poterit formare illud in primo sui esse. Cons. tenet, quia utrobiq. est prima operatio. Ant. etiam est communis consensus Thomistarum cum D.Th. 1. 2. q. 89. ar.6. afferentium in primo illo instanti habere debitu se conuertendi in Deum sub mortali, itaut in primo eodem instanti possit esse originale cum peccato mortali non tamen cum veniali, ergo potuit habere tunc dictamen defectuosum necessariò prævium ut dictum est, ad operationem malam.

Dices primò cum Salmantic: hic num.49. & aliis dist. ant., in 1. instanti quasi physico, vel initiativo, neg., morali, vel completivo, aut terminativo, conc. ant., & neg. cons. nam primum illud instans non consistit veluti in indiuisibili physico, sed habet latitudinem, itaut non sit quasi physicum, & momentaneum, sed morale comprehendens aliquam morulam temporis diuturniorem, vel breuiorem secundum dispositionem subtilioris, vel tardioris ingenii, quia nequit homo pervenire ad hunc usum nisi per discursum formalem procedendo de cognitione confusa, & in communi ad distinctam juxte id, quod sibi per naturalem synderesim intimatur, unde patitur, vel dividitur in plura instantia physica, alterum initiativum, & correspondens primo angelico, & in hoc peccare non potuit, sicut neq. angelus in suo ob eandem rationem; alterum terminativum, & consumativum, in quo quidem peccare potuit, sed non specialiter motus, & aplicatus à Deo, sed à propria voluntate jam constituta in actu per priorem actum. Unde poterat retorqueri in primo Initiatiuo, in quo quia specialiter mouetur, & aplicatur à Deo peccare non potest. Nec de isto intelligenda est doctrina Thomistarum, sed de posteriori, & consumatiuo.

Secundò cum M. Jo: à S. Tho. hic ad 1. n. 27. ex Cajet. 1. 2, ubi supra in calce comment. admittendo etiam, quòd sit veluti instans physicum, nagatur tamen cons. & disparitas est, quia homo antequam perueniat ad illud potest habere aliquos motus imperfectos intellectus, & voluntatis, quibus sit jam factus in actu ad se mouendū in illo primo ingressu, nā cum pueri propter malam assuetudinem possint habere volitiones aliquas antecedentes circa delectabilia rationi contraria, possunt mediis istis licet non peccaminosis tunc, ob defectum libertatis, se aplicare ad formandum in primo instanti dictamen defectuosum, Deo solum generaliter concurrente, quod non contingit in Angelo in sui instanti primo prævię ad omnem sui motum. Unde non parui refert (subdit idem ex Cajet.) quòd assuescat puer ad audienda spiritualia, & honesta.

Sed contra utramque solut. instas, contra 1. quidem, quia sicut homo habet plures motus in eodem instanti morali, ita & Angelus in eodem primo sui esse, ut colligitur ex D. Thom. hic q.58. ar.2., & alibi ubi supra de malo, ergo potuit similiter peccare sicut homo. §. Secundò, quamvis sic dividatur instans morale in plura physice, nequit tamen homo habere actum liberum, vel operari formaliter, ut homo est, non prævio discursu practico, & in termino ejus, sic enim deliberat, & eligit, sed discursus ista cū termino ejus nō habetur ante instans physicum terminativū instantis moralis, ergo adhuc verificatur hominem in primo sui instanti ut homo est formaliter, peccare; cons. tenet, quia primum instans hominis, ut homo est, est in quo liberè operatur.

Contra Secundā verò instas fere eodē argumentū Licet ante illud instans præcesserint aliqui motus imperfecti, illud tamen est primum in linea libertatis, ergo si semel homo potest in illo formare dictamen defectuosum, & peccare, poterit similiter Angelus ita se habere in sui primo. Ant. supponitur, nam aliàs possent prædicti motus esse peccaminosi; cons. verò prob. quia licet præcedant alii, eo ipso tamen, quod est primus in eadem linea, adhuc est in statu mobilis in illa, cum præcedat omnem motum liberum, unde nequeunt priores se habere, vel præcedere, ut motio, & aplicatio libera, ergo si hac ratione potest homo peccare in eodem primò instanti, defectu non imputato Authori, poterit similiter peccare Angelus in sui primo esse. Vel aliàs dicamus nec posse peccare hominem in illo, si semel operatio ex quo prima est indigeat speciali Dei motione, & aplicatione refundente defectum in Authorem,

Sustinendo nihilominùs utramque solut. Ad 1. replicam contra 1. dist. ant., ita & Angelus in suo, loquendo de operationibus subordinatis, conc., non subordinatis, neg. ant., & cons., quia ut docet Div. Thom. ibidem de malo operationes diversæ non subordinatæ, quales sunt peccaminosæ, & non peccaminosæ, pertinent ad eorum instantia temporis discreti, unde si semel omnium prima, quam haberet in illo instanti, nequit esse defectuosa, nec nulla subsequens poterit esse defectuosa.

Ad 2. dist. ma, si sit actus liber perfectè, vel in quo se moveat, conc., si imperfectè, vel sola gaudens libertate exercitii, vel contradictionis, sive incoactive libertatis perfectæ, vel completæ, in quo movetur, & specialiter aplicatur à Deo, neg. nam tunc satis est, quòd præcedat deliberatio in Deo, & ab illo sibi imprimatur, vel immittatur cogitatio practica proponens beatitudinem in communi, vel supernaturalem juxta diversitatē opinionū, ut se moveat tunc in illa prima operatione, ut dictum est, & constituatur simul in actu per illam ad se movendum ad aliam in posteriori instanti terminativo, vel consumativo totiùs instantis moralis, conversivè, vel aversivè à Deo, ac proindè possit tunc sic constitutum in actu peccare, sine eo quòd defectus referatur in Deum.

Ad 3. contra 2. solut., quæ videtur difficilior, neg. cons. Ad prob. claritatis gratia dist. ant., Adhuc est in statu mobilis, simpliciter, vel puri mobilis, sive à toto genere mobilitatis, nego, secundum quid, vel relativè ad motum liberum, conc. ant., & nego cons., quia licet priores motus, seù præcedentes volitiones imperfectæ non præcesserint, ut motiones liberæ, per illas tamen extrahuntur potentiæ à puro statu mobilis, & sunt jam constitutæ in actu ad se movendum ad posteriorem operationem sive ad primam liberam in primo instanti, vel ingressu ad usum rationis, unde suppositis aliis prioribus, non egreditur tunc puer à puro statu mobilis, vel potentialitatis, ut dicatur solum elicere illam, vel se movere tantum in illa, (ut contingit in prima simpliciter, sine prævia ad omnem motum, de qua est difficultas,) sed etiam ad illam, & consequenter peccare formando dictamē ex se ipso sine nova speciali motione Dei.

Sed instas. Quia ex hac solutione sequitur non esse necessariam post illam primam, aliam motionem, vel præviam physicam Dei, quam nos contendimus in omnibus actibus nostris, ergo. Prob. ant. Quia supposita prima juxta solutionem, vel ex vi illius, sufficienter homo constituitur in actu ad se movendum ad poste-

posteriores operationas, ergo non indiget alia postjillam. §. Resp. vel neg. sequelam, vel dist., non est alia specialis, transeat, vel conc.. genaralis ad salvandam essentialem depeodentiam, & sabordinalionem, in omni sua actione ad primum agens, ut supra, & latè in physicis explicatum, & ostensum est, nego. Et hoc obiter dictum sit ad pleniorem intelligentiam præseutis difficoltalis. Dixi transeat, quia ut ait D. Thom. 1. 2. q. 9. ar. 6. ad 3. quamvis Deus moveat homines sicut universalis moter ad universale objectum voluntatis, quod est bonum, & sine hac universali motione non possit homo aliquid velle, tamen interdum specialiter movet aliquos ad aliquod determinatè volendum, quod est bonom, sicut in his, quos movet per gratiam. Quod ut explicat Cajat. iosra q. 82. ar. 4. circa finem, efficit Deus, ut ostẽdat providentiã, quam habet de homine. Quomodo autẽ contingat hæc specialis motio, sive intra ordinem gratię, sive naturæ dictum est in superiorioribus, & videri potest idem ibi. & 12. q. 111. ar. 2. §. *Ad hoc dicitur*, & D. Tho. ibidem, & Medina q. 9. relata ar. 4. ante solutionem argomentorum.

Secundò etiam principaliter arg. ex cap. libertatis. Angelus in 1. instanti liberè operatur, & de facto meruit, ut hìc concedit D. Thom., ergo sofficienter habet, ut possit peccare. Prob. cons. quia plus requiritur ad merendum, quàm ad peccandum. §. Dices ex D. Thom. de malo ubi supra præcipuè ad 5. 7., & 18., esse liberum, ut dictum est, libertate exercitii, & contradictionis ad velle, & non velle, vel quoad exercitium actus, quæ sufficit ad merendum, ut patet in Christo, & in Sanctis confirmatis in gratia; non specificationis, & contrarietatis ad ipsa objecta, vel ad bonum, & malum, quæ est necessaria ad peccandum, unde ex parte differentię plus requiritor ad peccandum, quàm ad merendum, licet ax parte circunstantiarum debitarum plùs requiratue ad bonum, quàm ad malum, cum ad bonum requiratur concursus omnium earum, ad malum verò sufficiat defectus unius tantum.

Sed contra hoc 1. Ut dicatur posse peccare sufficit prior libertas contradictionis, ergo. Prob. aut. Angeli in illo instanti habuerunt pręceptum convertendi se ad Deum per motum dilectionis, ergo si poterant non velle potuerunt peccare saltem peccato omissionis. §. 2. Quia eandem libertatem habebant in 1. instanti, quàm in 2., ergo si utramque habebant in isto, pariter habebant in illo. § 3. Quia de facto meruit in eodem instanti ex auxilio non debito, jure creationis, sed gratuito, ergo liber est in illo utraque libertate. Ant. constat, nam si auxilium illud, vel cognitio bona, efficaciter movens non esset gratuita, vel specialis gratia de superiori ordine, operatus esset tunc ex viribus arbitrii debitis ex vi creationis, quod est hæreticum; cons. verò prob. Quia liberè operãs, vel auxilio indebito, liberè operatur utraq; libertate, ut patet in 2. instanti, & in nobis contrapositivè ad Christum, vel ad confirmatos, ergo sic meruisse cum impotentia ad peccandum pro illo instanti fuit specialis gratia, vel manutentia, aut protectio non debita saltem de potentia absoluta, & consequenter secundum istam potuit deficere. Quidquid deindè sit secundum suavem Dei providentia, qua operatur id, quod est magis cõsentaneũ naturis rerum.

Resp. benè ibi. Ad 1. replicam neg. anteced., ut manifestè constat in eisdem instantiis de Christo, & confirmatis; unde quòd habuit Christus, ex unione ad Verbum, & confirmati ex gratia immobili, habuerunt Angeli ex speciali, & indispensabili motione Dei incompossibili cum defectu primæ operationis, ut probatum est. Ad prob. dist. cons., si potuissent non velle privativè, conc., si negativè tantum, vel absolutè, nego. Itaque sicut in Christo stante præcepto moriendi adhuc erat libertas ad non mori, non privativè, prout non mori opponitur mori præcepto, vel imperato, (aliàs potuisset peccare,) sed negativè, vel absolutè, ita proportionabiliter in Angelo erat tunc indifferentia ad non velle, non privativè prout non velle opponitur velle pręcepto, vel imperato, sed negativè, vel absolutè, quia ex vi, & meritis propositionis objecti non necessitatur ad actum, licet necessitetur ad speciem ejus, scil. bonum, quod sufficit ad rationem meriti, ut itetum patet in Christo.

Sed instas. Nam Angelus in 1. instanti erat ab intrinseco defectibilis, ergo non solum erat indifferens negativè, sed etiam privativè. Prob. cons. Tum quia ex eo in Christo admittitur sola prior indifferentia, vel negativa, quia est ab intrinseco impeccabilis. Tũ quia principium liberum defectivum non tantum respicit extremum contradictionis negativè, sed etiã privativè, aliàs non esset tale ex vi suę naturę, vel ab intrinseco, ergo si etiam tunc est Angelus ex propriis defectibilis, tenetur etiam tunc habere utramque indifferentiam.

Resp. dist., & explico ant. Est defectibilis, defectibilitate possibili exerceri in 1. illo instanti, nego, in posteriori, conc., & nego cons. quia ut probatũ est, debuisset tunc malitia operationis refundi in Deũ. Ad 2. prob. iterum claritatis gratia dist., & explico ant., quia erat impeccabilis pręcisè neg., & quia etiã debuisset malitia operationis, (si semel fuisset mala) refundi in personam, ad quã pertinet, ut dictum est, dirigere in sui operatione naturam, cujus est persona, conc. Itaque hæc posterior causalis, quæ etiam militat de Christo (scil. de malitia refundenda in *Deum*) militat pariter de Angelo, unde ex hac parte poterat retorqueri eadem instantia, licet sit aliàs discrimen, quòd quia Christus est impeccabilis ab intrinseco pro nullo instãti poterat aliã habere indifferentiã, sive cõtrarietatis, sive exercendam, sive non: Angelus verò, utpotè pura creatura, est capax illius, unde licet ob eandem sequelam non posset eam exequi in 1. instãti, poterat tamen pro aliis, & in illis peccare, ut de facto peccarunt mali. Et per hæc patet etiam ad 2. quia licet eandẽ habuerint eã in 1., quam in 2., cum non minùs fuerint pura creatura in illo, quàm in isto, non tamen reducibilem ad actum, sicut in isto.

Pro quo adverto ex M. Joan. à S. Tho. ubi supra num. seq., quòd ex his, & alibi dictis in materia de gratia infertur sæpè hac in re, & similibus paralogizare adversarios variando appellationem in his terminis, *potentia posse*, aut aliis hujusmodi, nempè à potentia, & posse sub una ratione, vel instanti ad posse, sub omni, & ad posse in sensu diviso, & ad extremum negativè ad posse in composito, & ad illud privativè, quæ omninò distinguenda sunt, nec confundenda; quià licet nihil intrinsecè superaddatur de eodem foro libertatis, superadditur tamen impedimentum aliquod extrinsecum, sive ex parte motoris ut in casu, sive ex alio simili. Unde ut retineat potentiam, & conceptum libertatis quoad perfectionem satis est quòd habeat indifferentiam exercitii, vel contradictionis, & excludat omnem coactionem eidem oppositam, quidquid sit, quòd necessitetur quoad extrema contrarietatis.

Ad

Ad 3. dist. ant. Ex auxilio non debito quoad id, quod importatur in isto de supernaturalitate,& valore meritorio vitæ æternæ,conc., de rectitudine,vel influxu nō permittendi peccatū sub dist.Ex auxilio non debito illi,absolutè,conc.,ut moto specialiter à Deo, vel ipsi Deo, ut sic specialiter moventi, & aplicanti, nego. Nam ex suppositione, quòd velit illum creare, aut creet cum sui operatione, sive quòd in primo sui esse operetur,tunc est debitum illi tale auxilium tanquam generale quoad munus non permittendi defectum in illo ob rationem factam; quiquid sit quoad rationem supernaturalitatis, & meriti, quæ est supra omne debitum, & exigentiam naturæ, unde pro hac parte non sunt nobis objiciendæ vires arbitrii,nec pro priori mobilitas auxilii,quia secundū illud munus est immobile ex suppositione.

Tertiò arg. impugnando fundamentum D. Tho. Non est necessarium, quòd prima operatio Angeli tribuatur Authori, ergo. Prob. ant. ex eo quod Deus prædeterminet ad entitatem peccati, actio peccaminosa non tribuitur illi, nec in illum refunditur ejus malitia, ergo neque ex eo, quòd moveat ad primam operationem tribuendus est ei defectus illius, sed erit similiter præcisivus ab isto.

Dices ut supra qòd hic concurrit ut specialis motor, ad alias verò operationes peccaminosas concursu tantum generali. §. Sed contra hoc est 1.Quia non minùs inseparabiliter connectitur in aliis malitia cum entitate prædeterminata à Deo, quàm cum prima, si daretur defectus in illa, ergo si nihilominùs potest in aliis concursus ejus generalis esse præcisivus à malitia, poterit etiā specialis præscindere in prima.

Secundò. Quia ex eo tribuitur prima, quia hæc incipit cum esse rei, sed non omnia hujusmodi prima tribuitur Authori, ergo. Prob. mi. nam illuminatio, vel calefactio in igne incipiunt cum esse ejus in instanti, & tamen non tribuuntur generanti, sed solus ascensus, ergo. Et ratio utrinsque est, quia ille sola incipiens cum esse rei tribuenda est Autori, quæ pertinet ad complementum naturæ, vel statum ejus naturalem,non accidentalem,aut liberum ut sunt operationes, quæ supponunt naturam jam constitutam, & completam in suo statu naturali, & accidentaliter illi conveniunt, quod præcipuè verificatur in vitalibus, & liberis, quæ supponunt naturam jam constitutam, & completam. §. Tertiò nam concursus Divinus in consortio creaturæ perpetuò est præcisivus ab his, quæ sunt de linea defectibilis, nec dabitur instantia in contrarium, ergo si in 1. instanti non concurrit solus Autor, sed etiam creatura, erit etiam in illo præcisivus ab omni defectu.

Resp. benè ibi. Ad 1. replicam dist. ant. Non minùs connectitur cum æquali respectu, vel dependentia ad Deum motorem, neg., diversa, & inæquali, conc. Jam enim vidimus ad primam Deum concurrere ut specialem motorem, cum non sit alius motor, creatura tunc existente in statu puri mobilis, & ideò esse necessarium, quòd concurrat non præcisivè ad solam rationem entitatis, sed ad omnem, quod cum sit impossibile, si semel actio est defectuosa, ideò rectè inferimus non posse esse talem in 1.instanti, quod non contingit in aliis posterioribus, ad quas tantum influit concursu generali,unde in his est alius motor, ad quem refunditur defectus, ut dictum est. Unde est fallacia non causæ, ut causæ, quia non est connexio, quæ impediat præcisionem,sed specialitas concursus.

Ad 2.neg.mi.Ad prob. patet etiam ex dictis,quòd saltem mediatè prædicta illuminatio tribuitur Autori danti inclinationem,sicut similiter dicimus de proprietatibus consequentibus ad sui radicem. Sed dato etiam, quòd hæc non tribueretur Autori adhuc est discrimen, quòd per illam non constituitur ignis proximè potens, aut in statu connaturali ad se movendum, aut quiescendum, sicut constituitur Angelus per primum motum intellectus, & voluntatis ad se movendum ad alios. Et per hæc patet ad rationem factam. Nam licet operatio, ex quo libera est, non pertineat ad statum ejus naturalem, aut complementum naturæ, veluti in esse entitativo, pertinet tamen in esse operativo, quia extrahit, vel extrahitur per illam à statu mobilis, & constituitur in proxima dispositione ad se movendum. Constat autem quòd propria, & connaturalis perfectio viventium est se movere, sicut non viventium quiescere.

Ad 3. dicimus de facto ite esse, quòd perpetuò præsciudat Deus suo concursu ab omni defectu, quia nempè cum prima non sit possibilis defectuosa, & ad cœteras omnes, quæ tales sunt, concurrat tantum concursu generali,& ad illas se moveat particulariter creatura, & non moveatur à solo Deo, ideo ad illam, & non ad Deum refunditur defectus.

Ultimò arg. Si Angelus in 1. instanti non potuisset peccare,in nullo etiam posteriori peccare ampliùs potuisset,consequens est falsum, ergo. Prob. sequelā quia per nos est ab intrinseco inflexibilis, itaut postquam semel eligit, immobiliter eligit, ergo si prima ejus electio esset necessariò recta, nulla ejus posterior potuisset esse obliqua,vel declinās à rectitudine.§.Ad hoc patet primò militare contra utrāq. sētentiam nā utramq. admittit eorū inflexibilitatē,ut suppono, & cō stabit infra,licet sit difficultas de modo illius,an illis cōveniat ab intrinseco, & ex sui natura,ut nos dicimus; an verò ab extrinseco; omnes tamen fatemur de facto primam illorum operationem fuisse rectam, tenemur ergo omnes solvere, quomodo stante tali inflexibilitate potuerint in 2., vel 3. instanti declinare ab eadem rectitudine, & peccare.

Pro omnibus ergo ex dictis resp. neg.sequelam. Ad prob. dist. & simul explico præfatam doctrinam, postquam eligit, electione plenè libera, vel undequaque completa, & consumata, conc., non libera plenè, & complete, sed mixta motui naturali, & necessitati quoad specificationem, & contrarietatem, ut est prima operatio, neg. Dicuntur ergo inflexibiles postquam primò eligunt se movendo ad actum, & exercent plenam libertatem, ut contingit in 2., vel 3. instanti, non in 1., ubi prima operatio partim est motus per modum naturæ quoad specificationem, & contrarietatem, & partim libera est tantum quoad exercitium, quatenus se in illa liberè movet, & per illam constituitur in actu, ut se liberè moveat ad alias, non tamen se movet ad illam, sed tantum prout sic movetur à Deo, ut dictum, est, unde potuit quidem mereri præmium plenum, non tamen pleno, & perfecto modo, cum nondum fuerit in statu se moveutis ad actum.



QUAESTIO ULTIMA.

Quodnam sit primum peccatum Angeli, & objectum ejus.

IN uno ferè omnes convaniunt, scil. consistere in motu desectuoso circa propriam excellentiam, sed quia non conveniunt in motivo, sive sub qua ratione sit terminus ejusdem motus, ideo dissident in explicando ad quod genus, val speciem peccati reducendum sit. Nam qui tenent fuisse propriam excelleotiam excessivè volitam sub ratione delectabilis, dicunt propriè esse speciem spiritualis luxuriæ, & impropriè superbiam, quia amor inordinatus propriæ excellentiæ ad superbiam pertinet. Ita Scotus in 2. dist. 6. qu. 2.

Alii existimantes esse eandem excellentiam quasi ex motivo felicitatis alienæ, sive hominum juxta illud, invidia Diaboli mors intravit in mundum; sive etiam Christi, cujus dignitas unionis hypostaticæ eos torquebat, consequenter dicunt fuisse invidiam, & quoad hunc posteriorem unionis appetitum consentit Granad. tract. 13. disp. 2. sect. 4., & probabilem reputat Suarez lib. 7. cap. 13.

Alii verò dicunt esse motum ad illam, ut volitam sine debita subjectione ad Deum, ut superiorem, sed quia hæc habitudo duplex est, altera ad illum, ut legislatorem, altera verò ut ad regulam, & mensuram propriæ excellentiæ, vel dignitatis, quidam asserunt, quòd licet fuerit motus superbiæ secundum posteriorem respectum, potuisse tamen esse motum inobedientiæ secundum priorẽ. Ita Valentia. §. Cæterum Thomistæ omnes cum D. Thom. hic ar. 2., & in 2. dist. 5. ar. 3. non aliud cognoscunt peccatum, aut motivum, quàm superbiæ, licet non negent aliud peccatum fuisse in illo, aut potuisse esse. (Nam de invidia fatetur hìc etiam D. Tho., & de aliis quantum ad reatum.) Sed negant aliud primum, unde, peccatum invidiæ, & quodcunque aliud assignabile sunt quid consequutũ. Et iste est etiam fere communis consensus cæterorum Theologorum cum Mag. in 2. dist. 6. & videri possunt interpretes ibidem, & ad præsentem ar. 2. De objecto vero dicemus infra.

§. I.

Statuitur conclusio de peccato, aut motivo.

PRimum peccatum, aut motivum illius in Angelo non fuit aliud, quàm superbiæ propriè dictæ. Pro intelligentia adverto ex D. Thom. 22. qu. 162. ar. 2. 5., & 6., & in 2. ubi supra, superbiam multipliciter accipi, primò pro quadam inclinatione ad illam proveniente, vel ex naturæ flexibilitate, vel fomitis corruptione, qua ratione dicitur superbia initium omnia peccati. Secundò pro effectu secundum quòd in quolibet peccato mortali, cum sit transgressio præcepti superioris, reperitur effectivè negatio subjectionis ad præceptum illius. Tertiò pro affectu, vel inordinato appetitu propriæ excellentiæ, prout ex effectu ad illam quis peccat, & in hoc affectu, vel motu inordinato consistit propriè superbia, de qua modo loquimur, ut contradistinguitur ad aliis, nam priori modo peccatum non est, sed inclinat, & dicitur valuti origo ejus. Secundò verò est generalis conditio consequens ad omne ex parte aversionis.

Sic explicata sæpè traditur in scripturis, & PP., ex quibus prob. 1. argumento illo, quo 3. p. qu. 1. ad ar. 3. ostendimus Christum non venturum Adamo non peccante, quo etiam utuntur hìc Salman. tract. 7. disp. 10. dub. 1. §. 2., & ex eisdem Gonet disp. 11. ar. 2. Nam de his, quæ pendent à libera angelorum voluntate non possumus aliter judicare, nisi ex his, quæ revelantur in Scrip., aut PP., aliter non nisi divinando procedimus, sed in his non constat aliud fuisse nisi superbiæ, ergo. Prob. mi. quià. Isa. 14. de peccato principis Dæmonum in persona Regis Assiriorum dicitur. *Detracta est ad inferos superbia tua, quo modo cecidisti de Cœlo lucifer, qui mane oriebaris, qui dicebas in corde tuo. in Cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo Solium meum.* Similiter Ezechiel. 28. sub persona Regis Tiri sic etiam exprimitur idem peccatum *Elevatum est cor tuum &c. Deus ego sum, & in Cathedra Dei Sedi.* Lucæ etiam 10. *Videbam Sathanam sicut fulgur de Cœlo cadentem.* Quod dictum est, à Christo, ut monet Greg. lib. 23. moralium cap. 7., ad reprimendum elationem Discipulorum gaudentiũ de eo, quòd Dæmones illis subjiciebantur. Job deinde 40. *Ipse est Rex super omnes filios superbiæ.* Unde etiam Ecclesistici 10. dicitur supra. *Initium omnis peccati est Superbia.* Quo testimonio utitur etiam D. August. de Civit. cap. 13.

Dices ex his tantum conuinci, quòd peccauit quidem peccato superbiæ, non tamen, quòd istud fuerit primũ. §. Sed contra hoc, & in primis apertè satis habetur ex illo Tobiæ dum filio sic ait. *Superbiá numquàm in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas, in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio.* Sed uniuersa pereuntium perditio initium sumpsit à peccato principis Dæmonum ergo. Quod expresè etiã insinuatur relato testimonio Eccles.

Secundò. Nam locis relatis ita affirmatur fuisse in illo, ut per idem juxta expositionem PP. tanq. per per originem, vel primam causam totius ruinæ ceciderit: & videri possunt Hieron. lib. 2. aduersus Jovinianum cap. 3. August. lib. 3. de Doctrina Christiana c. 37., & alii, quos referunt Salman. n. 3. & à S. Tho. n. 10. §. 3. Quia iterum ita revalatur fuisse in illo, ut propter idem à suo principatu depositus, aut dejectos sit, sed propter primum projectus est ab illo, ut constat ergo. Unde Apostol. 1. ad Timot. 3. Præcipit Episcopum non debere esse Neophitum, ne in superbiam elatus incidat in judicium Diaboli; ut nempè præter D. Th. explicat Chrysost., judicio Dei eandẽ sententiam non incurrat Diaboli, qui propter superbiam judicatus est. §. Quartò daniq. quia majus fundamentum est, & velut à priori ad inferendũ ex aisdem locis, de peccato, aut motivo superbiæ, quòd fuerit primum, quàm de aliis, ergo. Prob. ant. quia appetitui inordinato propriæ excellentiæ intimius, vel proximius est, quòd quis ex affectu ad illã neglecta, vel spreta regula superioris, siuà sine subjectione ad illam peccet, quàm sub ratione delectabilis, vel tristitiæ alieni boni, vel displicentiæ præcepti, hæc enim ut patet, sunt veluti consequentia, siue orta ex eodem inordinato affectu ad sui excellentiam, unde alibi dicimus esse veluti necesse superbum esse invidum, aut lascivum, vel inobedientem, ut infra etiam constabit, ergo.

Secundò prob. concl. ratione desumpta ex D. Th. hìc, & 22. q. 163. ar. 1. Nam primum peccatum Angeli

geli debuit esse prosecutio alicujus boni spiritualis, ergo non fuit aliud, nec ex alio priori motivo, quàm superbiæ. Ant. constat, quia cum non possit esse fuga, vel recessus à malo, cum recessus à malo sit ex amore alicujus boni, cui opponitur, (nam malum, & disconvenieus dicuntur per ordinem ad bonum, & conveniens, cujus sunt læsivum, & impeditivum,) deboit esse prosequtio; et non potuit esse boni sensibilis cum non sit istud sibi proportionatum, & conveniens, bonum autem, vel finis appetitur ut conveniens, ergo. Conf. verò prob. Quia non potuit esse prosecutio boni spiritualis sibi deficientis, aut dissoni rationi, ergo fuit boni dilecti sine subjectione ad regulam à superiori præscriptam, & consequenter superbia. Conf. tenet, quia hæc, ut dictum est, in hoc propriè consistit, scil. in motu inordinato propriæ excellentiæ neglecta vel spreta eadem subjectione ad regulam superioris. Ant. etiam constat, quia modo supponimus angelum creatum cum pleno, & perfecto decore, ut dicitur Ezechiel. 28. Bonum autem spirituale, ex eo quòd spirituale est, conueniens valde est, & conforme rationi, unde solum potest vitiari, & fieri malum, vel dissonum ex eo, quòd excedit, vel egreditur mensuram à Deo præscriptam.

Dices fuisse quidem prosequutionem boni spiritualis non utcunq., sed ut summè delectabilis, sicut autem cupiditas inordinata boni sensibilis, ut vehementer, vel excessivè delectabilis pertinet ad speciem luxuriæ corporalis, ita inordinata boni spiritualis, ut summè delectabilis ad illam spiritualis, ac proinde non superbia, sed spiritualis quædam cupiditas fuit, aut luxuria, sine immoderata complacentia circa suum decorem.

Sed contra hoc est, & in primis ut insinuavimus, magis consequuntur hujusmodi motus in ordinati in illo ad inordinatum superbiæ, quàm præcedant. Deinde (& urgetur hoc ipsum) nam delectatio de aliquo bono salva subjectione ad regulam non est peccaminosa ergo in tantum illa angeli potuit esse mala, inquantum contigit sine debita subjectione ad regulam saltem in modo prosequedi, quod pertinet ad superbiam. Ant. constat, quia salva subjectione ad regulam inordinata non est; & præsertim loquendo de bono spirituali, quod utpotè valde conforme rationi, meretur vehementer amari, ac proinde magnitudo amoris circa illud tunc solum contingit esse mali, quando est immoderatè, & ultra debitã mensuram volita, sic enim est potissimum attractivum illius superioris, & perfectæ naturæ in angelo. §. Tertiò. Nam delectatio de aliquo bono supponit amorem illius. Non enim quis delectatur de objecto non amato, ut in simili supra dictum est de amore Dei respectu gaudii, ergo in linea amoris defectus non est prima prosequutio, nec prima malitia, vel defectus respectu objecti immoderatè, vel ultra mensuram voliti, sed supponit aliam priorem, sine motum superbiæ excedentem mensuram.

Quartò. Quia nulla delectatio in universum pertinet ad speciem luxuriæ propriè dictæ nisi dicat ordinem ad determinatam materiam ejus, cum præcisa delectatio reperiatur iu qu'ibet peccato, (ut rectè inquit à S.Tho.,) cum qualibet expletione propriæ voluntatis, quæ voluptas quædam est, & delectatio; unde est generalis conditio in omnibus; sed delectatio de propria excellentia non dicit ordinem ad propriam materiam luxoriæ, ergo, prob. mi., quia propria materia ejus est intemperantia circa bona sensibilia præsertim venerea in quibus dissluit animus.

Dices ita esse loquendo de specie luxuriæ corporalis, non spiritualis. §. Sed contra hoc est. Quia hoc est, quod contendimus eodem argumento, scil. non posse extendi ad materiam spiritualem. Deinde impug. sic. Nam quia gula respicit delectabilia sensus, non datur species gulæ propriè dictæ, quæ corporalis non sit, ergo similiter quia luxuria respicit delectabilia intra lineam sensibilem, ac veneream, vel turpẽ, non dabitur extra hanc lineã, vel intra spiritualem luxuria propriè dicta. Et plenè est communis cõceptio, quòd luxuria propriè est circa rem turpem, & sensibilem, & propterea etiam dicimus, quòd est majoris infamiæ: quæ ratione dicitur etiam permittere eum Deum ad sanandam superbiam alicujus Viri sublimis. Aliàs eadem facilitate dicamus dari gulam spiritualem, & sic de aliis, quod est absurdum.

Expl., & urg. hoc. Nam si semel esset dabilis luxuria propriè dictæ abstrahens à delectabili, & spirituali, pariter admitti posset gula sic abstrahens intra propriam lineam, & sic de aliis, sed hactenus non est auditum dari hujusmodi vitia sic abstrahentia. Tum quia in quolibet eorum esset admittenda duplex deformitas, altera pertinens ad propriam speciem illius uitii, altera ad illam luxuriæ penès rationem delectabilis, cum nullus sit actus vitii procedens ab habitu, qui cum delectatione non fiet, nam habitus deservit adpromptè, faciliter, & delectabiliter operandum. Tum quia ut dictum est, expletur ibi propria voluntas ergo.

Ex his etiam prob. altera pars, quòd non potest esse aliud peccatum, vel motivũ primum, ut putant Vasquez in commeut. & Arrobal disp. 178. c. 1. nempe vel peccatum omissionis frangendo præcepta affirmative, vel odii, desperationis, inobedientiæ, injustitiæ, invidiæ, iracundiæ, prout importat appetitum vindictæ &c. Sed prob. sic. Nam angelus juxta naturalem modum operandi incipit à fine (quod etiam videtur conveniens perfectissimo intelligenti, sine supremo analogato in linea intellectuali inter puras creaturas ut primum exercitium sit negativum, sive omissio, vel negatio;) sed nullum aliud motivum, sive omissio, sive commissio sit, potuit habere rationem primi, ergo, prob. mi. quoad singula, nam pura omissio de se non habet rationem boni nisi vestiatur apparenti, & volito, ratione cujus renitatur præcepto imposito. Similiter loquendo de peccatis commissionis si sint per modum fugæ, & recessus, & odium, desperatio, vel inobedientia patet non posse esse primum, quia istud in angelo est ex affecto finis, vel boni sibi convenientis, non fugæ à nocivo, vel disconvenienti, nam hujusmodi recessus supponit judicium jam corruptum, quod non poterat contingere in natura perfecta, & perfectè intelligente. §. Ex quo etiam convincitur de injustitia, quia hæc committitur vel ex inordinato amore, & concupiscentia sui volendo aliena in proprium commodum, vel ex odio alterius volendo in incommodum illius, unde utroq. modo supponit aliud motivum, ergo.

De invidia verò ut jam insinuavimus, facilè etiã convincitur. Quia licet admittemus eam in angelo, non tamen ut motivum. Nam invidia est tristitia de bono alieno ut sibi nocivo, vel impeditivo proprii, at nullum alienum sive Dei, sive hominis, sive alterius angeli erat impeditivum proprii, manente isto moderatè volito, ergo intantum potuit esse hujusmodi motus in illo, inquantum voluit esse singularis

aprehenso bono alieno, ut nocivo, vel impeditivo ejusdem singularitatis super alios, in quo supponitur prior de ordinatio circa propriam excellentiam. Et tunc potuit eadem invidia urgere principem malorũ Dæmonum ad bellum contra homines, vel ad eorũ impugnationem, ut dicit Basil. in homilia de invidia.

Deindè prob. de ira, quia hæc sumpta non pro passione corporali, sed pro affectu simplici vindictæ est per modum aversionis, & fugæ à persona affligenda, ergo nequit esse primum motivum affectus erga finem, cum iste sit prosecutio: de vitio etiam curiositatis circa finem naturalem dubitari non potest, cũ esset plenus sapientia, & comprehensivus intra hunc ordinẽ ut dictũ est. Circa supernaturalẽ verò poterat esse defectus desiderando illam contra ordinem Divinum, & sine debita subjectione ad Deum, nam servato ordine peccatum non est. Sed tunc est magis motus superbiæ, quàm curiositatis ut patet, quia magis dicit excellere, quàm scire, sicut cum dixit Evæ, eritis sicut Dii scientes &c. ubi expressiùs venit appetitus excellentiæ, quàm scientiæ, & consequenter propriissimum motivum superbiæ, ergo de primo ad ultimum non est aliud assignabile primum ante illud superbiæ, scil. inordinatus affectus propriæ excellentiæ absolutè sumptæ, ex quo oriuntur cæteri inordinati illius, ut conjunctæ particulari, sive in operibus, qui est affectus præsumptionis; sive in honoribus, & gloria, qui est ambitionis; sive effectus tristitiæ, vel doloris circa alienum bonum, ut est impeditivum propriæ singularitatis, qui est invidiæ, & potuerunt esse in eodem instanti, cum sint ad diversa objecta.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. in favorem Scoti. Primum peccatum Angeli fuit motus inordinatus propriç excellentiæ non præferendo aliis, sed nimis delectabiliter volendo eam sibi, ergo magis propriè fuit libido spiritualis, quàm motus superbiæ. Ant. constat, quia fuit motus inhæsivus illi ut ultimo fini summè delectabili. cons. verò prob, quia motus superbiæ propriè dictæ est affectus ut vidimus per superioritatem ad alios, nam superbire est super alios ire, ergo affectus illius absolutè sumptæ plùs nimiò in ea sibi cõplacendo fuit magis quædam libido, quàm superbia.

Dices quòd objectum superbiæ in tota sua latitudine non est præcisa excellentia relativa, sed abstrahens, vel communiter se habens ad absolutam, & relativam; imo ut dicebamus, esse excellentiam secundum se, vel absolutè sumptam. Nam ex appetitu inordinato singularitatis illius secundum se, oritur inordinatus relativè ad alios, quibus vult præesse. Unde ex quatuor speciebus ejus enumeratis à D. Th. 22. q. 162. ar. 4. tres primæ nihil exprimunt de excellentia relativa, sed tantum quarta, ut cum aliquis despectis cæteris singulariter vult videri. In aliis verò, non importatur talis inordinatio relativa, ut cũ sibi attribuit majus bonum, quàm habeat; vel cum æstimat bonum, quod habet ab alio, ac si haberet à se ipso, vel efficienter, ut habere à se ipso, quod habet à Deo; vel cũ ex propriis meritis sibi datũ desuper credit, ut ibi egregiè explicat D. Th. Unde D. Aug. 14 de Civit. illam definit per celsitudinem, quæ est aliquid absolutum, & alibi per excellentiã, quæ potest relativè sumi.

Sed contra hoc est. Nam motus superbiæ propriè dictæ est quidam affectus excellentiæ, ut superfluæ, vel sibi non debitæ, sed nequit esse talis, nisi relativè ad Deum, non subiiciendo, vel ad alios præferendo, ergo objectum illius est excellentia relativa. §. Dices ita esse, quòd necessariò includit negationem subjectionis ad Deum, quatenus transgreditur ejus regulam, non tamen esse excellentiam relativè ad alios, quibus præsit ut præcipuè contendit argumentũ. Hoc enim pertinet tantum ad quartã speciẽ, ut ait D. Th §. Contra hoc est Nã ad constituendũ affectum superbiæ propriè dictæ non sufficit, ut nos etiam diximus, ipsa negatio subjectionis effectiva, vel exercita, sed requiritur affectiva, & signata sic quòd veniat ut objectum volitum, nam priori modo est tantum conditio generalis ex parte aversionis ut dictum est, sed angelus in primo sui effectu, non sic eidem adhæsit, vel eam respexit, sed solum ut conditionem alterius rei volitæ, scil. proprii boni, ut ultimi finis, ergo ille affectus non fuit superbiæ, sed magis inordinatus amor amicitiæ ob immoderatam delectationem sui pertinens ad libidinem spiritualem.

Expl. hoc. Quia negatio subjectionis ut pertinet ad superbiam specialiter dictam debet necessariò venire ex parte rei volitæ, ut objectum malum, aliàs non distinguitur à se ipsa, ut generalis conditio est, ergo non potuit esse primum motivum peccandi. Prob. cons. quià primum motivum peccandi in Angelo non potuit esse res mala ex parte objecti, (ut patet ex dictis, & docet D. Tho. hic ar. 1. ad 4.) sed defectus ex parte electionis, quià non peccavit eligendo rem malam, sed malè rem bonam ergo: §. Expl., & urg. ulteriùs. Appetitus superbiæ, seù motus inordinatus illius specialiter dictæ est ad rem sibi non debitam, sic quòd contemptus alienæ, vel superioris excellentiæ ingrediatur rationem objectivam illius, sed Angelus primò peccãdo nõ habuit ex parte objecti hujusmodi cõtemptũ formaliter, sed tantũ materialiter, vel generaliter ut contingit in omnibus aliis peccatis, aliàs habuisset rem malam ex parte illius contra D. Th., ergo non fuit motus superbiæ; ma. patet ex his, quæ docet q. illa 162. ex 22. ar. 6. quòd nempè aversio à Deo, quæ in aliis peccatis se habet per accidens, aut quid consequens, & veluti materialiter, in peccato superbiæ est per se intenta, unde dicitur, quòd Deus superbis resistit.

Resp. bene ibi usque ad hanc posteriorem replicam. Ad quam neg. ma prout asserit debere venire ut objectum volitum. Fateor enim debere esse affectivam, nec præcisè se habere ut conditionem generalem, sed specialiter ingredi lineam superbiæ, sed ad hoc non requiri, ut induat formalem rationem, sed conditionem tantum objectivam, specialem tamen ex modo tendendi, sic enim importat specialem repugnantiam ad alienam excellentiam, & præcipuè ad superiorem, & regulatissimam Dei. Undè ad prob. annexam dist. Est generalis conditio, si sumatur relativè ad Deum, ut mensuram, & regulam actuum rationis, conc., si ut ad regulam, & mensuram propriæ excellentiæ, ut de facto illã respexit, neg. sic enim specialis est pertinens ad totum superbię, sicut negatio subjectionis ad illum, ut præcipientem, & imperantem est specialis conditio pertinens ad illud inobedientiæ, & non generalis, & sic de aliis huiusmodi respectibus, ex motivis specialibus hujus, vel alterius virtutis, ut ostendimus 3. p. q. 1. ad art. 2.

Ex his etiam patet ad utramq. explicationem.

Nam

Nam satis est, quòd veniat ut specialis conditio ex motiuo propriæ excellentiæ ut dictum est; sic enim propriè vult non subesse superiori, ut excellenti, quod est per se respicere auersionem usq. ad contemptum Dei, in quo distinguitur ab aliis, & fit grauissimum peccatum ex modo tendendi, quidquid sit ex parte objecti, quia nempe ita habet affectum ad propriam excellentiam, ut omnem superiorem contemnat. Unde etiam statim consequitur affectus, vel motus inuidiæ contra alienam felicitatem, ex quo sequuntur omnia nocumenta contra homines, mors scil. spiritualis, & corporalis, ut insinuatur Io: 8. dum dicitur, quòd erat homicida ab initio &c. Non tamen, quòd per se, & directè velit auersionem ab illo, quia hoc nunquam contingere poterat sine errore intellectus, qui in Angelo admitti non potuit sivè speculativè, siuè practicè, & non nisi stultè appeteret. Imò neq. ut sic directè volita spectat propriè ad superbiam.

Secundò arg., & potest esse replica. Motus iste, sine inordinatus appetitus excellentiæ superfluæ supponit priorem deordinationem, ergo non fuit primus. Prob. ant. Tum quia cum sit amor concupiscentiæ sui supponit amorem amicitiæ. Tum quia dilectio excellentiæ superfluæ usque ad contemptum Dei, supponit dilectionem sui ut finis ultimi, vel ut primi diligibilis, & objecti, cui vult illam, & quidquid vult. In quo consistit nimia delectatio, & libido erga seipsum, ergo.

Resp. neg. ant. Ad 1. prob. neg. suppositũ, quòd amor ille non sit etiam amor amicitiæ; dicitur enim concupiscentiæ ex parte boni, quod concupiscitur; & amicitiæ ex parte subjecti, cui volumus bonum, unde adinuicem, vel mutuò virtualiter se præcedunt in genere finis cui, & qui. §. Ad 2. neg. pariter suppositum, quòd illa dilectio sui, ut finis, vel primò dilecti constituat speciale peccatum, sed est principium omnium ut docet D.Th. 1. 2.q.77.art.4., unde includitur in primo illo motu superbiæ, & in aliis in quacunq. materia fiant, ratione cujus sumitur speciale peccatum. Unde est generalis conditio omniũ; nec potest pertinere ad libidinem, nisi determinetur ad ejus materiam, ut dictum est.

§. III.

Expeditur difficultas de objecto.

HActenus vidimus angelum peccasse ex affectu propriæ excellentię, & inordinato appetitu sui volendo sibi propriam celsitudinem; difficultas nunc est de istius objecto, vel in quo hæc consistat, an in unione hypostatica volita sibi, ut existimant Viguerius, & Iacobus de Valentia, vel dedignando eam fuisse communicatam humanitati; vel etiam nolendo subiici Christo ut tenebantur ex præcepto obligante ad illum ut sibi reuelatum adorandum, & tanq. caput recognoscendum juxta illud ad Hebr. 1. *Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ dixit, & adorent eum omnes Angeli eius*; ut Melchior Flavius, & Naclantus relati hic à nostro Gonet.. An in ęqualitate cum Deo absolutè saltem volita appetitu in efficaci, sicut cum quis delectatur in figmentis & in impossibilibus, ut Molina, Vasquez, Suarez, Beccanus, & Alarcon. An in eadem æqualitate secundum quandam similitudinem, scil. appetendo finalem beatitudinem, ut habendam virtute nativa, seu viribus propriis, quod est proprium Dei, ut cōmuniter docent Thomistę; licet in explicando aliquomodo discriminentur. Nam alii dicunt fuisse beatitudinem naturalem modo inordinato dilectam, idest non juxta regulam, & mensuram sibi præscriptam à Deo, scil. non ordinando eam ut tenebantur, ad Deũ Autorem supernaturalem, & objectum beatitudinis supernaturalis. Alii verò extendunt etiam ad supernaturalem appetendo illam per modum complementi, aut quasi complementi alterius naturalis, ut habendam propriis viribus; & utrumq. insinuat, vel admittit D.Tho. in corp. dicens; *Et hæc duo quodammodo in idem redeunt, quia secundum utrumq. appetiit finalem beatitudinem per suam virtutem habere, quod est proprium Dei*; ex quo etiam consecutum est (subdit ibidem;) quod appetiit aliquem principatum super alia habere, in quo etiam peruersè voluit assimilari Deo. Quamuis aliqui extra scholam D. Tho. videantur id referre ad objectum primò intentum, quasi primò peccauerit per superbiam appetendo tyrannicum principatum in alios angelos, & reliquas creaturas sibi non debitum; vel volendo omnia dona illis communicanda, per se ipsum communicari; vel appetendo omnes creaturas intellectuales sibi ad nutũ obedire tãquã Domino, & Principi. §. Addit etiam ex nostris à S. Tho. hic no. 27. non improbabiliter inter objecta materialia posse etiam assignari unionem appetendo eam sibi, & inuidendo Christo juxta illud Isa. dictum de eodem; *Sedebo in monte testamenti*.

Dicendum tamen est objectum, circa quod superbiit Angelum nec fuisse æqualitatem absolutam cum Deo, nec aliud ex enumeratis, sed beatitudinem naturalem inordinatè volitam, vel si supernaturalem, ut habendam ex viribus propriis; vel rejectam ut habendam onerosè, & ex gratia, & communiter communicandam aliis etiam hominibus. Ita expresse D.Th. ar.3., ubi explicans istũ appetitũ Diuinitatis in Angelo sic ait. *Sed in hoc appetiit esse similis Deo, quia appetiit ut finem ultimum beatitudinis id, ad quod virtute sua gratiæ poterat peruenire, auertens suum appetitum à beatitudine supernaturali; quæ est ex gratia Dei. Vel si appetiit ut ultimum finem illam beatitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex Divino auxilio secundum Dei dispositionem*. Et hanc etiam posteriorem partem tradit q. 16. de malo ar. 3. dicens. *Fuit ergo primum peccatum Diaboli in hoc, quid ad consequendam supernaturalem beatitudinem, quæ in plena Dei visione consistit non se erexit in Deum tanquam finalem perfectionem ex eius gratia desiderans cum Angelis Sanctis, sed eam consequi voluit per virtutem suæ naturæ, non tamen sine Deo in naturam operante, sed sine Deo gratiam conferente*. §. Itaq; utroque modo juxtà D.Thom. appetiit esse ut Deus, vel assimilari Deo, quia appetendo beatitudinem naturalem inordinatè voluit se ipso finaliter frui sine ordine, aut subjectione ad superiorem, quod est proprium Dei. Vel si simul peccavit contra supernaturalem, peccavit simul rejiciendo illam, ut habendam ex gratia, & onerosè, & ut aliis communicandam; vel quia pervenire voluit ad gratiam, & gloriam propriis viribus, quod iterum Deo tantum convenire potest. Diximus autem circa quod primò, nam modo loquimur de objecto primario, non secundario.

Ratione prob. 1. quòd scil. non potuit esse alia æqualitas absoluta, & sumitur ex eisdem locis D.Th. Nam Angelus evidenter sciebat talem æqualitatem cũ Deo in natura esse sibi absolutè impossibilem, ergo

ergo non nisi chimericè, vel stultissimè poterat appetere illam. Anteced. constat quia comprehendebat se ipsum, ergo evidenter sciebat esse creatoram, five ens per participationem infinitè distans ab illo, seu ab ente per essentiam. Tum quia licet id esset possibile, non potoisset tamen appetere, non appetendo simul proprium non esse, sive destructionem sui, (cum non posset simul esse creatura, & Deus,) quod est contra naturale desiderium. Conf. etiam tenet, quia implicat appetere, quod evidenter judicatur esse impossibile, nom quod appetitur, debet proponi ut aliquo modo bonum, vel conveniens, & consequenter possibile, cum possibilitas objecti sit veloti fundamentum, & radix totius convenientiæ, & prosequutionis illius, nisi etiam velimus ante peccatum fuisse errorem in intellectu angelico quod est alienum, cum error sit pœna peccati, nec componorot com perfectissima cognitione, & comprehensione sui. Nec habebat in proprietate ad illud habitum vitiosum, aut aliquid perturbans cognitionem propriam, ut contingit in nobis in quibus cum judicio speculativo de convenientia objecti ob passionem tamen offuscantem, aut perturbantem componitur practicum de sequela oppositi, unde errant omnes qui operantur malum.

Dices 2. com Vasquez ita esse procedendo per viam judicii, (in quo potest esse error) non simplicis aprehensionis objecti sub aliqua ratione possibilis, sicut dum Angelus concipimus ad modum entis corporei, vel materialis. §. Sed contra hoc est 1. ex dictis, & ex his etiam quæ supra insinuavimos, & opponuntur ei 3. p. q. 9. ad ar. 1. contra id, quod docet idem q. 15. ibidem disp. 6. cap. 9., nempè potuisse in intellectu humano Christi esse assensum erroneum. Unde arg. sic sicut ad suppositum pertinet dirigere operationes naturæ, cujus est suppositum, ita proportionabiliter ad Deum pertinet, ut probatum est, specialiter movere, & aplicare causam secundam, vel Angelum ad primum sui motum, & operationem, sed quia ad suppositi pertinet dirigere illas, in personam Verbi refunderetur talis error, sicut hac ratione, actio quævis meritoria procedens ab humanitate unita Verbo tribuitur illi ut specieliter operanti in humanitate, quo modo non tribuitur Patri, & Spiritui S., ergo pariter simplex illa aprehensio si semel influit ad peccatum Angeli in primo illo instanti tribuenda esset Deo sic specialiter moventi, & aplicanti ad illam.

Secundò impog. Nam simplex aprehensio objecti in appetitu rationali nō sufficit ad sequelam, vel procotionam illius, ergo: Prob. ant., quia non prosequitur, vel rejicit objectum nisi sub ratione convenietis, vel disconvenietis, ergo non movetur ad sequelam, vel fugam ejus ex sola simplici aprehensione, sed ex judicio, & pondere rationum convenientiæ, vel disconveoientiæ. In hoc enim differt intellectus proponens ab æstimativa in brutis, quòd hæc proponit ex instinctu naturæ ot determinata, unde non pertinat ad illam examinare, aut judicare, sed præcisè aprehendere, intellectus verò ex perfectione sui, vel propriæ cognitionis tenetur judicare de eisdem rebus, & præsertim in ordine ad volitiones liberas.

Dices 2. Cum Suarez, & aliis convinci tantum de appetitu efficaci, & non inefficaci, & veluti conditionato, nam similiter nos tendimus ad impossibilia, ut cum quis vult si posset non peccasse. §. Sed contra hoc est. Quia primus affectus peccaminosus in Angelo fuit dilectio inordinata ultimi finis sine subjectione ad Deum, si velimus peccasse mortaliter, sed hæc non potuit esse simplex complacentia, vel appetitus inefficax, aut conditionatus, ergo. Prob. mi. nam dilectio ultimi finis est dilectio illius super omnia; hoc enim est meritum, & exigentia illius, aliàs non erit ultimos, sed dilectio objecti super omnia nequit esse inefficax tendentia ad illud, imò ut maximè volitum, ut per se patet, ergo.

Secundò. Quia ut habetur 28. relato Ezechiel, dilectio ejusdem finis fuit operosa, & solicita negotiatio de re maximi momenti, ut patet illis verbis. *In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate*. Sed non est credibile tam sublimem, & sapientem creaturam sic fuisse operosam, & solicitum, aliosque etiam indocendo, inefficaciter tantum, & quasi oscitanter processisse circa objectū chimericum, vel impossibile, ergo. §. 3. Nam licet possit voluntas aliquando ferri inefficaciter, vel conditionatè circa aliquid impossibile per accidens, & ex suppositione, ut convincit exemplum adductum, non tamen circa impossibile absolutè, & simpliciter, & cognitum ut tale, ut est præsens æqualitas, quia nulla iodui potest ratione possibilitatis, aut bonitatis, sicut illud, nam ex ipsis terminis involvit summā contradictionem; illud autem solum ex hypothesi, vel suppositione, quòd peccaverit.

Secundò prob. de aliis enumeratis, & 1. de unione. Nam primus affectus, ut dictum est, fuit prosecutio finis, sed non finis ut non acquirendi, qualis est unio, ut per se patet, ergo ut acquirendi, & consequenter distincti ab unione, quæ non poterat haberi nec naturaliter, nec supernaturaliter, cum non esset ad illam elevatus. §. De principatu verò, & aliis honorificis etiam prob. ex dictis. Quia hujusmodi affectus est effectus excellentiæ ut conjunctæ, sed hic affectus est posterior affectu tendente ad illam secundum, se sicut gaudium supponit amorem boni secundum se, argo. De invidia etiom contra Christum constat esse motum consequentem, ut ostensum est.

Tandem prob. fuisse beatitudinem naturalem modo dicto. Quia ut vidimus ex Script., & PP., primum peccatum ejus fuit appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, sed hic ad hoc potissimùm tendebat, scil. ad habendam beatitudinem naturalem relicta regula, vel rejecta supernaturali, ut habenda ex gratia, vel ut communicanda etiam hominibus, ergo. Prob. mi., nam hujusmodi appetitus est propriè singularitatis, sed huic maximè obstat possessio rei ex subjectione ad superiorem, vel habendæ ex gratia, & onerosè, vel communiter com aliis ut patet, quia hoc est, quod præcipuè contendont superbi tanto studio affectantes singulariter apparere sine subordinatione, & dependentia ab aliorom ope, vel præsidio.

Expl, & simol urg. hoc. Nam ut jam fatemur omnes, & constat ex Scrip., & PP., circa hoc primò supe bi r, quòd appetiit esse ut Deus, sed non potuit sic primò appetere similitudinem cum illo, nisi vel in eo, in quo assimilari non poterat, scil. velle se ipsum ut finem, ut se ipsum habet Deus; vel in eo, in quo assimilari poterat, nempè consequi beatitudinem supernaturalem, sine onere tamen, & gratia, sed ex justitia, sicut convenit Deo, ergo cum primum contingat in prosequendo naturalem relicta regula, & secundum, vel appetendo supernaturalem, vel rejiciendo eam ut habendam ex gratia, & communiter cum aliis, objectum illius superbiæ erit beatitudo na-

naturalis relicta regula, vel supernaturalia modo dicto. Et tamen quamvis naturalem jem possideret antitativè, & materialiter, non tamē sub formali ratione ultimi finis, unde sub hac ratione poterat aā:prosequi.

Plura quæ contra conclus. opponi possent facilè solvi possunt ex superioribus doctrinis. Addo tameo pro solvendis aliqoibus autoritatibus D. Thom., & Philosophi in favorem prædictæ solutionis circa actus conditionatos tendentes ad objectum nonquam ponendum in re, quòd ut in superioribus dictum est de voluntate Dei, vel de ejus decretis conditionatis; dupliciter id posse contingere, scil. vel appetitu conditionato tam ex parte objecti, quàm ex parte subjecti, ut cum dico, Vellem ludere, si mihi liceret, ubi non intervenit tendentia formalis in appetente, sed tantum dispositio ad tendendum; vel conditionato tantum ex parte objecti, ut cum dico, volo concionari, si Gubernator venerit, ubi est actualis, & formalis volitio concionis, licet dependens ab illius adventu, quo pacto admittimus ibidem decreta conditionata in Deo de futuris conditionatis quævis multa non sortiantur suum effectum, ut explicatum est, quia decrevit absolutè non ponere conditionem. Transeat ergo quòd potuerit esse in Angelo circa eliquod impossibile affectus conditionetus priori modo, de quo intelligndæ sunt auctoritates utriusque, & de impossibili etiam capaci illius, non tamen posteriori, & præsertim circa præfatam æqualitatē, ut ostensū est.

Ex dictis ad complementum hujus disputationis colligimus 1. non peccasse tunc Angelum ex ignorantia, vel errore, sed ex inadvertentie, & inconsideratione, quia noluit nt tenebatur, advertere ad supernaturalia, ut etiam docet D.Th. 3. Cont. Gent. cap. 100. ad 1., & q. 16. de malo ar. 2. ad 4., & hic ar. 1. ad 4., & communiter Theologi cont. Ægidium, & Pesantium relatos à Nazario, & patet ex dictis. Quia Angelus eb initio cum esset planus sapientia, & decore habuit scientiam omnium naturalium, & moralium, sicut revelationem, & fidem omnium, quæ necessaria erant ad honestè operendum in superiori ordine, ergo si peccavit, ex inadvertentia peccavit non ex erore, vel ignorentia.

Colligimus secundò Angelum statim post primum instans, sumpto isto per correspondentiem ad unicum indivisibile nostri temporis peccasse. Ita insinuat D. Thom. hic ar. 6. q. 63. antec. dicens. *Statim post primum instans beatitudinem accepisset, nisi statim impedimentum præstitisset peccando.* Et colligitur etiam ex illo 1. Jo. 3., quòd Diabolus eb initio peccat; quod satis propriè videtur verificari dicendo, quòd initiū sui fuit initium non quidem intrinsecum, sed extrinsecū sui peccati. Et constat ex eo quod supra insinuavimus, & tradit D. Tho. eadem priori q. ar. 5., nempè quòd Angelus per unum actum meritorium plenè liberum, ut raque scil. libertate, & à solo Deo ut generali motore dependentem pervenit ed beatitudinem; sed post primum instans potuit statim elicere actum sic plenè liberum, cum jam esset factus in actu, ergo cum certum sit non elicuisse tunc actum statim conducentem ad beatitudinem, vel meritorium, quia cum inflexibilis sit ut dictum est, perseverasset in tali electione plenè libera; elicuit demeritorium, & consequenter peccavit. Et hæc de hoc priori tractatu de Angelis.

TRACTATUS II. DE ANGELIS.

IN duas partes dividemus hunc posteriorem tractatum. In priori agemus de Angelis malis, de quibus primò examinanda sunt, quæ spectant ad eorum intellectum, sive cognitionem, deindè, quæ ad voluntatem, sive malitiam. Tertiò denique, quæ ad eorum pœnam. In posteriori verò de bonis, quoad eorum scil. illuminationem locutionem, & custodiam, de quibus agit D. Thom. à qu. 64. ad finem 1. par., interpositis aliis q. q. de cœteris creaturis.

DISPUTATIO PRIMA.

De cognitione Dæmonum.

DUO in hac disp. se offerunt inquirenda. Primum de eorum cognitione, quæ habetur per sola naturalia. Secundum de illa, quæ habetur per gratiem, quo modo in illis utraque constituenda sit, vel remanserit.

QUÆSTIO PRIMA.

An cognitio, quæ habetur per sola naturalia in Dæmonibus integra remanserit in illis.

HUIC quæ quæsito, ut respondeat D. Thom. hic qo. 64. ar. 1. duplicem præmittit cognitionem veritatis, alteram, quæ habetur per naturam; alteram verò, quæ habetur per gratiam. Hanc verò subdistinguit, nempè in eam, quæ est tantum speculativa, sicut cum alicui secreti aliqua Divinorū revelantur; & in eam, quæ est effectiva, sive amorem Dei producens. Et hæc propriè pertinet ad do-

donum Sapientiæ. His præmissis de prima, vel naturali statuit nec esse ablatam, nec diminutam, quia *consequitur* (inquit) *ipsam naturam Angeli, qui secundum suam naturam est quidam intellectus, & mens. Propter simplicitatem autem suæ substantiæ à natura ejus aliquid subtrahi non potest, ut sic per subtractionem naturalium puniatur, sicut homo punitur per subtractionem manus, aut pedis, aut alicujus hujusmodi. Et ideo dicit* Dionys. 4. cap. de Divinis nominibus, *quòd dona naturalia in eis integra manent*. Ita D. Thom.

De posteriori verò, quæ est per gratiam in sola speculatione consistente, docet non esse in illis totaliter ablatam, sed diminutam *Quia* (inquit) *de hujusmodi secretis Divinis tantum revelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus Angelis, vel per aliqua temporalia Divinæ virtutis effecta, ut dicit* Aug. 9. de Civit. Dei cap. 21. circa med. tom. 5. *Non autem sicut ipsis Angelis Sanctis, quibus plura, & clarius revelantur in ipso Verbo. A tertia verò cognitione* (concludit) *sunt totaliter privati, sicut & à charitate*. Ita iterum Div. Thom. Ex his tribus tertium certissimum est nec ulla ut suppono, potest esse difficultas, cum sint in statu perpetuæ inimicitiæ, ac rebellionis cum Deo, ac proindè extremæ cœcitatis in hoc supremo gradu illuminationis per gratiam. De superiori verò per istã, vel tantum speculativa dicemus q. seq.

§. I.

Statuitur Conclusio circa cognitionem naturalem.

IN Angelis naturalis cognitio nec est ablata, nec diminuta. Pro intelligentia ne fiat æquivocatio adverto ex Mag. Ferre hic duplicem posse esse sensum de eadem cognitione post eorum lapsum. Primus est, quòd ea, quæ ante illum vi naturali actualiter cognoverunt, etiam cognoscant post illum, sic quòd circa illa neque quoad actum, neque quoad habitũ fuerit in eis quidquam ablatum, nec diminutum. Secundus est, quòd loquendo de aliis, quæ tunc de facto non cognoverunt, potuerunt tamen per vim naturalẽ sibi relictã, & à Deo non impeditam cognoscere, an post casũ omnia eadẽ cognoverint, an verò de facto impediti sint à cognitione alicujus veri, quòd sua vi naturali si non peccassent, cognovissent.

Quod ut magis percipiatur, adverto iterum ex superioribus, & ex eodem Mag., quòd cũ natura Angeli cõpletè intellectualis sit, utpotè perfectissima pars universi, habet radicatè intellectũ intra lineam cognoscitivam completè potentem cognoscere omnia entia ordinis naturalis, sic quòd non indigeat compleri per habitus, qui sint comprincipia potentiæ, sed tantum indigeat speciebus repræsentativis objectorum à Deo sibi ab initio infusis ut dictum est, non quidem omnium possibilium de ordine naturæ, sed tantum naturalium, quæ pro aliqua temporis differentia erant habitura existentiam, vel esse. Voluit enim Deus Universum, quæ omnia hujusmodi continet cum suis gradibus, generibus, speciebus, ac individuis ita constituere, ut non tantum esset sub esse naturali, sed etiam sub esse intelligibili, (& præsertim quia prout sic potissimùm conducit ad ampliorem illius cognitionem, ad quam principaliùs est conditum) ideò Angelis omnium rerum ad illud spectantium ab initio conditionis eorum dedit species intelligibiles, quibus intellectus angelicus eisdem dotatus potens esset omnia, quæ ad idem spectant, intelligere, Dum ergo D. Thom. dicit non esse in dæmonibus post lapsum ablatam, nec diminutam cognitionem veritatis, quam habuit per suam naturam, non loquitur de cognotione actuali, sed habituali, idest de illa, per quam proximè potens est omnia naturalia intelligere, quomodolibet ad perfectionem universi spectantia. Unde vult dicere, quòd Angeli post lapsum de sua scientia naturali habituali nihil amiserint, nec circa eam in aliquo diminuti sint; sed sint proximè potentes intelligere, sicut ante lapsum.

Hoc supposito prob. sic. Quia si hæc cognitio veritatis fuisset post lapsum in pœnam ablata, vel diminuta, his tantum modis contingere poterat, scil. vel per subtractionem specierum ab initio infusarum ad res universi repræsentandas; vel per diminutionem, aut limitationem illarum, sed neutro modo id fieri potuit, ergo nec fuit ab illis ablata, nec diminuta. Cons. tenet, quià non est alius assignabilis modus. Præmissæ verò probantur, ma. quidem, quia scientia habitualis Angeli cõsistit in suo intellectu, & in speciebus ei congenitis, vel infusis ut patet ex dictis, ergo non aliter contingere poterat, nisi per hoc quòd vis intellectiva naturalis destrueretur in totum, vel in parte, vel species objectorũ universi subtraherentur ab illis, vel in earũ repræsentatione diminuerentur, aut limitarẽtur Mi. verò, nam de facto intellectus nec ablatus est in totũ, cũ plura passim intelligant, ut constat ex Scripturis, neque etiam diminutus, quia cum sit potentia simplicissima non est capax augmenti, aut decrementi intentionis, & remissionis, quæ solũ possunt habitibus convenire, non potentiis, ut constat ex logicis, & alibi dictis; unde non potuit minùs intelligere secundum aliquam sui partem, vel aliquem sui gradum. Similiter eorum species nec potuerunt consequenter auferri, nec in sui repræsentatione diminui, cum se habeant ut proprietates naturæ angelicæ, vel ab ea dimanantes, vel connaturalitet ei debitæ, & exigitæ, ut dictum est, Unde *qualibet* natura Angeli exigit tot species cum tali modo repræsentationis proportionato intellectui, cui deserviunt. Constat autem per peccatum non tolli proprietates peccantis, vel id, quod est ei connaturaliter debitum, ut constat in hominibus peccantibus, sed tantum spoliatur in gratuitis, non in naturalibus, ut insinuatur in parabola illius descendẽtis ab Jerico in Jerusalem, de quo dicitur fuisse relictum semivivũ quià nempè fuit spoliatus donis supernaturalibus, vel gratuitis, non naturalibus, §. Similiter nec fuerunt in sui repræsentatione diminutæ, quia natura Angeli, ut ostensum est, ita exigit illas, ut per earum repræsentationem possit omne ens naturale comprehendere, unde tanta specierum repræsentatio, & hujus extensio est Angelo connaturaliter debita, ergo per peccatum diminui non potuit, ac proindè in his, quæ ad naturalem illius scientiam spectant non potuit esse ablatio, vel diminutio.

§. II.

Solvuntur argumenta contra præcedentem rationem.

PRimò arg. Angelus per peccatum mereri potuit, imo meruit de facto ablationem perpetuam sui intellectus, & voluntatis, ergo potuit sic puniri à Deo. Prob. ant., quià promeruit per illud suam annihilationem, ergo à fortiori amissionem utriusque po-

potentiæ. Ant. patet, quia peccatum illius non est minùs de meritorium, quàm peccatum hominis, sed istud juxta D.Tho. promeruit de condigno sui annihilationem, licet de facto Deus hanc pęnam commutauerit in perpetuum illius cruciatum, vel pęnam æternam ergo.

Resp. dist. conseq., potuit sic puniri, in hac rerum prouidentia, siue de lege ordinaria, uel justa eandem suauem Dei prouidentiam, neg., absolutè, & de potentia absoluta, vel attento præcisè demerito peccati transeat, vel conc. Quamuis ergo dicamus sub demerito peccati cadere annihilationē tam hominis, quàm angeli, pro præsenti tamen prouidentia, qua statuit utrumq. esse in ęternū puniendum, sicut conseruat integram eorum naturam, ita pariter intactas reliquit utrinsq. proprietates, & præsertim juxta suauem eandem prouidentiam, qua unumquodq. operatur, quod est magis consentaneum naturis rerum, ut est integritas naturæ angelicæ quoad intellectum, & voluntatem, & species illius infusas, & earum repræsentationes; unde quidquid sit, quòd absolutè potuerint auferri, & diminui, non tamen de lege ordinaria, vel secundum præsentem prouidentiam; quia eorum natura connaturaliter exigit tale lumen, quòd unico simplici intuitu invariabiliter attingere possit objecta per tot species semper eodē modo illa repræsentantes, quia ut dicit S.Th. est natura simplex in tali gradu perfectionis in esse intelligibili, unde sic intelligere est illi radicaliter essentiale, & differentiale, ac proinde implicare videtur, quòd salua Angeli natura possit ejus cognitio habitualis ab eodem auferri, vel diminui. Quidquid iterum sit de potentia absoluta.

Sed contra hanc solut. instas. Quia licet dicamus veritatem continere in eo, quòd admittit de potentia absoluta posse prædictam scientiam ab Angelo auferri & diminui, non tamen videtur sufficiens ad saluandam rationem, & intentum D. Thom., ergo. Prob. ant. Nam ratio, & intentum D. Tho. videtur reducere ad impossibile, quòd angelus puniatur per ablationem, vel diminutionem ejusdem scientiæ, ergo si juxta solutionem admittitur absolutè possibilis hæc subtractio, vel diminutio, non saluatur ratio, vel intentum eius. Prob. ant. quia vis rationis in hoc consistit, quòd cognitio veritatis, quæ habetur per naturam sequitur naturam angeli, qui secundum eandem est intellectus, & mens; propter simplicitatem autem suæ substantiæ à natura eius aliquid subtrahi non potest, ut sic per subtractionem naturalium puniatur, sicut punitur homo per subtractionem manus ejus, aut pedis, sed ex his non tantum videtur inferri impossibilitas de lege ordinaria, sed etiam de potentia absoluta, ergo hanc videtur concludere, & intendere per sui rationem. Prob. mi. Quia videtur omninò impossibile, quòd ab indiuisibili, vel re simplicissima possit aliquid tolli, vel de illa diminui præsertim per viam punitionis, saluo ejus conceptu, est enim de subjecto non supponente, si semel indivisibile est, vel simplicissima, ut patet ex terminis; unde ex opposito homo potest sic puniri, quia est diuisibilis in plures partes, ergo.

Resp. neg. suppositum, quòd intendat D. Tho. præfatam impossibilitatem absolutam, cum certum sit loqui secundum præsentem prouidentiam, si velimus agitare difficultatem post ejus casum, qui planè contigit in hac rerum serie, uel prouidentia, secundum quam statuit, ut fide est certum, peccatorem in æternum puniendum, & non annihilandum. Cum autem secundum istam ut dictum est, operetur id, quod est magis consentaneum naturis rerum, ut est immobilitas, vel invariabilitas eiusdem scientiæ, rectè infert non posse sic puniri à Deo. Quidquid sit quòd absolutè posset aliter punire per separationem intellectus ab illo, vel per annihilationem non respiciendo ad id, quod connaturaliter exigit, vel ei debetur, sed ad suam absolutam potentiam, qua dicitur posse etiam damnatos liberare ab inferno per viā veniæ, aut infinitę suæ misericordię; aut per oppositam extremæ punitionis, aut rigorosę iustitię eos annihilando. §. In forma ergo neg. ant., vel suppositum illius. Ad prob. dist. ant., videtur reducere ad impossibile, utcunque, neg., de lege ordinaria, & iuxta suauem Dei prouidentiam, vel eadem attenta, conc.; ad eius prob. neg. suppositum mi., quòd D. Tho., vel ratio eius procedat de absoluta, quidquid sit, an possit hęc ex eadem inferri, vel non inferri; id enim non obstat efficaciæ eius, cum non sit ad intentum illius, sed tantum concludere impossibilitatem de lege ordinaria, quam optimè prout sic concludit, ut probatum est: unde non est ad rem uelle eandem extendere ad absolutam ex conceptu indiuisibilitatis, vel simplicitatis naturæ angelicę ut fit in prob. eiusdem mi.

Sed adhuc instas. Quia Deus in puniendo non semper se accomodat naturis rerum, itaut semper operetur iuxta id, quod est magis consentaneum naturæ peccantiū, ergo stando adhuc in hac rerum prouidentia, & attenta angeli natura non rectà infertur nō posse sic à Deo puniri. Prob. ant. quia omnis creatura inclinatur ad esse, & viuere, sed nihilominùs Deus sæpè infert mortem peccatori in pęnam peccati, siue punit per subtractionem vitæ; & similiter, etiam diminuit variis morbis eorum corpora, ad quorum integritatem, & incolumitatem natura pariter inclinat ergo sic etiā angelus potuit proportionabiliter puniri non obstante contraria exigentia naturę eius intra eandem Dei suavem prouidentiam.

Resp. neg. iterum suppositum ant., quòd natura hominis sic exigat immortalitatem, & impassibilitatem, aut integritatem membrorum eius, sicut exigit angelica immobilitatem, & inuariabilitatem, scientię naturalis; non enim est homo naturaliter immortalis, & impassibilis, sicut angelus ex natura sua habitualiter sciens, unde quando Deus in pęnam peccati sic hominem punit, non se opponit exigentiæ prędicatorum essentialium, vel propriorum eius, sed tantum facit contra naturam, quia aufert ab eo accidens commune, quod est *esse*; vel diminuit in membris eius, saluis, vel integris remanentibus propriis, & essentialibus illius; si autem removeret ab angelo, aut diminueret scientiam habitualem, læderet illum, vel auferret ab eo proprietatem quarto modo exactam ab ipso, & consequenter euerteret naturalia, ac propria angeli.

Secundò arg.. Datur aliquod obiectum, quod modo dęmon per sua naturalia certò, & evidenter non cognoscit, sic autem cognovisset, si non peccasset, ergo per peccatum diminuta est naturalis eius cognitio veritatis. Cons. tenet, & ant. prob., quia certò, & evidenter per sua naturalia non cognouit hanc veritatem, scil. B.Virginem fuisse talem post partum, quā tamen facilè cognouisset, si non peccasset, ergo in pęnam peccati fuit naturalis cognitio illius diminuta.

Urg. hoc. Nam Martyr Ignatius, us refert D.

Hieron. ed illud Matt. *Cum esset desponsata Mater Iesu*, assignans causam desponsationis eius, ait. Ut partus eius celaretur Diabolo, dum eum putat non de Virgine, sed de uxore generatum, ergo non deest modus ut puniatur à Deo per diminutionem eiosdem scientię, siue eo quòd detrahat in totum, vel in partē eius naturalem proprietatem. Prob. conſ. quia sine remotione intellectus, & specierum potest sic celere obiectum ed ordinem naturæ spectans, quòd angelus cognoscere non valeat, ut contigit circa virginitatem B. Virg. desponsetæ.

Resp. neg. conſ., vel etiem suppositum illius, quòd idem sit diminuere, ac impedire, ut patet vel ex ipso sono vocis, nam hoc posterius non tollit, aut diminuit posse, sed tantum obstet exercitio, ne exeat in actum; diminuere verò est aliquid detrahere de eo, quod alicui convenit, sivè de eius integritate, unde nō remanet integrum sicut priùs. Hoc est ergo, quod contendimus, nempe impossibile esse attenta suavi Dei providentia, siuè de lege ordinaria, quòd fuerit ablatum, vel diminutum, aut detractum ab angelo peccante de his, quę sibi connaturaliter debentur tanquam proprietates, ut est scientia habitualis, & species impressę ei deservientes, ques ed eandem providentiam pertinet potiùs conservare, quàm diminuere, vel auferre ut probatum est. Unde ex eo, quòd Diabolus non cognoverit virginitatem B. Virg. post partum illius non infertur aliquid de eisdem fuisse ablatum, vel diminutum, sed solum impeditum à Deo ob arcanos sui fines à cognitione eliciuus, quod adhuc poterat virtute suę naturæ cognoscere. Dicit enim Aug. 3. de Trinit., quòd Diabolus multa potest virtute suæ naturæ, à quibus tamen prohibetur virtute Diuina, ne exequatur. Sicut in simili dicimus prohibuisse ignem babylonicum, ne combureret pueros in fornacem proiectos, non diminuendo virtutem eius combustivam, sed impediendo per subtractionē sui concursus ne exiret in actū combustionis, integra adhuc eadem illius virtute manente. Per quod etiam patet ed confirmationem.

Tertiò arg. si in dęmone remaneret integra naturalis cognitio veritatis, verè adhuc cognosceret, & consequenter perfectè cognosceret substantias separatas, sed nequit in illo admiti talis cognitio, ergo. Ma. est certa, quie pertinent ad objectum luminis, vel scientiæ eius naturalis, cum non excedant illius proportionem, ut patet, nisi velimus seipsum excedere in ratione objecti intelligibilis. Mi. verò prob. quie cognoscere substantias separatas ad magnam cognoscentis beatitudinem pertinet, sed Dæmoni beatitudo aliqua convenire nequit, ergo nec illas cognoscere.

Huic arg. resp. D. Thom. hic ar. 1. ad 1. neg. mi. ed prob. distinguit ma., cognoscentis inferioris, siue hominis, conc., æqualis, vel dæmonis, negat. Quia *felicitas, inquit, consistit in aplicatione ad id, quod superius est; substantię autē separatæ sunt ordine naturæ supra nos, unde aliqualis ratio felicitatis esse potest homini si substantias separatas cognoscat, licet perfecta eius felicitas sit in cognoscendo primam substantiam, scil. Deum. Sed substantia separata cognoscere substantiam separatam connaturale est, sicut, & nobis cognoscere naturas sensibiles; unde sicut in hoc non est felicitas hominis quòd cognoscat naturas sensibiles, ita non est felicitas angeli in hoc quòd cognoscat substantias separatas*. Ita D. Th. ex quo patet benè componi cum miseria Dæmonum, quòd seipsos perfectè cognoscant.

Sed instas. Quia ex his saltem infertur, quòd modò post lapsum cognitione naturali perfectè Deum non cognoscant, sicut cognoscebant ante lapsum, ergo tenemur asserere, quòd modò sit diminuta in illis cognitio veritatis naturalis. Conſ. patet, & ant. prob. quia iuxta solutionē tā respectu hominis, quàm respectu angeli ad felicitatem pertinet cognoscere Deū utpotè quid superius respectu utriusq., ergo cum hæc Dæmoni nequeat convenire, nec componi cum maxima eius miseria, nec poterit convenire post lapsum prędicta cognitio, ac proinde erit in illo diminuta.

Resp. dist., & explico claritatis gratia ant. quòd non cognoscant perfectè post lapsū, sicut ante illū, cognitione purè speculativa, & sterili, vel adhuc etiā affectiva, conc. affectiva, & jucunda, neg. Unde ad prob. iterum dist., & explico, cognoscere Deum pertinet ad beatitudinem, cognitione, affectiva, sivè in eo, qui eam refert ad laudem Creatoris, conc., purè sterili, & aversive ab illo, ut est ille Dęmonum neg. nam cum semper operentur ex pravo fine mortali, ac proinde semper peccent mortaliter, nec referunt, nec referre possunt naturalē sui cognitionem de Deo ad laudem illius, & consequenter non solum non pertinet ad eorū felicitatem, sed magis est ejusdem nominis indigna, imò etiā ex vi illius, vel in illa eorūdem miseriæ, consistit ut alibi docet in 4. ad Annibal. cum nequeant ampliùs cogitare de illo sub ratione boni, (quod esset aliquod solatium) sed tantum sub ratione punitoris, vel inflictoris pœnę, in quo maximè cruciantur. Nec ex hoc sequitur, quòd tollatur, vel diminuatur naturalis illorum cognitio, sive ex parte scientię, sive ex parte specierum, sed solum quòd aliter se habeat ad illos objectum repræsentatū, & cognitum, ut etiam innuit S. D. in eodem 4.

Sed adhuc instas 1. Nam Dęmon ex eadem cognitione Dei movetur ed amandum illum Authorem naturæ juxta illud Ambrosii in oratione pro peccatoribus illuminendis; *Ut cognoscant, & ament te summam Trinitatem &c.* ergo per talem amorem referre poterit se ipsum, & omnia sue in laudem Creatoris, & consequenter referet cognitionem, quam habet de Deo, in illum ut ultimum finem naturalem, unde ex defectu hujus relationis, (si semel ei cōceditur talis cognitio, quòd nec fuit ablata, nec diminuta) non amittet hæc rationem beatitudinis naturalis, quę tamen ut dictū est, nequit in illo, utpote summè misero admitti.

Secundò. Si ponemus, quòd videns Deum in se ipso non possit referre in illum ultimum finem, actum suę visionis, eo quòd non det ei Deus charitatem, vel auxilium charitativum, quo ad illum, ut ultimum finem super naturalem se ordinet, adhuc tamen per eandem visionem erit beatus essentialiter, ergo etiamsi Dęmon cognitionem perfectam, quam habet de Deo Authore naturæ non referat, nec referre possit ed Deum ultimum finem, adhuc erit per illam felix, vel beatus felicitate, vel beatitudine essentiali naturali.

Tertiò. Quia Dæmon iuxta D. Tho. hic ar. 1. ad 2. quamuis non habeat cor mundum munditia gratię, habet tamen mundum munditia naturali. Inquit enim. *Licet enim non habeat puritatem, quæ est per gratiam, habet tamen puritatem naturæ, quæ sufficit ad cognitionem Dei, quę ei convenit ex natura*; ergo intra ordinem naturę, si semel non est in illo ablata, vel diminuta cognitio eius naturalis, poterit eam referre, & opera sua naturalia in laudē creatoris, ac proinde esse beatus intra eundem ordinem.

Ad 1. dist. 1. ant. iterum ut supra, monetur ad

emen-

amandum Deum, amore sterili, & vitiato ex perpetuo sui pravo fine, conc., mundo, & cum debita subjectione ad illum, ut ultimum finem, neg. Ad prob verò ex Ambros. dicimus loqui, ut supponimus, de cognitione excitante ad amorē ordinatum ad Deū ultimum finem, cum sit instructio pro Sacerdotibus oraturis in missa pro conversione peccatorum. Vel 2. dist. ant, & magis explic. præcedens distinctio. Movetur ad amandum Deum Authorem naturæ, amore libero, neg., necessario quoad exercitium, conc., & similiter dist. conseq., poterit referre, actione libera, quę sit propria ipsius, neg., necessaria, conc, & neg. aliam, quę sub infertur, quia ut ait D. Thom. hic ar. 2. ad 5. nulla invenitur in dæmone actio libera, quæ prava non sit, & ad propriam excellentiam tanquam ad ultimum finem non referat. Ex quo fit, quòd licet Raodo in amore necessario prædicta cognitioDei utpotè habensDeum pro objecto ad illum, ut ultimum finem naturalem, qui Deus est, referatur, adhuc tamē ipse relatione, & amore necessario, liberè ab utitur Dæmon. Tum quià ei displicet de eo, quòd à Dei amore, & cognitione cessare non possit. Tum etiam per actionem liberam, quæ ipsius propria est se ipsum, & naturalia sua pervertit, dum ad propriam excellentiam omnia sui naturalia, & se ipsum refert tanquam ad ultimum finem. Unde ut dictum est, in omni sui actione mortaliter peccat, & consequenter quidquid felicitatis, vel beatitudinis naturalis per cognitionem, & amorem Dei consequi poterat, infeliciter amittit. Quod totum explicans Div. Thom. ibidem inquit: *Dicendum, quòd actus dæmonis est duplex. Quidam scil ex voluntate deliberata procedens, & is propriè potest dici actus ejus, & talis actus dæmonis semper est malus. Quia & si aliquando aliquod bonum faciat, non tamen bene facit, sicut dum veritatem dicit, ut decipiat, & dum voluntariè credit, & confitetur, sed rerum evidentia coactus. Alius autem actus dæmonis est naturalis, qui bonus esse potest. & attestatur bonitati naturæ, & tamen tali bono actu abutuntur ad malum.* Ita D. Tho. unde tantū ab est, quòd per eandē, cognitionē & amorem Dei aliquid felicitatis acquirant, quin potiùs magis cruciantur, dum sic cognoscere, & amare coguntur, quod summoperè eis displicet ex perpetuo odio, & aversione, quam habent ad Deum sui inflexibilem punitorem, & ex iniquissima complacentia ad propriam excellentiam ad quam se ipsos, & omnia sua referunt tanquam ad ultimum finem.

Ad 2. Ex his neg. conf., quia semel videns Deum, ita ex hac sui visione rectificatur, quòd licet ex defectu auxilii actualis charitativi se ipsum, & visionem illius actu referre non possit ad illum, ut ad finem ultimum, est tamen sic dispositus, ut quoad speciem actus est necessitatus ad referendum se ipsum, & omnia sua in Deum, unde optimè potest per eandem visionem constitui saltem habitualiter, sive radicaliter, & essentialiter beatus: cæterum dæmon ita ex opposito adhæret propriæ excellentiæ tanquam ultimo fini, ut nihil liberè valeat operari, nisi ex fine isto, unde non solū non refert, nec est dispositus ad referendum se ipsum, & omnia sua naturalia in Deum ut ultimum finem naturalem, & in laudem ipsius, quin potiùs, ut dictum est, est in perpetua dispositione opposita, & actu eam exequitur omnia referendo ad sui excellentiam, ut ad finem ultimum, & ideo non solum non participat aliquid de felicitate, sed magis in æternum de opposito cruciatu, & aversione à Deo juxta illud *Superbia eorum, qui te oderūt ascendit sēper*

Ad 3. patet ex eodem D. Thom., in quo consistat, prædicta eorum munditia naturalis, quatenus nempè importat præcisam puritatem naturæ, quæ sufficit ad cognoscendum, & amandum Deum amore necessario quoad exercitium, non tamen liberum, unde non excitat illos ad laudandum creatorem, sed potiùs ex prava, & impiissima eorum voluntate ad illum blasphemandum, ut innuit D. Thom. dum ait puritatem illam non esse per gratiam, unde cognitio, quæ ex illa oritur, nec etiam appellari potest vespertina, ut contingit in bonis Angelis, quæ habet aliquid de luce Divina, & refertur ab illis ad laudem creatoris; sed tantum nocturna, ut subtiliter explicat eodem ar. 1. ad 2. ex illo, quod legitur in Genes., quòd tenebras, quas Deus separavit à luce, vocavit noctem, unde conducere nequit ad lucem veritatis, seu laudis Divinæ, ut conducit in eisdem bonis.

Ex hactenus dictis cum Mag. Bannez, & ex eodem cum Illustriss. de Marinis hic cap. unico ad ar. 1. deduci poterat alia ratio pro concl. nempè ad m. dæmonis torturam conferre, quòd non minueretur ejus naturalis cognitio, sic exigente justitia vindicativa Dei. Quia tantò mitiori pœna p'ecterentur, quantò minùs vigeret in illo ejusdem cognitionis efficacia per illius diminutionem, siquidem minùs perciperent suæ punitionis acerbitatem. Quod fuisset ad aliquod ejus levamen,

QUÆSTIO SECUNDA.

Utrum cognitio veritatis, quæ habetur per gratiam in sola speculatione consistens fuerit à Dæmonibus totaliter ablata, vel solum diminuta.

§. I.

Exponitur Difficultas.

DIFFICILE apparet, ut fatetur Mag. Ferre hic §. 1. in manuscriptis hanc veritatis cognitionem, quæ solum habetur per gratiam, remansisse in illis, quia omnis hujusmodi cognitio, vel est scietię beatę, vel scientiæ infusæ supernaturalis, vel fidei Divinę, quibus carent dæmones, ergo non videtur posse remanere talis scientia, ulli velimus effectū sine causa. §. Nec videtur fieri satis, si dicatur cum laudatis Mag. Bannez, & Illustriss. de Marinis Div. Thom. nomine scientiæ supernaturalis, sive quæ habetur per gratiam non intelligere illam, ad quam Deus concurrit concursu, vel auxilio aliquo supernaturali, quo adjutus dæmon in cognitionem alicujus veritatis supernaturalis perveniat, sed eam, quam de objecto supernaturali consequitur, non tamen ex motivo supernaturali v. g. Deus revelat dæmoni aliquod mysterium fidei, quod quidem ex suis terminis pertinet ad ordinem gratiæ, dæmon autem non assentitur illi ex motivo ejusdem fidei, sive quia Deus dicit, qui prima veritas est, sed quia vult credere illud, quod ei proponitur, sicut similiter assentitur hæreticus, unde non fide supernaturali, sed naturali acquisita credit, vel assentitur, ut contingit in eisdem

eisdem hæreticis, quia aliqua ratione naturali moveretur ad præstandum assensum.

Non inquam videtur per hoc fieri satis. Nam D. Thom. ut jam insinuavimus, & rectè etiam ponderat Mag. Farre, cognitionem veritatum, quæ tantum habetur per gratiam dividit in eam, quæ in sola speculatione consistit, & in eam, quæ movet ad affectum; & de hac dicit esse totaliter ablatam, de priori verò solum esse diminutam, etsi nulla cognitio veritatis, ad quam habendam requirit gratiam admitti. tur in dæmone, omnis ab eo cognitio, quæ non habetur nisi per gratiam erit totaliter ablata juxta solutionem, nempe si nullā admittit in illo per auxilium aliquod supernaturale adjuto, sed sola fidei externa propositione, quod tamen negat D. Thom.

Expl., & urg. hoc. Nam cognitio, quæ admittitur in illo juxta solutionē licet sit de aliquo mysterio gratiæ sibi proposito, vel revelato, ac proindè sit cognitio veritatis supernaturalis non tamen est per aliquem influxum gratiæ, sed ex motivo naturali, & per vires naturæ, sed D. Tho. admittit cognitionem in illo, quęsit per gratiā, ergo præfata illius divisio erit de subjecto non supponente si alterum illius membrum non est cognitio, quæ habeatur per gratiam. §. Urg. ulteriùs: nam D. Thom. hanc cognitionem concessam dæmoni, & quam dicit non esse ab illo ablatam sed diminutam, explicat haberi per hoc, quòd eis de secretis Divinis revelatur quantum oportet, vel mediantibus Angelis bonis, vel per aliqua temporalia Divinæ virtutis effecta, sed hæc revelatio non fit sine aliquo influxu gratiæ sive auxilii supernaturalis. Tum quia non fit sine aliqua illustratione tenente se ex parte intellectus, & coadjuvante illum ad assensum rei, quæ credenda proponitur, & non per solam istius propositionem. Tum quia si aliter fieret sine omni hujusmodi influxu intrinseco gratiæ, vel supernaturalis auxilii, non videtur posse rectè, vel propriè eam appellare cognitionem, quæ habetur per gratiam, & statuere ut membrum contradistinctum ab altera affectiva sub eodem superiori divisio, scil. sub cognitione, quæ habetur per gratiam, ut patet ergo.

§. I I.

Statuitur Conclusio, & simul fit satis præcedenti difficultati.

Admittendam esse existimo juxta D. Tho. in dæmonibus cognitionem aliquam veritatis supernaturalis, quæ sit per gratiam, quam laudatus Mag. censet esse fidem privatam, quæ non ex affectu ad Divina cadit, sed credere coguntur Deo efficaciter illos movente, ut credant his quæ oportet, ac proindè nullo modo esse affectivam, sed purè speculativam, nec ejusdem rationis cum nostra, quæ ex pio affectu ad Divina repromissa credimus mysteriis Divinis eò solum, quia Deus revelat illa.

Probatur autem conclusio. Tum ex præcedentibus replicis ad mentem D. Thom. expositis contra explicationē doctrinę ejus. Tū ex superiori ratione insinuata in fine quæst. ant. Nam ad justitiam vindicativam Dei spectat, ut torqueantur per tclistam in illis integram, vel immunem cognitionem veritatum naturalium, qua meliùs percipiant acerbitatem suæ punitionis, ergo ad eandem pertinebit pro majori eorum tortura, ut cognitionem aliquam habeant, quæ est per gratiam de illius mysteriis, à quorum fide tam perversè, & impiè recesserunt. Ant. constat ex dictis, & consequenter etiam tenet à paritate, & ob eandem rationem. Fundatur hæc ratio in D. Thom. 2.2. q.5. ar.2. ad 3. ubi inquit, *Dicendum quòd hoc ipsum dæmonibus displicet quòd signa fidei sunt tam evidentia, ut per ea credere compellantur, & ideò in nullo malitia eorum minuitur per hoc quòd credunt.* Quibus eandem torturam innuit verbo illo, *displicet*, & altero posteriori, *Compellantur*. Quod etiam præmittit in solutione ad 2., dum ait, sed magis *Coguntur* ad credendum.

Sed hinc oritur difficultas, quomodo scil. possint cogi, & compelli ad assentiendum his, quæ non vident. §. Resp. ex D. Thom. ibidem, quòd licet non videant objectum in se ipso, *vident tamen multa manifesta indicia* (inquit D. Thom. in fine corp.) *ex quibus percipiunt doctrinam Ecclesiæ à Deo esse, quamvis res ipsas, quas Ecclesia docet non videant*, (puta Deum esse unum, & trinum,) *vel aliquid hujusmodi*, & in solutione relata ad 2. post verba relata concludit, quòd ita coguntur ad credendum: *Ex perspicacitate naturalis intellectus.*

Sed hinc oritur iterū difficultas in favorē superioris ejusdem explicationis, dū ad hanc ex sū perspicacitatem reducit, quòd ita compellantur credere. §. Quòd si dicas non esse intelligendum de perspicacitate intellectus eorum naturali, sibi omninò intrinsecè relicti, præsertim loquendo de objecto supernaturali credendo, ad cujus cognitionem pervaniunt visis signis, vel suppositailius revelatione, quidquid sit de objecto signorum, sive extrinsecè apparentium, quia illud excedit omnem vim illorum naturalem, utpotè pertinens ad ordinem superiorem, vel gratiæ, unde indigent aliqua illustratione interiori adjuvari ad habendam notitiam juxta exigentiam illius, scil. supernaturalem, de qua certum videtur loqui D. Thom., dum dicit esse per gratiam contrapositivà ad alteram supernaturalem affectivam, ut ponderatum est. Sicut in simili dicitur 3. par., quòd licet Angelus ex perspicacitate sui intellectus naturalis videat in humanitate assumpta non adesse propriam subsistantiam; & dato etiam, quòd certò sciat sine omni subsistentia conservari non posse, & quòd si haberet propriam, videret illam, non propterea inferre potest, quòd subsistat per Divinam, quia mysterium istud excedit omnem vim ejus naturalem, unde dicitur ibidem, quòd tenetur magis dubitare, ne potentia sit impedita, ne possit propriam videre, vel suspendere judicium illativum superioris Divinę.

Sed tunc etiam insurgit altera difficultas, quomodo possit dari gratia illustrativa intellectus, quæ nullo modo sit inductiva voluntatis ad bonum, ut nos dicimus cum D. Thom., quia aliàs esset laudabilis talis assensus ad mysterium revelatum, vel manifestatum. §. Resp. nihilominùs supposito ut ostendimus ex D. Thom. hanc eorum cognitionem esse supernaturalem modo explicato, optimam esse solutionem datam, quam etiam suppono communem inter Thomistas, ut patet ex his, quæ latè expendimus supra de cognitione mysterii Trinitatis, an possit demōstrativè inferri sola habita notitia illius extrinseca per fidē sine aliquo intrinseco auxilio. §. Ad replicam verò de illustratione resp. quòd gratia, vel lumen illustrativum intellectus ad percipiendum mysterium revelatum aliter se habet in intellectu justi, vel etiam peccatoris modo in via, & aliter in illo dæmonis

monis, vel jam damnati extra statum viæ, nam illi, quia credūt ex pio aliquo adhuc affectu ad Divina sic illustrantur ad assentiēdū, ut fides inclinet illos ad credendū secūdū aliquē affectū boni, etiā si sit informis, ut ait D. Thom. ar. illo 2., unde etiam prout sic est donum gratiæ in illis, cæterum dæmones ex pravo opposito affectu credunt, & cum displicentia, & ideo sunt incapaces illustrationis inclinativæ ad affectum boni, licet quantum est ex se sit inclinativa ad illum, sed tamen ob incapacitatē subjecti non præbet hunc affectum, sed tantum inclinat ad assentiendum mysterio revelato. Unde licet cognitio orta in illis ex hujusmodi illustratione sit per gratiam, ut tradit hìc D. Thom., non tamen est donum gratiæ, sicut in peccatoribus fides informis, ut ait ibidem 2. 2.; nec laudabilis, cum careat omni pio, ac sancto affectu ad bona repromissa. Quòd verò eadem illustratio possit sic esse præcisiva in illis ab inclinatione affectiva, patet à simili in eisdem, & in cæteris damnatis, in quibus ob eorum pariter incapacitatem, sive indignitatem, & pœnam vox Domini, seù virtus ejus dividit ab igne Divinæ justitiæ instrumento lucem ab ardore, ut scil. ardeant solum, & non videant ad majorem ipsorum torturam, ut innuit Hilarius ad illud psalm. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Ita similiter contingit hìc ex opposito, quòd dat illis Deus lucem ad assensum, vel cognitionem veritatis, non tamen ardorem ad affectum, & operationem boni. Sicut in superioribus etiam de eisdem dictum est, quòd licet possint per suam operationem, vel cognitionem inclinatam per voluntatem ad opus ad extra, se locare, ubi voluerint; Deus tamen alligat illos sic, quòd possint quidem cogitare, non tamē operari, & se locare ubi voluerint, dividendo ab operatione efficaciam pro libito se locandi ad extra. Poterit ergo Deus similiter dividere à gratia illustrativa intellectus vim affectivam voluntatis, ut solum inserviat huic ad cognoscendam veritatē, eiq; assentiendum, non voluntati ad illam amandam.

Et his etiam sit satis ad rationem dubitandi ab initio propositam. Dicimus enim quòd quis est cognitio, vel assensus purè speculativus, & sine ullo pio affectu ad Divina licet sit per gratiam illustrativam, non tamen tenetur esse aliquod ex enumeratis membris, quia ista non solum sunt per gratiam, sed etiam sunt donum gratiæ: unde longè etiam distat à fide nostra informi, ut dictum est, nam licet hæc non actu inflammat ad benè operandum, sicut fides viva in justis, sunt tamen peccatores capaces, ut per eam e informitate per gratiam, inflammentur per illam, & benè afficiantur ad actu benè operandum sicut justi, cum sit specificè eadem cum illa justorum, itaut informitas non extrahat, vel non pertineat ad rationem speciei ipsius fidei, ut explicat D. Thom. 22. qu. 6. ar. 2. Unde etiam quantum est ex se in illis est affectiva, & inflammativa saltem per modum actus primi. Aliæ objectiones, quæ poterant opponi, facilè solvi possunt ex dictis.

DISPUTATIO SECUNDA.

De obstinatione voluntatis Dæmonum in malo.

PLURA se offerunt inquirenda in hac disputatione. Primum an supposita eorum obstinatione in illo quid ad eandem requiratur, vel concurrat, an ex parte causæ extrinsecæ carentia totius auxilii tam efficacis, quàm sufficientis ad bonū: an etiā ex parte intrinsecæ inflexibilitas electionis ex propriis naturæ eorum conveniat, ubi simul de efficacia rationis D. Thom. Secundum de operatione illorum an possint aliquam moraliter bonam facere. Tertium de pœna, vel modo illius, an possit compati cum aliqua delectatione, vel gaudio eorum. Quartum denique quomodo torqueantur ab igne inferni, & alligeatur in illo.

QUÆSTIO PRIMA.

Quid requiratur, & ex quo oriatur, vel fundetur obstinatio Dæmonis in malo.

DE hac difficultate agit hìc D. Thom. ar. 2., ubi præmittit, & simul impugnat sententiam Origenis asserentis, quòd omnis voluntas creaturę propter libertatem arbitrii potest flecti, & in bonum, & in malum, excepta anima Christi propter unionem Verbi. *Sed hæc positio*, (inquit D. Tho.) *tollit veritatem beatitudinis à SS. Angelis, & hominibus. Quia stabilitas sempiterna* (scil. in bono) *est de ratione beatitudinis. Unde & vita æterna nominatur. Repugnat autem autoritati Scripturæ sacræ, quæ dæmones, & homines malos in ignem æternum mittendos, bonos autem in vitam æternam transferendos pronunciat. Unde hæc positio est tanquam erronea reputanda, & tenendum est firmiter secundum fidem catholicam, quòd & voluntas bonorum Angelorum confirmata est in bono, & voluntas dæmonum obstinata est in malo.* Quod confirmat in argumento sed contra, ex illo ps. 73. *Superbia eorum, qui te oderunt ascendit semper.* Quod de dæmonibus exponitur, ut ait ibi.

Ex quibus constare potest conclusionem D. Tho. de obstinatione Dæmonum in malo esse apud Catholicos adeò certam, ut nullus ausus sit oppositum proferre. Est tamen magnum dissidium inter Scholasticos in assignanda ratione efficaci hujus obstinationis, an id oriatur ab extrinseco ex denegatione auxiliorū, sine quibus converti non possunt, vel ab intrinseco ex natura eorum, sicut similiter dictum est supra de eorum incorruptibilitate, an sint ab intrinseco tales

ex

ex propria sui natura ut nos dicimus, an ex protectione extrinseca Dei, ut dicunt alii; Unde Scotus, Durandus, & alii sustinent id oriri præcisè ex eo, quòd Deus denegat statui damnationis auxilia in perpetuũ, sine quibus ad bonum redire non possunt, & non ex ipsa eorum natura.

In hoc ergo quod est excludere intrinsecam corũ inflexibilitatem, sive ortam ex eadem sui natura conveniunt omnes extra scholam D.Tho, sed dissident in eo quòd alii recurrunt ad extrinsecum decretum, quo statuit Deus in æternum eis denegare gratiam ut convertantur, ut uterque relatus. Alii verò ad magnam difficultatem in resipiscendo, vel recedendo ab eo, quod semel plenè deliberatè elegerunt, ;quia difficillimum est ut resipiscant, vel recedant à malo, cui semel per plenam electionem adhæserunt. Ità Suarez lib.8. de Angelis cap. 11. Valentia q. 15. punct. 5. Vasquez disp.239., Granad tract. 14. sect. 2. & alii communiter PP. Societ.

Oppositum tamen perpetuò tradit D.Tho. recurrens non ad solã causam extrinsecam Divini Decreti, nec præcisè ad magnitudinem difficultatis, sive ad moralem impossibilitatem, sed ad ipsam eorum intrinsecam naturam, quorum intellectus, quando ex plena advertentia iudicat, & ad aliquid se determinat, sic immobiliter eidem adhæret, quòd naturaliter oppositum sentire non valeat. Ex quo fit, quòd cum voluntas ad intellectum consequatur, vel ex eodem oriatur, eandem quoq; induat, vel contrahat immobilitatis conditionem, scil. immobiliter adhærendi objecto, cui semel planè deliberatè adhæsit, nec ab eo ampliùs recedere valeat. Cum ergo dæmones peccando ex plena deliberatione, ut constat ex dictis, propriæ excellentiæ inordinatè adhæserint, constituti sunt ita obstinati in malo, ut ab illo ampliùs revarti non possint ad bonum, in quo consistit eorum immutabilis obstinatio in malo. Ità etiam communiter ejus discipuli (uno, vel altero excepto) & sequitur P. Esparza, qui tom.2. ad q.28. hujus 1. p. licet adhæreat communi opinioni Societatis de sola impotentia morali; tamen in art. 9. ejusdem q. inquit: *Addo probabilius mihi videri, ne quidem physicã mutandi, ac retractandi potentiam convenire Angelis sub conditionibus prius observatis circa impotentiam moralem.*

§. I.

Statuitur conclusio.

Quamvis ad obstinationis Dæmonum in malo requiratur indispensabiliter denegatio, vel carentia omnis auxilii tam efficacis, quàm sufficientis ad bonum, causa tamen intrinseca tenens se ex parte dæmonis consistit in propria ejus natura, ità immobiliter adhærente objecto post planam ejus electionẽ, ut eam ampliùs retractare non valeat, & oppositum eligere. In priori parte hujus conclusionis suppono convenire omnes Theologos. Quia sicut non datur peccatum nisi Deus subtrahat suam gratiam requisitam ad operandum bonum, vel ad non omittendum illud, ita nequit dari impotentia perpetua convertendi se ad bonum, & retractandi malum, nisi pariter subtrahat, vel non concedat gratiam sufficientẽ, quæ dat posse operari illud, & efficacem, quæ dat operari, sive actualem conversionem ad illud, unde si Deus daret illi priorem gratiam ad conversionem, & retractationem, haberet posse ad utramq., & si ulteriùs concedaret efficacem, de facto utramq. exequeretur; cum autem obstinatio illius, utriusq. impotentiam requirat, tenemur asserere quòd ad illam requiratur denegatio, vel carentia perpetua utriusq. auxilii.

§. I I.

Expeditur ratio difficultatis quoad eandem primam partem conclusionis.

Difficultas tamen est, quomodo sic destituti omni auxilio possint culpabiliter operari, vel peccare, & de facto peccent, cum ad peccandum requiratur voluntas indifferens ad bonum, & malum, sive quòd habeat posse ad utramq., & sine præfato sufficienti nequeat habere posse ad bonum, & consequenter non videatur posse illis tanq. simpliciter impotentibus ad bonum imputari peccatum. Nam hac ratione, ut vidimus priori Tomo nequit modò in via obcæcatis, & induratis imputari transgressio alicujus præcepti implendi, si semel caicẽt, vel subtrahat ab illis Deus auxilium etiã sufficiens, quia sine isto sunt simpliciter impotentes ad implendum illud, nec possit quis obligari ad obediendum, ubi est impotentia simpliciter ad exequendum præceptum. Nec juvat dicere quòd sua culpa careant; nam etiam si quis sua culpa careret pedibus per sententiam Judicis sibi justè truncatis, non propterea teneretur culpabiliter currere, si imponeretur ei tunc præceptum currendi; imò causaretur de crudelitate Judex sic præcipiens post truncationem.

Huic difficultati resp. M. Jo: hic disp.24. art. 2., quòd licet Dæmonibus denegetur omne auxilium sufficiens incitativum, & inductivum ad bonum, conceditur tamen sufficiens ex parte intellectus consistens ut insinuavimus, in quadam illustratione, qua etiam bonum supernaturale cognoscunt, siccum tamen, vel sterile, & aridũ, & nullatenus inductivum voluntatis ad bonum, cum solum consistat in speculatione boni secundum se, & quasi in abstracto, quæ consideratio boni etiam considerati, ut convenientis, sic est sicca, & arida, quòd non sufficiat ad excitandam aliquomodo voluntatem ad bene operandum, quo auxilio cum cognoscant bonum, & obligationem ad operandum benè voluntas sit sufficienter potens peccare.

Sed hæc solutio non videtur omninò sufficiens ad evadendam præfatam difficultatem. Nam cognoscere bonum, & obligationem benè operandi, non videtur sufficiens auxilium dans posse ad benè operandum, ergo eorum voluntas adhuc manet sine indifferentia ad utramq. extremum contrarietatis requisita ad peccandum, ac proinde adhuc subsistit, quòd dæmon peccet etiam si non habeat posse peccare, in quo consistit difficultas. Hæc posterior consequentia tenet, ant. etiam videtur certum, quià sicut aliud est purè speculativè ostendere viam exequendam, & aliud est dare posse, vel vires ad executionem ejus, ut patet in lapidibus miliaribus, ità aliud est manifestare purè speculativè bonum exequendum, quod fit per prædictam illustrationem, aliud verò dare posse, vel vires ad executionem ejus. In hoc enim distinguitur nova à lege veteri, quòd hæc dabat solum cognitionem viæ, seù mandatorum, sed non posse intrinsecum, vel vires ad illorum observantiam, sicut nova, Et hinc etiam prior conf. prob.

Quià

Quià ut docent D. August., & Patres contra Palagium sine gratia non solum est difficile, sed simpliciter homo converti non potest, & bonum operari. Nomine autem gratiæ non præcisè intelligunt voluntatem, seù potentiam liberam, quæ physicè est indifferens ad velle, & nolle; nec etiam solam legem, aut prædicationem externam, vel internam, vi cujus homo accipit cognitionem obiecti boni, & cognoscit obligationem suam ad bene operandum; nam hæc omnia admittebat etiam Pelagius, prout refert D. Aug. lib. de gratia Christi contra Pelagium c.7., cujus verba sunt ibi apud S. Patrem. *Adjuvat enim nos Deus per doctrinam, & revelationem suam, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis ne præsentibus occupemur futura demonstrat, dum Diaboli pandit insidias, dum nos multiformi dono gratiæ cælestis illuminat.* Hæc Pelagius. Quibus satis expressè indicat non solum admittere externam doctrinam, vel illuminationem, cum oculos cordis aperire non sit tantum doctrinam externam proponere; nec hanc solam importet ineffabile, & multiforme donũ gratiæ cælestis illuminans. Nec obstare videtur quòd D. Aug. dicat in his omnibus Pelagium non recessisse à commendatione doctrinæ, quià nomine doctrinæ, dum à Pelagio fit expressio de aperitione cordis per illuminationem ineffabilis, & multiformis dono gratiæ cælestis, non videtur præcisè posse intelligi de solis exterioribus verbis Scripturæ, sed de interna etiam illuminatione, qua intellectus de agendis etiam instruitur, & docetur, ergo præcisa illa cognitio purè speculativa boni, & obligationis ad operandum non dat posse simpliciter, aut vires ad benè operandum, vel ad se convertendum, & consequenter cum illa sola adhuc homo, vel Dæmon manet impotens ad bene operandum, ergo si ad hoc ut peccent requiritur ut possint benè operari, non poterit asseri illos posse peccare, & de facto Dæmonem peccare sub eadem denegatione utriusque auxilii.

Aliter occurrit huic difficultati hic M.Ferre conformiter ad ea, quæ docuit in impressis to.2.in hanc 1.p. tract.9.de voluntate Dei q.6. §.6. & iterum tract. 12. de prædestinat. q. 18. §. 9. dicendo, quòd ad posse peccare, & ad peccandum de facto non requiritur indifferentia ad bonum, & ad malum, sicut neq. ad benè operandum moraliter, & meritoriè, ut patet in Christo, & in Angelo in 1. instanti suæ conceptionis in illo, & conditionis in isto, in quo potuerunt mereri, & de facto meruerunt, & tamen ex natura rei erant impotentes ad malum, & sola libertate contradictionis benè moraliter operabantur; sic ergo dæmones; (concludit) licet sint impotentes ad bonum, sola libertate contradictionis possunt tamen operari peccatum.

Quòd si eidem opponas instantiam insinuatam de homine viatore, cui si Deus auferat in pœnam suorum peccatorum omne auxilium gratiæ sufficientis, quantumvis maneat liber libertate contradictionis ad peccandum, non tamen peccabit, ut nos etiam latè ostendimus supra tract. 4. de provid., & prædest. disput. ult. q. ult. §. 9. & seq., quià nempè sub eadem carentia auxiliorum est simpliciter impotens ad implendam legem, ergo similiter dæmones sub illa ob eandẽ impotentiã peccare nõ possunt.

Respondet neg conf., & dat disparitatem, quòd viatores ablatis auxiliis in pœnam suorum peccatorum ad bene operandum, & servandam legem non prævident, nec prævidere possunt hanc eorum ablationem, ob quam constituuntur simpliciter impotentes, & ideo omissio, vel commissio contra legem, vel præceptum affirmativum, vel negativum, neque esse tunc illis peccaminosa, vel imputabilis ad culpam, cum si semel prævisa non est, nec prævideri potuit, non sit ab illis volita, & ideò non esset in eis novum peccatum. Cæterum dæmones, & cæteri damnati cadentes, vel decedentes in mortali, prævident, vel tenentur prævidere illam, sicut prævident, vel prævidere tenentur suam damnationem, quam incurrunt ob idem peccatum finalis impœnitentiæ, nam potissima pars damnationis est destitutio auxiliis sufficientibus ad benè operandum, & ideò ipsum non servare legem est illis simpliciter voluntarium, ac proinde à peccato inexcusabile.

Placet hic modus dicendi, quem fundat firmè ibidem sustinuimus, utpotè expressam doctrinam D. Th. Nam q.10. de malo, seù de Dæmonibus ar. 5. ad 11., quod sic procedebat. *Diabolus non reportavit commodũ ex suo peccato sed ante peccatũ tenebatur cõverti in Deũ, ergo etiã post peccatũ tenetur converti in Deum; sed nullus tenetur ad impossibile ergo nõ est impossibile Diabolũ converti ad Deũ.* Cui respondet *Dicendũ quod sicut ebrius tenetur non peccare, non quidem considerato præsenti statu, sed considerata ebrietatis voluntaria causa, secundum quam imputatur ei aliquid ad culpam; ita etiam potest intelligi, quòd diabolus tenetur converti ad Deum, quamvis sit ei impossibile secundum præsentem statum, quia in hunc statum ex voluntaria causa devenit.* Ita D.Tho. Idq. repetit 2.2. q. 13. ar.4. ad 3. Dicendum (inquit) quòd quilibet in peccato mortali decedens, fert secum voluntatem detestandi divinã justitiam. Videatur in corp. ibidem, & hic ar. 2. ad 3. ubi clarè etiam docet hoc ipsum, & apertè confirmat discrimen adductum inter peccatores modo in via, & inter dæmones, & cæteros damnatos, quòd licet in omnibus carentia auxiliorum sit ob culpam, vel demeritum præcedens, non tamen impotentia ex illa excusat istos, sicut excusat illos è peccato, quià nampè transgressio sequens, & eadem carentia non est utrobique voluntaria, & prævisa, nec effectus per se connexus cum culpa, vel demerito præcedente in viatoribus ante finalem impœnitentiam, sicut in dæmonibus, & aliis damnatis, nam ablatio auxiliorum in illis perseverante statu viæ dependet ex beneplacito Dei, qui magis pronus est ad miserandum, quàm ad puniendum, miserationes enim ejus super omnia opera ejus, unde non ita connectitur, nec per se ità infertur ex eorum peccato, sicut ex peccato finali, ac proinde nec ità prævideri potest, nec illi esse volitaria sicut in peccante finaliter, nisi velimus, quòd possit à nobis prævideri, quod dependet à libera Dei volũtate, sive quod ei libitũ est fieri, vel non fieri. Quis enim consiliarius ejus fuit, aut quis novit sensũ illius? Et quamvis eorum culpa illam demereatur; non tamen id tollit hanc liberam Dei voluntatem subtrahendi, vel non subtrahendi eadem auxilia, & prædictam majorem pronitatem ad miserendum, quàm puniendum per eorum subtractionem, & consequenter nec ponit talem connexionem per se, nec voluntariatatem in causa respectu eorumdem viatorum, sicut respectu finaliter peccantium. Quod est valdè notandum hac in re contra aliquos recentiores perperàm contendentes adhuc peccare illos modo in via, etiamsi careant omni auxilio etiam sufficienti, quià scil. carent in pœnam præcedentis peccati. Quod tamen tandem, vel deservire potest ad fovendam primam,

mam, & qointam ex quinq. damnatis propositionibus Iansenii. Sed de his obi supra ne eadē repetamus.

§. III.

Probatur secunda pars principalis conclusionis.

SEcunda pars, sin qua est præcipua difficoltas, est communis consensus Thomist. Cajet. hìc ar. 2. Nazar. controverſ. 1. Bannez dub. 1. Ferrar. 4. cont. Gent. c. 95., Capreol. in 2. dist. 7. qu. 1., Salmantic. tract. 7. de Angelis disp. 13. dub. 1., Navarret. contr. 84.; à S. Th., Gonet., M. Ferre, Serra dub. 1. concl. 2., & aliorum; & meritò, quià est expressa D. Tho. hìc, & alibi ubi supra recurrentis perpetuò ex parte arbitrii, seu voluntatis eorum ad illius inflexibilitatem, & naturam, quæ talis est, qoòd postquam naturaliter aliquid plenè elegit, irrevocabiliter, vel irretractabiliter elegit. Dixi primò, *naturaliter*: nam supernaturaliter loquendo, ut jam insinuavimus, oppositū effici potest à Deo, ut colligitur ex D. Th. q. 16. de malo art. 5. ad 13., ubi inquit. *Dicendum, quòd mutare voluntatem solus Deus potest, qui etiam secundum absolutam potentiam posset mutare voluntatem damnati in bonum, sed tamen hoc non congruit naturæ ipsius ut dictum est. scil. in corp. art.* Et rationem hujus insinuat D. August. tom. 7. lib. de correpr., & gratia, quià nempe *Deus*, (inquit) *magis habet in sua potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas.* Unde asserit habere omnipotentissimam potestatem humanorum cordium, quò placuerit, inclinandorum, & mirabili potestate transferre cor ab indignatione ad lenitatem. *Non est itaq. (concludit) dubitandum voluntati Dei, qui in cælo, & in terra omnia quæcunq. voluit fecit, humanas voluntates non posse resistere, quò minus faciat ipse quod vult, quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult, cum vult, facit.* Et fundari potest in illo Proverb. 21. *Cor Regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud.*

Dixi etiam postquàm plenè elegit, qoià non semper plenè deliberatà procedit, ot cum ex aliqua tantum conjectura ad rei cognitionem procedit, ut contingebat circa divinitatem Christi eam ex conjecturis explorando, vel tantum cognoscendo. Sicut ergo tunc non plenè se determinat ad judicium de re cognita formandum, ita nec voluntas plenè se determinat ad aliquod volibile eligendum, cum non adsit plena determinatio voluntatis Angeli, quando non adest plena determinatio ex parte intellectus, unde sicut possunt mutare judicium ex parte istius, ita mutare possunt ex parte voluntatis electionem, qoià non est adhuc firma adhæsio ex parte otriusq. objecto cognito, & volito, & de hac electione non loquitur conclusio, sed de plena, & omninò deliberata.

His suppositis prob. ratione D. Tho. sic. Angelus plenè deliberate procedens immobiliter aprehendit, ergo immobiliter, vel irretractabiliter eligit. Aut. patet, quià ut dictum est, & tradit hìc D. Tho., omnia aprehendit sine discursu, sicut nos aprehendimus prima principia, ergo sicut hæc nos aprehendimus immobiliter, pariter immobiliter aprehendit Angelus: conſ. verò prob., quià universaliter, vel in omnibus vis appetitiva, seu appetitus proportionatur virtuti aprehensivæ, ut patet inductivè, nam quià intellectus est oniversalium, pariter universalium est appetitus rationalis, seu voluntas; & similiter quià sensus est singularium, vis pariter appetitiva sensitiva sive appetitus sensitivus circa rem tantum in singulari versator. Tom etiam qoia id præsertim verificari debet in immobilitate, quia omninò manente immoto judicio, & aprehensione intellectus nunquam est, nec esse potest mutatio in appetito, seu in motu voluntatis; unde sicut aprehensionem mobilem sequitur appetere mobiliter, ut patet in nobis, in quibus quia aprehensio, mobilis est utpotè ex discurso, qui ad utrumq. oppositorum se habet, pariter electio, mobilis est, ita aprehensionē immobilem, sive opposito modo procedentem sine discursu, seqoi debet electio immobilis; ergo si angelus immobiliter aprehendit, etiam immobiliter eligit. Ita discurrit S. Thom. hìc, & ubi supra de malo, & alibi. §. Ex quo etiam fit, qoòd sicut immobiliter aprehendit omnia, quæ pertinent ad ordinem naturæ, quorum actu notitiam habet, sicut nos actu habemus noritiam principiorū, ita etiam immobiliter aprehendat, quæ pertinent ad ordinem supernaturalem, cum eorum cognitio adveniat secundum modum suæ naturæ, nam omne, quod recipitur, per modum recipientis recipitur, & gratia adveniens perficit naturam modo eidem conformi, unde sicut nos eo modo, (quamvis non ex evidentia) cognoscimus, & judicamus de supernaturalibus, quod de naturalibus, ità similiter se habet angelus ad illa juxta modum suæ naturæ.

Præcedens ratio D. Th. licet à priori, & efficacissima sit, otpotè fundata in principio ineluctabili, nempè, quòd ex propriis, sive ex natura rei sine discursu intelligunt, ut statim constabit, pluribus nihilominùs instantiis, vel objectionibus nitunter eam contrarii evertere, sed omninò insufficienter, si rectè intelligatur, ot jam insinuavimus, & eam explicant nostri Thomistæ. & præsertim Cajet. in præsenti art., si nimirum loquamor, ut loquitur, & intelligendus sit de cognitione plena, & consomata, & plenè libera, non habita ex conjecturis, vel signis, aut motiuis insufficientibus ad firmum, & stabile judicium de re cognita, & secundom eorum statum non plenè liberom, ut §. seq. constabit.

§. IV.

Proponuntur, & soluuntur plures instantiæ, contra rationem D. Tho.

PRimò arg. Ex eo qoòd angelus sine discurso aprehendat non sequitur qoòd aprehendat, immobiliter, ac proinde nec quòd immobiliter eligat, ergo principium assumptū à D. Th. est insufficiens ad statuendā hanc immobilitatē, vel inflexibilitatē tanq. radicē vel causam intrinsecā obstinationis illius in malo. Prob. ant. Quia ex eodem principio inferendom esset, qoòd semper immobiliter procederent cum semper sine discursu procedant, sed hoc est falsum, ut nos etiam fatemur, quando procedit ex conjecturis, ergo. §. Secundò. Qoia etiam ante peccatum processit sine discursu, & tamen immobiliter non aprehendit, aliàs non retractasset veritatem, quam aprehendit in primo; nec peccasset in secondo, ut patet, ergo. §. Tertiò. Quia non ideo dicitor homo immobiliter aprehendere prima principia, quia aprehendit illa sine discursu, sed qoia lomen intuitivom illorum est illi inditum à natara, ergo angelicæ cognitionis immutabilitas potest aliunde probari, vel provenire, & non

ex

ex præcisa carentia discursus; vel ex eo nempe quòd sit à Deo indita saltem ex parte specierum, vel quia est naturalis etiam ex parte luminis, cui deserviunt. Ex quo apparet ulteriùs etiam inefficax illatio D.Th. circa supernaturalia; nam licet ex hoc capite admitteretur talis immobilitas respectu naturalium, non tamen hinc inferri debet respectu super naturalium, quorum cognitio gratuita est ex parte utriusq., & non ind ea à deo Authore naturę, sed gratię.

Quartò. Judicium esse mutabile non habetur ex eo, quòd sit per discursum, ergo nec esse immutabile habebitur ex eo, quòd est sine discursu; conf. tenet ex principio illo dialectico, quòd ubi affirmatio non est causa adæquata affirmationis, nec est negatio causa adæquata negationis, ant. verò prob. quia conclusionis geometricæ cognitio est per discursum, & tamen est immobilis, ergo mutabilitas judicii non habetur præcisè per discursum. §. Quintò, & urg. precedens. Nam hæc mutabilitas potest haberi in procedente per discursum, & sine discursu, ut patet in eo, qui priùs simplici cognitione aprehendit veritatem alicujus conclusionis, & posteà per discursum intimius penetrans illam, oppositum judicat probabilius, tunc huic adhęrens mutat judicium, ergò hujus mutabilitas, vel immutabilitas non pendet ex discursu, vel carentia ejus.

Urgentur hęc omnia, & præoccupatur superior, & communis solutio ex eodem D. Tho. hîc in solut. ad 3. superiùs relata, ubi videtur insinuare hanc flexibilitatem in angelo etiam deliberatè, & post plenum judicium procedente, scil. post peccatum. Nam de illo post istud inquit. *Dicendum quòd adhuc manet in Diabolo peccatum, quo primò peccavit, quantum ad appetitum, licet non quantum ad hoc, quòd credat se posse obtinere? Sicut si aliquis credat se posse facere homicidiũ, & postea adimatur ei potestas, nihilominùs voluntas homicidii in eo manere potest, ut velit facere si posset.* Idq; repetit, ut etiam insinuavimus, 2. 2. q. 13. art. 4. in corp. dicens. *Illi autem, qui sunt in infernis retinebunt perversam voluntatem aversam à Dei justitia in hoc, quòd diligunt ea, pro quibus puniuntur, & vellent eis uti, si possent, & odiunt pœnas, quæ pro hujusmodi peccatis infliguntur.* Ita iterum D.Th. In quibus generaliter loquendo de damnatis, & consequenter etiam de dæmonibus asserit perseverare quantum ad appetitum, vel voluntatem aversam à Deo, non tamen quantũ ad hoc quòd credãt se posse obtinere, quod perversè dilexerunt dum erant in via, ergo cum in secundo instanti, in quo peccarunt planè, ac deliberatè procedentes, etiam post hanc plenam deliberationem juxta D. Th. potuerunt habere mutabilitatem judicii.

Ad hæc omnia, quibus subtiliter occurrunt nostri Thomistæ, & præsertim Cajet. in præsenti, ubi efficaciter sustinens propositionem illam D. Tho. Quòd sicut homo immobiliter aprehendit prima principia, ita angelus omnia, quæ ad ordinem naturæ spectant, pariter angelus servat eandem immobilitatem; advertit, quòd stando in hoc eodem ordine, sicut cognitio in ordine ad illa, ad quæ homini negavit discursũ, naturalis est illi, & immobilis, ut est cognitio eorumdem principiorum, ità pariter naturalis est, & immobilis angelo respectu eorum, ad quæ similiter ei negavit discursum. Et quia huic negavit respectu omniũ, quæ pertinent ad ejus ordinẽ, sivè ejusdẽ naturæ, naturale est ei omnia hæc immobiliter cognoscere, non minùs, quàm cognoscere illa sine discursu; ex opposito verò, quia homini nõ negavit respectu aliorũ mobiliter illa aprehendit. Unde sicut huic est à natura sic aprehendere, scilicet immobiliter prima principia, & mobiliter alia objecta, ità Angelo est à natura aprehendere omnia ordinis naturæ. Hinc etiam, ut supra insinuavimus, ulteriùs advertit, quòd quia cognoscere supernaturalia est conforme modo cognoscendi sibi naturali, sicut iste est immobilis respectu naturalium, sive pertinentium ad ordinem naturæ, ita pariter immobilis est modus cognoscendi supernaturalia, sive in ordine superiori, vel supernaturali, ne dicamus gratiam, ut dictum est, magis deprimere, quàm perficere naturã.

Ex quibus constare potest efficacia, & veritas prædictæ propositionis, & rationis D.Thom., & confirmari sic. Omnis cognitio, quæ solum haberi potest per simplicem intuitum, vel aprehensionem est à natura, & immobilis, ut patet in cognitione nostra respectu primorum principiorum, sed hujusmodi est omnis cognitio angelica respectu omnium, quæ spectant ad ordinem naturæ, ergo est à natura, & immobilis, ergo cum pariter respectu supernaturalium omnis cognitio Angelorum sit huic conformis, omnis eorum cognitio tam respectu naturalium, quàm supernaturalium erit immobilis.

His prænotatis resp. ad singula. Ad 1. quidẽ neg. sequelam. Ad prob. dist., & explico claritatis gratia ma. semper immobiliter procederent, si aprehendant cum plena deliberatione, vel cum pleno judicio, & consumato, & cum plena libertate, ut contingit respectu spectantium præcisè ad ordinem naturæ, & post primum instans conditionis suæ; conc., non pleno, & sine plena libertate, ut respectu conjecturalium, & in primo instanti, neg., & distincta similiter mi. neg. conf. Per quod patet ad instantiam de cognitione ex conjecturis, quia hæc nequit esse cum plena deliberatione, vel perfecto, aut pleno judicio, ut patet. Cum processus ex conjecturis non sit capax judicii immobilis. Nec etiam Angelus licet sit ex sua natura sic immobiliter aprehendens, non tamen est penetrativus, vel comprehensivus omnium etiam contingentium, sicut Deus, unde immobilitas ejus in cognoscendo non tenetur ad hæc se extendere, vel ad conjecturalia, quæ solum mobiliter subjici possunt cognitioni creatæ, vel finitæ.

Ad 2. patet ex dictis, quòd cum Angelus in primo illo instanti non esset plenè liber non poterat habere judicium cum plena deliberatione, vel consummatum, & consequenter non ita immobiliter aprehendere, ut retractare non posset eligendo in posteriori, vel in secundo jam factus in actu, cum plena libertate alterum extremum contrarietatis, quod eligere non poterat in primo specialiter tunc motus à Deo, & sola gaudens libertate contradictionis, ut explicatum est. Plena enim libertas in puro viatore utpotè defectibili, requirit indifferentiam ad bonum, & malum. Unde omnes Angeli in 1. instanti judicarunt Deum esse amandum, quia non poterant sic specialiter moti à Deo nisi ad bonum. Unde prædictum judicium quamvis tũc sit sine discursu habitũ, quia tamen Angelus ex plena libertate non se determinavit ad illud, non est assimilatum judicio naturali, quoad immobilitatem. Judicavit enim tunc Deum esse amandum non judicio absoluto, sed juxta meritum illius instantis, quod non erat capax alterius Iudicii immobilis, aliàs fuissent statim constituti in termino simpliciter, & nullus saltem de facto peccasset, cum saltem de facto nullus in illo peccaverit,

unde potuit aliter judicare in sequenti, & constitui in illo irrevocabiliter, vel ad gloriam, vel ad gehennã.

Sed instas contra hanc solutionem, & superiora. Nam ex his sequitur, quòd judicium angelicum circa supernaturalia non debeat esse conforme, vel imitari modum eorum procedendi circa naturalia, sic quòd utrobique sit conformiter immobile, ergo saltem circa supernaturalia poterit variari. Prob. ant. quia in naturalibus semper est immobile sive procedat ex plena libertate, sive non, unde eodem modo in his judicavit in 1., ac in 2., vel tertio instanti, ergo similiter deberent se habere circa supernaturalia, scil. immobiliter.

Urg. hoc. Nam ideo illud circa naturalia eth non procedat ex plena libertate semper est immutabile, quia natura ed illud negavit omnem discursum tam actualem, quàm potentialem, sed omnem etiam negavit circa supernaturalia, siva procedat ex plena libertate, sive non, ergo ex eadem conformitate tenemur asserere, quòd vel circa ista etiam sit semper, vel in omni instanti immurabile, (quod tamen nequit admitti,) vel quòd sit circa ista variabile.

Resp. vel neg. sequelam, vel dist. claritatis gratia, non debeat esse conforme, vel imitari &c. pro omni instanti, transeat vel conc. ant., in aliis excepto primo, vel cum non procedit ex conjecturis, nego; unde ad prob. neg. conseq., quia circa naturalia semper habuit immobile judicium, sive in 1., sivè aliis instantibus, & sine indifferẽtia ad bonum, & malum, nec potuit directè contra illa unquam peccare, quod tamen non contingit circa supernaturalia, ut dictum est. Tum quia etiam circa naturalia, utpotè eorum comprehensivus, semper processit cum evidentia rei cognoscibilis, ac proindè æquè in primo, ac in aliis plenè fuit convictus, unde in nullo potuit esse in tali dispositione, ut proprium dictamen mutare possit vel habitum judicium, sicut circa supernaturalia, nam de impotentia peccandi, quam habuit in primo circa illa, transivit ad posse peccare in 2. saltem de facto loquendo, vel de lege ordinaria, ut dictum est. Unde de facto loquendo, vel secundũ eandem legem non potuit se plenè determinare in eodem primo, & consequenter nec imitari pro illo, naturalia quoad immobilitatem. Unde tenemur omnes solvere hanc instantiam, si velimus de facto non peccasse in primo, & peccasse in secundo ut dictat fides.

Ad cõfir. similiter dist., & explico maj. quia negavit discursũ, salvo semper priori discrimine inter habitudinẽ ad naturalia, & supernaturalia cõc. sine prædicta diversa habitudine, neg. sequ. sivis, ergo denegatio totius discursus in Angelo circa naturalia sẽper, vel in omni instanti conjungatur eum immobilitate, quia in nullo peccare potuit, & immobili semper judicio utpotè comprehensivo utebatur; circa supernaturalia tamen non poterat sic infallibiliter conjungi cum illa in 1., ac in 2. instanti ut dictum est, cum nec eadem libertate gaudere, nec peccare posset in 1., sicut in 2., & ideo eadẽ causalis licet sẽper militet circa naturalia, nõ tamen circa supernaturalia, nisi quando est peritas judicii, & apprehensionis, quæ non poterat esse pro primo quoad immobilitatem, & quando solum procedit ex conjecturis.

Ex his etiam resp. ad tertiam principalem instantiam, quòd ex hac diversa habitudine ad naturalia, & supernaturalia, immobilitas circa illa tanquam ex radice oritur, vel infertur ex naturalitate proprii judicii, quod semper est naturaliter plenum, & perfectum, vel comprehensivum illorum; & ideo immobilitas circa eadem ad istius naturalitatem reducitur; at verò quantum ad carentiam medii, per quod Angelus mutari potest ad oppositum judicium, ad negationem totius discursus reducenda est; unde videmus, quòd quia natura dedit nobis vim discursivem per usum mediorum dedit quoque posse mutare judicium, & ubi ex opposito negavit illam, ut circa prima principia, abstulit, vel non permisit hanc mutabilitatem conferens lumen immediatum, & intuitivum, ac irrevocabile. Quia ergo Angelis etiam circa supernaturalia negavit omnem discursum, creditur quòd etiã circa ista in sui pleno, & consumato judicio statuerit immobilẽ, non quia horũ cognitio sit ab illa cum à solo lumine gratuito, vel supernaturali, ut ab adæquate virtute proxima haberi possit, ut supra ostensũ est, sed quia intra suũ ordinẽ dando ei talẽ immobilitatẽ, & lumẽ superius adveniẽs perficiat ut dictũ est, ad modũ suæ naturæ, habet prout sic juxta cõditionẽ istius modũ procedendi circa supernaturalia, scil. sine discursu, & ad imitationem modi procedendi circa naturalia etiam immobiliter, quoties procedit circa illa pleno judicio, & perfecta libertate. Ex quibus in forma dist., & explico ant. quantum ad radicem, conc., eam prout sic reducitur ad naturali, tatem judicii, vel apprehensionis, aut luminis intuitivi; quantum ad carentiam medii, nego.

Ad 4. claritatis gratia dist. conseq., in subjecto in capaci à natura totius discursus tam actualis, quàm potentialis, ut est Angelus, neg., capaci illius, vel universaliter loquendo transeat, vel conc., quia si semel est capax potest habere medium demonstrativũ, & tunc ex vi istius immobiliter adhærere conclusioni; sicut similiter dicunt, qui volunt fidem nostram esse discursivam ob infallibilitatem sui medii, scil. testimonj Divini. Cæterum ex hoc ipso, quòd cognitio conclusionis habetur per discursum, potest; qui nunc habet immobilem adhæsionem ad illam retractare priorem assensum, vel mobiliter postea se habere circa illam, aut præbere oppositum, quia cum omne judicium, quod solum haberi potest per discursum constat distinctis actibus, quibus assentimur præmissis, primò secundum se, & deinde cisdem simul, & conclusioni, ut supra in proœmialibus, & in lib. poster. explicatum est, retractari potest. Nam cum tota vis assentiendi conclusioni sit ex præmissis, contingere potest, quòd quis oblitus alicujus ex illis destituatur vi probativa conclusionis, & consequenter aliter sentire possit, vel oppositum de illa, oblito medio, vi cujus præbuerat assensum immobilem. Cum verò huic contingẽtiæ subiiciantur conclusiones etiã geometricæ licet aliàs evidentissimæ sint, & evidenter inferantur ex suis principiis, ob eandem tamen oblivionem alicujus præmissarum, & medii demonstrativi, ac proinde etiam connexionis necessariæ inter illas, & conclusionem, urgente aliqua ratione in oppositum, aliter sentiat, & mutet judicium.

Ex his etiam resp. ad 5., unde dist. ant., potest haberi in procedente sine discursu tam actuali, quàm habituali, vel potẽtiali, neg. præcisè actuali, conc. Nam quamvis ità sit, quòd sine isto præcisè possit quia simplici apprehensione veritatem penetrare, & eidem immobiliter adhærere, si tamen non necessitetur ad illã, in sua causa cognoscere, ut contingit in his, qui licet quandoq. actu non discurrant, possunt tamen discurrere, ac proinde unico actu non penetrent omnia contenta in sui causa, vel principio ignorati cau-

causa, vel non plenè penetrato causa rei cognitæ, alie ratione duci ad oppositum. Cæterum qui nullo modo discurrere valent (ut sunt angeli) habent à natura ut dictũ est, vim ita penetrativam causæ, vel principii, ut statim eodem cognito per simplicẽ aprehensionem videant, vel comprehendant omnia in illo contenta, aliàs viderentur in illis deficiens, si denegato eis utroque sive omni discursu per simplicem aprehensionẽ ad hæc omnia uno actu non pervenirent, & essent veluti deterioris conditionis in cognoscendo, quàm homines, cum postea ad illa per discursum pervenire non possent.

Ad confirm. desumptam ex D. Tho. patet dictis specialiter deservire ad ostendendam imputabilitatem peccatorum, quæ committunt in illo statu post casum, quia licet careant auxilio etiam sufficienti, quia tamen in casu, sicut, & cæteri damnati in sui decessu in mortali secum tulerunt, & ferunt voluntatem perpetuò detestandi divinã justitiã, (ut ait D.Th. ubi suprà,) imputatur eis quodlibet peccatum, seu quælibet actio inordinata post eundem casum, & decessũ; quòd repetens hic ad 3. inquit *Dicendum, quòd adhuc manet in diabolo peccatum, quo primò peccavit, quantũ ad appetitum licet non quantum ad hoc quòd credat se posse obtinere*. Ex quo non infertur mutabilitas judicii, sicut nec appetitus, quo priùs inordinatè voluit propriam excellentiam, imò potiùs perseverantia, & continuatio utriusq; quantum ad voluntatem conditionatam obtinendi, si scil. posset; sed adimitur tantum ei potestas quatenus sic constitutus in termino non credit se posse obtinere ob experimentum oppositum, quod perversè adhuc manens in via appetebat. Quod patet exemplo, quo utitur ad hoc declarandum, nempè, *Sicut si aliquis credat, se posse facere homicidium, & velit facere, & postea adimatur ei potestas, nihilominùs voluntas homicidii in eo manere potest, ut velit fecisse, vel velit facere, si posset*; quo clarè constat intentum potissimè illius esse ad ostendendam perseverantiam, & continuationem voluntatis ad peccandum sole superaddita diversa credulitate sperandi, & obtinendi rem volitam, ut statim dicemus, non variatione, aut mutatione judicii præsertim in eodem dæmone perfectè, aut sine discursu illam cognoscente, vel potente prævidere, ut dictũ est, respectu denegationis auxilii; quidquid sit de homine respectu homicidii voliti, & perpetrandi in via, eo id contingat sine mutatione judicii, quòd adempta sibi potestate credat posteà se non posse exequi illud, cum sit discursivus, nec omnia uno actu penetret, sicut Angelus, & ideò possit iste sine eadem variatione constitutus in statu termini postea credere se non posse ampliùs obtinere, retenta tamen adhuc voluntate obtinendi si posset, ad quod præcipuè deservit paritas assumpta, scil. ad hanc retentionẽ perversæ voluntatis.

Præfatam mutationem credulitatis sine mutatione judicii explicat Cajet. in sensu negativo, nempe, non quasi priùs positivè crediderit rem sic inordinatè volitam sibi esse possibilem, scil. vel propriam excellentiam, ut ultimò appetendam, sivè ut ultimum finem; vel beatitudinem supernaturalem propriæ virtute consequendam; sed negativè, quatenùs non reputavit sibi impossibilem. Quod fundari potest in eo, quòd D.Tho. toties repetit diabolum peccasse ex inconsideratione, & ideo ex defectu istius potuisse habere hanc negativam non reputationem impossibilitatis, quam modo post casum non habet, & experimento probat non posse habere. Unde nec mutavit prius judicium, sicut nec priorem voluntatem, vel appetitum, quantum ad rem volitam, sed quantum ad modum appetendi practicà, convictus de perversitate istius, ut innuit etiam Mag. Porrecta ad idem 3., sumpto fundamento ex D. Tho. q. aut, ar.3. ubi explicat, & reprobat perversũ hunc modum appetendi scil. per inconsiderationem juxta sui doctrinam; & per non reputationem impossibilitatis juxta hanc explicationem Cajet. unde concludit iste, quòd mutatio ista non est de positivo in positivum, neq. de judicio in judicium oppositum. Sed de his, & specialiter de eadem autoritate hic ad 3. adhuc dicetur infrà, & clariùs fortè ad mentem D.Tho. §.ultimo ad 1.

§. V.

Solvuntur alia objectiones contra eandem rationem D. Tho.

Secundò contrà illã ulteriùs arguitur ex Scoto in 2. dist. 7. impugnando id, quod asserit D. Tho. ad stabiliendũ sui conclusionẽ de immobilitate angelica, nẽpè quòdvis appetitiva in omnibus proportionatur aprehensivę, à quo movetur, sicut mobile motori, cõtra quod Scotus sic. Nã aut intendit D.Th. de motore sufficiente, aut insufficiẽte. Si de isto manifestè id falsum est. Quia dato quòd voluntas moveatur ab intellectu, si tamen hic est motor insufficiens non tenetur eidem proportionari in eo, quòd immobiliter appetat, vel eligat, esto idem immobiliter aprehendat. Si de sufficiente quamvis fateatur id esse verum, falsum tamen asserit sic se habere intellectum respectu voluntatis, imò repugnans dictis D. Tho. Dum dicit se alibi probaturum. Posterius verò, quia hinc sequitur etiam in prima sui electione fuisse immobilem, quod ut vidimus, est contra D.Tho. Probat sequelam, quia etiam in 2. instanti intellectus ejus immobiliter se habet, ergo si semel volũtas tenetur ei proportionari, in eodem immobiliter aliget. Aut. constat, quia per ratio est de prima, ac de cæteris aprehensionibus, cum omnes ęquè immobiliter sint. Ex quo ulteriùs sequitur, quòd quia intellectus ante peccatum immobiliter, & rectè aprehendit, & movet voluntatem; cum pœna non præcedat culpam, & sicut ipse est, ita & moveat: & voluntas à recto, & immobili motore immobiliter mota, & rectum immobiliter tendat, nunquam potuissetpeccare, ergo &c. Ita Scotus.

Resp. propositionem, vel doctrinam D. Tho. esse intelligendam de motore sufficiente. Ad ejus impugnationem nego id esse falsum, imò valde consonum principiis totius Philosophiæ, ac Theologiæ, cum non sit assignabilis alius motor voluntatis ex parte objecti nisi solus intellectus; nam cum sit potentia cæca indispensabiliter indiget ductu illius, qui sibi objectum amandum proponat, & sic proponendo eliciat ad illius prosequutionem, & amorem, ut latè in physicis, & in libris de anima, & alibi ostendimus. Unde repugnat omninò, quòd exeat in actum, nisi ab intellectu inclinata ad illius exitum, aliàs cæco modo, & à casu, nec liberè procederet, nisi illud ab eodẽ sub indifferentia judicii proponeretur, istud enim est radix totius libertatis, ut in 3. ibidem de anima, & suprà etiam explicatum est. Imò ex doctrine opposita nolente admittere hanc ra-

dicem libertatis orta est tertia damnata propositio ab Innoc. X. ex quinq. ut vocant, famosis, contendens non esse necessariam libertatem à necessitate, sed à sola coactione, quia putabat Author illarum sufficere perfectionem judicii, non indifferentiam illius (quod obiter dictum sit ad ostendendam hanc necessitatem subordinationis voluntatis ad intellectum tanquam ad sui motorem, non solum quantum ad exitum sui actus, sed etiam tanquam ad modum exeundi in illum) ex quo manifestè inferimus, quòd si intellectus in sui judicio de amabilitate objecti sit immobilis, impossibile est quòd voluntas in sui electione mobiliter procedat. §. Neque hujus oppositum probavit Scotus, nec justè probare poterat. Nam ad id probandum doctrinam satis extraneam à bona Metaphysica, & à dictis Aristot. assumpsit, nempè quòd voluntas possit amare malum sub expressa ratione mali propositum, & ex opposito habere odio bonum sub expressa ratione boni propositum, quo nihil videtur magis alienum ab utriusque principiis, & à lumine etiam naturali, nam malum, ut malum, utpotè disconveniens, & nocivum naturæ provocat ad sui fugam; bonum verò ex opposito ut bonum cum sit conveniens, & eidem proficuum elicit ad sui sequelã, & amorẽ, ut perpetuò experimẽto comprobatur.

Quod verò subdit id pugnare cum doctrina D. Th., patet ex dictis derecta ejus intelligantia sine ulla penitùs oppositione componi, imò plene conformitate; nam cum in sententia ejus ut vidimus, peccare non posset Angelus in primo instanti, licet in illo juxta sui naturam immobiliter procederet, non potuit tunc adhuc habere judicium plenum, seu cum plena libertate, vel consumatum, ut ostensum est, & ideò nec potuit omninò immobiliter movere voluntatem, sed deficienter tantum, vel ex non plene consideratione practica omnium, quæ considerare debebat, & consequenter nec potuit hæc ita immobiliter adherere objecto volito, præsertim in ordine ad supernaturalia, ut ampliùs recedere non posset.

Tertiò arg. ad idem. Si voluntas ut mobilis ab intellectu deberet eidem conformari, vel proportionari, sequitur, quòd sicut in Angelis datur tantum cognitio naturalis, & nõ discursiva, vel ratiocinativa, pariter daberet solum dari amor, vel dilectio naturalis & non electiva, consequens est contra D Thom. supra q. 60. ar. 2. ergo, mi. constat, quia ibi ex professò statuit hanc duplicem dilectionem, & unam scil. naturalem tanquam principium alterius. *Quæ semper, inquit, id quod pertinet ad primũ habet rationem principii, unde cum natura sit primum, quod est in uno quoque, oportet, quod id, quòd ad naturam pertinet, sit principium in quolibet*. Ma. autem prob. nam pars electiva in voluntate correspondet parti ratiocinativæ ex parte intellectus, sicut pars naturaliter dilectiva correspondet naturali cognitioni principiorum, ergo si voluntas Angeli debet proportionari intellectui, ut mobilis motori, nõ erit in illa admittẽda dilectio electiva, sicut non admittitur in isto cognitio ratiocinativa.

Urg. hoc. Nam si semel ex quo deest ratiocinatio in Angelo non sequitur deesse electionem in illo, nec ex quo ex opposito adest immobilitas in judicio ejus sequitur ad esse immobilitatem in istius electione, ergo. Prob. ant. quia non est eadem ratio de immobilitate judicii, & de illa electionis, ergo ex immobilitate illius nõ rectè infertur immobilitas istius. Prob. ant. Ex eo judicium sine discursu, sive angelicum est immobile, quia prout sic est in ditum à natura, non per inventionem, & industriam sui acquisitum, hac enim ratione in nobis assensus principiorum est similiter immobilis, at non est sic à natura electio, sed tantum naturalis dilectio finis, ergo ratio militans pro immobilitate judicii non militat, nec militare debet pro illa electionis.

Urg. alteriùs ex proximà dictis. Nam ideò per nos judicium habitum est mobile, quia ad illud ut dictum est, concurrunt diversi actus respectu principiorum, & conclusionis, & potest contingere oblivio alicujus præmissæ, & consequenter retractari, vel haberi assensus oppositus respectu illius, sed etiam respectu electionis distinctæ à dilectione naturali concurrit multiplicitas actuum, scil. intentio finis, & electio medíorum causata ex amore illius, ergo similiter electiu potest esse mobilis.

Resp. ad arg. neg. ma. Ad prob. ex eodem ibidem ad 1. dist. ant Pars electiva debet proportionari parti ratiocinativæ, universaliter loquendo de omni intelligente, nego, in nobis, conc. Ut enim inquit ibi D. Thom. *Non omnis dilectio electiva est amor rationalis secundum quòd rationalis amor dividitur contra intellectualem. Dicitur enim sic amor rationalis qui sequitur cognitionem ratiocinativam non omnis autem electio consequitur discursum rationis, sed solum electio hominis*. U. de nec in Deo, nec in Angelo debet sic proportionari pars electiva, quòd neganda sit in illis electio, quia non est pars ratiocinativa, quia eorum electio non est per modum amoris rationalis, nam alrioris ordinis est, qui non tenetur consequi discursum, sed potest aliunde haberi, scil. per subitam acceptionem veritatis, ut explicat supra qu. 59. ar. 3. ad 1. quod similiter contendebat ex autoritate Philos. in 3. Ethic. excludere electionem, cui sic resp. *Dicendum quod Philos. loquitur de electione secundum quod est hominis. Sicut autem existimatio hominis in speculativis differt ab existimatione Angeli, quod una est absque inquisitione, alia verò per inquisitionem, ita & in operativis, Unde in Angelis est electio, non tamen cum inquisitiva deliberatione consilii, sed per subitam acceptionem veritatis*. Ex quibus patet nac esse ab Angelo removendam electionem, ex eo quòd non sit in illo discursus, neque etiam subordinationem voluntatis ad intellectum, tanquam mobilis ad sui motorem, & consequenter nec immobilitatem electionis, vel sequelam illius ex immobilitate judicii ejus.

Ad 1. Confirm. neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant. Ad ejus prob. nego suppositum ma., quòd immobilitas electionis pendeat, vel mensuranda sit penes identitatem rationis, qua probatur altera judicii, sed ex hoc quòd voluntas nequit retractare suam electionem, nisi intellectus retractet, vel motet judiciũ, unde supposita immobilitate ex parte istius nequit esse mobilitas ex parte electionis. Quidquid sit de radice immobilitatis ex parte intellectus. Debet enim voluntas, ut dictum est, sequi objectum, vel adhærere illi prout sibi proponitur ab illo. Unde licet ex illa ratione, ex qua judicium judicatur immobile, non judicetur immobilis electio, judicatur tamen ex alio capite, scil. ex immobilitate judicii. §. Ex hoc etiam fit satis ad 2. Unde dist. mi. Est diversitas actuum cum immobilitate judicii, & modo insinuato à Div. Thom., conc., sine eadem immobilitate, neg. Nam quidquid iterum sit, quòd ubi est diversitas præsertim ex parte intellectus possit esse, vel sit mobilitas judicii ut explicatum est, supposita tamen illius immobilitate, nequit ampliùs esse mobilis electio ob

ratio-

ratinnein datam, eftò ad illam coocurrat uterq. actus, fcil. amur, vel luteotio finis, & amor mediorum, qoia oempè ejus immobilitas peudet, vel oritur invariabiliter ex immobilitata judicii.

Quartò arg., & poteft effe replica. Si effat talis habitodo voluntatis ut mubilis ad intellectum ut fufficieutem moturem, feqoitur quòd juxta diverfitatem, vel pluralitatem principiurom, vel habituũ, qnibus intellectus illam movet modo in via, & in patria ad amaodum fcil. media fide hic, & lumine gluriæ ibi, deberent quoq. multiplicari, vel diverfificari principia, vel habitus, quibus eadem ad amãdum in utroq. mavetur; cunfequens eft falfum, ergn neqoit effe talis habitudo ad illum ut fufficientem motorem. Mi. eft certa, quia aliàs charitas viæ, & patriæ deberent effe habitus realirer diftincti, quod tamen eft falfum, ot patet ex illu 1. ad Curint. 13. *Charitas nunquam excidit*, & Ifa. 31. *Dixit Dominus, cujus ignis eft in Syon* (fcil. in Ecclefia militante) *Et caminus ejus in Ierufalem* fcil. ideft iu pace cęlaftis Patriæ: quia nimirum in omnibus beatia femper aadem charitas habitoalis fecundum fpeciam, & numerum, & eadam actnalis fecundum fpeciem ficut eft in ftatu viæ ità permanebit iu ftatu Patriæ, ut ibidem, & iterum 1.2. q.67.ar.6. explicat D.Thu. Imò valdè prubabile eft, & pium licet uoo in cæteris beatis hominibus, (& huc ubiter dixerim) in Beata rameo Virgina, & iu Angelis eundem oumero actum viæ, beatificè cootinuatum fuiffe iu Patria, ac proinde actnalem etiam charitatem, feù euudem actum amuris viæ io illis perfeverara, & cuutinuari fecundum identitatem numericã ut videre eft apud Suarez tract. 3. da charit. difp. 3. fect. 3. n. 2., & apud Salmant. tract. 10. de volunt. difp. 2. n. 4. & ar. 11. difp. 1. dub. 2. n. 18. Ma. antẽ prub. Qoia fuppofita tali habitudine debet eidem, ut fufficienti motori voluotas in ratiune mubilis propurtiunari, ergo ficut ille mouet duplici principiu, vel habitu realiter diftincto, pariter muvebitur, ual iodigabit muveri duplici charitate habituali realiter diftincta.

Urg. huc. Nam fi ex eadam habitudine feruanda eft proportio penès immobilitatem adhærendi objectu, paritar erit fervanda penès modum tendeadi ad illud, fed penès hunc modum tendendi nun fervatur hæc pruportio, fed magis oppofitus, ut dictum eft, cum iotellectos tandat trabendo, volutas ut tracta, ergu nec fervanda eft penès immobilitatem judicii, & electionis.

Ad hoc ueg. ma., ad prnb. dift. aut. Debet proportionari in umnibus fempes, oeg., in his, in quibus eft oeceffaria proportie, ut eft in prędicato immubilitatis ot uftenfum eft, conc., & neg. conf., quia non eft oeceffaria femper quaotum ad diftinctiunem muventium, vel concorrentium ad talem motionẽ, fed folum quandu mutores in movendo diftinguuntor; vel quaodu mobile indiget, vel exigit eandem diftinctiunem ex parte mutorum, quud tamen oon contingit iu cafu, quia vuluntas per charitatem folũ muuetur ad amandum booum Divinum fecundum fe, fivè ut bonum Divinum, fub qua ratiune proponitur fibi hìc in via per fidem, & in Patria per lumen gloriæ, unde ex eo quòd ax parte iutellectus concurrant hæc duo principia ob diverfitatem ftatus, oun eft necefsè, quòd multiplicentur duo pariter habitus charitatis fpecie diftincti ex parte voluntatis, cum fit in utroq. idem fpecie objectum, fola remota ubfcuritatis imperfectinoe in ftato gluriæ. Nam hujufmudi remotio noo eft fufficiens ad variaodam identitatem fpecificam charitatis, & objecti illius, cum uun fit de ratiune ejus, ut art. illu 6. axplicat D. Th. dicens *Quòd quando imperfectio alicujus rei non eft de ratione fpeciei ipfius, nihil prohibet idem numero, quod prius fuit imperfectum poftea perfectũ effe, ficut homo per augmentum perficitur, & albedo per intenfionem. Charitas autem eft amor, de cujus ratione non eft aliqua imperfectio. Poteft enim effe habiti, & non habiti, & vifi, & non vifi. Vnde charitas non euacuatur per gloriæ perfectionem, fed eadem numero manet.* Quod magis etiam explicans ad 1. inquit *Dicendum, quòd imperfectio charitatis per accidens fe habet ad ipfam, quia non eft de ratione amoris imperfectio. Remoto autem eo, quod eft per accidens, nihilominùs remanet fubftantia rei. Vnde evacuata imperfectione charitatis non evacuatur ipfa charitas*; Ita itarum D. Th.

Ad confir. neg. ma. vel etiam fuppofitum illius, quòd fit puffibilis talis pruportio, fcil. in ijs, in quibus tanq. fibi pruprijs habaot inter fe diftingui, ut funt ambo prædicti mudi teodendi, ut conftat ex fuperioribos, nam trahere ad fe res eft proprium intellactus, ut à vuluntate diftioguitor, quæ cum fit iuclinatiu ad res, quas amat, necefsè eft, quòd ad illas val ab illis traharur. Terminus enim inclinatiunis trahit ad fe, qeod ad illum inclinatur juxta illud August.; Amor meos puudus meum, illuc feror, quocunq. ferur. Cæterum in prædicato immobilitatis optimè couvenire, imò de factu conveniunt ut fatemur umnes fupponendo ejus obftinatiunem in malu, & difficultas tantum fit de caufa hujus obftinatiunis, vel immobilitatis in illu, & ideò rectè conteodimus proporriunem qnoad hoc prędicatum.

Quintò arg., & iterum immediatè impug. illatio D. Tho. argumentu jam infinuato, quod eft etiam replica cuntra fuperiores folutiunes. Ex immobilitate judicii, vel aprehenfionis non rectè infertur immobilitas electionis, ergo eft in fubfiftens illatio ejus. Prob. ant. uptimè ftat judicium, vel aprehenfiunem effe immobilem, & electionam mobilem, ergo nun rectè, val femper judicium immobila infert electiunẽ immobilem. Prob. ant. Nam fæpè homo habet judicium certum, vel immobile de aliquu objecto fine alectiune immobili, imo uppofita illius; ut dum certò, vel immobiliter judicat da virrute quòd eft amplectenda, & tamen eligit deinde fugam illius. Et fimiliter de vitio, quòd eft fugiendum, & tamen poftea eligit praxim illius, ergo rectè ftat immobilitas judicii fine immubilitate, imò cum uppofita mobilitate electionis.

Urg. hoc. Nam ut fupra infinuavimus ex D. Th. tam in angelu, quàm in humine in murtali decedente eft utrubique ubftinatio in malo, fivè immubilis electiu illius, fed ooo eft in utroq. immobilis aprehenfio cum homu quandiù exiftit in via mobiliter aprehendat, ergo non tenetur immubilitas unius proportionari cũ immubilitate alterius, vel inferri ex illa.

Ad hoc patet ex dictis vim, & efficaciã ratiunis D. Th., & illatiunis ejus in fubjecta materia fcil. judicii, & electiunis augelicæ perpetuò fubfiftera in feufu expofito. Nam in eo cuofiftit ut dictũ eft, quòd ftãte judiciu immobili, immobilitate plana, & cunfumata, ut contingit in angelu poft primũ inftãs, impoffibile eft poffe voluntatem recedere ab electiune ad illud, vel ex illo fequuta, cum impoffibile fit poffe aliter profequi ubjectum, nifi aliter fibi propuoatur, quud nequit ampliùs coutingere poft eaudem immubilitatem judicii.

dicii. Cæterū homo intra statum viæ non habet eandem perseverantiam, vel immobilitatem in suo judicio, sed vel ex oblivione, ut dictum est, vel ex aliqua passione ut statim dicemus, recedere potest saltem practicè à priori judicio, & habere oppositum, & consequenter etiam electionem. §. In forma ergo neg. ant. in sensu exposito, & de judicio, & electione angelica, ad prob. neg. iterum ant. in eodem sensu respectu angeli. Ad prob. neg. conf. ob discrimen assignatum, quia cum homo ut dicebamus, procedat per discursum, non statim penetrat omnia contenta in principio, & subjicitur oblivioni respectu alicujus præmissæ, vel medii necessariò connexi, & infallibiliter illativi conclusionis certò priùs cognitæ. Deinde etiam ad id, quod obiicitur de judicio obiecti, vel virtutis in communi, & similiter de vitiis, dicimus hanc esse infelicem peccatorum conditionem, quòd licet speculativè ità certò judicent de illis, cum tamen judicio practico, & affectivo de eisdem in particulari ratione circumstantiarum singularium, scil. arduitatis, & laboris respectu virtutum, & voluptatis, & cupiditatis, & similium respectu vitiorum oppositum sentiunt, & practicè eligunt. Licet enim virtus secundum se considerata intrinsecè nihil mali includat, ratione tamen alicujus adjuncti v.g. propter difficultatem in assequendo illam potest à voluntate respui, quamvis hoc sit per accidens, nec tam sit respuere virtutem, quàm laborem assequutionis; sicut in simili dicebamus de judicio respectu visionis, quę secundum se considerata non potest esse ob eandem rationem obiectum nolitionis, fugę, vel odii; sed solum volitionis, desiderii, vel amoris, tamen propter eandem difficultatem assequendi illam, respuitur practicè ab illis contra proprium judicium speculativū; & ideò dicimus errare omnes, qui operantur malum. §. Semper ergo voluntas hominis circa hæc, naturaliter loquendo est mobilis, quia judicium in particulari de his semper potest variari, vel ex aliquo passionis motu insurgente ut dictum est, vel ex aliquo medio probabiliori hic, & nunc secundum apparentiam post oblivionem prioris medii, vel ex inconsideratione ejusdem, quæ omnia pertinent ad discursum. Non sic autem in Angelo, cui ut vidimus, semper cōclusio cum sui medio offertur, cum non sit in illo discursus, sed simplici intuitu omnia penetret viso principio, quæ continentur in illo. Ex quibus perpetuò apparet quàm sit rectè fundata consequentia D. Tho. respectu angeli, iocarentia scil. discursus, ex qua habetur eorum immobilitas judicii incompossibilis cum mobilitate electionis in illo.

Ad confirm., (quæ potest esse replica,) patet etiam ex doctrina D.Tho. locis relatis tum hic, tum alibi de malo, & infra etiam 2. 2.; nam licet voluntas hominis quamdiù consideratur in statu viæ semper sit mobilis, sivè flexibilis de bono in malum, & de malo in bonū, tamen in decedente in mortali prout conjungitur cum termino, ratione status irrevocabilis, scil. damnationis, ad quem transit, fit immobilis, & propterea ait D. Thom., quòd damnati, dum transeunt ad illū ferunt secū voluntatem perpetuò detestādi divinā justitiā. Undè ex hoc capite est causa communis utriusq. immobilitatis sivè in angelis sivè in hominibus respectu electionis eorum, quià liberè, & voluntariè eligunt conjunctionem cum statu irreparabili in ultimo termino suæ viæ, sicut similiter contingit in electis respectu status glorię. Quidquid sit deinde quòd in angelis sit aliud caput immobilitatis judicii ut explicatum est.

§. VI.

Solvuntur alia argumenta contra conclusionem.

Solutis objectionibus, quæ poterant militere contra rationem D.Th., restant aliæ solvendæ cōtra ipsam immediatè conclusionem, in qua sustinemus Angelum esse ex sua natura inflexibilem, nec posse retractare id, quod ex plena deliberatione elegit unde arg. primò sic. Quando Angelus non procedit ex principiis naturaliter notis, vel saltem non sibi certis certitudine infallibili potest retractare suam electionem, sed in peccando sic processit, ergo revocabiliter elegit, conf. tenet, & præmissæ prob., ma. quidem, quia sic procedens tantum procedit ex conjecturis, & signis, ergo fallibiliter, ac proindè revocabiliter, conf. iterū tenet, & simul etiam prob. tum respectu bonorum Angelorum, tum etiam dæmonum, de illis quidem ex pugna illorum apud Danielem, ex qua constat diversa judicasse, & elegisse quod tamen judicium, & electionem comperta veritate deposuerunt, vel retractaverunt cessando à pugna. De malis verò. Nam dæmon, qui priùs suaserat mortem Christi Judæis, posteà retractavit dissuadendo hoc ipsum per uxorem Pilati; sed non potuit id verificari, nisi quia tam iste quàm illi non processerunt ex naturaliter notis, vel non certis certitudine infallibili, sed tantum ex conjecturis, vel signis fallibilibus. Mi. etiam principalis prob. sic. Nam circa principia naturaliter nota, vel certa certitudine infallibili, & circà omnia simplici intuitu ab ipsis cognoscibilia eodem modo procedunt omnes, sicut nos circa prima principia, ut patet ex dictis, sed in peccando aliter judicarunt mali à bonis, aliàs non peccassent, sicut non peccarunt isti perseverantes in bono, ergo non se determinarunt ad peccandum, nec processerunt ex principiis naturaliter notis, nec certis certitudine infallibili, quia hæc à solo lumine fidei præsertim circa supernaturalia, haberi poterat, quo tamen peccando usi non sunt cum medio lumine ejus non poterant aliter judicare ac boni.

Ad hoc dist. ma. Quando sic non procedere ex principiis certis certitudine infallibili contingit cum non plena deliberatione, vel oritur ex carentia luminis dantis talem certitudinem, conc., si cum deliberatione plena, & abjectione talis luminis, ut processerunt, ut vidimus, in 2. instanti, in quo peccarunt, nego. Nam quando peccarunt, cum plena deliberatione processerunt, & cum perversa abjectione ejusdem luminis, juxta illud Job. Ipsi fuerunt rebelles lumini; unde immobilis permansit eorum electio sine possibilitate eam retractandi, ut probatum est. Per quòd patet ad prob. utriusque præmissæ desumptam ex pugna bonorum, & dissuasione dæmonis; tunc enim non pleoè comperta veritate non poterant procedere cum pleno judicio ac deliberatione, & ideo poterant illi cessare à pugna, & iste à suasione. Cæterum habito lumine infallibili, si benè utantur, nec rejiciant illud, non peccant, ut contigit in 1. instanti respectu omnium, ut dictum est; si verò habeant, & rejiciant illud tunc ita procedunt peccando, ut ampliùs retractare non valeant, ut contingit in 2.

Sed instas. Angelus peccādo nō bene omnibus inspexit, ergo sicut nō plenè cōperta veritate potuit retractare, potuit pariter nō benè omnibus inspectis dum peccavit. Prob. ant. quia juxta D.Th. ut vidimus, peccavit

cavit ex in consideratione, ergo signum est non bene omnia inspexisse. Tum etiam probari poterat ex doctrina ejus hic ar.2. ad 3., sed de hac jam sufficienter dictum est, & examinata superiùs. §. Resp. ergo ex proximè dictis dist. ant. Non benè omnia inspexit, ex defectu luminis, vel ob impotentiam inspiciendi ne go, ex propria voluntate, vel malitia ejus respuentis idem lumen, vel abutentis illo, conc., undè ed prob. ex D. Thom. dicimus esse intelligendum, quòd peccaverit ex in consideratione non per defectum luminis, aut per non plenam deliberationem, sed quia plus nimiò adhærens propriæ excellentiæ divertit ab illo, nec respicere voluit, aut uti ut tenebatur, supernaturali lumine fidei, que si usus esset, vel si ed illud humiliter respexisset, aliam sibi beatitudinem juxta illius rectum dictamen novisset expetendam.

Hoc ipsum explicans etiam Mag. Ferre inquit. Quòd tantum usus est suo lumine naturali, ex cujus virtute cum aliam supernaturalem cognoscere non posset, facilè potuit sibi persuadere beatitudinem ultimò appetendam competere sibi per naturam, & sic potuit formare dictamen de eo, quòd sola propria excellentia esset sibi ultimò appetenda. Hanc autem dicimus fuisse in consideratione non excusentem, (ut sæpè contingit in nobis suspensè, & indeliberatè procedentibus, nec omnia statim penetrantibus,) sed gravissimè illum de maxima judicii sui perversitate accusantem.

Sed quia postmodum signis evidentibus compulsus est credere oppositum, hinc infert idem Mag., quòd dum D. Th. in relata solut. hic ed 3. ait adhuc manere primum illius peccatum quantum ed appetitum, licet non quantum ad hoc, quòd credat se posse obtinere, & utitur exemplo homicidæ volentis occidere, & adempta post modum sibi potestate exequendi, adhuc illam retinentis si posset, intelligendum esse S. Doct. quòd maneat quantum ad appetitū propriæ excellentiæ, ut ultimi appetibilis, quamvis non maneat quantum ad hoc, quod est credere se posse obtinere ultimam beatitudinem per naturam independenter à gratia. Unde hac in re pecceti Angeli, (subdit) intersuerunt duo judicia, eliud quod fuit immediata regula operandi, scil. excellentia (quæ sibi competeret per naturam) ultimò appetenda, & aliud, quod ad peccatum se habuit remotè, & veluti purè speculativè, nempè obtinere ultimam beatitudinem non est mihi impossibile. Primum judicium (concludit) quia plena deliberatione ab Angelo fuit habitum, modo adhuc manet in ipso, sicut & peccatum, quod illo regulatur. Secundum autem mutatum, non quia ipse mutare voluerit, sed quia compellitur signis, quæ videt, & ex effectibus, quos experitur ad judicandum aliam esse beatitudinē præter illam, quæ ei competit per naturam. Ità discurrit laudatus Mag. Crediderim tamen hoc posterius, quod asserit, alterum scil. judicium mutatum fuisse intelligendum esse in sensu veluti negativo, quasi per cessationem, ut insinuavimus ex doctrina Cajet., ne videamur admittere in Angelo post 1. instans dum peccavit, judicium positivè retractatum de objecto, ad quod licet per vires naturæ non posset pervenire, habebat tamen lumen fidei de illo; quamvis in eo quod asserit in altero non retractato plenè deliberatè processisse, videtur consequenter in posteriori mutato non ita se habuisse, scil. plenè, & deliberatè, ut superiùs etiam innuit, in quo nihil contra nos, ut patet ex dictis.

Secundò etiam principaliter arg. Peccatum quo primò peccavit non fuit peccatum irremissibile ex genere suo, ergo non fuit inflexibile, vel irretractabile Cons. tanet, & ant. prob. primò quia ut docet D. Th. in 2. dist. 43. q. 1. ar. 6. non fuit peccatum in Spiritum S. (quod dicitur tale ob pugnam, quam habet contra Divinam bonitetem, vel misaricordiam ex qua habetur remissio peccatorum.) Sed magis fuit in Filium, quia fuit ex nescientia, seu non consideratione, quæ nescientia opponitur Sapientiæ Filii. Sic enim eit. *Sciendum tamen quòd primus actus peccati primi hominis, & Angeli non fuit in Spiritum S., prout peccatū in Spiritū S. est speciale peccatū, quòd patet ex ipso objecto peccati: Uterque enim peccavit altitudinem propriam appetendo, & ideo quantam ad genus peccati fuit peccatum superbiæ: Sed quantum ad circumstantias peccati, utrumque fuit peccatum in Filium, quia uterque peccavit ex hoc quòd non consideravit ea, quæ consideranda erant adevitationem peccati, non autem fuit peccatū primum eorum ex hoc quòd propria voluntate repugnarent spei, vel alicui hujusmodi, sicut fit in peccato in Spirit. S.*

Secundò, quia ut dictum est, tunc Angelus in suo judicio procedit irrevocabiliter, & comprehensivè, quando in principiis attingit ea, quæ necessariò per se, vel evidenter connectuntur cum illis, non quæ purè liberè, vel contingenter, sed finis particularis, quem primò elegit peccando non erat sic necessariò connexus cū ratione finis in cō nuni, sed tātū liberè, & contingenter, cū potuerit non eligere illū, ut patet in bonis, qui talem peccaminosum finem non elegerunt, sed in veritate steterunt, ergo tunc non processerunt irrevocabiliter. Me. conset, quia dum quis liberè, vel contingenter procedit, potest non sic procedere, aliàs non liberè procederet, ut patet.

Ad hoc claritatis gratia dist., & explico ant. Non fuit irremissibile, si sumetur, vel consideretur abstractivè, transeat, vel conc., si concretivè prout in tali subjecto peccante, nego, quia ut vidimus ex D. Thom., demnati omnes dum finaliter peccando decedunt, firmantur, vel immobilitantur in preva voluntate, quem secum ferunt, perpetuò detestandi Divinam justitiam; tale autem fuit primum peccatum Angeli, cum fuerit primum, & ultimum, vel finale, quo statim se in termino se constituit, ut dictum est, cum in Angelis sit casus, quod in hominibus est mors. Quamvis etiem in illo ut dicebamus, sit etiam irrevocabile ex speciali modo operandi eorū, ut statim iterum. Unde sive fuerit in Spiritum S., sive in Filium, semper fuit in illis irrevocabile. Unde nego etiem cons. quia præter superius motivum in finaliter peccantibus, est eliud speciale ex parte subjecti peccentis, & modo illius peccandi, ut dicitur irrevocabile, & non quia ex genere suo præcisè sit irremissibile, vel in Spiritum S., quia Angelus dum plenè se determinat ad id, quod eligit, (ut cōtingit in peccando) judicio immobili se determinat ad illud, non potest autem retractare suam electionem nisi istud varietur. Posset etiam dici cum Div. Aug., & juxta superiorem doctrinam D. Thom., quòd sit peccatum in Spiritum S., quia est finalis impœnitentiæ, quam S. Pater sic eam appellar. Ex quibus etiam patet solutio ad 1. prob. ex D. Thom.

Ad 2. neg ant., quia cum angelus comprehensivè rem attingat, non solum cognoscit in primis principiis, quæ necessariò cum re connectuntur, sed etiam omnia accidentia rei communia, licet sic procedendo distinguat inter necessariò, & contingenter connexa.

Un-

Undè licet finis illa particularia non esset necessariò, sed contingenter connexus, & liberè etiam illum amaverit, semel tamen quòd illum determinatè, ac resolutoriè in principiis communibus fuit cognitus, ità de ejus amabilitate judicavit, ut de illa oppositũ judicare ampliùs non potuit, seù tale judicium retractare, cum circa illa prima principia sit immobile, unde semel ex eisdem motus ad illud formandum, irrevocabiliter judicavit, & consequenter etiam irrevocabiliter voluntas talem finem elegit.

Sed instas. Ex eisdem principiis ex quibus se determinavit ad formandum tale judicium poterat se determinare ad formandum oppositum, aliàs non liberè, sed necessariò formasset illud, & necessariò peccasset, ergo postquam sic se determinavit ad illud poterit se determinare ex eisdem ad oppositum de talis finis in particulari, amabilitate, ac proinde etiam retractare, quod elegit. Prob. prior conseq. quia non magis hic finis connectitur post priorem determinationem, & judicium, ac connecteretur antea, ergo si poterat antea se aliter determinare, & judicare, poterit etiam postea.

Resp. neg. conf., quia post priorem determinationem, & judicium Angelus ex sua natura immobilitatur ut ostensum est, unde licet attento præcisè merito connexionis posset aliter judicare, post illam tamen nequit illud ampliùs revocare sic exigente natura ejus, quando pleno, & consomato judicio, vel plena deliberatione procedit, & consequenter, nec voluntas suam electionem retractare; sicut similiter dicebamus etiam de homine decedente in mortali, quòd ob meritum termini viæ, vel finalis impœnitentiæ, quòd irrevocabiliter peccat, licet usq. ad illum terminum semper flexibiliter processerit, in coniunctione tamen status viæ cum termino saltem de lege ordinaria immobilitatur in sua prava voluntate, quod etiam militat de angelo ut dictum est, quamvis hic ex priori quoq. motivo naturæ suæ habeat irrevocabiliter peccare immobiliter adhærendo etiam circa contingentia. In quo aliquomodo imitatur naturam Dei, quæ talis est, quòd etiam circa contingentia post sui determinationem manet invariabilis; unde sicut angelus, utpote creatura magis Deo assimilata, sicut in ipso esse illum imitatur, quòd postquam productus est, manet saltem de lege ordinaria immutabilis, vel incorruptibilis, ut vidimus supra, ita imitatur illum in suo operari, quòd post quam se plenè determinavit, & judicavit manet immobilis, vel invariabilis.

Instas. Si angelus post sui determinationem maneret sic immobilis in operari, sicut manet in esse, natura dedisset illi principia immobilitantia in illo genere sicut dedit in isto, scil. carentiam materiæ, quę est principium corruptionis, sive puritatem formæ constituendo illum formam simplicem, sed non dedit tale principium in eodem genere, sed potiùs oppositum, scil. libertatem arbitrii, & indifferentiam judicii ad sic, vel sic judicandũ, & eligendũ, ergo ex eo quòd post productionẽ maneat invariabilis in esse non sequitur, quòd post sui determinationem maneat talis in operari.

Resp. neg. mi. nam sicut carentia materiæ, & puritas, vel simplicitas formæ est principium immobilitandi illum in esse, carentia pariter discursus, & simplicitas intuitus est principium immobilitandi in operari post plenam sui deliberationem, vel determinatione n, ut hactenus ostensum est; & patet superiori exemplo hominis circa prima principia, quòd quià sinè discursu, vel sine indigentia illius, & simplici intuitu illa cognoscit, immobilitatur circa illa. Undè quia visa principia videt angelus omnia contenta in illo sine omni discursu, sicut immobilitatus circa principium, pariter immobilitatur circa cætera contenta, & inferibilia ex illo ad semper idem judicandum de illis; præsertim cum in illo nullum sit passionum impedimentum, vel instantia, & principia sint semper eadem, & modus semper idem cognoscendi, scil. per simplicem apprehensionem; unde necesse est, quòd de eo, quod semel in virtute eorum judicavit, semper idem invariabiliter judicet. Quod etiam à fortiori iterum patet in eodem homine, qui licet longè infirmioris sit perspicaciæ, & res immaturè consideret, nihilominùs perseverantibus eisdem causis judicandi de aliqua re magni momenti postquã seriò, vel resolutoriè se determinavit, ita firmatur in sui judicio, ut vix inveniatur mutasse sententiam, nisi forte aliqua urgentissima ratione superveniente; quantò magis angelus elevatissimi luminis in cognoscendo, & penetrando ità firmabitur in suo, quòd nunquam retractet illud post visionem omnium, quæ continentur in principiis.

Ad prob. verò annexam de libero arbitrio, vel de indifferentia iudicii similiter dicimus, quò dicet in subiecto capaci discursus, (cujus proinde intellectus non illicò omnia penetrans potest successivè moveri ex diversis motivis, vel causis ad iudicandum,) liberum eius arbitrium sit semper flexibile ad iudicium oppositum, non tamen in angelo, qui simplici intuitu omnia ab initio videt. Unde sicut quoad speciam manet semper determinatus ad iudicandũ idem de principiis, ita manet semper determinatus ad iudicandũ idem de eo, quod semel in principiis inspexit, & ideo liberum arbitrium licet in illo remaneat, non tamen post eius plenum iudicium, & electionem remanet mutabile, quia iudicium, quo regulatur in sui electione post planam sui deliberationem, ut dictum est, manet immobile.

Sed adhuc instas. Quia videntur hæc solum militare circa naturalia plenè ab eisdem in principiis visa, vel comprehensa, non circa supernaturalia, circa quæ præcipuè peccavit, ergo etiam post peccatum adhuc est in statu retractandi sine præiudicio, vel contrarietate ad sui naturam. Prob. ant. Nam ut vidimus ex D. Th., processit angelus peccando ex inconsideratione, scil. aliquorum spectantium ad ordinem gratiæ, ergo immobilitas in iudicio, & electione solum arit illis conveniens circa naturalia, non circa super naturalia, vel à toto genere cognoscibilium, & eligibilium, circa quæ peccavit, ac proinde mutabilitas iudicii, & electionis post peccatum non erit contra eorum naturam.

Resp. in primis, quòd eo ipso quòd habet immobilitatem circa naturalia, tenemur fateri, quòd habet etiam circa supernaturalia, cum gratia, vel lumen supernaturale advaniens, ut dictum est, non destruat, sed perficiat naturam. Unde neg. deinde ant. Ad prob. dist. ant. ut supra, ex inconsideratione procedente ex defectu luminis, vel ex impotentia considerandi, nego; ex propria malitia, vel prava voluntate, qua noluit deliberatè considerare, quæ considerare tenebatur, ne caderat, sicut considerarunt boni, conc. Nam eorum inconsideratio non processit ex aliquo motivo excusante, sed ex perversa voluntate, qua voluit deliberatè non considerare, quæ considerandа

grandis erant, ut proprio inordinato affectui magis indulgeret, & particulari fini, quem elegerat, immobiliter adhæreret. Unde nequit iteratò velle considerare id, quod de facto consideravit, & sic ex nullo capite potest retractare id, quod semel elegit.

Sed contra hoc iterum instas. Quia angelus dum peccavit, credidit se posse obtinere beatitudinem ultimam per sua naturalia, & modo judicat oppositum, ut videtur innuere D. Tho. ut vidimus hic ad 3., dū ait non manere peccatum in eo quantum ad voluntatem, vel appetitum, quòd credat se posse obtinere &c. ergo & potuit primò velle considerare, & modo poterit considerare ea, quæ non consideravit. Cons. tenet, quia sicut fuit volitum ab ipso non considerare, ita pariter fuit volitum credere posse obtinere, ergo sicut modo credit oppositum, & circa illud variavit judicium, ità circa non considerationem potuit judicium variare.

Huic instantiæ juxta superiorem doctrinam potest primò distingui ant., judicat oppositum, quasi positivè transiens de judicio positivo ad oppositum positivum, neg., negativè ut explicatum est, conc. ant. Vel poterat etiam resp. secundò cum M. Ferre, qui existimans non satis consonam menti D. Tho. prædictam Cajet. interpretationem, dicit priorem voluntatem, qua primò credere voluit se posse obtinere non fuisse plenam, quia non fuit judicium illud absolutum, sed credidit, quia in principiis naturalibus non potuit judicare esse impossibilē talē exequutionē beatitudinis, quia principia naturalia illam demonstrare non possunt. Credidit ergo se posse obtinere, quia quantum erat ex vi principiorum naturalium non aderat notitia impossibilitatis. Unde non plenè se determinavit ad credendum, & sic potuit postea experimentò aliorum signorum, & effectuum ducentium ad oppositum judicare illud esse verum. Circa non considerationem verò eorum, quæ requirebantur ad non peccandum plenè se determinavit, quia omnibus pensatis noluit uti lumine supernaturali, quo si usus fuisset non peccasset, & ità non potest modo retractare voluntatem illam non considerandi. Ita discurrit idem Mag., & videtur satis conformiter ad præfatam solutionem ad 3.

Etenim dum ait manere primum illius peccatum quoad appetitum, licet non quoad hoc, quòd credat se posse obtinere, videtur expressè sentire, quòd primò credidit esse possibile, se ultimam beatitudinem obtinere per naturam, & non per gratiam. Hoc enim videntur exprimere verba illa, *Non manet quoad hoc, quòd credat &c.* Quod etiam videtur confirmari exēplo, quod adducit de homicida, qui cum posset, & crederet se posse exequi homicidium, voluit illud facere, & si postea adimatur illi potestas, manet in eo voluntas ejusdem homicidii, quamvis non maneat hoc, quod est credere se posse ampliùs illud committere. Quo exemplo videtur insinuari transitus in judicio angelico de positivo in positivum, ut contingit in eodem homicida, & non præcisè de negativo in positivum, scil. non reputando impossibilem tantæ beatitudinis consequutionem, sed positivè priùs judicando possibilem, licet quia non plenè, potuit postea mutare illud, sivè oppositum positivè judicare. Quod non est contra conclusionem, & communem nostram sententiam, quæ solum contendit immobilitatem judicii, & electionis in angelo post plenam deliberationem, seù post plenam utriusq; electionem.

§. ULTIMUS.

Solvuntur alia duo argumenta contra eandem conclusionem.

Tertiò etiam principaliter arg., & est replica contra superiora. Angelus facta electione etiā post judicium plenum manet liber, & non necessitatus ad malum, ergo etiam dum plenè judicat, & eligit, non judicat, & eligit irrevocabiliter; cons. tenet quia si non necessitatur potest resistere, unde non stat immobilitas, & inflexibilitas sine aliqua necessitate. Ant. verò prob. Tum quia eodem modo se habet ejus voluntas post electionem, & determinationem, ac antèa sive ex parte objecti, sive subjecti, vel potentiæ, nihil enim de illa imminutū fuit, sive ablatum, ergo manet libera, & sine necessitate peccandi. Tum quia, (& urg. hoc ipsum) circa eadem objecta postea peccat, ac antea, teneturquè converti ad Deum sicut ante electionem, ut suppono apud omnes, ergo manet eodem modo liber. Tum quià non videtur assignabile, unde talis inflexibilitas post deliberatam determinationem proveniat. Neque enim assignari potest actus antecedens vel præteritus, quia iste transiit, & non manet; neq. aliqua naturalis proprietas, quia naturalia manserunt integra, vel non læsa; neq. aliquis habitus superveniens, quia neq. iste nec quodlibet aliud superveniens tollit libertatem, si iterum velimus postea etiam peccare. Tum deniq.; nam ideò possunt à principio indifferenter, & liberè judicare, & eligere, quia habent perfectionem cognoscendi objecta cum indifferentia, sed hanc adhuc retinent post electionem, ergo eodem modo post illam se liberè habent.

Urg. hoc. Nam per nos potissimùm, vel adæquatum fundamentum prætensæ immobilitatis consistit in hoc, quòd procedit sine discursu dum intelligit, ac proinde immobilitatur tam circa principia, quā circa conclusiones, tam circa media, quàm circa finem, sed hoc ut supra jam insinuavimus, solum militat circa naturalia non supernaturalia, circa quæ peccavit, cum ista non comprehendat, ergo. 5. Urg. ulteriùs. Angeli perseverante statu viæ, vel ante conjunctionem illius cum termino poterant mutari, aliàs in eodem statu fuissent simpliciter, & plenè obstinati, sicut modò, quod tamen non est admittendum, cum hujusmodi obstinatio sit pœna, vel in pœnam damnationis; sed ante terminum viæ plura peccata commiserunt; ergo immediatè post primum etiam si fuerit cum plena deliberatione commissum nō sunt constituti immobiles, & inflexibiles.

Ad hoc, cui potissimùm confidit, & in quo facit maximam vim Suarez, solutionem potuisset accipere ex D. Tho. tum ex q. 16. relata ar. 5. ad 11., ut statim iterum constabit. Tum ex q. 24. de veritate ar. 10. est enim 14. quod urgentiùs sibi obiicit D. Tho. sic: *Si peccatum causat in liberum arbitrium obstinationem in malo, aut hoc facit subtrahendo aliquid de naturalibus, aut superaddendo, non autem subtrahendo, quia in dæmonibus data naturalia integra manent*, ut Dionys. dicit 4. cap. de divinis nominibus. *Similiter nec superaddendo, quia cum illud, quod superadditur sit accidens, oportet, quòd insit per modum recipientis, & sic cum liberum arbitrium in utrumq. sit flexibile, non reddetur per hoc immobiliter inhærens malo, ergo nullo modo liberum arbitrium potest totaliter confirmari in*

malo. En argumantum ejusdem Authoris majori vi, (ut patet consideranti) propositum à D.Th. Cui respondet. *Dicendum, quòd peccatum liberi arbitrii adveniens, non adimit aliquid essentialium, quia sic species liberi arbitrii non remaneret. Sed per peccatum aliquid additur, scil. unitio quadam liberi arbitrii cum fine perversa, quæ ei quodammoda naturalis efficitur; & per hoc necessitatem habet, sicut, & alia, quæ sunt libere arbitria necessaria* Ita D.Tho. Quæ solutio coincidit cum altera superiori ad 11. de malo, ubi sub aliis verbis ostendit ot vidimus, quomodo parmanaat in illo cadente, & in cæteris damnatis in peccato mortali decedentibus libertas arbitrii, madia scil. hac unitiona ejos cum fine parverso, nam prout sic ut ait ibi, ferunt secum perversam libaram voluntatē perpetuò datestandi divinam justitiem, ac proinda peccandi, qua retiona retinent sufficientem libertatem ut illis imputetur peccatum in posteriori statu, ad quam irravocebiliter transeunt per finalem impœnitentiam, seù per ultimum peccatum viæ inflaxibiliter coniunctivum istius cum termino.

Ex his ergo resp. dist. ent. manat liber, libertate irrevocabili, & cōtinueta irractractabilitar, conc., revocabili, & cessante post deliberatam electionem, neg. ant., & cons., quie semper conservat liberam perversam voluntetem, quam fert secum, dum finaliter cadit. Unde semper liberè vult, quod samper vult, quia libarè voluit samper velle illud: seo liberè alagit semper valle illud, non taman manet liber ad ratractandum id, quod libarè, ac conjunctivà cum termino eligit, quia hæc unitio cum fine perverso, ut ait D. Th., efficitur ai quodemmodo naturalis. & cōsequentar invarisbilis, & irretractabilis. §. Ad 1. prob. nego ant., quie ante alectionem est liber ad sic se conjungendum cum termino, sed post illam ex natura sue immobilitetur ad id, quod planè, val deliberatè elegit, quia ut dictum est, illud bonum deliberatè elactum nequit aprehandere nisi ex principiis, ex quibos se movit ad aligendum. Ex his autem semper eodem modo utpotè intuitivà, & comprehensivè intellectis naquit aliter judicare præter id, quod semel judicavit, unda mutatus est sic, quòd ante electionem circa velle, & nolle illius objecti erat liber, scil. adhuc non immobiliter, sed post illam, & ex sui natura, & ex vi prædictæ unitionis irretratabilis, (utpotà pertinentis ad finalem impœnitentiam) remanet liber libertatis continuata, & conservata irretractabiliter, ut atiam insinuat D.Thom. hic ar. 2. ad 1. Dicans. *Quòd boni, & mali Angeli habent liberum arbitrium, sed secundum modum, & conditionem sua natura*. Quod hac in re est valdè notandum, quia in eo potissimum, imò tote vis, vel efficacia doctrinæ ejos consistit.

Igitur sicut Deus ut insinuavimus, post quam libere aliquid vult, nequit illud non vella, ita & Angelus quantum adhòc sapit, vel suo modo participat, & imitatur Dei naturem; Unda sicut hæc cons. nulla est. Postquem Deus aliquid vult, adhuc in eo manet liberum arbitrium, ergo potast valle oppositum: ita non valet in Angelo, quia quentum ed hoc similis est Deo in volitis suis saltem de potentia ordinarie, nam Deus nec de absoluta ast ullo modo mutabilis; Angelus autem sicut non obstanta, quòd ex sua natura habeat necessariam connexionem cum essa, ut dictom est, potest amittera illud absolutè, & deficere, ita licet ex aadem habeat præfatam immobilitatem, non taman invariabilem etiem da potentia absolutę.

Ad 2. resp. eodem modo, unde dist. conseq., ergo menet eodem modo liber, quantom ed continuationem, & permanentiā illius, conc., & hoc sufficit, ut dictum est, ad peccendum, & debitum se convertendi: quantom ad modum uteodi illa, neg., quia ante electionem adhuc non erat sic immobiliter adhærens fini perverso, & finalitar unitus cum illo. Et quidem hanc prob., vel argumentum, (ut benè etiam ratorquet Mag. Ferre) tenentur solvere contrarii; nam licet in eorum sententia maneat Angalus liber ab intrinseco ad retractandum, ab extrinseco taman, & retione status non potast empliùs retractare, ut suppono etiam apud omnes, eliàs non essent in termino simpliciter, & pœnitare possent in eodem statu, sive damnationis, quod ast alienū. Dicant ergo quomodo non obstante hac immobilitate retractandi, sive oriatur eb intrinseco, sive eb extrinseco salvant adhuc in illis imputabilitatem peccati, & debitum se convertendi ad Deom? Plenè nisi recurrent, ut recurrimus nos, ad superiorem doctrinam D.Thom. difficillimè id salvare poterunt.

Ad 3. jam dictum est, id proveoire ex eorum netura, & ex immobili, vel irrevocabili coniunctiona com termino, qood est etiam commune cęteris damnatis; unda nihil eorum obstat, quod oppenunt scil. de prætaritione actus, de proprietate mali, seù de integritata, & permanentia naturalium; de advantu alicujus habitus, & de perfectione cognitionis, nā hæc tanū probare poterāt anta planā electionem, & superadditionem prædictæ unitionis com fine perverso, ut explicat D.Th. non post illem. Tunc enim duplex idā caput, scil. conditio propriæ natoræ, & inflexibilitas hujus cooiunctionis inferunt eandem impossibilitatem retractendi. § Et per hæc etiam patet ad 4. Nam anta electionem obiectum erat indifferans quoed speciem, & exarcitium, sed post illam irrevocabiliter terminat illam sic exigente nature, & finali ejus coniunctiona cum melo; unde sicut angelus manet determinatus quoad speciem ad sui dilectionem ob connaturalitatam, quam habet cum suo libero arbitrio, ita & obiectum post plenam sui alectionem sic congruit, & connaturalizatur cum aodem arbitrio angali, ut quoad specificationem actue maneat immobilitatus, vel necessitetus ad illius emorem.

Ad 1. confirm. patet ex dictis, quòd gratia, vel donum supernaturale adveniens naturæ perficit eam joxta modum sibi connaturalem, unde sicut naturalia, quia intelligit ea sine discursu, omnia uno actu, ita etiam supernaturalia (licet ea non comprehendat, sed obscurà, & per fidam cognoscat,) omnia pariter uno actu attingit, quæ sibi permittuntur cognoscere, unda circa hæc etiam eodam modo procedit immobilitar judicando, & aligendo. Ita perficiente fida ad utrumq.

Ad 2. nag. ma. loquendo da 2. instanti viæ, in quo peccaverunt, nam licet prout in exercitio sui immobilis judicii, & electionis nondum intelligeretur consumete via, & consequenter, nec inflexibilitas utriusq. in facto essa, quia tamen deliberatè tendabat ad terminum viæ juxta modum suæ neturæ, jam aderat eadem in fieri, unde licet prout sic nondum essent in facto essa obstinati in malo, erant tamen in fiari, quia fieri obstinationis fuit plenè se determinare ad malum conformiter ad sui neturam. Unde solum in transitu de primo ad 2. instane potuit essa flexibilites, vel mutabilitas in illis ut dictum

est

est antè plenam deliberationem. Ex quo etiam fit ad id, quod tangitur in mi. deplurali tate peccatorum. Nam cum in his omnibus deliberatè procederant, per quodlibet eorum irrevocabiliter procedebant, juxta modum suæ naturæ. Unde licet dicamus non uno tantum de facto, sed pluribus peccatis causatam fuisse eorum obstinationem, quià tamen procedebant ex eodem fine, & ratione formali, ex omnibus illis unum integratum est tanquam causa adęquata illius.

Sed contra priorem solutionem ad 2. confirmat. militant aliqua difficilia, unde instas 1. sic. Nam si fides sic perficit intellectum Angelicum, ut det illi intelligere, & judicare admodum suæ naturæ, scil. intelligere, & judicare sine discursu tam de principiis, quàm de cæteris contentis, vel inferibilibus ex illis circa supernaturalia, sequitur eorum fidē non esse ejusdem rationis cum nostra, consequens nō admittitur, ergo non ita perficit, ac proinde circa hæc objecta supernaturalia poterit mutare. Prob.ma. quia fides nostra sistit in principiis, sive tantum attingere potest ea, quæ immediatè per divinam revelationem innotescunt, nam circa alia ex ejus principiis inferibilia datur in nobis aliud lumen theologicum, sivè habitus theologiæ, ergo fides eorum erit distincta à nostra.

Instas secundò. Nam si donum supernaturale perficit ad modum naturæ, iterum sequitur, quòd cōfirmatio in bono plenè electo, & perseverantia in illo, nō sit in angelis ex gratia Dei, sed debeant reduci ad connaturalitatem eorum, sive ad modum connaturalem operandi naturæ ipsorum: aut si ex gratia sunt, præfata gratia non sit distincta à gratia data ad plenè eligendum, & perseverandum finaliter in bono, sed hoc neque etiā admittitur, quia perseverantia in bono est donum distinctum à pura gratia, quæ datur ad primò benè operandum, vel merendū, aliàs etiam gratia primi instantis dedisset hanc perseverantiam, quod est alienum.

Ad 1. neg. ma., quia licet modo sibi connaturali omnia illa attingat, & perficiatur à fide ad sic attingendum, omnia tamen attingit sub eadem ratione formali testimonii divini, & consequenter sub endē lumine specifico, sub quo attingit nostra cum hoc discrimine, quòd quia intellectus noster est discursivus, perficit illum ad modum ejus, scil. exhibendo præcisè illis principia, sine transitu formali ad conclusiones, unde ad istas debet pervenire per lumen distinctum, scil. scientificum, vel discursivum, angelus verò ob impotentiam discurrendi, ex parte objectorum non dum revelatorum sola indiget pluralitate revelationum. Unde potera: etiam distingui eadē ma. sequitur non esse ejusdem rationis, quoad identitatem specificam, vel ex parte rationis formalis, neg., ex parte pluralitatis revelationum, conc., & dist. mi. consequens non admittitur, loquendo de utraq., priori modo, conc. posteriori, neg., quia actus utrinsq. tam in nobis, quàm in angelis semper procedunt abeodem lumine sub eadem ratione formali, licet ob præfatum discrimen inter utrumq. intellectū, in angelis idem perseveret, vel se extendat ad omnia noviter revelata cum sola pluralitate specialis revelationis ex parte eorum, quod non contingit respectu nostri intellectus, qui utpotè discursivus indiget distincto specificè lumine sive illstivo ad alia investiganda, & cognoscenda, aliàs non perficeret illum secundum sui naturam, saltem de facto, sicut dicimos nos de angelis respectu oppositi eorum modi intelligendi, sive non discursivi.

Ad 2. dist., & simul explico ant.. Sed ad connaturalitatem eorum, sic Deo disponente juxta suavem sui providentiam, ac beneplacitum, ac gratuitam voluntatem, conc., quasi id exigat eorum natura sibi relicta neg. Itaq.Deus cū juxta eandē providentiā operetur id, quod est magis consentaneum naturis rerum, rationabile fuit dependenter tamen ax sui beneplacito, & gratuita sui voluntate sic disponere de his etiam, quæ spectant ad ordinem gratiæ juxta illorum naturam, & modum operandi, ut ostendit D. Th. supra q.62. at.6., non tamen quasi ex natura sua id exigant, aut exigere possint ax propriis, quæ pertinent ad eundem ordinem. Unde etiam, quando ibidē ait in fine corp. quòd in illis *secundum intensiorē conversionis in Deum datur major gratia, & gloria*, non est intelligendum de conversione ad Deum, & ejus intensione naturali, sed de supernaturali, de qua ar.2. dixerat, *Angeli indiguerunt gratia ad hoc, quod converterentur in Deum prout est objectum beatitudinis*. Hinc etiam neg. conf., quia perseuerantia in bono, & confirmatio in illo fuerunt effectus gratię efficacis datæ bonis angelis ad plenè eligendum, & denegatæ malis ponentibus obicem, vel se voluntariè avertentibus à lumine gratiæ sibi ab initio collatæ, & nolentibus perseverare in bono. Quia tamen angelus post plenam electionem boni juxta sui naturam immobiliter eidem adhæret, nec potest ampliùs convertere se ad malum, gratia illis collata ad plenam boni electionem, cum perficiat illum juxta sui connaturalitatem, ita firmata est, ut non sit relictum in potestate liberi ejus arbitrii eam amittere. Unde perseverantia eorum finalis, & confirmatio in bono non dicuntur reduci ad eorum naturam tamq. ad causam, vel exigentiam ex propriis naturæ ortam, quasi non sit speciale donum Dei, sed quia Deus ex speciali sui gratuita voluntate accommodans se modo operandi ipsorum, dam gratuitò dedit gratiam ad plenè eligendū bonum, dedit eam finaliter inamissibilem, sicut finaliter inamissibilis, seù irrevocabilis est plena eorum electio.

Ultimò arg. Dæmon de facto unum ex suis peccatis retractavit, ergo etiam post plenam electionem est mutabilis, conf. tenet, quia ad peccandum ut dictū est, semper deliberatè procedit. Prob.ant. instantia jam insinuata; quia revocavit per uxorem Pilati suasionem illā, qua Judā, & judæos instiganerat primò ad mortem Christi ergo. §. Ad hoc neg.ant. ad prob. neg. suppositum, quòd factum illud posterius apud uxorem Pilati sit retractatio prioris peccati suasionis mortis, nam cum dæmones sint in perpetuo odio Dei, & continuò operentur secundum pravam voluntatem finalem, quam secum ferunt, ut vidimus, ad statum damnationis, nullum sui peccatum retractant, nec displicet eis unquam offendisse Deū, & homines induxisse ad malum, sed solum tunc aliter sentiebat, quod antea non senserat, quia nondum antea sciens convenientiam mortis Christi in redemptionem generis humani, & in humanitatis ejus exaltationem, (cum hujusmodi mysterium, sivè id quod erat in re non esset sibi revelatum,) ex odio ad illum suadebat eius mortem, ductus ad formandum judicium de illa inferenda ut dictum est, ax levibus signis, & conjecturis, sed posteà advenientibus aliis causis, & motivis, vel oppositis coniecturis, potuit facilè aliter sentire, & tentare ad illam impediendam, non quasi deponens, vel recedens à malitia prioris odii, sed timens sui dejectionem urgentiori odio nite-

bator impadire gloriam illios, & victoriam, & consequanter imperii sni jactoram. In quo nt patet nihil cõtra conclasionem de immutabilitate ajus poſt planum judicium, & electionam.

DISPUTATIO TERTIA.

De qualitate operationis Dæmonum, & de pæna eorum.

TRia præcipuè occorront examinanda in hac disputatione. Primum de operatione ejus, an qnælibet sit adeò mala, ut nollam bonitatis rationẽ admittera valeat, quod perinde est, ac qnæreta, an aliqoam moraliter bonam efficere valeat. Secondum similiter est da dolora, an sit non solum in illo, sed tantus, ut nolli sit admixtns delectationi. Tertium varò de eorum tortura ab igne infetni, & qnomodo contingat.

QUÆSTIO PRIMA.

An possit in Dæmonibus esse aliqua actio moraliter bona.

VIdimos in sopariori qnæst. Dæmones finalitet cadentas ferre secum perversam volontatem perpetaò detestandi divinam justitiam, modò autem inqoirimus, an tanta sit ista perversitas, vel obstinatio in malo, ut nollom ampliùs actum moraliter bonom, sina nolla vitiatom circumstantia elicere possint. In qna re qoi tenent ot supra, non esse obstinatos ab intrinseco, (ot Scotns cum sois discipnlis, quam saquuntur plures ex Societata, negantes similitar intrinsecam inflexibilitatem in illis, ut explicatum est) sed ax mera tantum auxiliorum denegatione affirmant posse aliqua facilia bona afficere. §. Oppositum tamen tenant commoniter discipoli D. Th. hìc ar. 2. ad 5. & cum Cajet. §. *Ad evidentiam horum.*

§. I.

Statuitur conclusio negativa.

DÆmones ita Immobiliter adhærent malo, ut nullnm actnm alicera valeant aliqua mala circumdantia non vitiatnm, ac proinda nullom bonũ morale efficara nequaunt. Est D. Tho. io proximè, & supra relata solot. ad 5. obi ait. *Dicendum quòd actus Dæmonis est duplex. Quidam ex voluntate deliberata procedens, & is propriè potest dici actus ejus. Et talis actus dæmonis semper est malus. Quia & si aliquando bonum opus faciat, non tamen benè facit, sicut dum veritatem dicit, ut decipiat. Et dum non voluntariè credit, & confitetur, sed rerum evidentia coactus. Alius autem actus dæmonis est naturalis, qui bonus esse potest, & attestatur bonitati natura, & tamen tali bono abutuntur ad malum.* Ita D. Tho. Ubi apertè de utroq. actu, & consaquenter de omni actn docat samper esse malom, vel ob circumstantiam pravi finis, vel ex abusu, etiam si aliàs sit naturalitar bonns.

Dices ex hac authoritata solnm conclndi da facto, non de possibili, nampe quòd da facto sit omnis malus, quia ità samper ordinat ad malum finam, val abntitnr. Quòd varò non possit aliqnando cessare ab hujusmodi pravo ordine, vel abusu, non negat; nec qnidquam afferit in oppositom, ot patet ax textu. §. Sed contta hoc est. Nam axpresè ait omnes actns ejns samper esse malos, argo sentit non solnm da facto assa talas, sad etiam de possibili. Patet conf. qoia si aliqoando possent esse boni, varificari nõ posset eadẽ propositio sic oniversaliter prolata, ot patet ex ptincipiis dialecticis, siva in materia nacessaria, sina contingenti, nam particolaris inferior opposita sopetiori univarsali, & præsertim sina limitatione prolatæ destruit illam, ot ibidem explicatum est, & patet inductivè, ergo si oniversaliter da omni acto dæmonis affirmat asse malum, manifestà sentit non posse aliquem esse aliquando bonũ. Expl., & org. hoc Nam hęc propositio. Nullns actns dæmonis ast moraliter bonos, sivà omnis ast semper moraliter malus, non potest in alio principio fundari, nisi in catantia potantiæ proximæ ab benè moraliter operandom; non anim potarat fundare illam in aliquo experimento, vel notitia omnium, & singulornm illius actuom, tam prætetitorom, quàm præsentiom, & futurorũ, qois auim novit, aut potoit, vel potest natnraliter scire illos? ergo non solum sentit de facto, sed etiam da possibili; cons. tanet, quia naturalitet saltam loquando sine potentia proxima non potast quis sivè de facto siva do possibili operari.

Dices potuisse alionde scira, vel fundare, scil. in conditione, vel exigentia status damnationis, qui licet de facto id exigat, quòd nunquam bane operentur, qnia tamen ex illo non contrahtnnt inflexibilitatem intrinsecam nec illam habeant ax sua natura, sed tantnm extrinsecam ex denegatione aoxiliornm, & ideò hac persavatante juxta exigentiam ejusdem status nonquam sint de facto operatori aliquod bonũ morala, (ut fatatur etiam Scotns.) nec retractara suũ peccatũ; adhuc tamen in eadam statos exigantia, vel etiam in natnra eornm cognosci poterat prædicta possibilitas faciendi aliqood morale bonum.

Sed contra hoc est, & retorquetur solutio prout adhibetur, vel daseroit ad axplicationem mentis D. Tho. Nam in santentia ajns, at vidimus, dęmon nõ est pręcisè inflexibilis ab extrinsaco, sivè ratione statns vel axigentiæ ejus de danegationa auxiliorum, sad ab intrinseco, val ex sni natura, ergo si juxta solutionem tecurrandũ est ad principiom inflexibilitatis, non est juxta D. Th. aliud assignabile nisi carentia intrinsecę potentiæ proximæ.

Secundò instatnr, & simul urg. præcedans replica. Quamvis non admittant contrarii eandem inflexibilitatam intrinsecam; omnes tamen asserentes

cam

tum Scoto illum nunq. retractatorum soom peccatum, conveniunt in eo, quòd id reducunt ad aliquã impotentiam; alii qoidem com D.Tho. ad oon posse physicum, alii verò ad impotentiam moralem, ergo pariter hoc quòd ast dæmonam post peccatũ nonquam benè fuisse operatum, oec unq. fore benè moraliter operatorũ debebit radoci ad impotentiã moralẽ benè operandi ex omni capite, ergo dũ asserit D.Tho. omnes ejus actos esse malos, sentit esse teles ex prędicta impoteotie, ac proiode in hac fundauit suum dictum.

Sed qoidqoid sit de mante ejos hìc, clarissimè tamen id etiam docet io 2. dist. 7. q. 1. art. 2., ubi ex professo hoc ipsom inquirens, oempè *Utrum dæmones possint bonum facere*. Respondet io corp. statueodo primò suam concl. sic. *Dicendum quòd in dæmone est natura bona à Deo creata, sed voluntas mala, cujus malitia ipsi sunt causa, & ideo omnis actus naturæ eorum bonus est, sed actus voluntatis eorum est malus. Actum autem malum contingit esse dupliciter; aut quantũ ad substantiam actus, sicut malus actus voluntatis est fornicare, vel mentiri. Aut quantum ad modum agentis, sicut cum quis appetitu laudis dat eleemosinas Possunt ergo dæmones aliquem bonum actum ex genere facere, nulle tamẽ modo bona voluntate, cujus obstinationis ratis diversimodè assignatur*. His verò pluribus relatis, & impognatis propriam adducit dicens; *Et ideo oportet aliter dicere ut inveniatur eadem ratio obstinationis in hominibus damnatis, & in angelis peccantibus, quia secundum Damas., quod in angelis est casus, hoc est in hominibus mors. Dicendum est ergo, quòd sicut impossibile est à voluntate indeclinabiliter adhærente recto fini procedere opus peccati; ita è contrario impossibile est à voluntate inconvertibiliter adhærente perverso fini aliquod rectum opus provenire. Peccatum autem voluntatis contingit dupliciter circa finem: vel ex passione deducente rationem ab actuali consideratione recti finis, & talis peccator, pænitens est passione cessante: vel ex malitia, quæ secundum Philos. in 7. Ethic. est corruptiva finis. Dicitur enim ex malitia peccare, qui ex electione pravi finis peccat; eo quòd qualis est secundum habitum, talis finis videtur ei; ut qui habet habitum luxuriæ delectationem veneream sibi ponit finem. Et cum error circa finem in operabilibus sit sicut error in speculativis circa prima principia, circa quæ errantem non contingit ex aliis magis notis dirigi, oportet quòd sic peccans sit impænitens, ut dicit Philos. ibidem, ergo de peccato nullus potest pænitere nisi vel ex passione cessante, vel habitu remoto, quo malum finem eligebat. Removeri autem habitum non est possibile nisi in eo, qui est in statu viæ, & mutabilitatis. Unde quandocunq. aliquis devenit ad terminum viæ non potest deflecti ab eo fine, cui adhæsit, sive sit bonus, sive malus. Finis autem viæ hominis est mors sua; finis autem viæ angeli est terminus electionis suæ; quæ bono adhæsit, vel malo. Unde sicut homines post mortem in bono confirmantur, vel in malo, ita angeli post conversionem, vel aversionem. Datur autem homini longior via, quàm in angelo, quia erat magis à Deo distans, & oportebat, quòd in ejus cognitionem inquirendo perveniret. Angelus autem statim deiformi intellectu sine inquisitione in divina pervenire potuit*. Ita D. Th. quem placuit extansè referre, ot radicitùs ejus meos, & veritas conclusionis appareat.

Ex his ergo prob. primò concl. Sicut impossibile est à voluntate indeclinabiliter adhærente fioi recto procedere opos peccati, ità à volontate iocooovertibiliter adhæreute fioi perverso proveoire aliqood opos rectum, sed voluntas dæmonis, & cujuscuoq. alterios damoati inconvertibiliter adhæret fioi perverso, ergo impossibile est, quòd possit aliqood opos undequaq. bonũ prodire, me. patet io Beatis, & rationem insinuat D.Tho. *in* statuaodo suam cancl. de loco relato de malo, quia voluotas qua quis claudit terminum viæ semper perseverat, ergo sicut hac ratione claudens illum per voluotatem rectam, sive indeclinabiliter adhęreotẽ fini recto, semper procedit eadem voluotata recta, & consequenter oullum opus malum efficara potest ut patet in eisdem Beatis, ita claudens illum per malam, sivè inconvertibilitar adhærentem fioi perverso, semper procedet voluotate mala, ac proinde nollum opus ondaquaq. bonom efficera poterit. Mi. verò prob, quia ut egregiè discurrit S. Tho., pænitere cootingit ex duplici capita, vel qoia peccavit quis urgenta passione, vel ex ejus instantia; & hac cessanta, potest à peccato cessare doleodo, & pæniteudo de illo: vel quia peccavit ex malitia, hoc ast ex habitu, qoia secundum quòd est affactus ex illo, sive habitu, talis & finis videtur ei, qoa ratione, ut inqoit, qui habet habitom luxoriæ, dalectationem sibi pooit finem, & com error io operabilibus circa fioẽ sit sicut error *in* speculabilibus circa prima principia oportet qoòd sic peccans sit impænitans, ergo da peccato nullus potest pæoitere, oisi vel passioue cessante, val habitu remoto, quo malom finẽ eligebat. §. Ex quibos prob. sadẽ mi. dæmõ neutro ex his duobus modis revertara potest ab adhæsiooe sui ad malum, argo incoovertibiliter adhęret illi. Coos. tenet ex discurso D.Tho., & ant. prob. ex eodem; & quòd priori modo est certom, quia nõ peccavit ax passiooe. Quoad posteriorem verò; tom quia ut dictum ast, ax sua natura ità immobilitar adhærat, ut per aendem sui pravam voluntatem, val ex ajus iofluxu, qoa primò adhæsit, perpetuò operetur: Transit eoim cum eadem, illamq. retinet non purè materialiter, aut concomitaoter, sed cum formali, & incessante detastatione divinæ justitiæ; qood etiam ot insinuavimos, militat ex hac parte de quolibet alio damoato. Tum quia id exigit io omnibus Illis statos damnatioois, cum sit status immotabilitatis; unde habitus ex quo quis peccauit ab illis amplius removeri non potest, argo irrevocabiliter hoc atiam posteriori modo adhæret, ac proinde nullum opos uodequaq. bonom ab illo prodira potest.

Secundò prob. concl., & magis arg., vel magis expl. præcedens ratio. Voluotas dæmoois semal cadentis, vel peccantis, perversè, & irrevocabilitar eligit particulare objectum, siue propriam excalleotiã, circa quam peccet, tanq. ultimum finam, aliàs oon peccaret mortaliter, ergo licet aliqood ejos opus possit esse bonũ ex genera suo, semper tameo est vitiatum appetitu pravo hujus finis, ac proinde oollom potest esse oodaquaq. booum. Hæc postarior coos. teoet. Prior verò prob. quia omois voluntas sic perversè, & irrevocabiliter aligeos tale objectom ut fioem ultimum est volitio illius objecti pravi, vel fiois saltem virtualiter, vel implicitè, ergo quælibet est vitiata hac prava circunstaotia. Prob. aot. Tum qoia objectum, val fiois sic perversè, vel irrevocabilter alectom, factum ast illi velot cooaturale, sicut io simili dicimos de opere facto modo io via ax coosoetudioe, vel habitu, quòd operanti fit velut cooaturale, ot patet io assuetis jejuoare, vel ex opposito intamperanter bibere, & maoducare juxta illud Apost. qoorum Deus Venter est. Tum etiam oam quia ratio beatitudiois, vel ipsa ratio boni est volootati nostræ pro hoc

sta-

statu connaturaliter proportionata, nullum opus, sive bonum, sive malum afficere possumus, quod non sit volitio saltem virtualiter, vel implicitè, aut participativè ejusdem beatitudinis, vel rationis boni, in quo prout sic non quæremus ipsam beatitudinem, vel rationem summi boni, ergo cum dæmon irrevocabiliter elegerit propriam beatitudinem, ut ultimũ finem, omnis ejus volitio virtualiter, vel implicitè, aut participativè erit volitio ejusdem finis: sive nullus opus ejus potest præscindere ab hac mala circunstantia pravi finis.

Urg. & explic. hoc ex paritate animæ existentis in purgatorio. Nam quia status illius est talis confirmationis in bono, & in transitu ex hac via, utpotè existans in gratia, irrevocabiliter elegit immobilem perseverantiam in ista, & consequenter æternã beatitudinem, nullum opus ejus vel levissimè potest esse pravum, itaut nulla detur, vel dabilis sit volitio ejus, quæ non sit immunis ab omni malitia sive mortali, sivè veniali, aut quæ saltim virtualiter, vel implicitè, aut participativè non sit volitio ejus per immunitatem utriusq., vel totius malitiæ, ergo quia pariter status damnationis est status obstinationis in malo, & damnatus in transitu ex hac via utpotè existens in mortali, irrevocabiliter elegit perseverãtiã in isto, & consequenter pravum ultimum finem, sive propriam excellentiam in casu, nullum dabitur, vel dabile erit opus ejus, quod malum non sit, aut præscindens, vel immune ab omni malitia, itaut aliqua ejus volitio præscindere possit à circumstantia pravi ultimi finis. Cõs. videtur legitima, imò à fortiori, cum prior status adhuc non sit in termino ultimo simpliciter, sine gratiæ consumatæ per visionem beatam, ergo si nihilominùs confirmatio illius in bono, & irrevocabilis electio finis ultimi boni non est compossibilis cum opere, vel levissimè malo in nondum existente in gloria, minùs erit compossibilis obstinatio in malo post irrevocabilem electionem pravi ultimi finis in existente in termino ultimo damnationis cum aliquo ejus opere bono.

§. II.

Solvitur primum argumentum contra rationem factam.

PRimò arg. impugnando præcedentem rationem: Ex eo quòd dæmon sit habitualiter conversus in pravum ultimum finem non rectè infertur omne ejus opus debere esse malũ, ergo insubsistẽs est hæc ratio. Prob. ant. Peccans mortaliter modo in via manet habitualiter conversus ad pravum ultimum finẽ à se perversè electũ terminativè saltem, vel implicitè, sed ex hoc nõ infertur omne ejus opus debere esse malũ, aliàs dans eleemosinã in peccato mortali ex præciso motivo proximo sublevandi pauperem à miseria, peccaret, quod communiter reiicitur præsertim post decretum Alex. VIII. ergo.

Urg. hoc ex eadem authoritate hìc ar. 2. ad 5. quia D. Tho. docens ibi, quòd actus dæmonis etiam ex genere bonus, vitiatur quidam ex hoc quod non benè facit., ut dum dicit veritatem ad decipiendum, non tamen recurrit ad circunstantiam pravi ultimi finis, cum nullam de illa mentionem faciat, ergo non rectà infertur juxta D. Tho. impræscindibilis malitia in omnibus operibus eius.

Resp. neg. ant. Ad prob. dist. ex dictis claritatis gratia maj., manet habitualiter conversus per modum connaturalitatis ad pravum finem, neg., per solam permanentiam præteritæ actualis malitiæ non retractatæ, adhuc tamẽ possibiliter retractandæ, & ex genere retractabilis, conc., & deinde nego suppositum mi., quòd homo modò in via habeat habitualem conversionem, sive irretractabilem ad pravum finem per modum connaturalitatis, sicut in statu damnationis, nam ex hac solum inferimus, & non ex quacunque habituali conversione ad illum, ut expressè docet D. Thom., ubi suprà, & propterea asserit concedi eidem longiorem viam, quia cum procedat per inquisitionem, & non statim perveniat ad veritatem, sicut angelus, non illicò irrevocabiliter, vel irretractabiliter eligit pravum ultimum finem sicut iste, & ideo non immobilitatur per modum naturæ ad illum sicut Angelus, quamdiù manet in via, & consequenter non semper tenetur operari cum prava voluntate ultimi finis etiam virtualiter, quem eligit saltem terminativè, quando mortaliter peccat, ac proindè, nec omne eius opus esse malum, in quo ut in superioribus insinuavimus, decepti sunt, qui de malitia arguebant omne opus infidelium, vel existentium in peccato mortali, ut etiam convincitur eodem exemplo largientis eleemosinam pauperum ex pura intentione sublevandi illum à miseria.

Totam hanc doctrinam tradit D. Tho. q. illa 24. de verit. ar. 10. ad 14., ubi loquens de dæmone, & idem est de homine post hanc viam, vel constituto in termino simpliciter illius, sive in statu damnationis, vel obstinationis in malo, inquit ut vidimus, quòd licet per peccatum adveniens non adimatur à libero arbitrio aliquid essentialium, quià sic species liberi arbitrii non remaneret, additur tamen unitio quædam illius cum fine perverso, quæ ei quodammodò naturalis efficitur, & ex hoc necessitatem habet, sicut & alia, quæ sunt libero arbitrio naturalia. *In quibus verbis*, ut dicebamus, docet finem *illum*, ad quem dæmon primò conversus est per suum peccatum, fieri illi, ut quoddam naturale, & inducere in illo necessitatem similem ei, quam habet liberum arbitrium in ordine ad alia sibi naturalia. Unde sicut in ordine ad ipsam rationem boni ut dictum est, liberum arbitrium sic connaturaliter se habet, vel ità connaturalizatur, quòd quotiescunq. operatur, semper velit saltem virtualiter, vel intendat ipsam rationem boni, (ad hoc enim datum est creaturæ rationali à Deo,) & non ad rationem mali, sic & dæmonis arbitrium quotiescunque operatur habet quandam necessitatem ad volendum semper saltem virtualiter ipsum finem ultimum, ad quem immobiliter conversus est. Hoc autem non militat de homine modo peccante mortaliter in via, quià ad finem ultimum, ad quem convertitur, licet post actuale peccatum, quod cessat, maneat habitualiter conversus, donec illud retractet, non tamen naturaliter, & per quandam veluti necessitatem permanendi in illo, (nisi velimus errorem Novatianorum revocare;) & ideò non est necessè, quòd quotiescunq. operatur, malum finem, ad quam habitualiter conversus est, velit sive formaliter, sive participativè, vel virtualiter. Nam modò in via, ut cõmuniter dicunt Metaphysici, utimur habitibus cũ volumus, & quando volumus, quia tam potentia, quàm habitus subduntur quoad usum nostræ libertati. Ex quo iterum clariùs patet, contra insinuatos errores cur possit aliquod opus existentis in mortali, sive fidelis, sive infidelis esse moraliter bo-

bonum, quià cum non necessariò includat prædictam volitionem virtualem pravi finis, si aliundè non impediatur superveniente aliqua alia mala circumstantia ex parte operantis tendit implicitè, vel ex parte finis proximi honesti, (à quo specificatur) utpotè secundi, ac proindè essentialiter subordinati primo, vel ultimo ad hunc ultimum finem, & consequenter spoliari non debet bonitate morali, quæ ei debetur ex proximo sui fine honesto.

Ex quibus ulteriùs inferimus, (& obiter quidem utpotè spectās ad materiā alterius instituti, vel tractatus, sed præsenti difficultati valdè affinem, & superiori doctrinæ, & aliis plausibilibus in materia de pœnitentia plurimùm deserviens,) quod tradit idem S.D. 2.2. q.19. art.4. contra plures recentiores, quos vocant contritionistas, qui nempè volunt esse necessariem contritionem ad Sacramentum pœnitentiæ, & non sufficere attritionem ex motivo, vel solo metu gehennæ conceptam, sed omninò requiri dolorem de peccatis ex altiori motivo charitatis, sivè amoris charitativi, scil. Dei super omnia dilecti; procedentem, quia putant in priori attritione orta ex prædicto metu semper virtualiter includi affectum ad peccatum, contrà quod docet ibi D. Tho. conformiter ad traditam doctrinam de peccatore faciente modò in via aliquod opus bonum; posse actum procedentem ex timore servili, (ut est prædictus dolor procedens ex metu gehennæ) spoliari omni affectu pravo, quià nempè inquit. *Servilitas non pertinet ad speciem timoris servilis, sicut nec informitas ad speciem fidei informis. Species enim moralis habitus, vel actus ex objecto accipitur. Objectum autem timoris servilis est pœna, cui accidit, quòd bonum, cui contrariatur pœna, ametur tanquam finis ultimus, & per consequens pœna timeatur tanq. principale malum*: Ita D. Tho. ex quo valuti radicitùs evellitur, & impugnatur præfata eorum cogitatio, quia cum servilitas non pertineat ad speciem timoris, & bonum privatum, cui opponitur pœna, quæ est objectum illius, accidat, quòd ametur tanquam finis, & consequenter timeatur pœna tanquam principale malum, verè potest pœnitens efficaciter ità dolere de peccato ex eodem metu, quòd non doleat de illo ob amorem proprii boni ut finis ultimi, nec ob timorem pœnæ ut principalis mali, sed finat saltem negativè, actum doloris sui tendere in Deum ultimum finem, & consequenter verè dolor iste bonus sit sina tali intrinseco affectu virtuali ad peccatum, sed penitùs eodem spoliatus, ac proinde verè sufficiens sit ad infusionem gratiæ, vel justificationem medio eodem Sacramento, ut frequentiùs, & communiùs sustinent Theologi, sicut similiter tenent communiter de prædicto actu eleemosinæ infidelis, vel existentis in mortali.

Ad confirmat. sumptam ex D. Tho. hic ad 5. dico illam procedere ex autoritate purè negativè, quæ nullius est momenti apud logicos, unde licet D. Tho. mentionem non faciat hujus circunstantiæ pravi finis, non tamen eam excludit, & intantum ad illam non recurrit, quia loquitur de actibus, qui jam erant mali ex aliis capitibus, & ideò non erat necessarium ad illam recurrere ad inferendam illorum malitiam: Cæterum quòd illam agnoscat, & positivè statuat tanquam universaliter involutam in omni actu dæmonis, illosq. vitiantem patet ex aliis locis relatis, & specialiter ex q. 16. de malo art. 5., ubi latissimè explicans, & resolvens præsentem difficultatem post traditas superiores omnes doctrinas tandem concludit corp. art. sic. *Et ideo quamvis diversa eligant per liberum arbitrium, in omnibus tamen peccant, quia in omni eorum electione permanet vis primæ electionis* Constat autem in prima illa electione fuisse voluntatem pravi finis, & ideo semper in omni est virtualiter saltem, & participativè volitio, vel circumstantia hujus pravi finis.

Sed instas contra hanc doctrinam, & superiorem, cui præcipuè innititur, ac proindè etiam contra solutionem principalis instantiæ, eidem innixam, nempè quòd liberum arbitrium dæmonis connaturalizetur cum prava electione finis, sicut connaturalizatur liberum arbitrium hominis cum ipsa ratione beatitudinis, vel cū ipsa ratione boni, & consequenter semper virtualiter saltem retineat priorem voluntatem pravi finis, vel maneat necessitatus, vel immobilitatus ad illam in omni sui actu: Instatur primò sic. Quia ut supra insinuavimus, bona naturalia in Angelis post talem pravam electionem non fuerunt corrupta, sed integra manserunt in sui connaturalitate, ut etiam dicit D. Dionys. 4. cap. de Divinis Nom., ergo non potuit sic connaturalizari cum tali prava electione, sicut connaturalizatur arbitrium hominis cum beatitudine, & relatione boni t Cons. tauet, quia aliàs, ut patet, non maneret integritas suorum bonorum naturalium, si per eandem electionem contraheret connaturaliazationem illis oppositam, tamquam illorum destructivam, utpotè immobilitatam ad malum eisdem oppositum.

Secundò. Ex eo arbitrium hominis connaturalizatur cum ipsa ratione beatitudinis, vel boni, quia, ut etiam innuimus, ad hunc finem, vel ad rationem boni Autor naturæ, sive Deus condidit hominem, non ad malum, & ideo nihil vult sub ratione mali, sed boni, ergo cum similiter condiderit Angelum ad eundem finem, non poterit eius arbitrium sic connaturaliazari in ordine ad pravum finem, sive com electione illius, itaut omnis eius posterior volitio sit virtualiter volitio ejusdem finis, sicut connaturalizatur arbitrium hominis com beatitudine, val ratione boni, & omnis ejusdem posterior volitio est virtualiter volitio boni.

Tertiò, & urg. utraq. præcedens replica. Nam hoc versatur discrimen ut dictum est, inter peccatum hominis modò in via, & illud dæmonis, quòd homo mobiliter adhæret suo peccato habituali, dæmon verò immobiliter, qoia non potest illud retractare, sed ex hoc non sequitur quòd connaturalizetur cum illo, itaut finis illius evadat terminus inclinationis naturalis universalis voluntatis ejus, sicut est beatitudo, vel ratio boni respectu voluntatis nostræ, ergo. Prob. mi. 1 Quia benè stat, quòd voluntas immobiliter habitualiter adhæreat alicoi fini sine eo quòd connaturalizetur cum illo, aut evadat iste terminus inclinationis naturalis universalis illius, cum immobilitas hæc habitualis non variet naturam voluntatis ergo. Secundò si electio pravi finis transisset in naturam Angeli, in potestate ejus libera fuisset, aliquid addere ad sui naturam, quod esset sibi naturale, sed hoc videtur impossibile, ergo. Mi constat, quia sicut de suis naturalibus nihil potest sibi subtrahere, cum non sit Autor suæ naturæ, sed solus Deus, ità nec superaddere in illis ma. etiam. Nam electio pravi ultimi finis fuit in plena potestate Angeli peccantis, ergo si semel eadem versa est in naturam, in potestate ejus fuit aliqnid naturale addere propriæ naturæ.

Tertiò prob. eadem mi. Non potest alicui convenire

nire aliquid naturaliter, quod dependet à libera ejus voluntate, sed prædicta electio, vel affectio ad pravum finem convenit dæmoni dependenter à propria voluntate, aliàs non peccasset, argo. Ma. constat. Quia quod alicui convenit à libera sui voluntate, semper liberè convenit libertate saltem, qua primò liberè voluit illud, cum sic liberè voluisse sit de naturalibus, seù juxta sui naturam convenientibus, quę ut dictum est, non fuerunt subtracta, vel corrupta in angelis post peccatum. §. 4. Si Deus dedisset dæmoni, (ut potuit, & nos non negamus) auxilia sufficientia, & efficacia ad retractandum suum peccatũ, verè retractaret illud, & deponeret affectionem ad pravum finem, ergo hæc affectio non est conversa in naturam, prob. cons. quia ut dictũ est angelus nequit adimere à se naturalia, ergo si collatis eisdem auxiliis potest reiicare talem affectionem, non est hæc effecta ei connaturalis. §. Quinto deniq., & iterum urgentur superiores. Angelus ad pravum finem movit se voluntariè, si velimus peccasse, ergo perseverantia in illo, vel affectio illius est ei voluntaria, & non cõversa in naturam, prob. cons. quia ubi motus ad aliquem terminum est voluntarius, pariter voluntaria est quies in illo, ut patet in gravi, & levi, descendente, vel ascendente ad suum centrum erg. Prob. ant. ubi motus est naturalis, est etiam naturalis quies in illo ergo ubi est voluntarius, pariter voluntaria erit quies in illo.

Ad 1. instantiam præter superiorem solutionem traditam ex D. Tho. q. 24. relata de verit. ar. 10. ad 14. quòd nempe integra manserunt naturalia, quantum ad essentialia, vel specifica, fuit tamen superaddita unitio ad pravum finem veluti connaturalis effecta ut explicatum est; iterum ex eodem resp. ubi proximè q. 16. de malo ar. 5. ad 1. dist. & explico ant. manserunt integra, idest non corrupta, quantũ ad naturæ ordinem, conc., quantum ad capacitatem gratiæ, vel gloriæ, neg., quia licet *bona naturalia* (ut inquit) *in angelis, sint integra quantum pertinet ad naturæ ordinem, sunt tamen corrupta, vel depravata, seù diminuta per comparationem ad capacitatem gratiæ, vel gloriæ*; Quià ità perversà per immobilem adhæsionem unitus est eidem fini, ut quodammodo hæc unitio facta sit ei naturalis, ut ait priori loco; non quasi effecta sit de numero prædicatorum naturalium intra propriam lineam specificam, quia ut ait ibidem species liberi arbitrii ejus non remaneret (sunt enim naturæ, vel essentiæ rerum sicut numeri, quibus si fiat additio alicujus unitatis, vel subtractio statim solvitur eorum species;) sed quia propter pronitatem, & propensionem irrevocabiliter eidem adhærendi, & perseverandi in illo post plenam electionem illius, facta est talis unitio veluti naturalis respectu ejusdem finis, & affectionis ad ipsum, & propterea, inquit, est corrupta, vel depravata, seù diminuta per comparationem ad capacitatem gratiæ, vel gloriæ, (unde ante verba relata in fine corp. inquit. *Unde non pertinet ad rationem divinæ sapientiæ, ut ulteriùs dæmonibus gratia infundatur, per quam revocentur à mala primæ aversionis, in qua immobiliter perseverant*.

Ad 2. dist., & explico; quia ad hunc finem condidit hominem, salva flexibilitate ejus in ordine ad alios fines in particulari juxta exigentiam, & conditionem suæ naturæ post plenam etiam eorum electionẽ conc., cum mobilitate adhæsionis ad aliquem semel plenè electum, neg., ant., & conseq., vel suppositum illius, quòd cum tali mobilitate condiderit angelum post electionem (deliberatam, & plenam) alicujus in particulari, ut ostensum est. Unde poterat paritas retorqueri, quòd sicut natura hominis quia respectu beatitudinis, vel rationis boni est immobilitata, omnis ejus voluntas est virtualis volitio ejusdem boni, & connaturalizatur cum illo, ità natura angeli, quia immobilitata est respectu cujuslibet finis in particulari post plenam illius electionem, omnis ejus voluntas est virtualis volitio ejusdem finis semel plenè electi, & connaturalizata cum illo.

Ad 3. quę est replica contra hanc solut. neg. mi. ad 1. illius prob. dist. claritatis gratia ant., benè stat si subjectum sit ex natura sua flexibile post plenam finis electionem, ut est homo, modò in via, conc., si sit inflexibile post illã, respectu cujuslibet finis in particulari, ut est angelus, neg., ad prob. annexam jam dictum est, non variari naturam per adhæsionem immobilem ad illum, quoad prædicata essentialia, superaddi tamen unitionem immobilem per modum naturæ, ut explicatum est; & corrumpi, vel depravari, seù diminui, ut ait D. Tho., per comparationẽ ad capacitatem gratiæ, vel gloriæ. §. Ad 2. dist. ma. aliquid addere, quoad essentialia, neg., ut aliquid irrevocabile, scil. unitio per modum naturæ, conc; & tunc neg. mi., vel iterum dist. ma., aliquid addere per modum efficientis in se ipso prædicatum sibi naturale intra propriam speciem, neg., per modum determinantis materiam, cui juxta sui naturam irrevocabiliter vult uniri, & ab illa nunq. postea recedere, conc. & tunc nego iterum mi., quæ solum potest convincere de priori additione, nõ de hac posteriori. §. Ad 3. similiter dist. ma., loquendo de predicato naturali pertinente ad lineam essentialem, vel specificam, conc. superaddito per modum irremovibilis unitionis, ac proinde effecti quodammodo, ut naturalis neg., per quod etiam patet ad illius prob., nam licet primò liberè elegerit, post tamen plenam electionem ità figitur in fine electo, ut semper velit illud saltem virtualiter, quod est adhærere illi per modum naturæ. Ad 4. resp. eodem modo tantum convincere de prædicato naturali contento intra propriam speciem, non de naturali superaddito per propriam voluntatẽ, ut est prædicta irremovibilis unitio, nam licet dicatur connaturalizari, non ita tamen ut de potentia absoluta removeri non possit, si Deus daret illi, ut potest absolutè, nõ attẽdendo ad connaturalem ejus modum procedendi, auxilia sufficientia, & efficacia ad retractandum suum peccatum, sed pro præsenti statu, vel providentia, non pertinet ut vidimus ex D. Tho., ad rationem suæ sapientiæ, ut ulteriùs eadem infundantur, qua revocentur à malo primæ aversionis, in qua voluerunt immobiliter perseverare, secũ ferendo hanc immobilem perversam voluntatem.

Ad ultimam, vel quintam prob. dist. ant., movet se voluntariè, voluntate perseverandi in tali fine, conc., recedendi ab illo, neg., vel suppositum ejus, quòd de lege ordinaria juxta modum sibi connaturalem operandi recedere possit ab illo. Ad illius prob. dist. ant. prout attinet ad subjectam materiam; est etiam voluntaria quies, voluntarietate, qua primò se movit, conc., distincta, & eidem opposita, neg., quia primò eligens finem ità voluntariè angelus elegit illum, ut dictum est, quòd semper voluerit eandem voluntatem retinere, & ideo quies in illo facta est illi veluti naturalis. Per quod patet ad illius prob., ad quã neg. suppositum consequentis, quòd naturalitas ejusdem quietis sit opposita ejus voluntarietati, aut quòd

hac

hæc voluntarietas, quam retinet, in perſverando in eodē ſine,ſit in poteſtata recedendi ab illo, ſive in voluntate, qua velit ab illo recedere. Unde licet eadem quies non dicatur naturalis ex vi terminorum; eſt tamen naturalis ex ſuppoſitione, ſiue ſuppoſita libera alectione finis, in quo voluit perpetuò quieſcere ſemel pleuè eligendo illum, ut tradit etiam D.Th. ar. illo 5. relato q.16. de malo ad 8. quod procedit ex hac eadem paritate. Cui reſpondens inquit. *Dicendū quòd ſicut motus averſionis à Deo fuit in diabolo voluntarius, ita etiam & quies in eo, quod voluit, eſt voluntaria. Nam voluntariè perſeverat in malo. Sed tamen voluntas in hoc immutabiliter manet ratione jam dicta; ſcil. in corp.* Ita D Tho Quibus ferè omnia comprehendit, quæ in præcedentibus ſolutionibus dicta ſunt.

§. III.

Solvuntur alia argumenta contra conclusionem.

SEcundò arg. & eſt replica contra ſuperiora. Nā voluntas finis, quē peccando elegit dæmon non inficit neceſſariò omnes illius actionas poſteriores, ergo aliqua ex his poterit eſſe bona, conſ. tenet, quia per nos in rantum omnes ſequentes ſunt malæ, quia ſecum ferunt damnati pravam illam voluntatam, qua finalitar peccarunt, itaut pravitas ejus virtualiter maneat, & inficiat, ut dictum eſt, cætaras poſteriores. Ant. verò prob. Tum quia voluntas prava, qua homo peccat mortalitar non inficit alias omnes ſequentes, nec eſt neceſſarium, quòd virtualitar maneat in illis, unde poteſt poſtea aliquod bonum morale efficere, ſed quantum ad hoc non videtur eſſe diſcrimen inter hominem peccatoram in via, & ipſum, val angelum peccantem in termino, ergo. Tum quia ut voluntas aliqua finis inficiat ſequentes voluntates opus eſt in eas ſaltem remotè aliquid operari, ſed prima dæmonis prava voluntas nihil operatur in ſequentes, cum ab illa non deriventur connexione quadam continuata, ergo nec pravitas ejus derinatur in omnes alias inficiendo illas.

Ad hoc neg. ant. Ad 1. prob. patet ex dictis diſcrimen inter hominem peccantem modò in via, & ſeipſum, val angelum in termino, quòd ut innuit ubi proximè D.Tho., dum finalitar peccant, volunt irrevocabiliter parſavare in peccato, unde non poteſt hæc voluntas virtualiter non manere, & conſequenter inficare omnem poſterioram: Nam dum ſic finaliter peccant, cum habeant voluntatem obſtinatam in malo, & voluntariam perſeverantiam irrevocabilem ab illo, habent proinde voluntatem determinatam ad malum morale quantum ad ſpecificationem, & ſic non poſſunt bonum aliquod honeſtum valle malo morali oppoſitum. Cæterom peccator modò in via cum non adhæreat inflexibiliter fini pravo electo nec ſit obſtinatus ſimpliciter in illo, ſed tantum ſecundum quid, non habet talem voluntatem determinatam, ſicut in termino, ſed indiffarentē ad bonū, & malum morale. Et per hęc etiam patet ad 2., quia cum ſecum ferant perverſam eandem voluntatem, qua irrectratabiliter elagerunt pravum finem tanquā ultimum, non poteſt non influere, & continuari ſaltem virtualitar cum omnibus aliis ſequentibus.

Tertiò arg. Quia efficera aliquod opus morale bonum non excedit vires liberi eorum arbitrii, nec eſt aliquid incompoſſibile cum perſeverantia eorum etiā irrectractanda in peccato, ergo eſt illis poſſibile; conſeq. tenet ax dictis, quia ex hoc duplici capite poſſunt impediri. Ant. verò quoad 1. p. eſt certum, quia ut dictum eſt ex D.Tho. hic ar.1., & D.Dionyſ., naturalia manſerunt integra in illis. Tum quià modò homo etiam in peccato poteſt aliquod efficere, ut ſuppono contra damnatas propoſitiones. Et hinc etiam prob. quoad 2. Nam plures in hoc mundo, ſive fideles peccatores, ſivè infideles nunquam reverſuri ad gratiam, val converſuri ad fidem aliquod eorum efficiunt, ut velim ſupponere, ergo non aſt incompatibile cum perſaverantia etiam irrectractanda in peccato. §. Vrg. hoc ipſum, nam etiam de perſevarantibus in ſtatu illo dicitur cap.5., quòd pœnitentiam agant, & errorem anteactæ vitæ recognoſcant; ut vidare eſt à ver.2. ad ſeqq., obi in 4. reprehendunt ſe ipſos. *Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore*, (& in 5.) *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei & inter Sanctos ſors illorum*, (& in 6.) *Ergo erravimus à via veritatis, & juſtitia*: Quod videtur etiam expreſſiùs inſinuari Luc.16. ver. 17., ubi dives ille epulo ſepultus in Inferno exarcuiſſa videtur actum pietatis apud Abraham erga ſuos fratres dicens. *Rego ergo te Pater, ut mittas eum in Domo patris mei, habet enim quinque fratres, ut teſtetur illis, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum*. Eadem autam aſt ratio de dœmonibus, ut vidimus, argo.

Ad hoc neg. ant. quoad utramq. part. reduplicato eodem ſtatu. Nam licet opus bonum moraliter non excedat facultatem voluntatis abſolutè ſumptæ, ejuſdem tamen jam obſtinatæ, & ſub prava affectione irrectractabili mali finis conſideratæ non ſolum ſuparat, ſed etiam repugnat illi tale bonum velle, adeò ut quies in illo, ut ait, D. Tho., aſt ei naturalis, unde repugnanter ſe habet in illo ſtatu ad omne opus bonum moraliter. Per quod patet ad prob. quoad 1.p., nam licet bona naturalia manſerint integra quantum ad ordinem naturæ, fuerunt tamen maximè læſa quantum ad ea, quæ pertinent ad ordinem moralem, cum totus ordo moralis potiſſimùm dependeat ex intentione finis, & finis intentio in damnatis ità vehementer depravata ſit, ut non ſint ampliùs capaces, ut dicit S. Doctor, ſecundum rationem Divinæ Sapientiæ, gratiæ, & gloriæ. §. Ex his atiam ſit ſatis ad aandem prob. quoad 2.p., nam alia eſt parſeverantia in peccato hominis in via, & damnati in inferno. Hæc enim non ſolum eſt irrectractanda, ſed etiam irrectractabilis, ut explicatum eſt, unde nequit admittere conſortium alicujus operis moraliter boni, ſicut in via, in qua ſemper adeſt flexibilitas ad bonum, nac eſt voluntas cum tali determinatione ad malùm, ſicut eſt in termino ſimpliciter.

Ad confirmat. reſp. pœnitentiam illam damnatorum, & diviris epulonis non procedere expietate, cum ut vidimus, damnati omnes in tranſitu ad illum ſtatum retineant finalem ſuam voluntatem perpetuò deteſtandi Divinam juſtitiam, & perſeverandi irrectractabiliter in peccaro, ſed ex ſuperbia, & invidia aliorum axaltationis, ut innuitur illis verbis; *Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei &c.*, & iuxta illud Pſal. *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper*. Quod ut vidimus, ad damnatos refertur. Nam contra propriam excellentiam eſſe judicabant, & ægrè ſarebant, quòd ipſis, vel fratribus damnatis, & in profundum inferni dajectis, alii exaltarentur in gloria, & de hoc erat eorum dolor: vel certè de pœna, quam patiebantur, aut quæ augeretur ex fratrum

damnatione, qui dolor ut advertit D.Tho. art.3. seq. ad 3., attestatur bonitati naturæ, cui malum pœnæ opponitur; sicut eidem attestatur etiam dolor de malo culpæ propter pœnam, licet dolor ejusdem culpæ propter se attestetur voluntatis bonitati, cui malum culpæ opponitur, ut dicit ibidem. §. Ex quo confirmatur, vel magis declaratur superior illa doctrina, quam ex eodem tradidimus in favorem attritionis, vel doloris concepti ex metu gehennæ, quomodo possit optimè esse bonus, & præscindibilis ab omni affectu ad peccatum, & consequenter sufficiens dispositio ad Sacramentum pœnitentiæ, & mediante illo ad impetrandam gratiam, si nempè sit dolor culpæ propter se, (ut verè esse potest, ut ostensum est ex D. Tho.,) & non propter pœnam, ut principaliter inspectam, ut est in damnatis. Sed hoc obiter iterum dictum sit ob affinitatem præcedentis, & præsentis difficultatis cum eadem de dolore attritionis impræsentiarum tam solemniter, & operosè agitatæ.

Sed contra hæc omnia, & prælertim contra solutionem ad arg. principale instas. In dœmonibus non est synderesis extincta, aliàs vermen conscientiæ non haberent, sed actus synderesis est remurmurare malo, ergo adhuc est in illis aliquis actus bonus, sivè ex intentione finis boni. Conf. tenet, quia hujusmodi remurmurare est quid bonum, & ex intentione boni finis, vel nequit oriri ex intentione finis mali, cum sit per modum cujusdam detestationis peccati. §. Huic instantiæ respondent aliqui negando synderesim in dœmonibus per modum remurmurationis culpæ, sed tantum pœnæ, & in hoc magis peccare, utpotè Divinæ justitiæ ordinationi renitentes.

Sed hanc solut. rejicit D. Tho. in 2. dist. 7. q. 1. ar.2. ad 7. *Quia (inquit) impossibile est, quid aliquid non tentatur suo contrario. In synderesi autem sunt universalia principia juris naturalis, unde oportet, quòd remurmuret omni ei, quod est contra jus naturale.* Constat autem culpam esse contra idem jus, & proindè esse in illis admittendam remurmurationem malo culpæ, & non solum pœnæ.

Aliter ergo ex eodem ibidem dist. ma. Est remurmuratio per actum naturæ, vel purè naturalem, conc., moralem, neg., & concessa mi. dist. conseq., remanet aliquis actus bonus, vel ex intentione finis boni, qui sit actus naturæ, vel intentio authoris illius, conc., qui sit bonus moraliter, vel intentio prout sic boni finis respectu dœmonis, nego. Nam sicut idem murmur in illis est actus naturæ, ita intentio boni finis, quæ dicitur reperiri in illo, tribuitur authori naturæ. Unde non censetur tale murmur actus liber voluntatis dœmonis, sed potiùs quidam dissensus naturalis naturæ intellectualis, cui sunt connaturalia principia universalia juris naturalis. Contingit ergo tale murmur in illis non ex eo quòd ipsi intendant aliquod bonum, sed ex bono fine, quem intendebat author naturæ eorum, dum ipsorum synderesim inclinavit ad bonum juris naturalis. Cæterum huic remurmurationi, ut patet ex dictis, & docet ibi D.Tho., semper repugnat perversa eorum voluntas. *Secundum quam (subdit) claudunt suas virtutes inspectivas ab omni consideratione boni, ut dicit D.Dionys. in 4.cap. de Divinis nominib.*

Sed instas. Nam etiam respectu dœmonis admittenda est connaturalis intentio boni finis, ergo. Prob. ant. Quia inclinatio ad beatitudinem ex terminis beatitudinis est illi connaturalis, ut nos etiam supra innuimus, qua ratione omnis nostra volitio est virtualiter volitio illius, ut dictum est, ergo etiam respectu illius prout sic debet esse connaturalis intentio, & consequenter finis boni, ac proinde poterat in dœmone remanere aliqua bona intentio finis, & sic illa poterit aliquod opus bonum morale efficere.

Resp. neg. ant. ad prob. dist. ant., est illi connaturalis in statu viæ, conc., extra illam, vel in illo termini, neg., nam postquam perversè elegit aliom particularem finem, ut ultimum, depravata est eius natura, ut dictum est, & consequenter eius inclinatio ad beatitudinem ut sic, vel ex terminis, & per perversam, oppositam declinavit ad aliam particularem, quam ut finem ultimum sibi elegit, & in qua voluit immobiliter quiescere, unde ex nulla ampliùs intentione boni finis potest operari, sed necessè est ut in omni sui actu virtualiter intendat hunc pravum ultimum finem, & sic semper in omni peccet.

Quartò arg., & est replica. Si dœmones in omni actu peccarent, in omni cresceret eorum malitia, & consequenter etiam pœna, & usq. in infinitum, sed hoc videtur inconveniens, & contra D. Tho., ut statim constabit, ergo nō est necessè, quòd in omni peccent, sed poterunt aliquem bonum elicere: ma. constat, quia omni actu peccati aliquis in malitia crescit, & in merito majoris pœnæ. §. Ad hoc quidam dicunt quòd eorum pœna, & culpa crescere potest usq. ad diem judicii. §. Sed id rejicit D. Tho. *Quia (inquit) cum non sint in statu viæ, sicut nec in bonum, ita nec in pœnis mutari possunt.*

Alter ergo respondet, *Dicendum, quòd eorum culpa, vel superbia dicitur crescere, non quantum ad intensionem malitiæ, sed quantum ad multiplicitatem actus. Pœna etiam essentialis non crescit, sed accidentalis, quæ est ex multitudine damnatorum, sicut est etiam de præmio bonorum Angelorum.* Ex quibus in forma neg. ma. Ad prob. dist. ant. crescit in malitia, modo in statu viæ, conc., extra illam, & in illo termini ut sunt dœmones, & cæteri damnati, subdisting., quantum ad intentionem malitiæ, neg., per multiplicationem actus, & quoad pœnam accidentalem per consortium plurium damnatorum, conc., sicut enim boni in cœlo, quia sunt extra viam, & in termino non sunt ampliùs in statu merendi, sicut in priori, non crescunt quoad præmium essentiale, vel quoad intensionem gloriæ, sed tantū quoad accidentale, vel quoad multiplicationem electorum, ità similiter dœmones, & cæteri damnati crescunt non quoad pœnam, vel supplicium essentiale, vel intensionem malitiæ, sed quoad accidentale, vel multiplicationem damnatorum.

Quintò arg. Dœmones plura bona diligunt, & appetunt: dilectione, & appetitu moraliter bono, ergo in eis potest esse aliquis actus bonus, vel non sunt omnes moraliter mali. Prob. ant., quia ut dicit Dionys. ubi supra, appetunt esse, vivere, & intelligere. Similiter diligunt naturaliter Deum autorem naturæ, & se ipsos, cum naturalia, sicut est talis dilectio, manserint integra, vel nō diminuta, sed hæc dilectio est actus bonus, nisi velimus damnare amorem Dei autorem naturæ, ergo. §. Urg. hoc ex superiori illa doctrina D.Th. q.16. de malo ar.5. ad 1., nempe quòd naturalia in Angelo manserunt integra quantū ad ordinem naturæ, & solum depravata quantum ad capacitatem gratiæ, vel gloriæ; ergo quoad priorem ordinem, vel intra illum mansit facultas aliquod bonum operandi, sicut ante peccatum, aliàs fuissent etiam depravata quoad eundem ordinem, quod negat D.Th.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. quoad priorem part. dist.

dist. appetunt benè, neg. vitiosè per appetitum saltem virtualem pravi finis, conc., ut enim ad 5., & in 2. ibidem ait ad 4. *Quamvis hujusmodi actus in se boni sint, non tamen benè fiunt, quia concl. & non ex electione bonum quodcunq. operantur.* Tum quia semper eliciunt illos, ut dictum est, cum intentione virtuali pravi ultimi finis, quem finaliter elegerunt perversa voluntate in illo immobiliter permanendi; unde omnis eius actus semper est vitiatus hac circumstantia pravi finis, etiam dum appetunt esse, vivere, & intelligere, quia appetunt hæc bona sub eadem circunstantia, & consequenter sub deformitate peccati. Et per hæc patet ad confirmationem argumenti, ubi non negat fuisse vitiata, ut ingrediuntur lineam moralem hac eadem circonstantia pravi finis.

Quoad 2. verò part. Salmant. hic tract.7. disp 13. dub. 2. §. 4. distinguunt de dilectione naturali Dei autoris naturæ in dæmonibus, nempè ut antecedit omnem libertatem voluntatis, & tunc dicunt esse bonam bonitate tamen naturali, non morali. Deinde, ut ex voluntate eorum ingreditur ordinem moralem, & refertur in finem, & tunc refertur in finem pravum, efficiturque mala moraliter, eaq. abutuntur.

Sed contra hanc solut. instat M. Ferre. Quià licet Angelus necessariò diligat Deum autorem naturæ necessitate quoad speciem actus, non tamen quoad exercitium, ergo sufficientem habet libertatem eadem dilectio, ut sit moraliter bona, cons. tenet, quia sufficit hæc libertas, ut patet ex dictis, ad bonitatem actus. Ant.antem prob.quia ad amorem boni etiam infiniti non necessitatur, nisi per visionem illius, sed Angelus neque in statu viæ, nec modo in termino Deum videt autorem naturæ, ergo non necessitatur quoad exercitium ad amorem illius.

Secundò. Quia amor necessarius quoad exercitium vitiari nequit circonstantia pravi finis, ergo si semel diligeret illum prout sic utraq. necessitate, non posset esse mala moraliter ob eandem circonstantiam. Prob. ant. ut esset sic vitiatus deberet referre illum non in Deum finem bonum, sed in pravum, etsi ad istum referret illum, & se ipsum, jam non esset amor Dei super omnia, cum talem finem Deo dilecto præferret, nisi aliàs velimus in sui amore habere duos ultimos fines, ergo verus amor Dei super omnia necessarius quoad exercitium non est capax circunstantiæ pravi finis, vel Deum diligere non valet super omnia.

Sustinendo nihilominùs præfatam solut., quæ sumitur ex D. Tho. locis relatis, & amplectitur etiam idem Mag. resp. cum eodem, & ex eodem S. Doct., ad 1. replicam neg. ant. Quomodo verò fiet, quòd cum tali necessitate adhuc possit esse mala moraliter, jam dictum est, quia semper fit cum libera illa voluntate, qua in transitu peccavit, quia tamen per illam voluit tunc immobiliter, & irretractabiliter sistere in fine pravo, non est amplius indifferens ad bonum, & malum, sed necessitatur ad malum. Ad prob. vel neg. ma., vel dist., loquendo de omni actu illius sic necessario, neg. de aliquo, conc. Dupliciter ergo contingit amorem illius erga Deum autorem naturæ, & bonum infinitum esse necessarium quoad exercitium. Uno modo per actum, qui non oriatur, vel non sit necessariò connexus cum principiis naturæ, & tunc oportet hanc necessitatem haberi per visionem illius in se, vel prout in se ipso est, quia licet objectum sit infinitum, ad ejus tamen amorem nequit voluntas ab illo adæquatè moveri, nisi ejus infinitas videatur in se, & prout in se ipsa. Alio modo contingit necessitari ad amorem illius per actum necessariò connexum cum natura angeli, sic quòd ex principiis ipsius angeli oriatur talis necessitas, & isto modo non est necesse, quòd ad hoc ut angelus necessariò quoad exercitium Deum diligat autorem naturæ, videat illum in se ipso. Hoc verò modo, non primo diligit illum necessariò quoad exercitium intrà eundem ordinem, unde ut illum amet tali necessitate, non est necesse, quòd videat illum in se. Sic subtiliter discurrit idem Mag. Ex quo deducitur ad principale nostrum intentum non esse necessarium, quòd hic posterior amor sit necessariò amor Dei super omnia, cum ab illo in se viso non habeatur, sed potest vitiari per circonstantiam pravi finis, ut dictum est, scil. immobiliter electi ut finis ultimi, cui propterea tali necessitate irrevocabiliter adhæret.

Quòd si instes sequi hinc prædictum amorem posteriorem, si semel est ità connexus necessariò cum natura angeli, ut oriatur ex principiis ejus, esse illius proprietatem, & consequenter non esse ab illo elicitum, sed magis à Deo autore inditum, ac proinde etiam incapacem talis malitiæ respectu pravi finis, nisi velimus in ejus conditorem refundere juxta ea, quæ de illo dicta sunt in 2. instanti. §. Resp. ex dictis ibidem, & alibi, dici posse proprietatem, non per modum emanationis, sed exigentiæ, quia exigitur à natura ejus, sicut proportionabiliter dictum est de illorum speciebus impressis, & de motu cæli, qui tamen ab illo non est activè, vel elicitivè, sed magis ab angelo movente illud. Nam neq. in ordine supernaturali ut in superioribus dicebamus, est necessarium, quòd omnis proprietas emanet, sive ut per eandem actionem, per quam infunditur radix, infundantur etiam proprietates ejus, sed tantum, quòd exigantur, ut constat de fide v. g., & spe, quæ dicuntur proprietates gratiæ, non quia infundantur per eandem actionem per quam infunditur gratia, vel fint veluti per emanationem ab illa (aliàs perirent ut ostensum est, pereunte illa, & patet inductivè in aliis proprietatibus dimanantibus à sui natura, vel radice, quod tamen est alienum,) sed quia exiguntur in sui infusione. Unde sola exigentia ejusdem amoris est proprietas naturæ angelicæ, itaut cum primò producta est, exigat elicientiam talis actus necessarii quoad exercitium, quia ut similiter dictum est de eisdem eorum speciebus, cum angelus sit naturæ complè.è intellectualis debet ab initio habere actuum principia, quibus proximè possit se movere, hic autem motus sit ex voluntate finis ad volitionem mediorum, & sic requirit ab intrinseco natura angeli semper esse in actu respectu finis ultimi, qui est Deus naturæ autor, ut inde possit proximè se movere ad alia media virtute amoris illius finis.

Hujus etiam ex eodem poterat alia ratio assignari ex conceptu perfectè viventis intra hanc vitam intellectualem, quòd quia supremum est analogatum intra illam, petit semper vivere in actu per intellectû, & voluntatem, simili modo (inquit) quo animali, quia vivens est, semper convenit ei motus cordis, itaut hoc cessante cessat, vel perit anima, vel vivens vivere per illam: Et sicut motus cordis semper convenit viventi, veluti proprietas ejus, & nihilominùs elicitivè est à vivente, quia actio motiva non est proprietas quasi per emanationem, sed per solam exigentiam, quia solum exigitur à natura viventis, ita dilectio Dei, & propriæ substantiæ, vel sui ipsius semper con-

venit angelo tanquam proprietas, quia exigitur à natura ejus, & non quia sine elicentia dimenet ab ille. Eò vel maximè, quòd proprietates, quæ sunt per modum veræ actionis, & præsertim vitalis, (ut est idem amor, nequeunt esse per simplicem emenationem, cum debeat vivens se movere per illam) sed esse elicitivè ab eodem, & non à dante naturam vel formã per solam actionem productivem istius, unde est proprie passio angeli, quia ex quo producitur in esse, debet per veram actionem à se ipso elicitam necessariò Deum, & se ipsum cognoscere, & necessariò amare, & non fluere à natura sine elicientia.

Ad 2. principalem replicam dist. ent., vitiari nequit, ut præcisè spectat ad ordinem naturæ, conc., ut ingreditur lineam moris, neg., quia prout sic cum gendeat sufficienti libertate ad contrahendam melitiã, licet sit bonus bonitate naturæ, ut dicit D. Tho. in 2. ubi supra, potest tamen perversa ejus voluntate contrahere illam, & vitiari circumstantiæ pravi finis; sicut in simili dicimus de actibus virtutum, quòd ut præcisè sunt ex influxu earum sunt semper boni, possunt tamen vitiari ex parte abutantis, vel objectivè, si de illis tanquam de objecto superbiat, ut frequenter contingit in humilitate leviter fundatis.

Ex his etiam patet ad id, quod subditur, quòd nõ esset amor Dei super omnia, dicimus enim ita esse loquendo de actu ejus, ut ingreditur lineam moralem, cum omnis hujusmodi actus sit vitiatus perversitate pravi finis, qua irrevocabiliter est aversus ab illo, ut verò ultimo finè, secùs verò ut spectat præcisè ad ordinem naturæ, & gaudet bonitate ejus naturali, tunc enim tendit juxta naturalem illius exigentiam necessariò tendentis in authorem sui, ut diligendum, vel dilectum super omnia. Hujus diversitatis modi tendendi in Deum per amoram, & odium rationem assignat D.Tho. supra q.60. art.5. ad 5. ubi inquit. *Dicendum, quòd cum in Deo sit unum, & idem ejus substantia, & bonum commune, omnes qui vident ipsã Dei essentiam, eodem motu dilectionis moventur in ipsã Dei essentiam, prout est ab aliis distincta, & secundum quòd est bonum commune. Et quia secundum quòd est bonum commune naturaliter amatur ab omnibus, quicunque videt eum per essentiam, impossibile est quin diligat ipsum. Sed illi qui non vident essentiam eius, cognoscunt eum per aliquos particulares effectus, qui interdum eorum voluntati contrariantur. Et sic hoc modo dicuntur odio habere Deum, cum tamen in quantum est bonum commune omnium, unumquodq. naturaliter diligat plùs Deum, quàm se ipsum.* En quomodo stat dæmonem per actum naturalem amoris, sivè ut præcisè spectat ad naturalem inclinationem naturæ, diligere Deum amorem ejus super omnia, ut nempè est bonum commune omnium, & deinde etiam secundum quòd non videt ipsum per essentiam, juxta libertatem sui arbitrii eligens sibi elium ultimum finem, evertere se ab illo, imò etiam in hoc statu inimicitiæ sibi displicere, quòd necessariò debeat priori modo diligere illum super omnia, & de hoc actu tanquam de objecto tristari, sicut dictum est de actu virtutum, quòd quis tanquam de objecto superbit. Unde sicut ista, & si bonus in se, dicitur tamen prout sic, objectivè vitiari, ità actus prædictus amoris de Deo, ut bono communi super omnia dilecto vitiatur objectivè, quia de illo tanquam de objecto tristatur dæmon ex odio, vel inimicitia implacabili, quam habet ad Deum, ut sui punitorem, & ob perversum amorem, quem habet ad se ipsum, & ad propriam excellentiam, quàm voluit ut ultimum finem, & in quo vult obstinatissimè prout sic perseverare.

Quod etiam paucis verbis comprehendit D. Fulgen. de fide ad Patrum cap.3 dicens, *Omnes illi prævaricatores angeli, nec mala possunt unquam voluntate carere, nec pœna, sed permanente in eis injusta aversionis malo, permanet etiam justæ retributionis æterna damnatio.*

Ultimò tandem arg. ex quibusdam auctoritatibus. Nam Damascen. lib.2. fidei cap. 3. de natura angeli, sic ait. *Est natura angeli rationalis, & intellectualis, & libera potestate, arbitrijq. fulta secundum propositum; nam omne creatum vertibile, solum autem increatum invertibile.* Et infra de angelis beatis subdit. *Esse immobiles non natura, sed gratia.* Similiter Isidorus de summo bono cap. 10. inquit. *Gratia dicimus esse in commutabiles angelos, nam si natura incommutabiles essent, Diabolus utique non cecidisset.*

Ad hoc patet ex dictis; & quidem ad priorem Damasc., quòd pro statu viæ erant vertibiles per indifferentiam ad bonum, & malum, sed postquam se voluntariè determinarunt ad malum, nequit in illis permanere amplius hæc vertibilitas ad utrumque, quòd tenemur fateri omnes, ut dictum est, ex quocumq. deinde capite provenit determinatio, vel necessitas ad alterũ extremum mali, eliàs non essent obstinati in illo, sed possent resilire, quod est contra fidem, ut monet D.Tho. hìc ar.2., ubi referens errorem Origenis dicentis, quòd omnis voluntas creaturæ propter libertatem arbitrii potest flecti, & in bonum, & in malum excepta anima Christi propter unionem Verbi, impugnat ut vidimus, Dicens. *Hæc positio est tanq. erronea reputanda, & tenendum est firmiter secundum fidem catholicam, quòd & voluntas bonarum Angelorum confirmata est in bono, & voluntas dæmonum obstinata est in malo.* Unde eddit ad 3. ut pariter vidimus, primum peccatum manere in illis non tantum habitu, sed etiam actu. *Dicendũ quòd adhuc manet in diabolo primum peccatum, quo primò peccavit quantum ad appetitum, quà primò peccavit &c. sicut voluntas homicidii in eo (scil homicida impedito occidere) manere potest, ut velit fecisse, vel velit facere, si posset;* & propterea asserit ubi supra secum ferre pravam voluntatê destinatam perpetuò diviuã justitiam, quæ virtualiter includitur in omnibus ejus, & ideo in omni est determinatus ad malum, & peccat, licet dicatur liber, vel mutabilis etiã in hoc statu per successionẽ intellectionũ, & volitionum, nunquã tamen per recessum à fine pravo semel à se electo plena, & perfecta electione. Unde hæc autoritas solvende est ab omnibus.

Ad 2. Damasc. sicut ad 3. Isid. patet etiam ex dictis, quòd ideò asserunt angelum bonum non natura, sed gratia esse immobiles, vel incommutabiles, non quasi ex sui natura hanc inflexibilitatem non habeat circa objectum à se perfectè electum, sed quia superius illud beatitudinis, & quodcunq. aliud bonum spectans ad ordinem gratiæ eligere non potest sine gratia utpotè excedens totum ordinem, vel facultatem naturæ, unde quòd potiùs eligat illud, quàm malum oppositum, in eoq. persistat, ex gratia provenit. Sed quia gratia perficit naturam, ut dictum est, juxta modum suum, etiam si ex elevatione eligat immobiliter, tamen supposita gratia, ex sua natura eligit illud.

Ex his, & superioribus colligi potest discrimen, (quod tangit priori loco Damascenus) inter voluntatem,

tatē, vel liberū arbitriū creatum, siue humanum, siva angelicum, & divinum, seù inter hominem, angelum, & Deum; quòd tam homo, quàm angelus in statu viæ sunt vertibiles per indifferentiam ad bonū, & malum; Deus autem est semper determinatus ad bonum, unde perpetuò eligit, & operatur sua indifferentia ad malum, nihilominùs perfectissimè gaudet libertate ad volendum, & non volendum, vel nolendum aliquid ad extra, non quasi entitativè ex parte actus; ità ut dum volt, vel habet actum volitionis debeat deponere actum nolitionis vel carere illo, ut contingit in voluntate creata ob sui limitationem, & potentialitatem, aliàs non esset summè actualis ejus voluntas in suis actibus, sed quia eodem indiuisibili actu summè actuali potest terminare per modum volitionis, vel nolitionis ad mundum v. g. producendum, vel non producendum, & sic dicitur liber ad utramque terminativè, ut suprà explicatum est. Unde intrinsecè ex parte actus semper est invertibilis, quod est id, quod intendit Damascenus contrapositivè ad hominem, & angelum juxta illud, *Ego Deus, & non mutor*. Homo autem, & angelus sunt vertibiles respectu utriusque extremi, scil. boni, & mali, & mutabiles, quamdiù manent in via. Cumque tamen fiat, quòd intransitu ad terminum constituantur invertibiles, ut explicatū est, quia in eo, quod tunc quod voluntariè eligunt, volunt irrevocabiliter perseverare juxta exigentiam status, vel juxta etiam modum operandi propriæ naturæ, ut contingit in angelo.

Ex quibus triplex gradus libertatis insurgit. Primus, & conveniens homini modò in via, est ad eliciendum actū, & non eliciendum, & ad revocandū, & non revocandum jam elicitum ob imperfectionem cognitionis, ut vidimus ex D.Tho., quia non potest statim pervenire ad assequendā veritatem simplici intuitu, sicut angelus, sed successivè per discursum, & ob id etiam concedit ei longior via ad retractandum, vel pœnitendum, si malè elegit. Secundus est ad eliciendum, vel non eliciendum, non autem ad revocandum postq. plenè elegit, ob perfectū ex opposito modū cognoscendi per simplicē apprehensionē, & intuitū, unde duplex tantū admittitur in statu viæ, ita ut per secundū, sivè per secundam operationem, statim conjungitur irrevertibiliter cū termino. Et hic convenit angelo. Tertiùs, & conveniens Deo consistit in indifferentia non ad eliciendū, & non eliciendū actum entitativè, sivè ex parte illius quoad suam entitatem, sed terminativè, sive quoad terminationem illius ad objectum extra, quia in potestate ejus est, ut sicut terminavit per modum volitionis ad producenda creaturas extra, terminaret per modum nolitionis, aut nullo modo terminaret, relinquendo illas in statu possibilitatis; licet post terminationem dicatur necessarius secundum quid, vel ex suppositione ob immutabilitatem divinorum decretorum.

QUAESTIO SECUNDA.

An sit dolor in dæmonibus admittens aliquam delectationem.

Duas partes amplectitur præsens quæstio. Prima est de existentia doloris in illis; Secunda, & principalis, an sit ad mixtus alicui delectationi.

§. I.

Expeditur prima pars.

Necesse est dicere, quòd in dæmonibus sit dolor, non qui est passio, sed secundum quòd nominat simplicem actum voluntatis. Ità D. Tho. hic ar. 3. & probat 1. in argum. sed contra. Quia inquit. *Peccatum dæmonis est gravius, quàm peccatum hominis, sed homo punitur dolore pro delectatione peccati secundum illud* Apocal. 8 *Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum, & luctum, ergo multò magis diabolus, qui maximè se glorificavit, punitur doloris luctu.*

Deinde probat, & simul explicat in corp. *Dicendum, (inquit) quòd timor, dolor, gaudium, & hujusmodi secundum quòd sunt passiones, in dæmonibus esse non possunt, Sic enim sunt propria appetitus sensitivi, qui est virtus in organo corporali, sed secundum quòd nominant simplices actus voluntatis sic possunt esse in dæmonibus. Et necesse est dicere, quòd in eis sit dolor. Quia dolor secundum quòd nominat simplicem actum voluntatis, qui est renisus voluntatis ad id, quod est, vel non est. Patet autem, quòd dæmones multa vellent non esse, quæ sunt, & esse, quæ non sunt. Vellent esse cum sint invidi, damnari eos, qui salvantur. Unde oportet dicere, quòd in eis sit dolor. Et præcipuè, quia de ratione pœnæ est, quòd voluntati repugnet. Privantur etiam beatitudine, quam naturaliter appetunt. Et in multis eorum iniqua voluntas cohibetur.* Ità D.Tho. §. Ex quibus in forma prob. sic. Necesse est in dæmonibus esse dolorem secundum quòd nominat simplicem actum voluntatis, sed hic est verè dolor, ergo in illis est verè dolor; mi. est certa, nisi velimus excludere ab illis, & ab animabus damnatis verum dolorem, quod est alienum, & contra illud Isa. *Ecce servi mei laudabunt præexultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis.* Constat autem juxta communem regulam verba sac. Scripturæ omnia non metaphoricè, sed secundum proprietatem locutionis intelligenda esse, nisi inde, vel fidei, vel moribus aliquod sequatur in commodum; quod nullum est assignabile in præsenti, imò valdè consonet eorum miserrimo statui, quòd sit verus, quin verissimus eorum dolor. Ma. autem prob., quia dolor prout sic nihil aliud est, quàm renisus, vel renitentia voluntatis ad sibi contraria, vel repugnantia pro eodem, sed hic renisus verè reperitur in illis, ut patet ex texto, vellent enim multa non esse, quæ sunt (puta pœnas, privationem suæ beatitudinis, quam naturaliter appetunt, cohibitionem in multis suæ voluntatis iniquæ) multaque esse, quæ non sunt, puta salvandos omnes damnari, ergo.

Huic discursui, vel doctrinæ D. Tho. videtur se opponere Scotus in 4. dist.49. q.7. §. *Dico ergo*; Ubi ponit passiones propriè dictas in voluntate, ubi distinguit in ea duas formalitates, aliam operativam, quæ perficitur ipsa operatione; aliam purè receptivam, quæ perficitur ipsa passione supernaturali in patria, uti est delectatio, & gaudium. Quibus apertè sentit has affectiones delectationis, & gaudii non esse simplices motus, vel actus voluntatis, ut dicit D.Tho., sed potiùs meræ passiones, unde idem sentit de opposito illis dolore, & tristitia, nam in solut. ad 3. de pœna, & tristitia naturæ intellectualis asserit non esse actus voluntatis, quia omnis actus ejus, sive sit valla,

sive

sive nolle debet indispensabiliter esse voluntarius, pœna autem, & tristitie non sunt quid voluntarium, & sic actus eius esse non possunt, unde magis passiones censendæ sunt. §. Huic similem, vel affinem doctrinam, ut vidimus supra ad art. 5. de visione tradit ibidem q. 11. §. *Respondeo ergo*: nempe intellectum in Petria merè passivè se habere ad visionem, & hanc à solo Deo produci. Quod tamen efficaciter ibi impugnatum est ex Concil. Viennens. utpotè ab eodem fetis alienum.

Contra verò præsentem doctrinam de dolore, & tristitie, quòd sint merè passiones in dæmonibus, & non simplices actus voluntatis, ut tradit D. Tho., & consequenter voluntatem mere passivè se habere in his, & non egere obstat 1., quòd est de subjecto non supponente, dæmonem scil., vel animas etiam damnatorum esse capaces passionis secundum proprietatem, ergo juxta hanc doctrinam, non erit in illis vera, & proprius dolor, si in pure passione consistit; quod tamen est contra fidem, ut dictum est. Prob. ant. Nam passio proprie, ut contradistinctè à simplici motu voluntatis, vel in illo non consistens, ibi solum invenitur, ubi est transmutatio aliqua corporalis, sed hujus transmutationis, ut patet, solum appetitus sensitivus est capax, non rationalis, vel superior intellectivus, ergo. Prob. mi. Tum quie sic communiter sentiunt Phisici, & aliter loqui de ille est contra communem hominum conceptionem. Tum quia ut rectè ostendit D. Tho. 1. 2. q. 22. ar. 1., passio propriè contingit, quando quis recipit aliquid sibi contrarium, cum abjectione alterius sibi consoni, vel naturaliter convenientis, vel è converso, sed hæc non fit nisi cum transmutatione corporali, ergo.

Placet adducere literam D. Tho. ut hoc ipsum manifestè appareat. Nam ex professò inquirens ibi, an aliqua passio sit in anima; respondet: *Dicendum, quòd pati dicitur tripliciter. Uno modo communiter, secundum quod omne recipere est pati, etiamsi nihil abjiciatur à re; sicut si dicatur aërem pati, quando illuminatur. Hoc autem magis est perfici, quàm pati. Alio modo dicitur propriè pati quando aliquid recipitur cum alterius abjectione. Sed hoc contingit dupliciter. Quandoq. enim abjicitur id quod non est conveniens rei, sicut cum corpus sanatur, dicitur pati, quia recipit sanitatem ægritudine abjecta. Alio modo, quando è converso contingit, sicut ægrotare dicitur pati, quia recipitur infirmitas sanitate abjecta, & hic est propriissimus modus passionis. Nam pati ex eo est quod aliquid trahitur ad agentem Quod autè recedit ab eo, quod est sibi conveniens, maximè videtur ad aliud trahi. Et similiter in 1. de generat. dicitur, quòd quando ex ignobiliori generatur nobilius est generatio simpliciter, & corruptio secundum quid. Et è converso quando ex nobiliori ignobilius generatur. Et his tribus modis contingit esse in anima passionem, nam secundum receptionem tantum dicitur, quod sentire, & intelligere est quoddam pati. Passio autem cum abjectione non est nisi secundum transmutationem corporalem. Unde passio propriè dicta non potest competere animæ, nisi per accidens, in quantum scil. co npositum patitur. Sed in hoc est diversitas: Nam quando huiusmodi transmutatio fit in deterius, magis propriè habet rationem passionis, quàm quando fit in melius: Unde tristitia magis propriè est passio, quàm lætitia.* Ità D. Tho. ex quibus satis constat non posse aliam passionem admitti propriè loquendo in dæmonibus, nisi per modum simplicis motus voluntatis, nec posse eandem cũ proprietate acceptam inveniri sine transmutatione corporali, cujus non sunt capaces spiritus angelici.

Secundò impug. præfata doctrina Scoti. Optimè stat aliquid habere rationem passionis, & quòd in pure passivo non consistat, sed in activo, vel in operatione; ergo non rectè asseritur passiones animæ, sivè appetitus sensitivi, sivè intellectivi, quæ similitedinariè tantum passiones sunt, tales dici, quia ad illas merè passivè se habeat appetitus, & non activè, sivè non operanein illis. Prob ant. 1. in prædicto renisu, vel positive renitentia ad id, quod est ubi conveniens, & afflictivum. Nam planè negari non potest, quòd sit idem quędem passio, sed minùs negari potest, quòd sit quidam motus simplex voluntatis per modum refutationis, aut veluti fuga, seu nolitionis, vel odii, & non quid purè passivum, ut patet ex terminis; sicut enim ad rationem boni, vel beatitudinis, ut sic se habet activè per volitionem, desiderium, vel amorem; ita ad contrarium eidem vel disconveniens, & repugnans, activè etiam procedit per renisum, aut refutationem, seu nolitionem, fugam, vel odium, ergo. §. Secundò prob. manifeste instantia in amore. Nam hunc etiam certissimum est non solum esse passionem, sed primam omnium, ut ostendit D. Tho. eadem 1. 2. q. 25. ar. 2., sed hic amor est quædam operatio, ergo. Prob. mi. Tum quia ut ait ibi D. Tho. nihil aliud, est, quàm complacentia boni. Tum quia ut ad hominem opponit M. Ferre, operatio juxta Scotum loco cit. est illa, quæ conjungit voluntatem cum objecto, sed hoc præstat amor, nam in sententia Scoti essentia beatitudinis in amore consistit, sed certum est per beatitudinem voluntatem beati conjungi cũ objecto beatifico, imò potissima dicitur hæc omnium unionum cum illo, ergo est operatio, ac proindè non debet passio in purè passivo consistere. §. Urg. hoc in delectatione alicujus objecti. Nam hæc etiam passio est, & habet delectabile non solum pro causa, sed etiam pro objecto, ergo etiam conjungit voluntatem cum illo, & consequenter est operatio. Utreq. conf. tenet ex probatione anteced.; sot. autem prob. quie negari non potest, quòd Beatus videns Deum delectatur de illo tanq. de summo bono summè delectabili, & super omnie dilecto. Et idem patet respectu aliorum delectabilium, & vehementer dilectorum, de quorum cogitatione quis vel honestè, vel turpiter tanq. de objecto delectatur, ac si esset in re, ut contingit in delectationibus morosis, ergo.

Ex quibus manifestè constat, quàm fundatissimè asserat D. Tho. hujusmodi passiones in appetitu superiori vel volitivo esse operationes per modum simplicis motus voluntatis contrapositivè ad illas appetitus inferioris, vel sensitivi, quia nempè istæ sunt permixtæ cum passione corporali, unde optimè dicit, quòd in dæmonibus dolor, tristitie, & gaudium, non sunt propriè tales, sed similitudinariè tantum, vel simplices actus voluntatis eorum. Unde D. Aug. apud M. Fer. *Sine ira (inquit) puniunt, et sine miseria compassione subveniunt, et tamen istarum nomina passionum consuetudine locutionis humanæ etiam in eos usurpantur propter quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem.*

§. II.

Solvuntur argumenta contra præcedentem resolutionem, & doctrinam D. Tho.

PRimò arg. ex Scoto. Tristitie, & dolor in dæmonibus sunt pœnæ eorum, ergo in operatione non con-

consistunt, vel in simplici actu volontatis, ot dicit D. Tho., sed magis iu pura passione. Prob. cons., qoia pœna ex terminis repugnat voluutati, vel ast contra illam, ac proindè est iuvoluntaria, sed omnis actus voluotatis, siva sit volitio, sive nolitio est necessariò voluntarius, ergo si io illis tristitia suot pœnæ nequeunt esse operatio.

Ad hoc patet ex dictis, unde neg. cons. Ad prob. dist., & explico ma. Repugnat voluntati, ac proinde ast iuvolontaria; si ratio voluntarii sumatur contradictoriè ad rationam omoem voluntarii, sivè ot contradictoriè opponitur illi, neg., si tantum contrariè, sivè ut contrariatur volontati, vel inclinationi ejus, conc., & dist. mi. ast voluntarius per modum inclinationis, vel prosequotionis, neg., val per modum iuclinationis, vel prosaqoutionis, aut per modum reoitentiæ, vel refutationis, aut fugæ, conc. mi., & neg. cons. Non enim statim, ac aliquid est aliqoo modo involuntarium, transit ad extremom porè passivum extra limites totios activi iutra hanc lineam, sive à tota collectione actuū volontatis ob præcisam rapugnantiam, quam habet cum illa, oam aliàs in otdine ad sibi repugnantia, vel pœualia, uon posset volnntas se habere activè, vel motivè, & limitanda esset ad operandum solum per modom inclinationis, & pro seqootionis, & amoris, (quo pacto procedit in ordine ad sibi conveniens) quod tameu videtur omninò alienom, dum verè etiam activè procedat, quando renititur, vel refutat aliquid sibi repugnans; nam sic etiam procedera est quid voluntarium licet non per modum inclinationis, vel complacentiæ, sed per modum repugnantiæ, & fugæ, vel odii, aut displiceutiæ, qua ratione dicitur involuntarium non per exclosionem totius voluntarii, sed solius voluntarii affectivi; Unde oou est limitauda hæc ratio voluotarii, vel activi io voluntate ad solam voluntarietatem, vel prædictam activitatem per modnm ioclinationis, vel complacentiæ, aut desiderii, vel amoris; sed necessariò exteudenda est etiā, ad fugam dolorem tristitiam odium, & displicentiam; ne videamur in his reducere illam ad statum veluti iuaminis, si nullo modo activè, vel motivè se habet.

Quòd si dicas non videri, posse hæc duo compoui, quòd aliquid sit sibi pœua, & quòd sit voluntarium, aliàs pœna esset voluutaria, quod est veluti repugnantia iu termiois, cum de ratione illius est, ut vidimus, quòd sit illi repugnans. §. Resp. iterum procedere instātiam ex æqoiuocatione eiusdem voluntarii, quasi solum reperiatur, vel affirmari possit respectu objecti sibi couuenieutis, & consequenter pœoam ex eo quòd est contra voluntatem, vel illi repugoans, nullo modo dici voluutariā à toto geuere voluntarii, quod tamen est falsum ut ostensum ast, uode licet sit inuolontaria, vel non voluutaria pro eo, quòd sit disconuenoiens, & illi repugnans, adhuc tamen est voluutaria, quatenus simul vult non esse, eidemq. reoititur, & odio habet illam, quod planè est quid voluutarium non prosequotiuè, sed detestatiue, & renixiuè; aliàs pœniteus dom renititur, & detestatur malū culpæ, quod est maxima pœna respectu soi, nec voluutariè, nec actiuè se haberet ad illud quod iterum est alienum. Sufficit ergo ad rationam pœnæ, quòd operatio circa illam, sit iouolontaria, quatenus est uolitio objecti disconuenientis, vel quòd sit, adhuc ipsa volente quòd non existat; vel de eo, quòd nou sit, ipsa voluntate volenta, quòd de facto existat. Hoc enim ipso, quòd aliquod objectum contra ipsam voluntatem necessariò sit, vel non sit, hoc ipso, ut ait D. Tho., est reoisus voluntatis, qui dicitor nolitio, val refutatio illius, & non pora passio, & obtinet rationam inuolontarii etiam si sit actos voluntatis, & hoc sufficit ad rationem pœnæ, ut frequenti experimeuto comprobatur. Unde sicut est positioa complacentia, vel gloria semper habere præsens objectum, quod diligit, & ipsam delectat, ita est maxima pœna, & tristitia, vel displicentia semper habere præsens, quod odio habet, & cruciat: Cum ergo dæmones plura habeant præsentia, quæ nolent esse; & plura non habeant præsentia, quæ vellent esse, hinc dolent, tristantur, & refugiuot per actum nolitionis, & fugæ, vel odii, qoi licet actus voluntarii sint ex eo quòd à voluutate elicitiuè procedunt, adhuc tamen dicuntur inuoluntarii, quatenus respuunt illa, & detrectant per hoiusmodi posteriores actus.

Sed instas ex eodam Scoto. Sicut prædicta complacentia, vel delectatio sequitor per se, vel semper ad operationem, ita tristitia, vel displicentia, sequitur similiter ad operationem, sed delectatio sic sequens ad operationem necessariò est passio, & nequit esse operatio, ergo pariter tristitia ita saquens ad illam erit necessariò passio, & non operatio. Ma. constat, quia tā delectatio, quàm tristitia, sunt per se de linea consequentium, & necessariò supponunt voluntatem tam aplicatam, & versantem ad talia objecta circa quæ deinde delectatur, vel tristatur, ot per se patet. Mi. verò prob., quia quòd per se, vel necessariò sequitur ad operationem, nequit esse ipsa operatio, nam si esset operatio, hæc ad se ipsam sequeretur, quod implicat, ergo neutra potest esse operatio, Tum qoia quod necessariò sequitur ad operationem debat esse passio, nam ad agere sequitur necessariò pati, præsertim in creaturis, quæ non sunt actus purus, ergo.

Resp. dist. claritatis gratia ma. sequitur, itaut præsupponant aliquam operationem conc., itaut ex vi hujus saquelæ teneantur esse passio, & nequeant esse operatio, neg., nam sempar actus voluntatis sequitur ad aliquam cognitionem, itaut necessariò illam præsupponat, nec tamen hinc infertur, quòd sit passio, & non operatio, quià contingere potest, quòd intar duas operationes sit talis ordo, quòd non possit dari uoa, nō præsupposita alia, unde quidquid sit, quòd aliquando id, quod sequitur ad operationem sit passio non tamen rectè infertur, quòd omne id, quod sequitur ad illam debeat esse passio, & non possit essa operatio: Et ita contingit in casu, quòd licet dicamus delectationem, & tristitiam sequi ad aliquam operationem, non tamen ex vi hujus sequelæ tenentur se habere per modum passionis, ita ut voluntas merè passivè se habeat, vel se habere debeat circa objectū delectabile, vel contristans; aliàs etiam dicamus, qoòd delectatio, & gaudiū, vel fruitio in Patria, quæ necessariò sequuntur ad visionem, & amorem beatificum, sint pura passio in beatis, quod est alienum. Per quod patet ad prob. utriusque præmissæ; dist. enim mi. eodem modo; & ad id, quòd subditur in fine. dico quidquid iterum sit, quòd viveus creatū in suo actu simul se moveat, & patiatur, non tamen est necessarium, quòd id, quòd suum actum, vel operationem saquitur debeat esse passio.

Secundò arg. ad prob., quòd tristitia, vel dolor io dæmonibus sit vera passio, & non tantum similitudinariè. Nam juxtà D. Tho., ut vidimus tunc dolor est vera passio, quando admiscetur cum abiectione alicujus sibi convenientis, sed ità contingit in dæmonibus, ergo. Prob. mi. quià iguis ibi torquet illos producendo, (ut infra) in illis aliquas qualita

tes,

tes, quibus neceſſitantus ad eſſendum ibi cum abjectione efficaciæ ſuæ innatæ libertatis ad eſſendum alibi ergo. §.Urg. hoc quià non ſolū in actibus appetitus ſenſitivi, ſed etiam rationalis, vel volitivi poteſt verè contingere tranſmutatio cum generatione unius formæ intra propriam lineam, ſcil. ſpiritualis diſconuenientis, & abjectione alterius ſpiritualis, ſibi convenientis, ſicut contingit in ſenſitio intra propriam, ergo. Prob. ant. Quià datur in voluntate generatio, vel infuſio charitatis cum abiectione peccati, & è contrà. Similiter generatio uirtutum cum abjectione uitiorum, ergo utrobiq. contingit cum proportionata tranſmutatione ſufficienter ad ueram paſſionis rationem. §. Urg. ulteriùs, & ſimul expl. hoc. Nam in juſtificatione impii uerè infunditur gratia, ſiuè per aductionem, ſiue per creationem (de quo infra 1.2.q.112.) cum abjectione peccati; omnis enim generatio ſit cum corruptione alterius, ergo etiam in purè ſpiritualibus dantur ſpirituales tranſmutationes cum receptione unius, & abjectione alterius, ſicut in ſenſitiuis corporales, ac proinde ſicut dolor in iſtis eſt uere paſſio pariter erit in illis.

Ad hoc neg. min. Ad prob. ſi teneremus cū aliquibus, quos ſuppreſſo nomine citant Salmantic. infra tract.13. de peccatis diſp.18.dub.2.§.2., nullam ab igne produci in illis qualitatem per modum formæ ſuperadditæ, ſed ſolum detineri, & alligari ab illo tanq. inſtrumento Diuinæ juſtitiæ, (de quo tamen infra) facilis eſt ſolutio negando mi., ſed quià oppoſitum eſt communius, diſt. illam, producendo qualitates, alteratiuas, uel corruptiuas, neg., impeditiuas ne poſſit pro ſua libertate alibi eſſe, conc., ſunt enim qualitates, quæ præcisè impediunt, ne alibi operetur, ubi uelit, uel poſſet operari, non uerò lædunt, aut alterant, uel diſponunt ad corruptionem, unde ſolum detinentur ab illis, ſine ulla phyſica corruptione, uel læſione, ſicut qui detinetur ab alio, ne ſe moueat, aut ſe alibi transferet, & ideo nulla interuenit in illis tranſmutatio, cum receptione, & abjectione, ut requiritur ad ueram rationem paſſionis.

Ex his etiam reſp. ad utramq. confirmat. Quod nulla pariter contingit ibi tranſmutatio per adventum, & receſſum alicujus corrumpentis, vel diſponentis ſubjectum ad corruptionem ejus ſecundum ſuum eſſe naturale, ut accidit in exemplis D. Tho. de ſano, & infirmo, & ideo non poteſt ibi eſſe vera paſſio, ſicut in iſtis. Unde infuſio gratiæ, & expulſio peccati, non ſunt ad alterandum eſſe naturale ſubjecti, ſed potius ad perficiendum partem nobiliorem ſcil. animā, juxtà illud gratia non deſtruit, ſed perficit naturam, & juxta illud ornatiſſimè dictum Sarcina charitatis non gravat, ſed ſummoperè reficit, & corroborat. Et idem proportionabiliter è contrà de introductione peccati rejecta gratia, ſalvo tamen ſemper remanente eodem eſſe naturali peccatoris. §. Nec refert quòd dicatur vitium, vel peccatum eſſe contra naturam. Non enim intelligendum eſt, quaſi alteret illam, aut diſponat ad corruptionem ſecundum idem naturale illius, aliàs magni præſertim peccatores, citò interirent, (licet aliàs reverà mereatur annihilationem peccantis) ſed quia eſt contra rectum dictamen rationis naturalis. Nam ſicut eſſe hominem eſt eſſe ſecundum rationem ità deficere à recto dictamine rationis, eſt deficere ab eſſe ejus. Eſſe non phyſicum, ſed morale, quòd conſiſtit in eadem rectitudine dictaminis ſecundum rationem; undè D.Tho. 22. q.64. ar.2. ad 3. (& hoc obiter dictum ſit ad ſerio intelligendum hanc hominis naturam, vel dignitatem in eodem ordine conſiſtentem) graviſſimè oſtendit tunc ſolum licitè poſſe occidi, quando ab eadem decidit, quia tunc quodammodo incidit in proprietatem beſtiarū ut ſcil. de illo diſponatur ſecundum quòd confert ad utilitatem aliorum. *Dicendum (inquit) quòd homo peccando ab ordine rationis recedit, & ideò decidit a dignitate humana, prout ſcil. homo eſt naturaliter liber, & propter ſe ipſum exiſtens: & incidit quodammodo in ſervitutem beſtiarum, ut ſcil. de ipſo ordinetur ſecundum quòd eſt utile aliis ſecundum illud Pſal.48. Homo cum in honore eſſet non intelexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Et Prov.11. dicitur; qui ſtultus eſt ſerviat ſapienti. Et ideo quamvis hominem in ſua dignitate manentem occidere ſit ſecundum ſe malum, tamen hominem peccatorem occidere poteſt eſſe bonum ſicut occidere beſtiam. Pejor enim eſt malus homo, quàm beſtia, & plus nocet, ut Philoſ. dicit in 1. Politic. & in 7. Ethic.*) Ità egregiè, & momentiſſimè D.Tho. In forma ergo ad 1. confirm., vel neg. ant., quòd poſſit eodē modo cōtingere; vel diſt. poteſt contingere, cū eadem ſubjecti alteratione, vel corruptione, aut diſpoſitione ad illam neg., ſine alteratione, vel corruptione, aut diſpoſitione ad eandem conc., & neg conſ., quia vera paſſio, ut dictū eſt, ſine hujuſmodi alterativis, vel corruptivis, aut diſpoſitivis ad ſubjecti corruptionem eſſe non poteſt, quod non contingit in in inſtantiis adductis. Per quod patet ad 2. de receptione gratiæ, & abjectione peccati in juſtificatione impii ut explicatum eſt.

Sed inſtes. Dæmones in inferno verè, & propriè patiuntur, ergo vera eſt, & propria paſſio, eorum dolor. Ant. conſtat, quia verè torquentur ibi, & non metaphoricè, aut ſimilitudinariè; conſ. etiam patet ex terminis, cum fere ſit identica propoſitio, ſcil. verè, & propriè pati, & eſſe veram, & propriam paſſionem. Reſp. vel nego ant. in proprietate loquendo juxtà ſuperiorem doctrinam D.Tho. vel diſt. eodem modo, verè, & propriè patiuntur, per aliquam alterationem, vel læſionem intrinſecam in ſuo eſſe naturali, ſiue in melius, ſiue in pejus, neg., cum illius illæſione, vel conſeruatione, conc., nam quamvis verè, ideſt non fictè, & phantaſticè patiantur, quia tamen eorum natura remanet, vel conſervatur à Deo immunis ſecundum ſuum eſſe naturale ab omni phyſica alteratione, & corruptione, ideò eorum paſſio, non eſt vera, & propria, ut explicat, & probat ibi D.Tho. Aliud eſt ergo, quòd verè patiantur, & doleant, aliud vero quòd ſic doleant, & patiantur, vera, & propria paſſione, utrumq. enim optimè componitur, ſcil. quod verè doleant, ideſt non fictè, vel phantaſticè; vel purè ſimilitudinariè, vel metaphoricè; & quòd deinde patiantur, & doleant dolore, & paſſione non vera, & propria, ſiuè propriè dicta, ſed tantum ſimilitudinariè. Nam ad primum ſufficit, quòd in rei veritate torqueantur, ut reverà atrociſſimè torquentur, ut conſtabit infrà. Ad ſecundum verò requiritur modus torturæ, ideſt cum receptione, vel objectione alicujus alterativi, vel corruptiui naturæ ſecundum eſſe naturale, ſine qua nequit eſſe vera paſſio, vel dolor, ut etiam expreſsè docet D. Aug. dum ait, ut vidimus, quòd ſicut puniunt ſed ſine iræ propriæ paſſione, & ſubueniunt ſed ſine miſeriæ compaſſione, ita & dolent ſed ſine propria paſſione. Unde in idem non coincidunt, (ut putat eius probatio) dicere; quòd verè patiuntur ab igne, & quòd patiuntur verò, ac proprio dolore.

Sed

Sed adhuc instas. Quamuis istud pati, & dolor dæmonum non dicatur proprie, sed æquiuocè per comparationem ad passionem, & dolorem appetitus sensitiui, hoc tamen non tollit, quin sit in illis verus, ac proprius dolor, ergo si semel verè patiuntur ab igne, vero, ac proprio dolore patiuntur. Prob. ant., quamuis esse in loco conueniat angelis æquiuocè per comparationem ad locatum circumscriptiuè, ut docet ubi supra D.Tho., hoc tamen non tollit, quin verè, & propriè sint illo, scil. definitiuè ratione suæ quantitatis virtutis, ergo similiter &c. §. Urg. hoc. Nam qualitates intrinsecè superadditæ illis ab igne verè intrinsecè afficiunt, & disponunt illos ad atrocissimum cruciatum per alligationem sui tam eminentis, & superioris naturæ ad illam ignis tam infimam, & inferiorem, ut explicatur infra, ergo licet hic cruciatus, uel dolor æquiuocè sa habeat ad sensitiuum, uerè tamen, ac propriè erit talis in illis.

Huic instantiæ neg. ant. ad prob. neg. conf., quia esse in loco uerè, & propriè non limitatur ad esse in illo circumscriptiuè per quantitatem molis, sed extenditur etiam ad esse in illo definitiuè per quantitatē uirtutis, quia isto etiam modo locatum, licet non circumscribatur à loco, sicut corpus, uerè tamen, & propriè, clauditur, uel diffinitur in illo, aut ab illo, itaut nequeat tunc esse in alio, ut ostensum est, unde optimè uerificari potest, quòd sit propriè in loco, uel alligari loco, licet æquiuocè dicatur de utroq. locato. Cæterum pati nequit propriè dici ut explicatum est, de utroq. patiente, scil. spirituali, & sensitiuo, quia spirituale, utpotè inalterabile, & incorruptibile secundum suum esse naturale, non est consequenter capax recipiendi, uel abiiciendi aliquid alteratiuum, & corruptiuum, uel dispositiuum ad corruptionem, & ideò ejus passio, uel dolor, nequit cum proprietate dici, uel esse talis, siuè comparatiuè ad passionem sensitiuam, siue in se ipsa, uel respectu spiritualis patientis. Et per hæc etiam sit satis ad confirmat. Quia prædictæ qualitates non ita afficiunt, & disponunt, quòd aliquod de eorum esse naturali diminuant, uel lædant, ut corrumpant, uel disponant ad corruptionem.

§. III.

Resoluitur secunda pars de admixtione gaudii.

IN hac 2. parte est aliquod dissidium etiam inter Thomistas; unus Mag. Serre hic. §. 2. licet fateatur non posse in illis admitti gaudium, quòd eorū pœnam, & dolorem diminuat, cum pœna, & dolor quem patiuntur sit æterna, & semper in eodem statu permanens; censet nihilominùs esse admittendum, prout dicit actum uoluntatis, quo uolumus id, quod de facto euenit; sicut dolorem dicimus actum ejusdē, quo nolumus id, quod euenit; unde lætantur de uictoria hominum per sui tentationem cadentium in peccatum. §. Alii uerò Thomistæ ut Mag. Banoes hic dub 2., Illustriss. de Marinis cap. unico, & Mag. Serra in explicatione hujus art.3. in fine, & ex Societate Vasq. disp.241. cap. negant esse ibi uerum gaudiū, & consequenter nullum admittunt uerum gaudium in illis. Utraq. autem opinio fundatur in D. Tho. locis infrà referendis.

Dico ergo probabiliùs uideri, non esse in dæmonibus admittendum uerum gaudium aut delectationem, uel lætitiam. Ita præter relatos tenent alii plures, quos suppresso nomine citat idem Illustriss. Et sumitur primò ex Philos. 7. Ethic., ubi docet, & manifesta etiam experientia testatur, quòd qui vehementi dolore cruciatur, & excessiva mæstitia conficitur in nulla re delectatur, sicut ex opposito vehemens, & excessiva voluptas, vel delectatio, non patitur secum ullam tristitiam; sed dæmones summoperè cruciantur, vehementiq. conficiuntur tristitia, ut supponimus, & poterit etiam constare infra, ergo de nulla re verè gaudent, nisi fortè quis velit hanc eorū tristitiam, & dolorem mitigari, & remitti ob prædictam partam victoriam, quòd nullo modo est admittendum, ut patet ex dictis, cum potiùs crescat, ut explicatum est supra ex D.Tho., & ut proximè etiā insinuauimus, pæna eorum; vel miseria essentialis semper invariata, vel in eodem statu permanet.

Huic rationi dicunt aliqui, quos tacito iterum nomine refert Bannez, quòd licet dolor, quo afficiuntur dæmones sit summus secundum intensionem, nō tamen est simpliciter summus, neq. intensivè, quià non adæquat totam capacitatem voluntatis; neque extensiuè, quia non est de omnibus rebus, ac proinde sine diminutione doloris, & tristitiæ essentialis gaudere possunt, & lætari accidentaliter de aliqua re ad eorum intentum, & voluntatem impleta, ut est præfata victoria de homine cadente in peccatum ex ipsorum tentatione, & impulsu.

Sed contra hoc est eodem argumento. Nam licet talis dolor non sit summus intensivè, vel extensivè de omni, est tamen vehementissimus, & actu semper atrociter crucians tum ob privationem summi boni, quod est maximum inter omnia mala. Tum ob alligationem sui à tam vili creatura adeò aduersantem propriæ superbiæ, quæ ascendit semper, & qua obstinatè volunt propriam excellentiam, ut ultimum finem, irrevocabiliter eidem adhærenaergo non videtur cum hac extrema tristitia posse compati verum gaudium. Conf. videtur legitimè inferri ex prædicta Philos., & ex perpetuo experimento, quo videmus vehementer afflictos reduplicato hoc statu non solum non admittere ullum, vel minimum gaudium, sed frequenter etiam mori, ergo longè à fortiori afflicti, afflictione qua major dari non potest, ut sunt dæmones, & cæteri damnati, nullum vel minimum admittere poterunt.

Urg. hoc, (& est alia efficax ratio pro resolutione,) Nam dolor dæmonum, & animæ separatæ patientis, siue in inferno, siue in purgatorio, tantæ grauitatis est, ut D. Th.3.p. q.46. ar. 6. non ausus fuerit comparare dolorem passionis Christi omnibus doloribus maximum, ut probat ibidem, prætereo dolori patientium extra statum viæ, vel etiam existentium in eodem purgatorio, qui longè mitior supponitur illo inferni, cum sit iste proueniens ex carentia simpliciter vel absoluta uisionis beatæ, ille uerò purgatorii ex sola dilatione illius. Sic enim ait ad 3. *Dicendum, quòd dolor animæ separatæ patientis pertinet ad statum futuræ damnationis, quæ excedit omne malum hujus vitæ, sicut Sanctorum gloria excedit omne bonum præsentis vitæ: Unde cū dicimus Christi dolorem esse maximum non comparamus ipsum dolori animæ separatæ.* Ergo non videtur ullo modo dolorem damnatorum componi cum uero aliquo gaudio, si semel juxta D.Thom. excedit omne malum, uel dolorē etiam maximum passionis Christi, & illum etiam existentium in purgatorio, qui longe minor est, & tandem finietur per adeptionem gloriæ.

Urg: ulterius, & simul præoccupatur instantia de eodem Christo, in quo dicimus tempore præsertim passionis, imò & sæpè aliàs fuisse tristitiam, & dolorem de perfidia, & destructione Judæorum, & verisimile est etiam continuum habuisse, & summum de peccatis hominum, & nihilominùs fuisse in illo simul summum gaudium consequens visionem beatam, quàm habuit in primo instanti suæ conceptionis, ut docet D. Thom. 13. p. q. 34. ar. 4. cum D.Aug. ex illo psal.64. *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti*. Ex quo videtur posse similiter inferri, quòd saltem aliquale gaudium componi possit cum summa tristitia damnatorum. Contra tamen hoc est. Tum quià in primis non desunt ex grauissimis Theologis, qui hac ratione, ut daretur locus eidem summæ tristitiæ in illo passionis tempore existimant fuisse miraculosè impeditum prædictum gaudium, ut M. Cano lib. 12. de locis cap. 14. in fine, ergo minùs stare poterit sine miraculo summa dæmonum tristitia, utpotè excedens cum aliquo gaudio,

Secundò admisso, ut alii frequentiùs, & probabiliùs, & magis ad mentem D.Thom. dicunt, utrumq. fuisse, & summum gaudium, & tristitiam: Id tamen sine maximo miraculo non contingit, quòd scil. simul frueretur visione Dei cum summo gaudio, & pateretur in cruce cum summa tristitia, ergo esset quoq; maximum miraculum, quòd dæmones cum maximo dolore gauderent; ac proinde ad exigentiam ejusdam infelicissimi status, & præsentem providentiam non videtur posse tale gaudium admitti cum summa eorum tristitia; eo vel maximè, quòd ut insinuavimus, non solum mererentur per peccatum subesse eidem summæ tristitiæ sine gaudio, sed etiam annihilati.

Prob. secundò resolutio ex D.Tho. in 4. dist. 45. q. 2. ar. 2. quæstiunc. 1. ad 4., quod intendebat probare animas damnatorum posse juvari orationibus viventium ex facto illo, quod legitur in vitis Patrum, & refertur etiam à Damasc. in sermone suo, nempè quod *Macarius inventa in via calvarie cujusdam defuncti, oratione præmissa quæsivit, cujus caput fuisset. Et caput dedit ei responsum, quòd fuerat Sacerdotis gentilis qui in inferno erat damnatus: & tamen confessus est oratione Macarii se, & alios juvari* Resp. D. Thom. *Dicendum, quòd illud adjutorium non erat, quòd pœna eorum diminueretur, sed in hoc solo, ut ibidem dicitur, quod eo orante concedebatur eis, ut mutuo se viderent, & in hoc aliquod gaudium, non verum, sed phantasticum habebant, dum implebatur hoc, quod desiderabant; sicut & dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccata pertrahunt, quamvis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur; sicut nec minuitur gaudium angelorum per hoc, quòd malis nostris compati dicuntur*. Ità D. Thom. in quibus duo dicit, scil., & quòd eorum pœna non solum non minuitur (quòd etiam concedit, ut vidimus Mag. Ferre) sed etiam quòd tale gaudium non est verum, sed potiùs phantasticum, seù apparens, quia ità se habent, ac si verè delectarentur, cum tamen revera non delectentur: gaudium enim, vel delectatio, si verè talis est, non videtur posse concipi, vel salvari sine aliquo levamine, quod tamen nullum reportant, sed magis crescit ex hoc eorum pœna, saltem accidentaliter, ut vidimus ex eodem D. Thom. Et videtur etiam convincere paritas illa bonorum angelorum, dum dicuntur compati, vel dolere super malis nostris, cum tamen certum sit, eorum compassionem, vel dolorem non esse verè, vel formaliter talem, quia status illorum plena felicitate, vel gaudio repletus id non patitur, ergo nec lætitia, vel gaudium dæmonum de malis nostris, erit verè formaliter tale, quia id ex opposito non patitur status illorũ plenæ miseriæ; ut innuit etiam D.Aug., ut vidimus, ab eodem M.Ferre relatus.

Placet hoc ipsum aliqualiter, & urgere etiam ex doctrina illa Doctorum mysticorum, qui consuetas ariditates, vel desolationes, quas patiuntur frequenter justi in hac vita ad custodiam humilitatis, dividunt in infernales, & purgatorias, de quibus latè, & ornatissimè Mag. Leonardus noster Hansan. in vita S. Rosæ, cap. 13., & 14. seq. Priores verò vocant, quia eò perveniunt, eosq. ità in profundum deiiciunt, ut nec exitus, nec ulla effulgeat spes evadendi, qualis est status inferni, vel damnatorum; Aliæ verò dicuntur, quia aliquomodo concipiunt posse illas evadere. Quibus suppositis urg. sic. Tristitia, & dolor, vel desolatio, dæmonum, & cæterorum damnatorum in inferno longè superat omnem hujusmodi desolationem justorum in via, cum excedat etiam illam Christi, ut vidimus ex D.Th.; tum ex aliis etiam capitibus, ut facilè consideranti constare poterit; sed hæc tanta est, ut justo sub illa posito, præsertim sub infernali, nulla tunc adsit (ut solidè, ac eleganter eam exprimit Laudatus Magister ex aliis peritissimis ejusdẽ misticæ DD.) suavissimi Numinis memoria, nullus divinæ præsentiæ gustus, nullum cujuscumq. solacii adsit vestigium, umbra, mentio; desertum obscuritatis, languoris, hebetudinis; regio mortis, nox deliquii, antrum ultimæ calamitatis, ergo nulla adesse videtur à fortiori damnatis spiritibus lætitia, vel gaudium in statu illo totius, vel extremę misarię.

§. IV.

Occurritur solutionibus.

HIs tamen omnibus (excepta superiori paritate de dolore Christi, & hac ultima de illo justorum in statu ariditatis) occurrit Mag. Ferre, & quoad autoritatem D. Thom. in 4. inquit. *Crediderim D. Thom. in sententiis dixisse tale gaudium non esse verum, sed phantasticum non quià existiment se lætari, & de facto non lætentur, sed quià in eo, in quo putabant se plenè gaudere, de facto plenè non gaudent, cum in eodem, de quo lætantur, doleant*. Et ad paritatem, quam adducit D. Tho. de bonis Angelis, quòd quià summa in cælo fruuntur lætitia in præmiũ suorum meritorum nullam omninò admittunt tristitiam, pariter quià summa, vel extrema ex opposito premuntur tristitia, tanq. pęna debita proprio peccato, nullam admittent lætitiam, vel gaudium.

Respondet primò esse discrimen, quià Deus punit citra condignum, præmiat autem ultra condignum, undè ex eo, quòd bonorum lætitia, vel gaudium sit ita plenum, vel vehemens, quòd nullam admittat tristitiam, non sequitur quòd dolor malorum ex opposito, habeat eandem vehementiam excludendi omne gaudium.

Secundò adducit alterum discrimen dicens, quòd gaudium Beatorum est de bono universalissimo, in quo beatus omnem invenit rationem boni, quam desiderare potest, & carentiam mali, quod potest odio habere, vel nolle. Nulla ergo ratione dolere, vel tristari potest. Dolor autem Dæmonum non est de aliquo malo universaliter pręcontinente, nam licet

lic

sit de carentia visionis, tamen in illa carentia ipsi non aprehendunt omnem rationem mali, sicut beati in Deo viso aprehendunt omnem rationem boni. Nam privatio alicujus boni in eo, qui nondum expertus est, quantum bonitatis habeat, non offert tantum malum, quantum offert visio clara ipsius boni. Qui enim nunquam visum habuit, non ità cruciatur ipsa cæcitate, quantum crucietur illa, qui aliquando vidit, quià primus non aprehendit quantum bonum sit videre, sicut aprehendit ille, qui vidit. Hinc ergo non ita cruciatur, vel tristatur dæmon de carentia beatitudinis, quantum gaudet beatus de eo, quòd Deum videat. Et sic (concludit) non fit bonum argumentum, quòd si gaudium beatorum non permittit secum de aliquo objecto dolorem, etiam pœna, & dolor dæmonum non permittat secum aliquod gaudium, solum de aliquo objecto distincto ab eo, de quo dolet.

Tertiò dicit posse etiam admitti in beatis dolorem non qui sit passio, sed qui sit simplex volitio, qua doleant super nos, & super damna nostra. *Nolent enim (inquit) Angeli beati nos perire, & à gloriæ consecutione deficere, quod etiam admittit D. Thom. in illa solutione illis verbis, sicut nec minuitur gaudiū Angelorū per hoc, quod malis nostris cōpati dicuntur, quæ compassio esto non sit in præfatis Angelis dolor cum passione, est tamen dolor, prout dicit actum simplicem voluntatis, quo nollent mala nobis evenire. Hæc tamen (subdit) intelligantur dicta de dolore secundum quid juxta dicenda infra cum D. Thom. q. 113. art. 7. Unde juxta hanc doctrinam ad argum. Nego de dolore prout dicit simplicem actum voluntatis alicujus eventus, & certè dum beati spiritus, dum perfectissimè amant, negari non potest, quin doleant de eo, quòd homines bonum sic bonum, sicq. ab ipsis dilectum offendant, quia tamen hic dolor oritur ex amore, quo Deum amant, & ejus præsentia delectantur, eorum gaudium nulla via diminuit: sicque poterimus philosophari de gaudio dæmonum de eo, quòd homines peccant, & Deum offendant, & dicere, quòd eorum pœnam non minuit, quià nascitur ex odio, quo Deum odio habent. Qui enim alterum odio habet, naturaliter delectatur de eo, quòd odio habitus malè tractetur ab aliis, & graviter offendatur.* Ita idem Mag.

Ad priorem verò rationem desumptem ex Phil. 7 Ethic. respondet, dicendo. *Quod vehemens voluptas de aliquo objecto pellit dolorem de alio quocunq. objecto, non qualemcunq. sed illum, qui non oritur ex voluptate vehementi, sed aliunde: porrò dolor, quem habent beati angeli de nostris malis, & de offensis, quæ fiunt contra Deum, oritur naturaliter ex voluptate vehementi, qua Deum amant, & Deo summo bono fruuntur, quem vellent omnes homines honorare, & non quòd ipsum offendant, unde compatibilis est cum vehementi voluptate de Deo viso: & similiter gaudium dæmonum, de eo quòd homines per peccatum Deum offendant, cum oriatur ex odio, quo Deum incessanter odio habent, optimè compatitur cum eorum dolore, esto vehementissimus sit.* Hæc sunt, quibus occurrit sapientiss. Mag. præfatis nostris fundamentis ut adhuc sustinere valeat verum gaudium in dæmonibus. Imò etiam ut dicemus §. seq. ex alia autoritate D. Th. hic ad 1. putat oppositā sententiam negantem illud pugnare cum doctrina ejus.

Sed licet hæc omnia subtiliter dicta sint, adhuc non videntur infringere prædicta fundamēta. Et quidem contra primum ad auctoritatem D. Tho. obstat. Quia si semel vox illa *phantasticum* non sumitur contra positivè ad verum gaudium, sed ad non plenum, non videtur D. Tho. sufficienter satisfacere argumento facto, imò nec absolutè solvere ad intentum, sed magis esse solutio de subjecto non supponente ergo non videtur hæc explicatio ad mentem D. Th. Prob. ant. quia non est, nec potest esse intentum argumenti ad inferendum plenum gaudium in damnatis, sed tantum aliquod verum levamen, vel gaudium ex orationibus nostris in illis. Quis enim unquam contendere potuit in statu illo totius miseriæ gaudium plenum? Hoc enim pertinet ad statum beatitudinis juxta illud; *Ut gaudium vestrum sit plenum*. Unde solum poterit dubitare arguens de gaudio aliquo vero, ergo si velimus ad intentum illius satisfacere, & directè solvere argumentum, dum dicit esse phantasticum, intelligi nequit de gaudio pro non pleno, sed magis pro non vero.

Ex quo etiam manet impugnata interpretatio paritatis assumptæ à D. Tho. bonorum angelorum, quia non conduceret, aliter intellecta, ut patet, ad intentū ejusdem solutionis si velimus per illam D. Tho. non æquivocare ut dictum est, vim argumenti, & eidem satisfacere. §. Deinde si est tale discrimen inter utrumq. statum, ergo non videtur à D. Tho. adduci ad rem pro confirmanda solutione ad idem intentum argumenti. Ad quid enim ab eodem adducitur in favorem, vel confirmationem illius, si est disparatio? §. Præterea ex eo, quòd puniat illos Deus citra condignum non videtur sufficienter inferri, quòd possit, vel debeat admitti tale gaudium ergo. Prob. ant. tum quia ut insinuavimus, non solum merentur per peccatū privari vero gaudio, sed etiam annihilari, unde justitia humana, quando punit malefactorem ultimò supplicio mortis, quantum est ex se annihilat illum, cum non possit majus damnum eidem inferre. Tum quia merentur consequenter vehementiores cruciatus, & torturam: in patria autem præmiantur boni ultra condignum, quia ut explicat S. Tho. 1. 2. q. 69. ar. 4. ad 3., plùs accipiunt, quàm meruerint, & quàm desiderare potuerint, ergo sine præjudicio ejusdem discriminis excludi potest tale gaudiū ab illis.

Secundum etiam discrimen impugnari potest. Quia licet gaudium illud non sit de universali bono, sicut gaudium beatorum, eorum tamen summa, vel extrema miseria oritur ex carentia universalis boni, seù visionis ejus, in qua consistit maximum malum, seù pœna damni, quæ est maxima omnium, & cognita ab illis, ergo si possessio, & visio illius non patitur secum verum dolorem, nec privatio, & desperatio, & impossibilitas ad reditum ad illud, vel ad beatitudinem ab eisdem cognita patietur secum verum gaudium. Nam si sola dilatio ad illam, ut dicebamus ex D. Tho., infert pœnam in purgatorio pœnam superantem omnem pœnam, vel dolorem Christi divina solum dispensatione admittentem gaudiū in illo, naturali aliàs sequela debitum visioni ejus, quale verum gaudium admittere poterit perpetua carentia illius, vel pœna excedens illam Christi in damnatis?

Tertia verò solutio asserens, quod etiam in beatis admitti possit passio, vel dolor, qui sit simplex actus voluntatis, non videtur favere, ut dictum est, solutioni D. Tho., sed magis nocere ei, & roborare argumentum, cui satis est, quòd possint dæmones ex orationibus nostris consequi aliquod levamen, quòd sit verum gaudiū, quidquid sit, quòd in simplici actu

voluntatis, & non sit talis passio, vel dolor, qualia reperitur in appetitu sensitiuo, aut dicatur æquivocè in ordine ad illum, hoc enim videtur posse componi cum proprietate ejus, (quam intendit argumentum,) & fatetur idem Mag. de esse in loco definitivo, ut vidimus, respectu esse in illo circumscriptivè; neque etiam videtur arguens aliter sentire de dolore illo dæmonum, cum non sit in illis, nisi appetitus rationalis, vel volitious, ergo si iterum velimus D. Tho. per sui solutionem satisfacere argumento ad intentum arguentis, non videtur posse illam confirmare eadem peritate prout in illa admictitur proprius dolor etiam per modum simplicis actus voluntaris.

Ex his etiam, & superioribus replicis insurgi potest contra solutionem ad rationem factam ex Phil. nam licet non omnis, quamuis vehemens voluptas non excluderet omnem tristitiam, (quod tamen videtur esse contra experientiam, & præsertim si sit plùs oi. mio excessiva, cum præeccassiua lætitia quandoque aliqui moriantur, sicut præ nimie tristitia,) non tamen hinc infertur, quòd extreme tristitia in dæmonibus prout in illo statu non excludet omne verum gaudium, ex quocumq. capite vel objecto prouenire dicatur, ut ostensum est.

§. V.

Solvuntur argumenta

PRimò, & principaliter arguit M. Farra ex D.Th. hic in solut. ad 1., ubi loquens de hoc gaudio dæmonum, ut illud tum D. Aug. ostendet posse esse in illis inquit. *Dicendum, quid gaudium, & dolor de eodem sunt opposita, non autem de diversis. Unde nihil prohibet unum simul dolere de uno, & gaudere de alio: & maximè secundum quòd dolor, & gaudium important simplices actus voluntatis. Quia non solum in diversis, sed etiam in uno, & eadem re potest esse aliquid, quod volumus, & aliquid, quod nolumus.* Ita D Tho. Quibus non solum videtur expressè tradere idem gaudium in illis, sed etiam assignat rationem quia nempe inter utromq. non est pugna, vel incompossibilitas; quando non sunt de eodem. Unde etiam 3. p. q. 46. ar. 8. ad 1. docet gaudium, & tristitiam, de diversis objectis formalibus non esse directè contraria, & ideò non implicare, quòd sint in eodem etiam in summo gradu; qua ratione, ut insinuavimus, potuit esse in Christo gaudium summum de sue beatitudine, imò, & de morte sua, ut erat pro redemptione hominum, & cadebat in gloriam Dei; & simul summa tristitia de eadem morte ut erat malum naturæ, & in eis ferenda peccabant homines; ergo à fortiori videtur posse admitti in dæmonibus de aliquo eventu ad suam voluntatem, & de victoria hominum cadentium in peccatum, aliquale saltem gaudium verum, licet versentur in summa tristitia.

Dices cum laudatis oppositis auturibus ad priorem locum hic ad 1. (quem pro se adducit, & cui adeò innititur, ut eorum oppositam opinionem, ut insinuavimus existimet non esse conformem menti ejus) intelligendum esse in sensu causali, non formali; idest, ut explicat M. Baonez; quòd dicuntur lætari, & gaudere de victoria, quam assequuntur adversus homines, quia victoria illa implet eorum desiderium, quo ex invidiæ zelo desiderant deturbare homines à consequutione regni cœlestis, & hujusmodi impletio desiderii appellatur gaudium, & lætitia, non formaliter, sed causaliter, quia sua natura est causative delectationis, & gaudii, & de facto causaret, si dæmonum voluntas eb excessivo, quo conficiuntur dolore, non esset præventa. Quam expositionem dicit colligere ex relato, ubi ut dictum est, appellet dæmonum gaudiū phantasticum non verū.

Sed contra hanc solut. instat idem Mag. Quia D. Tho. probet gaudium posse in dæmonibus esse non de eodem objecto, sed de diverso, quie prout sic nullam habeat oppositionem, sed hoc tantum verificari potest de tristitia, & gaudio formaliter sumptis, & non præcisè de tristitia formaliter, & gaudio causaliter, ergo utrumq; intendit esse formaliter in illis. Prob. mi. quia gaudium tantum causaliter sumptum non solum esse potest in eodem circa diversa objecta cum tristitia, & dolore formali, sed etiam circa idem etiam sub eadem ratione, ergo dum asserit dæmunem lætari, quia licet lætitia in eodem de eodem objecto opponatur cum tristitia de eodem non tamen si ejusdem objecti non sint; id intelligi nequit, aut verificari, si solum accipiatur lætitia causativè; & non formaliter. Prob. ant. quia habere lætitiam tantum causetiuè juxta solut. datam non est actu lætari, sed solum habere in se aliquid, quod de facto lætitiam causeret, si subjectum præoccupetum non esset vehementissime tristitia, sed hoc contingere potest non solum circa diverse objecta, sed etiam circa idem ergo. Prob. mi. quià dum lætitie actu non est, vel non habet ectu esse in se non pugnat cum dolore etiam circa idem objectum, ut patet in illo, qui habet scientiam evidentem de aliqua propositione in actu, & formaliter, qui simul potest habere opinionem, de illa, imò & fidem Divinam tantum causeliter; nam potest eandem probare eliquo medio, quod de facto iu se causaret opinionem formaliter, si subjectum nō esset præventum evidenti, vel scientifica cognitione illius. Unde si alicui etiam jam scienti aliquem conclusionem, Deus illam revelat, tunc simul cum scientia evidenti formali habet fidem causaliter, quia si non videret, crederet, ergo circa idem etiam objectum nul. sm habet oppositionem tristitie, vel dolor formaliter cum lætitie causaliter, ac proinde si D. Tho. recurrit ad hoc, quòd de diverso objecto non habent in dæmone oppositionem signum est, quòd loquitur de gaudio formaliter, nam prout sic tantum opponitur eidem tristitię.

Resp. sustinendo, adhuc solut., vel explic. datā. Ad instantiam, quæ procul dubio subtilis, ac difficilis est, resp. quòd gaudium illud secundum aliquid est formaliter in dæmone secundum tamen rei veritatem est tantum causeliter, ut colligitur ex alia ejus doctrina in quartò, ubi fundant oppositi autores prædictam explicationem. Sicut enim in illo damnato, de quo discurrit ibi S. Tho., & qui dicitur jovari oratione S. Macharii, est aliquid formaliter in ratione gaudii, & levaminis, consisteos in eo, quod est videre elium; & aliquid tantum causaliter, scil. ratio veri gaudii. quod in rei varitate non est in illo formaliter, & propterea D. Tho. appellat illud phantasticum, non quie ut dictum est, sit aliquid fictitium, aut quia dampnati quasi videntur sibi delectari, cum reverà non delectentur, sed quia ita sehabent, ac si vere delectarentur; Ità similiter duo distinguimus in illo gaudio dæmonis de præfata victoria alterum formaliter, quod est implere suam voluntatem, alterū verò scil. ratio veri gaudii, quod est tantum causaliter

ter in illu. Et quia tetiu qoam adducit hic, scil. carentia oppositioois respectu diversi objecti non præcisè militat de geodio proot considerarur caosaliter tale, sed etiem pro eo, qood consideratur formaliter esse in illo, idao nou tenemor ax aadem inferre varii gaudium (de qou modo est difficultas) sed aliquid tantum lo ratione gaudii, qnod est quidam formaliter in illo, sed tantom phantasticom modo axplicato, quòd verò etiam militet da isto constat ax eo, quòd otramq. leuamen, scil. habitum ex hoc, qood est vidare alium respectu illius damnati, & illud dæmonis provalens ex hoc, qaod est implera suam voluntatem, vel rem eoenire ad intentom illius, opponitur, (ot patet ex terminis,) summæ ntriusq. tristitiæ. Unde videtnr instantia diminotè procedere, considerando in gaudio illo, formale tantū veri gaudii, & eoo alind etiam, ax qno poterat illud oriri, si non esset subjectum impeditum, scil. prædictnm vidsre, & implera.

In forma ergo nago mi. val suppositum mi., quòd in eodem gaudio sit uoom taotom formale vari gaodii, & quòd ratio D. Tho. militet solum da isto. Per qoòd patet ad alia, qoæ prosequitos io cæteris probationibns. Imò exemplom de habente scientiam formaliter, & simul opinionem causaliter de aliqna propositione, vel conclnsione videtor satisfacera præcedanti solotioni ad eandem instantiam, quòd sicut in consortio ejusdem scientiæ, ut in superioribus iosinuavimos, non est ibi vera opinio, sed tantam secundum quid; & causaliter solum io ratione varæ opinionis, est tamen aliqoid fotmale illius, scil. cognitio habita per medium probabile, quę causaret veram opioionem, si subjectnm oon esset impeditum à prævio lumina scientifico; & prout sic formaliter intra propriam sorum oppooitur hnic lumini, licet in ejusdem consortio redocta ad cogoitiooem opinativam caosaliter dicatur cumpati com illo etiam circa idam objectom. Ita proportionabiliter io casu, or explicatum ast; & coodocit etiam ad componeodum otramq. locum D. Thom., & ad rectè etiam intelligeodum, quod dicit D. Aug. loco in primo eodem argom art. citato, & in soliloquiis obi, ait, *quoties à bonis deviamus, diabolum lætificamus*, lætitia scil. appatenti, noo vera, qoæ ptopterea noo diminoit pœnam, sed magis auget ut vidimus, utpotè orta ex iofecta radice odii, & iovidiæ, ac propriæ superbiæ. Quibus omnibus addo, mirum videri, quòd alicubi S. Tho. intendat esse, aut etiam posse esse verum gaudiom in dæmone, & io cæteris damnatis io perpetuo odio Dei persaverantibns, postquàm de illo scimos, aliquando protulisse, se capere non posse, qoomodo existaos in peccato mortali ridere, ant lætari posset.

Secundò arg. (& potast esse raplica) gaudium prædictum io dæmone uoo opponitur alicui incompossibili cum summa eorom tristitia essentiali, & dolore ei debito ratione status, & inimicitię irravocabilis cum Deo, ergo potest in illo admitti. Prob. ant. quia nō oppooitur dolori assentialiter pertineoti ad pœnam damnatorum, qui est de amissione vitæ æternæ, & dolori, qui sequitur ex cruciato ignis ioferoi, sad dolori tantum accideotali, qui proveolt ex carentia bonorum spititoaliom, quæ hominibus contingunt, val cooferuntor, sed dæmooes aliquando possunt carere hoc accidentali dolora, cum oou tenaaotur habere ooiaersalem tristitiam de carentia omoiom bonurom, aliàs secondum præsentem sal-

tem providentiam non viderentur puniri citra condignom, ergu possunt affici gaudio illi dolori opposito. Urg. hoc. Quia dolor dæmouis, ut insinuavimos, noo est de aliqno malo uoiversaliter præcontineote omnem rationem mali, nam licet sit atiam da carentia visiooia, vel saltem iodirectè oriatur, & consequenter pront sic ex careotia totios boni, ipsi tameo in illa oon aprehenduot omnem rationem mali, si iterom valimus puniri citrà condignū, contrapositivè ad beatos, qui cum præmientur ultra coodignum, aprehendnot in Deo viso omnam rationem boni, ergo licat io his cum summo eorum gaudio admitti nequeat aliquis, non tamen hioc infertur uoo posse in dęmonibus admitti aliquod verum gaadium com somma eorum tristitia per modom simplicis actus volnntatis, quo volumus, ut dictum est, qoost de facto eveoit.

Ad hoc dist. ant. non oppooitor directè, & immediatè transeat, vel conc., iodirectè saltem, & redoctiaè, nego; nam licet priori modo non habeat oppositionem cum dolore assentiali, saltem tamen hoc posteriori modo, non potest eidam oon opponi, quatenus axcessivus eorum dolor trahit ad se totam volnntatem, unde noo permittit posse illem capera ex objecto atiam dioarso aliquod levamen per modū veri gaodii; sicot præter superiora exempla, patet axpetimento in nobis; qoòd vehamans, vel excessivus dolor in aliqna parte corporis, & præsertim in principaliori, vel capita, ita trahit ad sa omnem aliam ut in nulla delectari permittat, etiem si nullam earum immediatè offendat, vel affligat. §. Ex his atiam, & ex superiotibus resp. ad confirm. unde dist. ant. noo est de aliquo malo præcontinante omnem rationem mali, nec ex sui vehementia, & axcessu trahit ad se totam voluntatem, neg., & trahit illam, conc. Et ad prob. annexam similiter dist. Ipsi tamen io illa noo aprehendont omnē rationem mali, sufficienter ad impedieodam aandem vehementiam, & axcessum doloris, neg. hac adhuc subsistente, conc., Unde qoidquid sit, quòd in eadem non aphrehendāt omnam rationem mali, oec directè oppooatur eorū dolor pęnę essentiali, perseuerante tamen extrema illorum tristitia, & carentia totius boni, ita trahitur voluntas ad ita vehemeoter eam subeundam, ut noo permittatnr illos lętari de aliquo objecto quàmlibet distincto, ut patet in aisdam axemplis. Sicut ex opposito ia patris ita constituuntot beati in planè illo gaodio, ot de nullo alio objecto quàmlibet misetimo verè tristari possiot, & io hoc pręcipoè tenet paritas, qoidqoid itarum sit, quod in aliqno alio discriminentur, aot quòd illi in cœlo præmiantur supra condignom, dæmones verò citra, quòd tamen naq. est sofficiens ad diminuendā pœoam, ot fatemur omnes.

Ex his etiam colligimus illos sic tristari, qoòd non possiot aliter se habere, val ooo tristeri, sic quòd non sit io eornm potestate à se diuertere hanc mali, seu extremæ miseriæ cogoitionem. Huic Corolario cuosentit etiam Mag. Ferre. Quia sicot Beati in statu illo plenæ felicitatis ob meritom, & exigantiam illius nec uon visionis, quæ ax termiois suis æterna est, ax quo nempe est visio summi boni, oon possunt à se divertere cognitionem, vel visionam infiniti illius boni, & objecti summè delectabilis, & delectantis, & consequenter necessariò semper gaudent de illo, ità è conuersò damooes io statu extremæ oppositæ miseriæ, cessare nequeunt à cogoitiooe mali, vel objecti

objecti illius sommè contristabilis, & contristantia, & conseqoenter ab extrema sui tristitia, sic exigente stato damnationis æternæ, & pœnæ æternæ. Unde de beatis dicitor duplici titolo talem illis felicitatem convenire, scil. ratione status, & ex propriis ipsios visionis. Quia licet voluotas à uisione hujos, vel illius boni in particulari divertere possie, non tamen à visione sommi boni; ut enim dicit D. Tho. infra ut videbimus, q. 100. ar. 2. *Ex hoc enim creatura rationalis in justitia confirmatur, quòd efficitur beata per æternam Dei visionem. Cui visa non potest non inhærere, cum ipse sit ipsa essentia bonitatis, à qua nullus potest averti, cum nihil desideretur, & ametur nisi sub ratione boni*. Et ideo etiam dicitur necessaria ab intrinseco, quoad speciem, & exercitium: Ex qoo iterom patet, quàm immeritò velint aliqui ad sostinendam libertatem illam essentialem, (de qua supra) in præcisa ratione voluntarii ex perfecto judicio rationis cōsistentem, fore ibi liberum amorem beatificum. Cæterum damnatis uno tantom titulo extremam eandē miseriam, seù continuationem cognitionis mali contristantia, scil. ratione prædictæ damnationis æternæ, & pœnæ æternæ.

QUAESTIO TERTIA.

Quomodo torqueantur Dæmones in inferno.

PLura jam dicta sunt in superiori tractato de eorom tortura, & locatione, nunc specialiter agendum est de qualitate, vel modo illius, quomodo scil. sint, siue torqueantur in illo. Supponimus autem ut certum dæmones torqoeri à vero, physico, sive igne corporeo, ut constat ex sacris Scripturis, præsertim Matt. 25. *Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus*, Ubi agitur de igne, quo cruciabontur hominum corpora post resurrectionem, ac proinde vero, & corporeo. Unde sicut Angeli, & homines eadem, specie, beatitudine fruontur in empyreo, ita eodem, specie, igne cruciabontur in inferno. Ita etiam explicant SS. PP. August. lib. 21. de Civit. cap. 10. *Cur enim (inquit) non dicamus, quamvis miris tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affici*. Et infrà. *Adhærebant spiritus incorporei corporeis ignibus cruciandi*. Et Greg. 4. moral. cap 29. *Si diabolus, ejusq. Angeli cum sint incorporei, corporeo sunt igne cruciandi, quid mirum si animæ antequam recipiant corpora possint corporea sentire tormenta*. Unde D. Hieron. in cap. 66. Isa., & epist. 59. c. 2. inter errores Origenis refert, quòd ignem inferni peccatorum conscientiam esse voluerit. Quod si aliqui ex SS. PP., ut Ambros., & Damasc. appellant incorporeū, intelligendi sunt pro eodem, quòd incorruptibilem, quatenus non indiget, sicut noster, novo semper materia, ut conservetur. Unde etiam D. Thom. opusc. 2. cap. 29. inquit. *Pœna ista ignis corporalis est, & omnia, quæ in Scriptura de hoc igne inferni dicuntur, ad literam, & non per metaphoram sunt intelligenda*. Quià nempe juxta superiorem illam regulam D. August., & communiter verba Sac. Scripturæ in proprio sensu intelligenda sunt, & non metaphoricè, nisi obstet aliquod absurdum, quod nullom hactenus assignatum est, nec ullum est assignabile, ut poterit etiam infra constare.

§. I.

Referuntur, & impugnantur aliqui modi dicendi.

HOc supposito est duplex principalis difficultas. Prima est, an torqueantur ab igne inferni per alligationem eorum ad ipsum; secunda, quomodo fiat hæc alligatio, dicturi aliquid in fine, an præter illam detur aliud tormenti genus, quo acerbiùs ab eodem torqueantur. Quoad primam existimarunt aliqui torqueri ab illo cognitione, vel aprehensione alicujus contrarii, vel disconvenientis, quod reipsa patiantur, sed aprehensione tantum apparentia mali, sicut contingit homines in somniis ex sola aprehensione imaginationis alicujus mali vehementer contristari. Undè juxta hunc modum dicendi torquentor ab illo, non quià revera illis contrarius sit, aut nocivus, sed quià aprehendunt illum, ut talem, vel disconvenientem. Refert hunc modum, simul cum aliis D. Tho. 3. part. addit. q. 70., ar. 3., & impugnat sic. *Dicendum (inquit) quod supposito ex prædictis, quòd ignis inferni non sit metaphoricè dictus, nec ignis imaginarius, sed verus ignis corporeus, oportet dicere, quòd anima ab igne corporeo patiatur, cum Dominus ignem illum diabolo, & angelis ejus paratum esse dicat Matt. 25., qui sunt incorporei, sicut ipsa anima. Sed quomodo pati possit, multipliciter assignatur. Quidam enim dixerunt, quòd hoc ipsum, quod est ignem videre, (scil. cognoscere, vel aprehendere,) sit animam ab igne pati. Unde Greg. 4. dial. c. 29. dicit. Ignem eo tempore patitur anima, quo videt. Sed illud non videtur sufficere. Quià quodlibet visum ex hoc, quòd videtur, est perfectio videntis, unde non potest in ejus pœnam cedere, in quantum est visum: sed quandoq. est punitivum, vel contristans per accidens, in quantum scil. aprehenditur ut nocivum. Undè oportet, quòd præter hoc, quòd anima ignem illum videt, sit aliqua comparatio animæ ad ignem, secundum quam animæ ignis noceat. Unde alii dixerunt, (en superior principalis modus,) quòd quamvis ignis corporeus non possit animam exurere, tamen anima aprehendit ipsum, ut nocivum sibi; & ad talem aprehensionem afficitur timore, & dolore, ut in eis impleatur id, quod dicitur Psalm. 13. Trepidaverunt timore, ubi non erat timor. Unde Greg 4. dial. 29. Quòd quià anima se conspicit cremari, crematur. Sed hoc iterum non videtur sufficere, quià secundum hoc passio animæ ab igne non esset secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantum. Quamvis enim possit esse vera passio tristitiæ, vel doloris ex aliqua falsa imaginatione, ut Aug. dicit 12. super Genesim ad literam (c. 19. & 32. tom. 3.) tamen non potest dici, quod secundum istam passionem verè patiatur a re, sed à similitudine rei, quam concipit: Et iterum iste modus passionis magis recederet à reali passione, quàm ille, qui ponitur per imaginarias visiones; cum ille dicatur per veras imagines rerum esse, quas anima secum defert; iste autem per falsas conceptiones, quas anima errans fingit. Et iterum non est probabile, quòd animæ separatæ, vel dæmones, qui subtilitate ingenii pollent, putarent ignem corporeum sibi nocere posse, si ab eo nullatenus gravarentur*: Ità D. Thom. Ubi alium refert, de qoo poterit constare infra; tangit enim eorum alligationem, quæ infra examinanda est.

Igitor præcedens modus sentit de facto ignem verum non nocere spiritibus, neq. eos verè torquere, quià

quià ex sola falsæ opinione, quòd eos torqueat, potest prædictos spiritus torqueri, quod non consonat cum relatis dictis SS. PP. Imò videtur etiam apertè pugnare cum Sac. Scripturæ ubi supra, & alibi, ubi fit mentio de hoc igne tenq. de vero, & corporeo igne juxta præfatam communem regulam, & intelligentiam eorundem SS. PP. deputato in pœnam damnatorum.

Huic modo refert alium effugium M. Ferre, & videtur ex parte insinuare D. Tho. in altero ex superioribus, nempe, quòd torqueatur spiritus à sola ignis aprehensione ad hunc sensum, quòd producat ignis in spiritum quendam speciem objecti contristantis, virtute cujus aprehendat ignem ut sibi nocivum, ac proinde sola ignis aprehensione dicatur ab igne cruciari. Et videtur habere fundamentum in verbis illis D. Gregor. à D. Thom. relatis. *Quòd quià anima cremari se conspicit, crematur*. Sed ut vidimus ex eodem non posse sic intelligi patet, quià alias ut ostendit S. D., non esset vere passio secundum rei veritatem, sed magis secundum apparentiam, nam cum objectum visum, vel aprehensum fit perfectio videntis, visio, vel aprehensio illius nequit prout sic affligere videntem, nisi eo, quod aprehenditur, ut sibi nocivum, vel ergo ignis visus, vel aprehensus, verè aprehenditur, ut talis, vel falsò, & deceptoriè; hoc secundum dici nequit respectu videntia tanta subtilitate ingenii pollentis, ut ait D. Thom. Tum quià coincideret cum superiori illo relato, & impugnato, utpotè dissono à Scripturæ, & PP., ut ostensum est. Si verò primum, jam non effigit, quià præcisè videtur, (neq. hoc intendit D. Greg. utpotè dissonum ab eadem Scripturæ,) sed quià cum eliàs verè noceat, & torqueat, visus, vel aprehensio ignis, eliàs nocentis, effigit animam, vel spiritum.

Verum ut hæc satis recondita, vel obscura magis appareant, oppones in favorem hujusmodi instantiam valdè difficilem. Nam ignis per hoc solum quòd videatur à visu corporeo potest hunc cruciare, vel torquere, ergo etiam per hoc solum, quod videatur à spiritu poterit virtute Divinæ torquere illum, sicut eadem alligat, ut dicemus infrà, cons. constat à paritate. Ant. autem prob. Quià ità contingat post diem judicii reassumptis corporibus ab animabus damnatorum. Nam tunc ignis solum habebit motum intentionalem in eadem corpora, non autem actionem realiter alterativam, utpotè tunc incorruptibilia, actio autem alterativa realiter physicè corruptiva est, ergo solum torquere potest intentionaliter per immissionem specierum sensibilium in damnatis, ac proinde solum torquebit spiritus per hoc, quòd videatur ab illis.

Huic instantiæ Mag. Jo: à S. Tho. præter idem videre assignat ulteriùs aliam rationem cruciativi, vel afflictivi in igne, nempè quòd tunc immittat speciem repræsentativam vehementissimi caloris coniuncti physicè cum damnatorum corporibus, qui licet non corrumpet illa, erit valdè disconveniens eorum temperamento, siquidem impediat damnatos, ea modo sibi connaturali, & convenienti exercere valeant functiones sensibilium facultatum.

Sed huic solutioni videtur obstare D. Thomas in eisdem eddit. quæst. 86. art. 3., ubi inquirens an corpora damnatorum sint futura impassibilia expressè concludit, quòd in illis sensus pœnæ erit sine mutatione naturalis dispositionis. Sic enim discurrit: *Dicendum, quod principalis causa, quare corpora damnatorum ab igne non consumentur, erit Divina justitia, qua eorum corpora ad pœnam perpetuam sunt addicta, sed diuina justitia seruit etiam naturalis dispositio ex parte corporis patientis, & ex parte agentium, quia cum pati sit recipere quoddam, duplex est modus passionis, secundum quod aliquid in aliqua recipi potest dupliciter. Potest enim aliqua forma recipi in aliquo subiecto secundum esse naturale materialiter, sicut calor ab igne recipitur in aere materialiter, & secundum hunc modum receptionis est unus modus passionis, qui dicitur passio naturæ. Alio modo recipitur in alio spiritualiter per modum intentionis cuiusdam, sicut similitudo albedinis recipitur in aere, & in pupilla: & hæc receptio assimilatur illi receptioni, qua anima recipit similitudines rerum. Unde secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis, qui vocatur passio animæ. Quia igitur post resurrectionem, motu cæli cessante, non poterit aliquod corpus alterari à sua naturali qualitate, ut dictum est, nullum corpus pati poterit passione naturæ; unde quantum ad hunc modum passionis corpora damnatorum impassibilia erunt, sicut, & incorruptibilia. Sed cessante motu cæli adhuc remanebit passio, qua est per modum animæ, quia & aer à Sole illuminabitur, & colorum differentias deferet ad visum, unde, & secundum hunc modum passionis corpora damnatorum passibilia erunt; Et quia in tali passione sensus perficitur, ideo in corporibus damnatorum sensus pœna erit sine mutatione naturalis dispositionis.* Ita D. Tho. ex quibus juxta eundem constat non elitare eadem corpora fore passura ab igne nisi per modum, quo anima patitur recipiendo similitudines rerum, qui ut patet, diuersus est ab illo solutionis; & præcisè consistit in eo, quòd ignis immittet in eorum oculos speciem sui ratione cujus videbitur ab illis, sicut res videntur ab anima per species, vel similitudines, quas recipit ab illis.

Secundò. Si juxta D. Th. patiantur sine mutatione naturalis dispositionis, ac proinde manebunt in sui naturali temperamento, & sani ete, ita disponente divina justitia, cui etiam naturalis dispositio deseruit, ergo ex adjunctione caloris quàmlibet excessiui non impedientur à suis functionibus sensibilibus modo connaturali exercendis. §. Tum quia si hoc impedimentum proveuit ex eduuctione excessiui caloris eorum naturali temperamento disconvenientis, non præcisè intentionaliter patientur sicut anima, ut dicit D. Tho., sed physicè, cum physicè, impediat. Tum quia ut docet ibidem, cessante motu cæli nequeunt qualitates corporeæ ampliùs agera in corpus per actionem naturalem identificatem cum motu naturali (hanc enim habent virtute motus cælestis,) ergo solum agent in illa per actionem identificatam cum motu purè intentionalitar, & consequenter hac tentum patientur ab illo juxta doctrinam D.Thom. & non physicè.

Aliter ergo resp. ex eodem ibidem ad 3. ubi ostendit posse adhuc ignis effligare spiritum, esto non agat in illū prædicta actione, vel motione naturali, sed tantum intentionali, sive non patiatur ab illo passione naturali, sed purè intentionali. Unde inquit. *Neque tamen oportet, quod quià corpora damnatorum ab igne inferni per corruptionem aliquam non lædantur, quod propter hoc ab igne non affligantur; quià sensibile non solum natum est delectare, vel affligere sensum, secundum quod agit actione naturæ confortando,* vel

vel corrumpendo organum, sed etiam secundum quod agit actione spirituali; quia quando est in debita proportione ad sentiendum delectat. E contrario autem, quando se habet in superabundantia vel defectu. Unde & colores medii, & voces consonantes sunt delectabiles; inconsonantes autem offendunt auditum. Ex quibus in forma neg. ant. ad prob. neg. iterum ant. ad prob. annexam, nego suppositum illius, scil. quòd actio intentionalis, vel spiritualis non possit esse afflictiva, seu sensibile per illam non possit affligere, vel; offendere sensum corporis, circa quòd agit, nisi contingat alteratio, vel corruptio, cum etiam ex superabundantia, vel defectu causari possit talis afflictio, ut ostendit D. Thom. ac proinde non ex solo visu illius affligentur eadem corpora, sed quia videbitur in tanta abundantia vel excessu.

Secundo potast ex eodem resp. ibidem ad 2. ubi sic egregiè discurrit. *Dicendum quòd similitudo agentis est dupliciter in patiente. Uno modo per modum eundem, quo est in agente, sicut est in omnibus agentibus univocis, ut calidum facit calidum, & ignis generat ignem. Alio modo per modum diversum, quo est in agente, sicut est in omnibus agentibus æquivocis, in quibus quandoque contingit, quòd in agente est forma spiritualiter, quæ in patiente materialiter recipitur. Sicut forma, quæ in domo facta per artificem est materialiter in ipsa, & in mente artificis est spiritualiter. Quandoq. vero è converso, est materialiter in agente, & recipitur spiritualiter in patiente, sicut albedo est materialiter in pariete, à quo recipitur spiritualiter in papilla, & in medio deferente. Et similiter est in proposito: quia species, quæ materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum, & sic ignis sibi assimilabit damnatorum corpora, nec tamen ea consumet.* Ita D.Tho.

In quibus utrumq., habetur, quod tangimus in priori solutione, nempè quod non præcisè torqueat ignis eorum corpora, quia videatur, sed quia videtur superabundanter, & excessivè, quatenus immittendo species spiritualiter receptas in illis, ex illius abundantia, & excessu, quasi suffocantur ab illis, idest dum vident se ex omni latere cum tanta abundantia, & excessu ab illo obrui, & veluti sepeliri, & consequentur se totos igniri sine omni evasione, & sine spe euadendi summoperè torquentur. Unde non habent præcisè affli gi, quia vident, sed quia tali modo vidãt.

§. I I.

Referuntur, & simul impugnantur alii modi.

Refero alios sequentes modos, ut rectè, & clariùs percipiatur status idem damnatorum, & distinctio utriusq. penæ in illo, scil. damni, & sensus. Alter ergo modus asserit animas separatas, & dæmones torqueri ipsa cogitatione alicujus mali, quod revera patiuntur, scil. privationis boni amissi, siue beatitudinis, quæ dicitur pœna damni, unde dum hoc maximum considerant, hac ejus consideratione, seù cogitatione gravissimè affliguntur. Hanc verò cogitationem afflictivam dicunt esse pœnam sensus.

Sed hic modus diminutè, vel deficienter procedit, nec consonat Scripturæ, & PP.; Nam præter hanc aprehensionem mali ulteriùs dicuntur torqueri ab igne, ergo nequit præcisè consistare in sola eadem aprehensione, sed tenemur aliam assignare sibi illatã ab igne. §. Quòd si opponas D. Ambros. lib. 7. in Lucam c. 14. apud Mag. Ferre; siue etiam lib. 4. ibid. tit. de parata cœna apud Gonet., ubi videtur expressè docere ignem illum non esse flammarum corporalium, neq. vermem corporalem, sed magis spiritualem, dum ait. *Ignis ergo, quem generat mæstitia delictorum; vermis est. eo quòd irrationabilia animæ peccata mentem rei, sensumq. compungunt, & quadam exedunt viscera conscientiæ.* §. Resp. ex eisdem sensum illius propositionis esse, quòd ignis ille non sæviat in dæmones virtute sibi connaturali, & physica flammarum corporalium, ut supra etiam explicatum est ex D. Tho. sed spirituali, qua elevatur à Deo, & mouetur in ratione instrumenti ad illum effectum, quamvis simul etiam affligantur cogitatione mali, & peccatorum suorum, quæ etiam vocatur vermis conscientiæ, unde licet faveat prædicto modo dicendi, non tamen excludit aliam afflictionem, quam patiuntur ab eodem igne nisi velimus se opponere apertis locis Scripturæ, in quibus exprimitur hæc ulterior afflictio, & pœna. §. Quibus addo cum eodem Mag. Ferre, hanc autoritatem, si quid ex illa posset in contrarium deduci, potiùs esse in favorem negantium illos torquari à varo igne (qoòd nullo modo est admittendum de mente ejus, utpotè aduersum Sac. Scripturæ), quàm spectet ad præcedentem modum, qui asserit illos solum torqueri à cogitatione privationis boni desiderati, de quo idem S. D. nullum verbum facit in eadem autoritate. Clariùs ergo huic modo fauet alter P. Arrubal hic disp. 171. c. 1., ubi asserit dolorem illum ab igne illatum non esse distinctum à dolore, quem sentiunt Spiritus ex amissione beatitudinis, solumq. dicit pati ab igne quatenus virtute divina fit, ut actus ille vitalis, quo aprehenditur, & sentitur illa pœna, seù amissio tanti boni, dependeat ab igne, non ut à causa principali, (cum nequeat ignis prout sic influere in actum vitalem,) sed tanquam à causa instrumentali.

Sed hic etiam modus præterquàm quòd videtur diminutè procedere, cum ignis prout sic immediatè non affligat, vel actinè non influat in Spiritum per modum torquentis, sed magis per modum objecti veluti passive concurrentis ad eandem aprehensionem afflictivam; adhuc non videtur sufficienter distinguere inter pœnam damni, & pœnam sensus, quam communiter tradunt Theologi. Nam afflictio causata ex tali aprehensione, in qua hic modus juxta Vasquez, (qui illum impugnat,) videtur constituere pœnam sensus, magis pertinet ad pœnam damni, quàm sensus. Etenim, ut docet D.Thom. 1.2.q.35.ar.1. ad dolorem duo requiruntur, scil. conjunctio alicujus mali, & perceptio hujusmodi conjunctionis. *Sicut enim (inquit) ad delectationem duo requiruntur, scil. conjunctio boni, & perceptio hujusmodi conjunctionis, ita etiam ad dolorem duo requiruntur, scil. conjunctio alicujus mali, quod ea ratione est malum, quia privat aliquod bonum, & perceptio hujusmodi conjunctionis.* Unde nomine pœnæ damni intelligunt Theologi non solum ipsam amissionem boni, siue beatitudinis, sed etiam dolorem, qui habet pro objecto amissionem illius. Unde nomine pœnæ damni, prout ab eisdem distinguitur à pœna sensus venit etiam dolor, qui habetur media cognitione de tali damno, & non præcisè damnum, vel amissio boni.

Expl., & urg. hoc. Nam omnis dolor, & pœna est de aliquo nocivo contristante, & juxta distinctionem istius habetur distinctio pœnæ, & doloris, ergo dum distinguunt Theologi pœnam damni à pœna sensus, sentiunt hanc pœnam, quæ causatur ab igne, &

& ab eliis nocentibus, vel affligentibus eosdem spiritus, esse distinctem à pœne, vel dolorē, qui habetur media cogitatione boni amissi, & consequenter hanc pertinere ad pœnem damni, ergo dum præsens modus vult hanc passionē, & eprehensionem spirituum pendere ab igne sic instrumentaliter concurrente ad illem confundit utremq. pœnam, nec videtur cohærenter loqui ad communem doctrinem Theologorū.

Urg. ulteriùs in pueris, qui sunt in lymbo, nam juxte iterum eorundem communem consensum, contra aliquos recentiores stricti, (ut vocant ut supra, rigoris) tantum habent pœnam damni, & non sensus, ut docet D. Thom. q. 5. de malo, seu de peccato originali art. 2., & tamen de carentia beatitudinis non dolent, ut docet ar. 3. seq., ergo non est confundende pœna damni, cum pœne sensus, prout intenditur constitui in hoc dolore, vel cognitione boni amissi.

Deniq. urg., & expl. totum hoc ex eodem D. Tho. ibidem, (& est iterum communis doctrina Theologorū.) Nam pœna damni, scil. carentia visionis Divinæ respondet aversioni à bono incommutabili; & pœne sensus conversioni ad bonum commutabile, qoe ratione probat eisdem pueris habentibus solum originale, in qoo non est conversio, sed sola aversio, non deberi pænem sensus, sed solam damni, ergo dolor de carentia visionis non debet poni ex parte pęnæ, sensos; sed damni. Cujus etiam ratio est, quie cum peccatum magis importet de culpa ex parte aversionis, quam conversionis, nam in tantum peccat quis indebitè se convertens ed creaturam, sive ad bonum commutebile in quantum recedit à debito ordine ad Deum, sive ad bonum incommutabile, ergo ad pęnam demni respondentem eversioni eb illo, non solum pertinere debet prædicta carentia, sed etiem dolor de illa, sicut ad pænam sensus respondentem conversioni, non solum pertinet nocumentū causatum ab igne, sed etiam dolor de tali nocumēto.

Ex his etiam duo inferimus, quòd dum Theologi carentiam visionis appellant pænam damni, nominę pænæ non intelligitur præcisè ipsa privatio illius secundum se; (Sic enim magis obtinet rationem objecti pænæ, quàm pænę propriè acceptæ, undè prout sic solùm dici potest pæne lergè, vel communiter, prout Deus mediante ille ponit damnatum & est quoddam malum peccantis, sicut dicimus Deū clerè visum esse nostram beatitudinem, idest objectū beatitudinis,) sed intelligitur dolor de tali carentia, sicut beatitudo pro formali est clara visio, & gaudiū maximum de Deo viso. Æquo cessat instantia PP., nempè quòd cum privatio beatitudinis sit malum, & non sit malum culpæ, ergo pænæ, & consequenter erit pæna subjectivà, & non tantum objectivè. Equivocat enim nomen pænæ, & sumit illam prout infligitur in pænam peccati, non propriè, ut accipitur in præsenti scil. non præcisè pro damno inflicto, sed pro dolore de illo, qui in puris spiritibus, ut dictum est, est actus voluntatis, & ideò idem damnum magis est objectum istius, quam pæne, ut rectè insinuat utrumq. D. Tho. 2. 2. ubi supra.

Secundò inferimus, ne fiat etiam æquivocatio in hoc nomine pænæ sensus, quòd enim in eisdem puris spiritibus non sit sensus, non accipitur confusè, & in distinctè pro omni dolore, qui potest esse in superiori parte, quæ tota est spiritualis, sed ut ait D. Tho., pro eo, qui correspondet conversioni ad commutabile, circa quòd sensibiliter juxtà sui conditionem inordinatè delectatus est, juxte illud; Quantùm glorificavit se in deliciis suis tantùm date ei tormenti, & luctus: undè solùm in illis omnis dolor pænę sensus, est elicitivè: & subjective in voluntate quia eb ea elicitur, & in ea subjectatur; non quasi, quod omnis correspondeat conversioni.

§. III.

Refertur alter modus, & simul statuitur in favorem illius conclusio.

ALter modus communis Thomistarum asserit dæmones torqueri ab igne per alligationē tanquam instrumento Divinæ justitiæ, itaut detineat, ne pro sui libertate exire possint à loco illo, in quo torquentur. Est autem specialis difficultas de modo ejusdem alligationis, quomodo scil. ignis illem exequatur; quià non ità expressè habetur resolutio istius apud D. Thom., quamvis satis fundatè colligatur ex doctrina ejus locis infra referendis.

Prima concl. Dæmones torquentur ab igne inferni tanquam ab instrumento Divinæ justitiæ alligante eos, ne possint ab illo exire, & alibi esse pro sue libertate. Est expressa D. Thom. 4. cont. Gent. c. 90., ubi rejectis quibusdam aliis modis patiendi ab illo. Sic concludit. *Patiuntur igitur ab igne corporeo substantiæ incorporeæ per modum alligationis cujusdam. Possunt enim alligari spiritus corporibus, vel per modum formæ, sicut anima corpori humano alligatur, ut det ei vitam: vel etiam absq. hoc, quod sit forma ejus, sicut Necromantici virtute Dæmonum spiritus alligant imaginibus, aut hujusmodi rebus. Multò igitur magis virtute Divina spiritus damnati igni corporeo alligari possunt. Et hoc ipsum est eis in afflictionem, quòd sciunt se rebus infimis alligatos in pænam.*

Sumitur etiam ex variis Script. locis. Nam in 2. Petri c. 2. habetur. *Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos.* Similiter Judas in sua Canonica. *Angelos qui non servaverunt suum principatum vinculis æternis sub caligine reservavit.* Item Apocal. 21. *Aprehendit Draconem, & alligavit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit.* Tandem Luc. 16. *Crucior in hac flamma.* Tunc subsumo. Sed hæc, & alia hujusmodi loca Scripturæ nequeunt absq. hac pœna sufficienter salvari, ut facilè consideranti constare poterit, ergo. Unde D. Greg. in 4. cit. Dialog. mysterium illud Lucæ agnoscens inquit. *Cum veritas peccatorem divitem in igne perhibeat, quisnam sapiens reproborum animas teneri ignibus neget?* August. etiam lib. e. de Trinit. *Cur enim (inquit) non dicamus quamvis miris, tamen veris modis, etiam spiritus incorporeos posse pœna spirituali affici.* Et infra. *Adhærebunt spiritus incorporei corporeis ignibus cruciandi.* Sicut explicat, vel loquitur cum eodem Mag. Ferre; *Sicut anima in hominis conditione jungitur corpori, ut dans ei vitam, quamvis signum sit spirituale, & hoc corporale, & ex illa coniunctione vehementer concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni ut accipiens ab eo pænam, & ex illa coniunctione concipit terrorem.*

Ratione deindè prob. sumpta ex eodem D. Tho. ibidem. Nam possibile est hoc genus torturæ per alligationem, & aliàs convenientissimum est, & valdè conforme Sec. Script., & PP, ut sic torqueantur ab igne; ergo sic torquentur. Cons. tenet, quia tenemur in his discurrere supposita tormenti possibili-

litate secundum conveniantiam, & conformitatem ad Scripturam, & PP., cum in his, quæ pendent à lumine fidei, ut sunt pœnæ infernales non possumus pro arbitrio affirmare, sed ex Scriptura, & PP. Ant. autem quoad 1. p. de possibilitate patet, quia *Sicut anima (ut inquit D.Tho.) alligatur corpori, & spiritus imagini, aut huiusmodi rebus virtute dæmonum, multò magis virtute divina spiritus damnati igni corporeo alligari possunt*. Quoad 2. verò de convenientia prob. ex his quæ prosequitur. *Quia omne peccatum rationalis creaturæ ex hoc est, quòd Deo obediendo non subditur, pœna autem proportionaliter debet culpæ respondere: ut voluntas per pœnam in contrario eius affligatur, quod diligendo peccavit. Est igitur conveniens pœna naturæ rationali peccanti, ut rebus se inferioribus scil. corporalibus quodammodo alligata subdatur*. Hac etiam ratione 3. p. q.61. ar.2. (quod militat contra recentiores Pheudo mysticos, qui volebant recessum à rebus sensibilibus) probat non modo in hoc statu post peccatum contrapositivè ad illum innocentiæ indigere sensibilibus ad acquirandam perfectionem tum scientiæ, tum sanctitatis, vel gratiæ. Sic enim ait ad 1. *Dicendum, quòd homo in statu innocentiæ gratia indigebat, non tamen ut eam consequeretur per aliqua sensibilia signa, sed spiritualiter, & invisibiliter*; & ad 2. id magis explicans subdit *Dicendum, quòd eadem est natura hominis ante peccatum, & post peccatū, non tamen est idē naturæ status Nā post peccatum anima etiā quoad superiorem partem, indiget accipere aliquid à corporalibus rebus ad sui perfectionem, quod in illo statu homini necessè non erat*. Quia nempe tunc seruabat perfectam subjectionem ad Deum, à qua quia per peccatum recessit, meruit subiici rebus etiam infimis ad sui perfectionem consequendam. §. Unde etiam q. de anima ar. 21. inquit: *Qualibet spiritualis substantia, quantum est de sua natura non est alligata alicui loco, sed transcendit totum ordinem corporalium. Quod ergo alligetur alicui, & determinetur ad aliquem locum per quandam necessitatem, est contra eius naturam, & contrarium appetitui naturali*. Et ideo optimè ait Ibi cont. Gent. *Et hoc ipsum est eis in afflictionem, quòd sciunt se rebus infimis alligatos in pœnam*.

Denique prob. quoad. 3. p. de conformitate ad Sac. Script., & PP.: tum quia ut dictum est, nequeunt aliter legitimè saluari, vel subsistere. Nam ex illis habetur, quòd dæmones torqueantur ab igne inferni, & non explicatur, quòd alio modo torqueat, quàm alligando prædictos spiritus, ergo tenemus ex eisdem fatari, quòd torqueantur per alligationem, & detentionem ab igne in locis illis pœnalibus. §. Urg. ex his, quæ prosequitur ad rectam intelligentiam harū scripturam in confirmationem præcedentis ejus doctrinæ, & totius capitis. *Hinc etiam apparet, (subdit) quòd licet corporalia, quæ de præmiis Beatorum in scripturis leguntur, spiritualiter intelligantur, sicut dictum est de promissione ciborum, & potuum: quædam tamen corporalia, quæ scriptura peccantibus comminatur in pœnā, corporaliter sunt intelligenda, & quasi propriè dicta. Non enim est conveniens, quòd natura superior per usum inferioris præmietur, sed magis per hoc, quòd superiori coniungitur. Punitur autem convenienter, natura superior per hoc, quòd cum inferioribus deputatur*. Et tandem postquàm etiam concedit quædam alia, quæ de damnatorum pœnis, in scripturis dicta corporaliter leguntur, spiritualiter accipi, & velut per similitudinem dicta, sicut dicitur Esa. ult. *Vermis eorum non morietur* scil. remorsus conscientiæ, & similia, ut fletus, & stridior dentium &c. Adhuc tamen ad rem nostram subdit, *In corporibus damnatorum post resurrectionem, nihil prohibet corporaliter ea intelligi; ità tamen quòd per fletum non intelligatur lacrymarum deductio, quia ab illis corporibus nulla resolutio fieri potest; sed solum dolor cordis, conturbatio oculorum, & capitis, prout in flentibus esse solet, ergo multo magis superiora testimonia de igne torquente, & alligante intelligenda sunt de tortura, & alligatione propriè dicta, ut explicatum est*.

§. IV.

Statuitur 2. conclusio de modo alligationis.

De modo isto diversimodè sentiunt Scholastici. Nam Vasquez ubi supra cap.6. ait hunc modū ita desiuire debemus, ut non negemus dæmones alio modo ab igne cruciari, quàm per alligationem, sed solum asseramus alium modum cruciatus nobis esse ignotum, & cum August. dicamus, miris, varis tamen modis, hoc est varis modis, nobis tamen ignotis dæmones ab igne torquari. Nam ex his modis cruciatus, quos hactenus commemoravimus, nullus absque ullo incommodo defendi potest, & ità satiùs erit nostram in hac re fateri ignorantiam, quàm absq. firmo fundamento aliquod affirmare. Ita Vasquez. In quo ferè communiter conveniūnt alii PP. Societatis, dum solum asserunt ignem alligare dæmones, & alligando torquere; sed quomodo id contingat non explicant; an scil. fiat solum per extrinsecam unionē ignis ad spiritum, an per hoc, quòd producat aliquas qualitates, quibus intrinsecè impediat eorum operationes, quibus possent ab illo loco exire, & alibi esse, & se locare, itaut cogantur in perpetuū ibi remanere.

Secunda conclus. Ignis inferni ligat dæmones producendo instrumentaliter in illis quasdam qualitates impedientes earum potentias, scil. intellectum, & voluntatem, ne per suas operationes, exire possint à loco illo, & alibi pro sua libertate esse, & operari. Ita jam communiter Thomistæ à S.Tho., Gonet., M. Ferre, Illustriss. de Mariais, Salmant., & alii. Et quamvis non ità expressè ut insinuavimus habeatur in D. Tho., satis tamen colligitur ex his, quæ tradit quęst.70. addit. ar.3. paulò post medium corp. ubi inquit. *Quamvis autem res corporea ex sua natura habeat, quod spiritum incorporeum loco definiat, non tamen ex sua habet, quòd spiritum incorporeum loco definitum detineat, ut ità alligetur illi loco, quòd ad alia divertere non possit, cum spiritus non sit ità in loco naturaliter, quòd loco subdatur. Sed hoc superadditur igni corporeo, in quantum est instrumentum divinæ iustitiæ vindicantis, quod sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis, retardans eum ab executione propriæ voluntatis; ne scil. possit operari ubi vult, & secundum quod vult*. Sed id præstari nequit ab igne sic physicè retardante ab executione propriæ voluntatis, nisi aliquid physicum producat in illa, quo physicè impediatur à sui operatione argo. Prob. hæc mi. subsumpta ex discrimine utriusq. potentiæ, quæ scil. operatur per actionem formaliter transeuntem, & quæ per formaliter immanentem, ut sunt intellectus, & voluntas, quòd illæ impediri possunt ab exercitio suarum operationum per aliquod extrinsecum, non verò istæ.

Hanc eandem doctrinam tradit q. de anima ar.21. in corp. circa medium, ubi ait; *Impeditur enim aliquid uno modo à suo contrario quantum ad esse suū, quod habet ex aliqua forma inhærente, & sic patitur aliquid à*

suo

suo contraria per alterationem, & corruptionem, sicut lignum ab igne comburitur. Aliquid autem impeditur ab aliquo obstante, vel contrariante, quantum ad suam inclinationem, sicut naturalis inclinatio lapidis est ut feratur deorsum, impeditur autem ab aliquo obstante, & vim inferente, ut per violentiam quiescat, vel per violentiam moveatur &c. Et hoc secundo passionis patitur anima ab igne corporeo, in quantum per hujusmodi ignem impeditur à sua inclinatione, vel voluntate. S. Idem docet q. 26. de verit. ar. 1. versus finem corp. inquit; *Ignis ergo ille corporeus agens ut instrumentum divinæ justitiæ facit aliquid supra virtutem naturæ, scil. animam detinere, vel ligare, Et sic patitur anima ab igne corporeo, prout dicimus pati omne id, quod impeditur à propria actione, vel ab alio sibi competenti. Et hunc modum passionis August. ponit in 2.* lib. de Ciuit. Dei cap. 10. sic dicens. *Cur non dicamus, quamuis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pæna corporalis ignis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi profectò incorporei, & nunc potuerint includi corporalibus membris, & tunc poterunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari?* En quòd etiam D. Aug. modum istum cruciandi ignis respectu dęmonis exprimit nomine alligationis.

Ex his prob. ratione. Ignis, ut probatum est ex Scriptura, & PP, præsertim ex utroq; S. Doct., torquet spiritus physicè alligando, siuè retardando, vel impediendo eorũ potentias; ne per illarũ operationes alibi sint, & exeant à loco illo, sed id præstare nequit sine aliqua qualitate producta in illis ergo, Prob. mi. tum ex superiori discrimine inter actionẽ formaliter transeuntem, & formaliter immanentem. Tum quia effectus physicus formalis in aliquo subjecto nequit effectivè procedere à causa efficiente, nisi media aliqua forma producta, & recepta physicè in illo dante illi in genere causæ formalis talem effectum ergo nequit ignis alligare spiritum, nisi media aliqua qualitate alligante illum formaliter. Prob. ant. Tum ex his, quæ latè tradidimus in physicis, quod ad dandum effectum formalem determinationis in causa indifferente ad utrumque extremum præter motionem divinam efficienter determinantem, vel causantem illam, requiritur qualitas intrinseca, sicut in calido calor intrinsecus, præter ignem efficienter causantem illum ad faciendum illud formaliter calidum. Tum quia ut in alio simili communiter fatemur contra recentiores hæreticos, ad habendam sanctitatem formalem præter causalitatem divinam efficienter causantem illam, requiritur forma intrinseca, scil. gratia dans illam formaliter, siue in genere causæ formalis, & sic de aliis.

Dices huic rationi manifestè Instari exemplo ubi supra adducto à D. Tho. de Mago per artem magicã virtute dæmonum superiorum alligante inferiorem annulis, imaginibus, & similibus sine productione alicujus qualitatis in inferiorem, in quam solus Deus, qui illum creavit, ut instrumentum, quo ipse utitur, operari possunt, unde quidquid sit de aliis affectibus formalibus, qui efficienter causantur à suis causis naturalibus, quòd juxta exigentiam naturæ adhuc indigeant forma intrinseca; à qua in hoc genere dependeant, non tamen id est necessarium ad hunc effectum alligationis juxta mentem etiam D. Tho.; aliàs non posset uti tali exemplo.

Sed contra hoc est. Nam præterquàm solutio non est ad casum (ut statim constabit,) dissimulat, vel æquivocat mentem, & intentum S. D. Quia ut patet ex litera, ad hoc utitur tali exemplo, sicut alio animæ nostræ conjunctæ corpori, ut ostendat spiritum incorporeum posse uniri, & alligari rei corporeæ, & sic alligatum torqueri ab illa, quidquid sit de modo alligationis, vel torturæ, an per formam, vel qualitatem intrinsecam productam, de quo ibi non loquitur. Imò quoad hoc poterat retorqueri aliud exemplum animæ nostræ, quòd sicut ad habendum in corpore effectum formalem vitæ præter causam efficienter concurrentem ad illam, scil. Deum, & generantem, requiritur eadem anima, ut forma intrinseca dans illam formaliter, sive in hoc genere causę formalis, ita pariter est necessaria hæc in casu, ob eandem rationem, ut constabit seq. replica.

Secundò instatur. Quià alligatio dæmonum inferiorum virtute superiorum non est physica, ut est illa spirituum ad ignem, sed tantum moralis, sive ex imperio superiorum comminantium pœnas, & tormenta, nisi obediant, & transferant se, quo jubentur adire, & immobiliter ibi persistere, ergo licet hæc contingat sine productione formæ, vel qualitatis intrinsecæ, non tamen altera illorum in igne, nam hic, ut dictum est, physicè illos detinet, & retardat, vel impedit, ne possint exire, nuda in potestate eorum physica non est se alibi locare.

Dices huic replicæ, & simul iterum rationi factę, posse etiam alligationem physicam, & non solum moralem fieri sine tali qualitate intrinseca per hoc quòd Deus subtrahat, vel deneget dæmonibus omnem sui concursum tam prævium, quàm simultaneum, quibus possent alibi se locare, & ab illo loco exire, nã tunc eisdem subtractis, & aliàs necessariis ad producendam eandem qualitatem, (cum sine illis creatura, vel causa 2. nequeat aliquid producere) sufficienter manebunt physicè alligati medio igne, ut instrumento suæ Divinæ justitiæ.

Sed contra hoc est. Quià hæc solutio videtur repugnantia asserere. Nam si nulla creatura, vel causa 2. ut innuit, sine omni concursu Dei operari non potest, & ut communiter fatemur contra Durandum ad salvandam subordinationem essentialem illius à causa prima in hoc genere, scil. operator, non sufficit contulisse illi virtutem ad operandum, & modo eam conservare, cum hoc ipsum, ut dictum est, conveniat cuilibet causæ creatæ, sive operanti, sive non; ac proindè est omninò necessarius ad hoc aliquis actualis influxus Dei, ergo subtracto omni ejus concursu non poterit verificari, quòd ignis activè, & physicè se habeat ad dæmonem physicè alligando illum etiam, ut instrumentum, cum neq. istud influere, vel agere possit ad effectum principalis agentis, & præsertim primi, sine influxu illius, & nisi etiam præviè agat, modo in superioribus, & alibi in Physicis explicato per actionem sibi propriam, quæ tunc sivè omnis ejus activus influxus est de subjecto non supponente remoto omni influxu Divino, unde magis se habebit per modum veluti passivè tantum definientis, aut per modum subjectionis ad illos, non activè, & phisicè torquentis, vel alligantis, aut per modum superioris instrumentaliter detinentis, ne exeant, juxta Script., & SS. PP.

Secundò impug., & simul urg. præcedens replica. Nam alligatio dæmonis ad ignem debet illi esse violenta, & repugnans propriæ naturæ, aliàs non sentiret justitiam, vel dolorem de illa, sed tunc non esset hujusmodi, ergo non fit per solam prædictam denegationem, vel suspensionem concursus: ma: pa-

tet ex terminis; mi: verò prob: quià ut proximè insinuavimus, natura dæmonis, & cujuslibet causæ creatæ in universum non inclinatur, nec inclinari potest ad agendum nisi dependenter à concursu Divino, sicut nec instrumentum nisi dependenter à concursu causæ principalis, si velimus eidem, (ut tenentur) essentialiter subordinari, ergo non esset ai violentum, vel repugnans propriæ naturæ, non operari sine omni concursu Divino, & consequenter salvari non potest talis violenta alligatio per solam suspensionem concursus, sed omninò fieri debet per qualitatem aliquam intrinsecè in illis receptam, & principaliter à Deo causatam, & ab igne instrumentalitar.

§. V.

Solvuntur argumenta contra præcedentem conclusionem.

Cum in prima conclusione jam omnes conveniant, quatenus præcisè exprimit alligationem, vel detentionem, & non determinat de modo, ut determinatur in secunda, ideo specialiter contra istā arguitur primò sic. Non potest intellectus, vel voluntas angeli per prædictam qualitatem impediri, vel retardari, ne de ordine naturæ intelligat, aut velit id, quod sibi placuerit, ergo nec impidiri, vel retardari ut exeat, & se alibi locat impediendo utriusque operationem sui locativam. Ant. constat; quia utraque potentia, & operatio est formaliter immanens, & solus Deus ingredi potest intra illas: ergo non est subjecta, vel impedibilis ab eadem qualitate; conf. verò prob. Nam in doctrina magis conformi menti D. Tho. Angelus extra se solum operatur per intellectū, & voluntatem, ergo si talis qualitas non potest impedire, vel retardare earum operationes, nec poterit impedire potentiam extra se operativam à sui executione. §. Urg. hoc. Qualitas illa, nullo modo, ut fatemur omnes, est corruptiva naturalium, cum ista, ut dictum est, integra permāserint post peccatum, sed naturale est intellectui, & voluntati angeli esse potentiam extra se operatiuam, ergo sicut hac ratione nequit illas impedire à suis actibus, sive ab intelligere, & velle ad intra, nec poterit ab illis impedire ad extra, ne exeant, & alibi sint. Prob hæc conf. exemplo perfectè sani. Nam licet iste perfectus in suis potentiis, & cum debitis organis ad operandū possit impediri ab extrinseco, ab executione suarum operat onum, si uempe ligetur fune, vel catena, non tamen ab intrinseco, quamdiù retinet perfectas vires, & organa debitè disposita ad motum; ergo similiter dæmon integrè conservans sua naturalia impediri nō poterit ab intrinseco à suarum operationum executione per intrinsecam aliquam qualitatem, quidquid sit ab extrinseco. §. Urg. ulteriùs totum hoc. Angelus sine qualitate habet naturaliter, vel quantum est ex se, velle facere efficaciter per intellectum, & voluntatem id, quod potest velle pro sui libertate, ergo supposita eadam illius integritate post peccatum nequit ab illa impediri ab intrinseco ad id exequendum per suum intelligere, & velle.

Ad hoc resp. solum probare de actibus ejus præcisà ut elicitis, non ut imperatis, & ut executis, unde licet dicamus non posse impediri per aliquam qualitatem à Deo productam, ne aliciat suas operationes, potest tamen impediri, ne illas exequatur ubi vult. Sed teneatur exequi in loco suæ torturæ. Unde in forma, neg. conf. ad prob. neg. iterum conf., nam operatio ejus ad locum, vel effectum, quem intendit producere in illo, obtinet rationem imperati, sive munus executi, & non est præcisa comparatio ad objectum, ut præcisè volitum, vel purè speculativè intellectū; & ideò potest impediri per illam, ne eam exerceat extra pro suo libito. §. Ad 1. confirm. similiter dist. & explico mi. Naturale est esse potentiam extra se operatiuā, sub munere exequentis, vel imperati, nag. sub purè speculativi, vel eliciti, con., nam sub isto sistit ad intra, nec subest, nec subesse potest alicui violentiæ, ut violenter impediri, sed manet integer, & consequenter immunis prout sic ab omni impedimento, vel violentia; secus tamen sub munere imperati, prout vult exire, vel aliquid extra operari, sic enim potest pati violentiam, & impediri, ne exerceatur alibi; sicut eadem illius operatio, quamdiù manet intra, sine comparatur ad ejus potentiam sub præcisa ratione eliciti, manet occulta, nec potest ab alio penetrari; si tamen exeat, vel dirigatur ad illum, tunc sit cognoscitur ab eodem, ut explicatum est. Per quod patet ad probat. de perfectè sano, quæ solum probat de illa, ut elicita, non ut imperata, vel executa §. Ad 2. neg. conf. quia sine tali qualitate non solum habet velle efficaciter operari, sed ipsum etiam efficaciter operari, quia tunc nec ad intra, nec ad extra esset dæmon ab aliquo impaditus ad operandum, cum à solo igne sine illa, ut probatum est, impediri nequeat; illa verò posita, quamuis efficaciter velit operari, impeditur efficax ejus via, ad operandum pro sua libertate, qua efficaciter vellet operari, quia talis qualitas retardans impedit, ne dæmon utatur sua facultate operativa, ne fiat id, quod vellet fieri.

Secundò etiam principaliter arg. Ignis inferni nō se habet ad spiritum per modum influentis, sed per modum tantum detinentis, ergo non alligat illum per aliquam qualitatem à se productam, conf. tenet, quia aliàs non præcisè se haberet ut detinens, sed etiam ut influens, cum effectus non producatur sine influxu suæ causæ. Ant. verò prob. ex D. Thom. in 4. dist. 44. q. 3. art. 3. quæstiunc. 3. ad 4. ubi expressè dicit. *Quòd ignis non agit in animam per modum influentis, sed per modum detinentis.*

Ad hoc neg. ant. Ad prob. Explico D.Tho. t. cum Mag. Jo: à S.Tho., & aliis, non intendere, quòd nullo modo influat in illam cum expressè dicat, quòd agit, agere autem non est sine aliquo influxu nisi velimus abuti terminis, sed quia id, quod influit, deservit solum ad detinendum, non ad alterandum, vel corrumpendum. §. 2. resp., (& videtur magis ad intentum argumenti) quòd ideò dicit non se habere per modum influentis, sed detinentis, quià aliàs videretur magis perficere, quam torquere animam, si influeret producendo aliquam qualitatem in illa, ut intendebat argumentum sic procedens. *Omne quod patitur recipit aliquid ab agente; si ergò anima patiatur ab igne corporea aliquid ab eo recipiet; sed omne, quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis, ergo quod recipitur ab igne in anima non est in ea materialiter sed spiritualiter, sed formæ rerū in anima spiritualiter existentes sunt perfectiones ipsius, ergo & si ponatur, quòd anima patiatur ab igne corporeo hoc non erit in ejus pænā, sed magis in ejus perfectione.* Cui resp. D.Th. verbis relatis, quasi dicat, quòd qualitas illa, quam producit in anima non est ad perficiendum, sed ad detinendum. Nam si intenderet excludere omnem influxum, non vide-

videretur satisfacere argumento, nam istud supponit influxum, dum contendit animam non posse pati ab igne per productionem alicujus formæ spiritualiter receptæ in ipsa, quia aliàs magis haberet perfici, quàm cruciari ab igne per talem formam: Et huic difficultati, vel inconvenienti, respondet non influere, scil. per illam ad perficiendum sed ad detinendum; Non quòd nullo modo influat, nisi velimus eandem formam produci sine influxu, quod est alienum.

Sed contra utramq. solut., vel explicat. instas. Nam prædicta qualitas (ut suppono) est spiritualis, & etiam supernaturalis, sed hujusmodi qualitas est essentialiter perfectiva sui subjecti, ergo nequit deservire ad cruciandum, & affligendum, sed solum ad perficiendum, ut revera intendit argumentum, ac proinde neutra explicatio videtur posse favere solutioni D. Thom. ad ejusdem argumenti intentum, sed magis esse de subjecto non supponente, quòd possit per illam ignis cruciare, & violenter detinere animam.

Resp. dist. mi. Est perfectiva sui subjecti, si sit eidem connaturalis, vel connaturaliter se habeat ad illum, transeat, vel conc., si repugnanter, vel violenter neg., nam optimè stat, quòd forma aliqua sit absolutè, & in se perfectio quędam, & tamen quòd respectu alicujus subjecti non sit perfectiua illius, sed magis destructiva, vel corruptiva illius, ut patet de frigore respectu corporis calidi. Ita similiter dicimus de qualitate producta in anima ab igne; nec refert, quòd supernaturalis sit, quia non est talis quoad substantiam, aliàs diceretur pertinere ad ordinem gratiæ, sed præcisè quoad modum, quatenus scil. efficitur ab igne modo ipsi supernaturali.

Tertiò arg. (& adhuc potest esse replica) ut ignis detineat, & alliget spiritum, non est necessaria talis qualitas superaddita, & producta ab illo, ergo frustra ad illam recurrimus, ut verificetur detentio, & alligatio ejus. Prob. ant. quia satis est, quòd habeat rationem instrumenti diuinæ justitiæ exclusa eadem qualitate, ergo. Prob. ant. nam ex se in ratione loci habet illum difiuire, ergo sola superraddita ratione instrumenti sine tali qualitate poterit illum alligare, & detinere, Deo causa principali imperante, ne exeat à tali loco. Prob. cons. ex his, quæ habet D. Tho. ibidem in corp., ubi dicit, quòd ignis ex sua natura habet diffinire spiritum, ut locus locatum; & quòd spiritum sic diffinitum detineat, hoc superadditur ei ex hoc, quòd est instrumentum divinæ justitiæ, sed ignis difiuit spiritum non agendo in illum, sed immediatè se ipso, ergo sola superaddita ratione instrumenti, sine alio superaddito à se producto, potest se ipso immediatè detinere. §. Urg., & simul explicatur hoc, in columna detinente domũ ne ruat. Nam quia ex sua natura utpotè magnæ firmitatis habet posse illam substentare, non indiget aliquo superaddito, ut eam sustentet, & detineat, ergo quia pariter id præstare poterit ignis sola superaddita eadem ratione instrumenti ex eo quòd versetur circa subjectum excedens, siue spirituale.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. neg. iterum ant. Ad illius prob. neg. cons. Ad ejus prob. concessis præmissis; neg. cons., & suppositum illius, quòd in ratione instrumenti possit illũ detinere sine productione talis qualitatis, ut probatum est, in quo distinguitur à se ipso, ut pręcisè exercet rationem loci definitivi, nã prout sic passivè se habet respectu locati, ut in priori tractatu ostensum est, unde non est ei necessaria aliqua qualitas à se producta ad locandum spiritum, sicut ad detinendum, siue ad locandum illum violenter. Neque oppositum docet ibi D. Tho., imo hoc ipsum confirmat, dum ait superaddi ei rationem instrumenti, quam nequit exercere sine illa: & insinuat etiam in prædicta solut. ad 4. ubi expresè fatetur, quòd agit, Agere autem, vel efficere non fit sine influxu, vel productione. §. Ex his etiam fit satis ad confirmat. Nam columna non detinet per modum agentis, sed veluti passivè per modum sustentantis, siue per juxta positionem sui ad domum ruentem, & ideò nõ est necessarium aliquod superadditum sed satis est innata firmitas. Unde nego causalem antec., quæ solum militare poterat proportionaliter respectu ignis, ut præcisè locantis, non ut detinentis.

Quartò Arg. supra insinuato de visione ad art. 3. & est replica. Non potest potentia corporalis elevari per aliquam qualitatem ad videndum spiritum, ergo neque corpus, vel ignis eleuari, ut instrumentaliter agat in illum per modum detinentis. §. Urg. hoc. Nam si ignis posset sic elevari per qualitatem superadditam ad sic agendum in spiritum, pariter visus corporeus esset eleuabilis per illam ad videndum illum, sed hoc est impossibile, ut ibidem ostensum est, ergo. Prob. ma. Quia uterq; est quid corporeum, & utraque qualitas, & objectum sunt quid spirituale, ergo si nihilominùs, potest ignis per illam elevari, ut agat in spiritum, poterit etiam elevari visus per illam, ut eum videat.

Ad hoc neg. cons. ob duplicem disparitatem ibidem assignatam. Prima est, quià objectum corporis, ut est instrumentum Dei non est præcisè res corporalis, sed quodvis ens realiter existens, & ideo etsi agat in spiritũ, non fertur extra sui objectũ adæquatum. Cæterũ objectum spirituale est extra objectũ adæquatum potentiæ visivæ, ut ostensum est ibi, & statim etiam constabit, cum non se habeat ut instrumentum ad sui actionem, sed ut causa principalis, utpotè vitaliter agens per illam, unde ei correspondet determinata, uel limitata sphera objectiva.

Secunda est. Quià actio qua corpus agit, ut instrumentum Dei non procedit activè à propria virtute corporis, sed à sola virtute supernaturali, qua elevatur, & corpus dicitur tantum concurrere per modum sustentantis formam activam: At verò visio, quià est actio vitalis, de cujus ratione est procedere à principio intrinseco vivente, essentialiter petit procedere efficienter, non solum à virtute, qua elevatur oculus, sed etiam à virtute visiva, unde ad sui actionem comparatur ut causa principalis, & ideo debet versari circa proprium, vel determinatum sui objectum. Nam causa principalis nequit elevari nisi circa rationem formalem sui objecti adæquati. Cumque objectum adæquatum potentiæ visivæ sit lucidum coloratum, & spiritualia nequeant hanc rationem participare, fit inde, quòd nullum ex his videre possit etiam per elevationem. Cæterum instrumentum ut tale nullum habet determinatum, circa quod agat, quià cum solum inserviat agenti principali, & agat virtute ejus, & assimilet effectum non sibi, sed agenti principali, ejus objectum est ipsum objectum agentis principalis, & ideò licet materiale sit, vel corporeũ potest virtute agentis principalis producere effectum spiritualem. Unde optimè poterit ignis in ratione instrumenti Divinę virtutis agere in spiritum, & producere in illo qualitatem spiritualem. Et per hæc patet ad confirmat.

Sed

Sed instas. Quamvis ignis sit habeat per modum instrumenti, adhuc tamen est incapax recipiendi qualitatem spiritualem, per quam instrumentaliter producat aliam spiritualem in dæmone, ergo nec in ratione instrumenti poterit detinere per productionem illius. Prob. ant. eadem paritate. Repugnat spiritum induere, vel recipere rationem lucidi colorati, ratione cujus possit oculus corporeus elevari ad illum videndum, ergo pariter repugnabit, quòd ignis materialis afficiatur qualitate spirituali, ratione cujus elevetur ad producendam aliam spiritualem in dæmone. Prob. cons., quià non minùs videtur repugnare subjecto materiali qualitas spiritualis, quàm subjecto spirituali qualitas materialis, ergo sicut impossibile est istud affici qualitate materiali, erit impossibile, quod subjectum materiale, quale est ignis, afficiatur qualitate spirituali, ac proinde sicut repugnat spiritum videri ab oculo corporeo, pariter repugnabit detineri ab igne media qualitate elevante ad producendum aliam in spiritu.

Huic instantiæ dico in primis valde æquivocare, vel assumere non causam pro causa, quia etiam si oculus corporeus posset recipere qualitatem aliquam spiritualem adhuc esset omninò impotens ad videndum spiritum, non verò ignis recepta qualitate spirituali, (quam revera potest recipere, ut statim dicemus) ad aliam spiritualem, ob discrimen addu-ctum inter causam principalem, qualis est oculus, & instrumentalem, ut est ignis, unde non oritur repugnantia, vel disparitas ex eo, quòd alter possit recipere, & alter non; sed ex diverso modo operandi ut explicatum est. §. Ex quo etiam inferendum, cur aliquam spiritualem qualitatem possit ignis recipere ad sic influendum in spiritum, non verò oculus ad videndum illum, quia virtus instrumentalis, qua ignis, (& sic proportionabiliter de aliis instrumentis materialibus assumptis à Deo ad aliquem effectū spiritualem, etiam supernaturalem producendum) egit in spiritum, licet sit virtualiter spiritualis, est tamen formaliter materialis, ut explicator 3.p.q.13. ad art.2., unde solum dicitur spiritualis, vel quia est insensibilis, vel quia est participatio spiritualis virtutis, vel quia ad spiritualem effectum producendum ordinatur; sicut similiter dicit D.Thom. 3. p. q. 62. art.4. ad 1. de virtute instrumentali, quæ est in Sacramentis ad causandam gratiam. Neque etiam inconveniens est, quòd virtus spiritualis recipiatur in re materiali per modum transeuntis. Cæterum in oculo corporeo ad videndum deberet esse talis formaliter, & principaliter elevans ob exigentiam illius concurrentis, ut causæ principalis ad visionem, ut dictum est. Unde non posset ea uti præcisè, ut virtute instrumentali, ut contingit in igne, etiam si eam reciperet, utpotè elevans tunc extra spheram adæquatam objecti specificativi; & ita etiam esset, & non esset virtus principalis, sive principaliter elevans, ut teneretur esse. Sed de his latè ibidem Deo benedicente.

In forma ergo neg. ant. Ad prob. neg. conf. Ad illius prob. nego ant. Quia spiritus in ratione objecti specificativi est extra spheram adæquatam oculi corporei, vel sensus, unde impossibile est, quòd possit recipere qualitatem aliquam corporeā, ratione cujus ingrediatur illam, aliàs esset, & non esset extra eandem, si posset illam recipere, ut per se patet, sicut Deus clarè visus esto sit adæquatè in ordine supernaturali, vel gratiæ, non tamen est extra spheram specificativam potentiæ adæquatè de ordine naturæ, sicut est intellectus creatus, quia media aliqua qualitate recepta de ordine superiori potest pervenire ad illum clarè videndum. Cæterum ignis in ratione instrumenti, ut dictum est, non habet talem limitationem; neque aliàs est inconveniens, ut insinuavimus, quòd in subjecto materiali recipiatur qualitas spiritualis per modum transeuntis.

Sed præterea ex alio capite adhuc est major repugnantia, quia cum subjectum comparetur ad qualitatem sibi superadditam per modum perfectibilis, plus repugnat subjectum spirituale recipere formam inferiorem corpoream, quàm subjecto materiali recipere qualitatem, vel formam superiorem corporeā, quia plùs derogat nobilius perfici ab ignobiliori, (& præsertim tam longè distanti, ut in casu) quàm ignobilius à nobiliori; unde natura quidem perficitur per gratiam, sed non ita gratia per naturam. Ex quo etiam dicimus, quòd in inferiori est potentia obedientialis respectu superioris, non tamen è contra, quia obedientia semper respicit superius.

Quòd si contra hoc instes; tunc angelum in casu, quòd reciperet colorem à Deo principaliter operante, vel causante illum, non habere obedientiam ad qualitatem corpoream receptam, sed solum ad Deum sibi superiorem. §. Resp. dist. ant., non habere obedientiam ad qualitatem; in genere causæ formalis, neg., in genere efficientis transeat, vel conc. semper enim deberet perfici per illam, & consequenter comparari, ut aliquid inferius, & ut ab illa perfectibilis, quod est valdè repugnans spiritui, qui semper est quid nobilius respectu cujuscunq; corporei.

§. VI.

Solvuntur alia argumenta contra eandem conclusionem.

Quintò arg. (& potest esse replica contra præcedentes proximas solutiones.) Quamvis ignis agat per modum instrumenti, adhuc tamen prout sic est incapax qualitatis superadditæ quæcunque sit, ad torquendum dæmonas, ergo non torquet per illam, producendo aliam in illis. Prob. ant. quia rationem instrumenti ad torquendum illos exercet per totam æternitatem, sed nequit illam sic æternaliter exercere per aliquā qualitatē superadditā, ergo. Prob. mi. quia deberet illa esse qualitas permanens, si semel nunquam cessat exercere illam, (nisi velimus, quòd singulis momentis Deus aliam, & aliam noviter per totam æternitatem semper infundat, quòd videtur alienum;) sed est contra rationem instrumenti physici (qualè est idem ignis) quòd elevetur, & agat per qualitatem permanentem ut probatur ibidem, & docent communiter Thomistæ, ergo. §. Ad hoc neg. ant. Ad prob. neg. mi., & suppositum illius, quòd permanentia qualitatis sumatur à diuturnitate durationis, ut supra de visione ostendimus tract. 3. disp. 3. q. 6. §. 2. Unde aliud est, quòd qualitas aliqua diù, vel perpetuò maneat, aut duret, aliud verò quòd ex hoc habeat attenta sui ratione formali, talem modum permanentiæ, ut patet in visione, & amore Dei in Patria, & in cognitione, qua angelus cognoscit se ipsum, quæ licet dicatur sine variatione in eternum durare nō tamen dicuntur quid permanens, sive habitus, sed disposi-tiones, quia ex se habent permanere nō posse sine influxu intellectus, & voluntatis, ut actualiter operantis. Quamvis ergo prædicta qualitas habeat in æter-

num

num durare non propterea dicenda est quid permanens, vel habitus, quia ex propria ratione formali pendet à Deo ut in exercitio mouente, & veluti excitante ignem ad torquendum, & ideò ex propria ratione formali habet esse per modum actualis fluxus, vel tendentiæ transeuntis. Igitur ratio permanentis, vel transeuntis in hujusmodi qualitatibus attendanda est ex dependentia, quam ex propria rationa formali habent ab influxu Dei; nam si juxta sui naturam non pendeant ab illo, ut movente, sed ut conservante in esse, tunc sicut influxus permanens est, quia accommodatur rebus conservatis, ita & qualitas pendens ab hoc tantum influxu conservativo permaneas erit; si verò pendeant ab illo ut movente, tunc ex sua natura sunt quid transiens, vel per modum fluxus, sicut, & influxus Dei, à quo pendent, ut patet in operationibus, quæ de se petunt habere esse per modum fluxus, seù tendentiæ actualis, & hujusmodi sunt qualitates instrumentales collatæ à Deo instrumentis creatis ad agendū, sivè diù, aut perpetuò durent, sivè non.

Sed instas. Nam quia beatitudo est æterna, siue in æternum durans nequit fieri sine qualitate permanente, luminis gloriæ, ergo quia pariter actio ignis est æterna, sinè in æternum durans, si semel ad illam est necessaria qualitas superaddita, fieri non poterit sine qualitate permanente. §. Resp. neg. in primis suppositum ant., quòd visio haberi omninò non possit sine qualitate permanente per solam fluidam, vel actualem, ut efficaciter ibidem ostensum est ex doctrina D. Tho., & satis urgenti ratione. §. Secundò resp. M. Farre hìc negando prædictam causalē tanquam adæquatam, sed quia ex sua natura exigit visio semper durare; & non quia præcisè est æterna. Ad quod etiam recurrit Illustriss. Gody, (ut vidimus ibidem,) ad probandum, quòd fieri nequeat sine lumine permanente, per solum fluidum, quia nempe ex sua natura est permanens, & incorruptibilis, ac proinde petit principia, à quibus procedit, quòd permanentia sint, & non fluida. §. Sed hoc si de omni concurrente ad illam intelligatur efficaciter ibi ostensum est manifesta (ni fallor) instantia auxilii efficacis, non posse verificari. Suppono enim in via Thomistarum concurrere cum intellectu Beatorum ad producendam visionem, quoad actualitatē existentiæ, & tamen solum habet esse per modum qualitatis transeuntis, at contra eundem ibidem, & locis aliis relatis probatum est, & patet etiam ex proximè dictis.

Aliter ergo resp. neg. causalē prout præcisè sumptam ex perpetuitate durationis. Vel dist. claritatis gratia, quia est æterna per modum actus perfecti, imò omnium perfectissimi, conc. (& hoc forte etiam M. Farre) quia præcisè est æterna, neg. Ex eo ergo visio, ut modo saltem connaturali fiat, postulat qualitatem exse permanentem, qua elevetur intellectus ad sui elicientiam, quia est actus supernaturalis perfectus, imò omnium perfectissimus ex sua natura in æternum invariabiliter permanens, nam communis est sententia Theologorum non posse sine nota temeritatis negari, de lege ordinaria elevare Deum potentias ad actus supernaturales perfectos qualitatibus permanentibus, seù habitibus, qua ratione etiam ostendimus ibidem ad art. 5. sinè periculo errandi contra fidem, & contrà diffinitionem Concilii Viennens., & sine nota temeritatis negari non posse lumen gloriæ esse qualitatem ex se permanentem.

Sextò arg. Ad detinendum dæmonem ne exeat de loco inferni, & alibi se transferat non est necessaria qualitas ab igne producta in illo, ergo alligatio illius non pendet ab hac qualitate. Prob. ant., quia per solam extrinsecam assistentiam in ratione instrumenti diuinæ virtutis potest illum impedire à tali voluntario exitu, ergo. Prob. ant., nam major est efficacia ejus prout sic in ratione instrumenti ejusdem virtutis, quam sit efficacia alterius agētis creati ad impediendum virtute propria aliquid exterius à sui connaturali operatione, sed hoc potest fieri sine productione alicujus qualitatis in eodem exteriori impedito, ergo, à fortiori id fieri poterit ab igne in ratione instrumenti respectu dæmonis. Ant. patet in eo, qui per manū detinet lapidem sursum, impediens illum à connaturali descensu sine productione alicujus superadditi in illo.

Dices ut supra esse discrimen, quòd dæmon non movetur per aliquā operationem, vel motum purè externum, ut contingit in lapide, sed per internam, & formaliter Immanentem, unde nisi aliquid intrinsecum illi superaddatur intrinsecè illum afficiens, & impediens ab executione propriæ operationis non poterit alligari, & impediri, ne exeat, & alibi se pro libito transferat, per purum impedimentum extrinsecum, cui ex sua natura non subiicitur, sed magis subiicit, cum sit in illo per modum superioris, ut probatum est ex D. Th.

Sed contra hoc est. Nam potest Deus, ut principale agens quemvis pariter agat per actionem formaliter immanentem impedire illum à sui exitu per aliquid purè extrinsecum, sine imperando illi ne exeat, ergo poterit similiter ignis in ratione instrumenti exequentis, vel deferentis imperium ejus impedire eundem exitum purè extrinsecè se habendo sine productione alicujus intrinseci in illo. §. Secundò, & urgetur replica præcedens. Quia demones nō se locant, nec exeunt per suas operationes, ut formaliter immanentes sunt, sed prout sunt virtualiter transeuntes; id est quatenus virtute earum producuntur aliqui effectus in loco exteriori sui diffinitivo; Sed licet hujusmodi operationes exeant, ad impediendum tamen in re earum effectus non requiritur aliqua qualitas intrinsecè in illis producta ergo. Prob. mi. quià actio licet ex se efficax ad producendum effectum, in re potest impediri à productione illius per solum impedimentum extrinsecum, ut patet in actione solis ex se efficaci ad illuminandam aulam; vel ad generandum fructum in arbore, quæ tamen ab utroque effectu impediuntur per solum extrinsecum impedimentum, si nempè claudantur fenestræ, vel arbor sit indisposita ergo. Sic pariter poterit impediri actio dæmonis à sui effectu, licet ex se efficax sit ad producendum illum. Eo vel maximè, quòd nulla creatura, cum non sit causa universalissima, sicut Deus, inimpediliter operatur in productione suorum effectuum, unde sola actio & virtus Dei, sive efficax ejus intentio frustrari non potest ergo.

Ad hoc resp. benè ibi. Ad 1. replicam patet ex dictis discrimen inter causam, vel influxum moralem per imperium; & causam, vel influxum physicum, sicut est ille ignis, ut explicatum est, respectu dæmonis in alligando illum, quòd licet prior haberi possit, vel habeatur sine productione alicujus superadditi, non tamen posterior, ut probatum est. §. Ad 2. pariter dictum est, quòd licet angelicæ operationes sint virtualiter transeuntes, quià tamen sunt formaliter de linee immanentium, nisi impediantur

in.rin-

intrinsecè ab earum aplicatione, impediri non possunt à suis effectibus per solum obstaculum, vel obicem extrinsecum, sicut accidit in operatione solis, vel aliis hujusmodi causis, quæ operantur per puram operationem externam, cui si ponatur tantum obex exterior, statim cessat, & consequenter ejus effectus, quamvis aliàs ex se sit efficax ad illum producendum. §. Ad id verò quòd subditur, quòd non sunt causæ universales, sicut est Deus universalissima omnium effectuum, & ipsarum etiam causarum, & ideò inimpedibiliter semper operans, quando efficaciter ab æterno aliquem voluit. Resp. ex hoc inferri, ut insinuavimus, posse quidem impediri ab extrinseco, sive à Deo suspendente concursum, vel non conferente illum ad operandum, vel ab aliis causis operantibus virtute Dei instrumentaliter in spiritum, & consequenter contrapositiuè ad Deum semper operari impedibiliter, cæterum quòd ab istis sine superaddita qualitate intrinseca, dicimus id fieri non posse ob earum conditionem, ut dictum est, quòd sunt formaliter internæ, vel manent in ipso, unde est necessarium aliquid intrinsecum, per quod impediatur libera earum elicentia, vel aplicatio, & non sufficit aliquid pure extrinsecum, cum istud non afficiat illum intrinsecè, nec afficere possit, ac proinde nec causare tale impedimentum intrinsecum.

Septimo arg. Instrumentum debet per aliquid sibi proprium dispositivè operari ad effectum principalis agentis, sed ignis virtute propria nihil potest dispositivè operari ad spiritum, vel ad qualitatem in illo producendam, ergo nequit assumi, ut instrumentum ad sic alligandum dæmonem. Ma. est D. Tho. supra q. 45. ar. 5., quam etiam probat, quià si instrumentum nihil ageret secundum id, quòd est sibi proprium frustra adhiberetur ad agendum; mi. etiam constat, quià subjectum, in quo producitur qualitas, spirituale est, scil. spiritus, ignis autẽ quid corporeũ, sed corpus virtute propria nihil potest agere in spiritum, quià adæquatum subjectum adæquati corporei est corpus, & nullum agens virtute propria potest agere extra subjectum sibi adæquatum.

Urgentur hæc omnia ex facto illo Luc. 4. quando Christus dixit dæmoni; *Obmutesce, & exi ab eo*. Tunc humanitas ejus ut instrumentum Divinitatis causavit expulsionem illam dæmonis ab illo corpore, sine eo quòd aliquid imprimeret in dæmone, vel aliquid physicè imprimeret in illo, quo expelleret eũ vel quasi per impulsum impressũ moveret illum, aut impelleret ad exeundum, quia solum ad imperium Christi exibant dæmonia, nulla re physica in eis producta, ergo similiter poterit ignis torquere, & alligare dæmonem, sola causa principali, ut insinuavimus scil. Deo imperante sine intrinseca qualitate physicè in illo producta.

Ad hoc ex dictis alibi, & in superioribus resp. propositionem illam D. Thom. Instrumentum per aliquid sibi proprium &c. in duplici sensu intelligi posse, ut subtiliter advertit Mag. Catalam q. 13. relata 3. p. ad art. 2. dub. 2. in solut. ad 4. Primus est, inquit, quòd instrumentum per operationem, virtute sibi connaturali, elicitam debeat in subjecto, circa quod operatur principale agens producere aliquid, quod disponat subjectum ad effectum agentis principalis. Et hoc licèt sæpè ita sit, non tamen est semper necessarium, neq. intentum à D. Thom. Nam 2. 2. q. 178. ar. 1. ad 1. docet posse Deum intellectionem meam assumere ad efficiendum instrumentaliter aliquid in externo subjecto. Constat autem intellectum per intellectionem non posse virtute propria producere aliquid in subjecto externo, quo disponatur ad effectum principalis agentis.

Secundus sensus est, quòd sit necessarium ut instrumentum propria virtute aliquid agat, sive aliquam exerceat operationem, sivè per eam attingat subjectum, in quo producendus est effectus, sive non: Et hoc intendit docere D. Thom., & est necessarium, quià si instrumentum omninò nihil ageret secundum propriam formam, frustra assumeretur. Hæc verò operatio instrumenti (quæ etiam dicitur actio secundum dici:) dispositivè, & quasi materialiter requiritur ex parte instrumenti ad hoc ut operatio principalis agentis communicetur subjecto, quià non attingit effectum, nisi ut modificata, & quasi materialiter determinata per actionem instrumenti; & ideò verè dicitur instrumentum dispositivè operari ad effectum principalis agentis. Qua ratione, ut ibidem ostendimus, non posse creaturam assumi à Deo ut instrumentum ad effectum creationis, quià prout sic cõcurreret actio creativa ut modificata, & quasi materialiter determinata, quod est contra conceptum creationis, quæ debet esse ad ens in quantum ens, sive productio totius entis, unde dicimus, ad effectum creationis esse necessariam virtutem infinitam. Quod totum patet, quando Artifex assumit instrumentum ad aliquid efficiendum; quià cum virtus, vel actio ejus possit hunc, vel illum effectum producere, si tamen utatur Serra, utraq. modificatur, vel quasi materialiter determinatur per actionem illius, ad effectum scissionis.

Ad argum: ergo in forma conc. ma. in 2. sensu, & neg. mi. in eodem. Ad prob. patet ex dictis non esse necessarium, quòd ignis virtute propria attingat spiritum, sed sufficere, quòd ut elevatus, Dei virtute, illum attingat instrumentaliter, ut medio illo, ut instrumento producatur talis qualitas in spiritu, sicut similiter dicitur ibidem de humanitate Christi non esse necessarium, quòd virtute propria attingat animam in qua fit gratia, sed sufficere, quòd ut elevata, virtute Dei, eam attingat instrumentaliter.

Ad confir. resp. eodem modo virtute propria non potuisse humanitatem Christi, aut vocem illam, *obmutesce* imprimere aliquid dæmoni, tamen ut elevatam produxisse aliquid impediens, ne posset, si vellet movere dæmoniaci linguam ad loquendum, quia ut inquit Laudatus Mag., & si silentium formaliter sit privatio loquelæ, & ideo ad illud formaliter non sit necessarius influxus physicus, potest tamen, physico influxu, aliquid produci, ex quo sequatur silentium; Sicut negatio cursus formaliter non fit physico influxu, tamen qui compedibus ligat pedes, physicè causat negationem cursus fundamentaliter, vel consequenter. Prætereà voce illa, *exi ab eo*, effectivè instrumentaliter potuit dæmonem loco movere, & etiam repugnantem compellere, ut ab illo exiret, aliquo spirituali impulsu ei impresso. Sic similiter discurrimus de igne respectu spiritus in inferno, quòd etiam possit virtute deitatis, aliquid in illo physicè imprimere, vel producere instrumentaliter ad illum detinendum, vel alligandum in tali loco. Sed de his potest etiam videri Gonet. tom. 5. de Sacramentis in genere disp. 3. de gratia Sacramentali ar. 3. §. 4. ad ultimum.

Ex his haberi potest recta intelligentia solutionis,

nis, quam ad idem argumentum breviter sub eliis verbis tradit D.Tho q. unica de auime ar.21. relato. Est 14., quòd ibi sic propouit. *Nullum instrumentum agit instrumentaliter, nisi exercendo operationem propriã, sicut Serra agit instrumentaliter ad perfectionem arcæ secando, sed ignis non potest agere in animam actione propria naturali: Non enim potest calefacere animam, ergo non potest agere in animam; ut instrumentum divinæ justitiæ* cui resp. *Dicendum, quòd ignis corporeus, & si non calefaciat animam, habet tamen aliam operationem, vel habitudinem ad animam, quàm corpora nata sunt habere ad spiritum, ut scil. eis aliqualiter uniantur*; Ex qua solutione primò epparet non esse necessariem in instrumento actionem præviem iu priori sensu: Secundò, quòd quia corpus natum est uniri spiritui, quatenus natum est ab illo immedistè localiter moveri, potest ut instrumentum, divina virtute, eidem uniri, physicè egere iu illum aliquid imprimendo, vel producendo, & ità illum detinere, & alligare.

§. VII.

Expediuntur aliqua Quæsita.

AD ampliorem hujus gravissimę difficultatis notitiam inquires primò, utrum ad dęmonis alligationem, præter passionem sibi illatam ab igne, requiretur etiam aliqua actio ex parte illius, que cõstituatur localirer in tali loco, & obligetur ad aliquid semper operandum iu illo. §. Resp. affirmatiuè, scil. duo includere ejus elligationem, & quòd cogatur semper aliquid operari; & eliud, quòd impedietur ad operandum alibi. Sumitur ex D. Thom. ubi supra in 4. dist.44.q.3.ar.3. quæstiunc.3. iu corp. versus finem, ubi ut vidimus, inquit. *Quamuis autem res corporea ex sua natura habeat, quòd spiritum incorporeum loco diffiniat; non tamen habet sua natura, quòd loco diffinitum detineat, ut ita alligetur illi loco, quòd ad alia divertere non possit, cum spiritus non ita sit in loco naturaliter, quòd loco subdatur; sed hoc superadditur igni corporeo, in quantum est instrumentum divinæ justitiæ vindicantis, quòd sic detineat spiritum. Et ita efficitur ei pœnalis retardans eum ab executione propria voluntatis, ne scil. possit operari, ubi vult; & secundum quod vult*. Ite D. Tho. Io quibus, ut patet, duo efferit concurrere ad ejus alligationem, scil. operetionem ejus, qua locatur iu tali loco, alterum verò, quòd nõ possit eam exercere ubi vult, & secundum quod vult: & hoc impedimentum habet ab igne, secundum quòd est Instrumentum divinæ justitiæ.

Id etiam exprimit q. ille, & ar.21. cit. de anime ad 17., ubi ait. *Dicendum, quòd licet anima ab hujusmodi alligatione non impediatur ab intellectuali operatione, impeditur tamen à quadam naturali libertate, qua est absoluta ab omni obligatione ad locum corporeum*; En iterum, prædicta duo concurrentia, ad alligationem spiritus, scil. propria operatio, & deinde obligatio ad illam ibi exercendã, & non secundũ libertetem naturalem secundum quam est spiritus absolutus ab obligatione ad locum corporeum. §. Clatiùs etiam id docet in 2. superiùs relato q.1. ar.3. ad 2. ubi loquens de angelis post casum, ut patet ex titulo art. inquit. *Dicendum, quòd non dicuntur esse in loca, quasi ex loco corporali aliquid recipientes, sed quasi circa locum operantes aliquid proprietatibus loci consonum*. In quibus præter alligationem ex parte ignis; siue in loco alligationis eorum, assignat operationem illorum productivam alicujus consoni proprietatibus loci.

Ratione deinde prob. ex dictis in superiori tractatu. Dæmones dicuntur esse in inferno tanquam in loco, ergo præter hoc quod est impediri ne alibi sint, vel operentur, debent ibidem habere aliquam operationem locativam in illo, que teneantur esse ibi, & non alibi. Prob. cons. quia angelus ut ostensum est, nullibi operans nullibi est, ergo si solum impediatur dæmon ad non operandum alibi, & pro sua libertate cesset ab operando ibi, nullibi erit; ergo si volimus esse in inferno tanquam in loco torturæ ejus tenemur asserere, quòd spiritus aliquid operetur in igne.

Dices ita esse, quòd naturaliter non sit ibi tanquam in loco nisi per operationem, & ita etiam, quòd nullibi sit, nullibi operans, posse tamen Deum, qui veris quidem, sed miris modis torquet illum in inferno, alligare illum, & conseruare ibidem localiter, siue eo quòd operetur ipse in igne, sed per hoc solum, quòd ignis operetur in ipsum. Sic enim crescit tortura ejus. Tum quia non solum privatur libertate ad operandum alibi, sed etiam ad operandum ibid.. Tum quia pleniùs subiicitur igni, cum aliàs per operationem sibi illum subiiciet.

Sed contra hoc est ex dictis. Quia naturalia post peccatum integra manserunt in angelo, sed hoc non videtur posse subsistere dæmone existente in inferno tanquam in loco sine operatione ergo. Prob. mi. Quia connaturale est angelo esse in loco per subjectionem loci ad se ipsum, neq. hoc tollitur per hoc præcisè, quòd sit in illo violenter, sed tantum superadditur obligatio ad operandum ibi, & non alibi, ut ait D. Tho. in prædicta solutione ad 17. de anima, & explicatum est in superiori tractatu, ergo salvari nequit, quòd sit in inferno tanquam in loco per hoc solum, quòd ignis agat in ipsum, & non ipse in ignem. Unde quod subditur, tunc crescere torturam ejus ob duplex assignatum motivum est de subjecta non supponente, quòd locatio eius subsistere, aut salvari possit sine omni illius operatione. §. Urg. hoc. Quia nõ stat spiritum esse alicubi tanquam in loco, nisi aliquomodo uniatur illi, sed non videtur alius assignabilis modus unionis illius ad corpus tanquam ad locum, nisi operativus, vel effectivus, ergo. Prob. mi., quia ut supra cont. Gent. innuit D. Tho., unio illius ad corpus vel est per modum formæ, ut contingit iu anima nostra; vel per modũ motoris, ut quando movet illud; vel per modum efficientis, ut quando efficit aliquid in illo, ut contingit in hac linea locabilitatis; sed omnes habitudines illius ad corpus sunt per modum activi, nec est alia assignabilis per modum purè passiui sine aliqua superioritate saltem prævia, & connaturali præsertim in hac linea, ut dictum est, ergo comparatio illius ad ignem tanquam ad locum, non est purè passiua ex parte spiritus, vel dæmonis, & solum actiua ex parte ignis. Ex his solui possunt ferè omnes objectiones, unde transeo ad aliud quæsitum.

SECUNDUM QUÆSITUM.

AN qualitates productæ ab igne ad alligandũ dęmones, vel spiritus subjectantur in substantia eorum, an potius in potentia proximè locativa. §. Resp. affirmatiuè in potentia, ita ut immediatum earum subjectum, non sit illorum substantia, sed potentia motiva, & executiva, sivè intellectus eorum practicus indistinctus juxte communem Thomista-

rum sententiam ab eadem potentia motiva, & executiva, unde per hujusmodi qualitates habet ignis alligare intrinseeè, & coercere intellectum eorum, ne in ratione talis potentiæ utatur suo lumine, suis speciebus, & sna virtuta eo modo, & ea afficacia, quæ requiritur, ut moveat se, & alia ad libitum per actū imperii practici, nisi prout permittitur principaliter à Deo, & instrumantaliter ab igne. Ita communiter Thomistæ, licet dissentiant Salmantic. ubi suprà de vitiis, & peccatis disp. 18. dub. 2. §. a. concl. 3. ubi dicunt non in solis potentiis operatiuis immediatè subjectari, sed in ipsa etiam substautia dæmonis.

Ratione prob. 1. Nam habitudo angeli ad locum in sententia D.Tho. tantum pertinet ad ordinem operativum, sed hic convenit immediatè solis potautiis, & non substantiæ, ut iterum suppono in doctrina ejus, & communi Thomistarum, ergo in solis potentiis immediatè subjectantur, & non in substantia consistanet, quia hujusmodi qualitates sunt ad agendum sive ex parte ignis ad activè illos ligandum, siue ex parte dæmonis ad sa locandum cum prædicta obligatione ad operandum ibi, & non alibi, ut vidimus ax D. Tho.

Dices ex eisdem ibidem doctrinam D. Thom. & communem in schola ejus, scil. spirituales substantias non habere alium modum axistendi in loco, quàm per potentiam, & oparationem, intelligandam esse de loco connaturali, & naturaliter petito ab illis, non de violento, & prærernaturali, vel in quo ab alio collocantur, cū sit alterius rationis, & talis ut possit eisdem substantiis in se ipsis independenter à potentiis, & operationibus competere.

Idque nituntur fundare in eodem D. Thom. qu. 26. de verit. at. 1., ubi modum, quo prædicta substantia (non jam ut forma) potest corpori uniri, explicat par hanc disiunctivam, *ut motorem mobili, vel locatum loco per aliquam habitudinem*. Qua etiam disiunctione utitor in 4. dist. 44. q. 3. art. 3., & qu. de anima ar. 21. ad 15.. *Anima non unitur igni punienti ut forma, sed unitur eo modo, quo spiritus uniuntur locis corporeis per contactum virtutis, quamvis etiam non sint ipsarum motores*. Cum autem (inferunt) spiritum uniri corpori per potentiam, & operationem sit uniri ut motorem, liquet agnovisse D. Thom. alium modum unionis, & præsentiæ localis, qui ab operatione non dependeat, adeoq. immediatè afficiantem substantiam.

Sed hæc solutio sufficienter jam impugnata est præcedenti quæsito. Nec planè videtur conformis eidem communi nostræ doctrinæ de locabilitate angelica, si semel datur instantia intra illam posse alitar collocari, nam locus quicunq. sit non extrahitur à toto genera locabilitatis respectu illius; nec hactenus in hac linea est assignata alia formalis ratio locandi Angelum præter operationem. Et ex locis etiam relatis ax D. Thom. licet aliam inferre, ut statim constare poterit. Unde impug. iterum ut supra. Nam habitudo Angeli ad locum ax natura rei, vel ex propriis convenit illi per modum superioris, ut fatantur communiter Thomistæ, & consequenter per modum operantis, sed ut pariter doceut omnes, naturalia in illis mansarunt integra post peccatum, ergo uaqueunt in via D. Thom. esse ibi tanq. in loco purè passivè siue operatione, ac proinde qualitates locativæ, quæ sunt ad agendum erunt immediatè in solis potantiis operativis, & non in eorum substantia.

Quòd si itarum dicas esse ibi non præcisè in loco, sed tanq. in loco violanto. §. Hoc jam sufficienter impugnatum ast ex eodem D. Thom., & videtur expresse eidem advarsari solutione illa ad 17. da anima, ubi loquens de hoc loco violento, ubi clarè (ni fallor) supponit hanc ajus operationem in illo, à qua, ait, non impediri ex vi alligationis, sad tantum à quadam naturali libertate, qua absoluta ast ab omni obligatione ad locum corporalem: ubi manifestè indicat rationam violanti supponere ajus operationem, qua locatur per modum sibi connaturalem, scil. per modum superioris, & superaddare obligationem operaudi cum ablatione talis libertatis. Neque oppositum inferri debet, stando in communi nostra doctrina, quod nullibi operans nullibi ast, scil. tanq. in loco, unde dum ait, posse esse per alium modum in illo, intelligi non debet sacundum habitudinem, vel rationem locati, (nam loquens de ista dum distinguit plures modos unionis spiritus cum corpore espresse recurrit ad operationem,) sed secundum præsentiam realem, si nullam exerceat operationem, sicut in simili dicimus de præsautie corporis in sacramento, quæ quidem realis est, sed non localis, ut sopra, & alibi atiam explicatur 3. p. de Sacramento Eucharistiæ. §. Ex quo etiam sumi poterat argumantum contra solutionam datam ab illis. Nam quia corpus Christi habet oppositam habitudinem proprio modo essandi in loco. (scil. per comparationem dimensionum, vel quantitatis ad modum substantiæ, & non per comparsrionem istius ad modum quantitatis, quæ est propria habitudo illius ad locum in ratione locati) non est in illo tanq. in loco, sed solius præsentiæ raalis, sal sacramentalis, & ineffabilis, ergo quià pariter habitudo spiritus ad corpus, non operativa, nō ast propria illius in ratione locari, sed magis opposita proprio modo essendi localiter, scil. par operationem val per modum superioris, (qui est proprius essandi illius intra hanc lineam, ut fatemur omnes) non erit in illo tanq. locatus, sed cum sola præsantia reali. Quæ etiam potest esse pœnalis, si impediatur ab operando ibi, vel alibi, & à libertata se locandi ubi vult. Quià ut ait ibidem ad 16. *Aprehensio potest affligere animam etiam cum non est actu alligata, ex hoc solum quòd aprehendit se alligationi deputatam. Et per hoc dicuntur dæmones secum ferre gehennam, quocumque vadunt*.

Secundò impug. eadem solutio. Nam admisso quòd Angelus possit esse per passionem in loco, si semel sit in illo, ut per passionem suarum potentiarum per qualitates immediatè in illis receptas, sequitur posse etiam esse in alio per passionem sibi, vel propriæ substantiæ immediatè convenientem, consequens non est admittendum, ergo. Ma. constat, quià si semel potest esse in uno per passionem potentiarum, non est ratio cur prohibeatur, aut non possit esse in alio per immediatā passionē substantię: Mi. verò prob. quià aliàs posset simul locari in duobus locis adæquatis, scil. in uno per passionē illarū, & in altero per passionam istius, sed hoc non est admittendum, cum non possit occupare duo loca adæquata, ut patet ex dictis, ergo.

Prob. secundò: evertendo fundamentum oppositæ sententiæ. Ex eo præter qualitatas proximè receptas in potentiis, alia etiam requiritur immediatè in substantia, quià debet hæc ratione [illegible] subdi tali loco ad lui torturam, sed ad hoc non ast necessaria talis

qua-

qualitas, ergo: Ma. est eorum fundamentum: mi. verò prob. quià ad subdendam, vel illam alligandam in tali loco sufficiunt qualitates receptæ in potentiis, ergo. Prob. ant. quià subdi, & sic alligari in hoc consistit, quòd impeditur ad existendum in alio, sed ad hoc sufficit, quòd impediantur ejus potentiæ ad operandum alibi, nam per activitatē istarum possent esse in alio si non impedirentur, ergo illis impeditis, vel alligatis, remanet etiam impedita, vel alligata substantia, quatenus impeditur, (ait D. Thom. in eadem solut. ad 17.) à quadam libertate, qua est absoluta ab obligatione ad locum corporalem, in quo scil. est per activitatem suæ uirtutis. §. Præterquam quòd qualitates, quæ deserviunt ad agendum, ut sunt præsentes, modo explicata, non in principio radicali, uel substantiali, ouòd non est immediatè operativum in nostra sententia, sed in principiis proximis, siuè potentiis, subjectantur. Qua etiam ratione D.Thom.3.p.q.62. art.4. characterem non in essentia animæ, sed in ejus potentia tanquàm in subjecto constituit. Quià cum ordinetur ad divinum cultum; *Divinus autem (inquit) cultus in quibusdam actibus consistat. Ad actus autem propriè ordinentur potentiæ animæ, sicut essentia ordinatur ad esse. Et ideò character non est sicut in subiecto in essentia animæ, sed in eius potentia*. Unde de hujusmodi qualitatibus generaliter concludit in solut. ad 2. *Habitus enim, & dispositio pertinent ad potentiam animæ: eo quòd ordinantur ad actus, quorum potentiæ sunt principia. Et eadem ratione omne quòd ad actum ordinatur est potentiæ tribuendum*.

Ex quibus etiam prob. tertiò principaliter eadem resolutio, & urg. præcedens. In essentia animæ, sivè in substantia, immediatè subjectautur ea, quæ ordinantur ad esse, ut docet D.Th. ibidem, sive, quæ obtineut rationem naturæ, vel spectant ad ordinem illius, ut patet in gratia, & peccato habituali consistente in privatione nitoris illius, cætera autem in potentiis operativis, ut sunt virtutes, & cæteræ hujusmodi qualitates operativæ, quæ ordinantur ad actum; sed præsentes qualitates non pertinent ad esse, neq. obtineet rationem naturæ, ergo non sunt immediatè in substantia, sed in potentiis.

Prob. mi. Nam munus earum est, non præcisè esse locativam angeli per modum virtutis in igne, ut explicatum est, sed necessariò aplicare virtutem illius ad operandum in igne, & retinere, vel impedire, ne exeat ad operandum alibi ubi vult, sed hoc non pertinet ad lineam essendi, sed magis operandi, ut patet, ergo. Non immoror ulteriùs, & etiam circa hoc quæsitum. Nam facilè ex dictis solvuntur, quæ obiici possunt.

QUÆSITUM TERTIUM.

An præter pœnam alligationis sit alia assignabilis in dæmone.

Inter recentiores affirmat Suarez lib. de Angel. c. 14. & 3. p. tom. 4. disp. 46. sess. 2. assert. 3. nam præter qualitatem, quam ons ponimus ad alligandum illos, aliam assignat deformativam, & dolorificam ab igne illis impressam; non quæ afficiat in ordine ad corpus, vel locum extrinsecum, aut per ordinem ad operationes, sicut afficit qualitas nostra, sed quæ illis in se ipsis absolutè disconveniat, & noceat, sicquè effectus illius sit reddere substantiam dæmonis, vel animæ fœdatam, sine eo quòd aliquid ejus destruat, vel corrumpat, sicut gratia reddit pulchram, & ornatam. Et addit posse opinari, quòd prædicta qualitas sit aliquid repugnans gratiæ, & incompossibile cum illa, ut ex hac repugnantia deformitatem illius notificet. Quamuis hunc modum opinandi non sustineat, quia ut notat Vasq. disp. 143. c. 5. non solum ponit eam in dæmonibus, & animabus damnatis, sed in existentibus in purgatorio ornatis gratia, & amicitia Dei.

Licet autem fateatur hic Author eam sententiam in Scholis visam fuisse plausibilinrem, quò magis sensum sequuta fuisse videtur. Si tamen (subdit) in hac re spirituali deferamus sensum, & sola ratione ducti, ut oportet, philosophemur, prædictam opinionem non minùs, quàm alias difficilem judicamus. Tum quia substantia spiritualis, cujus pulchritudo in refulgentia diuini luminis consistit, per nihil aliud fœdari, aut deformari potest, nisi per culpam, sicut per nihil aliud potest reddi maculata, & Deo invisa. Tum quia id solum fœdat, & deformat aliquod subiectum, quod tollit ab eo aliquid pulchritudinis, nihil autem omninò tollit prædicta qualitas de illa.

Resp. ergo quæsito negativè, nullam scil. quantum attinet ad pœnam sensus, assignari posse aliam pœnam præter eandem alligationem. Sumitur ex D. Tho. locis relatis, in quibus de nulla alia mentionem facit, etiam dum ex professo loquitur de earum pæna, unde non est argumentum ab illius autoritate negativum, aliàs insufficienter, vel diminutè ageret de illa, et in superioribus id in simili ponderavimus. Imò ità ad hanc recurrit, ut etiam quando sunt extra infernum, adhuc asserit ex ui illius torqueri, quatenus aprehendit se eidem esse deputatum, ut explicat ubi supra de anima in solut ad 16., qua ratione sit, ut vidimus, secum ferre gehennam, quocunq. vadant.

Ratione prob. Nō est ab igne producibilis alia qualitas in dæmone, nisi vel nociva sibi in se ipso, vel in ordine ad aliquod extrinsecum, sive locum, sed priori modo est impossibilis, posteriori verò est ad alligandum, ergo non est assignabilis alia pœna ex vi qualitatis distinctæ ab alligativa, vel ad alia via torquendum: mi. quoad 2. p. supponitur ex eodem, cum asserat non afficere illum, nec in ordine ad operationē, nec in ordine ad locum, quoad 1. verò prob. quià in se ipso Angelus, incorruptibilis cū, & omnia sui naturalia integra conservat, ergo in se ipso non est capax alicujus nocivæ, sive per alterationem, sive per corruptionem, nec est alius modus nocendi illum in se ipso per hujusmodi qualitates.

Urg. hoc, & præoccupatur solutio evertendo præfatam qualitatem oppositam, vel superadditam locativis. Nulla est dabilis qualitas nociva subjecto, nisi quià vel se opponit naturali ejus dispositioni, vel quià disponit ad ejus destructionem, vel destruit, vel quià retardat, aut impedit naturalem illius inclinationem ad aliquam operationem: sed nec est assignabilis alius modus nocēdi illi in se ipso, sed prædicta qualitas nullo ex his modis nocet spiritum, ut docet Auctor ejusdem qualitatis. Tum quià duplicis prioris Angelus non est capax, utpotè incorruptibilis. Tertius verò fit per alligationem, ut probatum est, & consequenter per qualitatem distinctam, ergo superfluè ponitur.

Dices ex eodem esse alium modum nocendi, scil. per fœditatem, & deturpationem, quasi ipsam Angeli naturam, sicut dicimus de peccato, quod maculat ani-

animam peccatoris. §. Sed coutra hoc eſt. Quià nec hujus nocumenti Angelus eſt capax, nnde eſt ſolutio da ſubjecto non ſupponente, ergo. Prob. ant. Nam in tantum aliqua qualitas poteſt ſic fædare ſubjectum, in quantum poteſt removere, vel maculare aliquid ſpectans ad ejus pulchritudinem, ob cujus carentiam, vel fæditatem reddat illud diſconveuiens, & difforme, ſed prædicta qualitas in nullo poteſt Angeli pulchritudinem offeudere, ſive naturalem, ſive ſuperoaturalem, ergo uullum effectum præſtare poteſt diſtinctum ab alligatione: Ma. patet ex terminis, & exemplo etiam, quod tangitur in fine ſolutionis de peccato, nam iu tantum dicitur maculare animam, vel ſpiritum, in quantum privat uitore gratiæ, quæ eſt potiſſima pulchritudo utriuſq. Hinc etiam patet mi: quoad 2.par. de pulchritudine ſupernaturali, quià hæc tollitur per idem peccatum, & non per talem qualitatem, ut ſuppono etiam ex eodem, quià ipſe fatetur fuiſſe illis impreſſam poſt ſecuudum inſtans, iu quo peccaverunt, & conſequenter jam erat ablata per peccatum in iſtanti antecedenti. Quoad 1. verò de naturali conſtat etiam ex dictis: nam ſicut pulchritudo corporis conſiſtit in recta diſpoſitione, ac proportionata partium illius, ita illa ſpirituum in debita diſpoſitione ſuarum potentiarum, & ſubſtantiæ eorum, ſed hæc omnia ſua naturalia, ut dictum eſt, manſerunt integra poſt peccatum, ergo nihil adimit, vel deturpat de pulchritudine etiam naturali.

Secundò prob. evertendo præcipuum ejus fundamentum. Ex eo poui debet hujuſmodi qualitas diſtiucta à locativis iu dæmone, ut in rigore ſalvari poſſint locutiones, vel ſententiæ ſcripturarum, & Patrum, quando dicunt ignem inferni urere dæmoues, & ſimilia; ſed ad id nou eſt neceſſaria talis qualitas, ergo ſuperfluè ponitur: Ma. eſt ejus fundamentum; Mi. verò prob. quia non magis propriè impreſſio hujus qualitatis dehonaſtantis dici poteſt combuſtio, quàm alligatio, & detentio ſpirituum iu loco illo tamquam iu carcere, ſed aliæ hujoſmodi voces, vel ſententiæ apud eaſdem Scripturas, & PP. optimà exponuntur, & ſalvãtur, ut vidimus ex D.Th. cap. relato ex cont. Gent., ſine omni incouenienti, vel indigentia alicujus ſuperadditæ qualitatis ad locativas, ergo inutilis eſt, & ad intentum ſui Authoris non deſerviens.

Expl. & org. hoc. Prædictæ locutiones, & voces Scripturæ, & PP. non magis ſalvari poſſunt per qualitatem illam fædantem, quàm per alligantem, ergo non eſt neceſſaria ad hoc ejus intentum. Prob. aut. Quià impreſſio ejus non magis dici poteſt combuſtio, quàm impreſſio alligautis, nec per illam magis dici poſſunt torqueri dæmoues, quàm per iſtam, ut patet ex dictis, adeò ut per ſolam aprehenſionem ſuæ depotationis, & alligationis in inſerno tam vehementer crucientor, ut etiam dum ſunt extra, ſecum ferant ſemper pœuam inferni, ut ait D. Thom. in prædicta ſolut. ad 17.

Expl. hoc ulteriùs. Nam cruciatus ex vi alligationis, & cogitationis ejus tantus eſt, ut vix aliud acerbius tormenti genus, reſpectu illorum excogitari poſſit, ergo froſtra recurrimus ad aliud inſtrumentū diſtinctum ab alligativo ad illos magis cruciandum. Prob. ant. quia effectus alligationis tres aſſignari ſolent, ſcil. dæmonem ſubiicere igni ſicut inferiorem ſuperiori, qui effectus, licet uon dicatur formaliter alligatio, quia tamen ex ſua natura ad eam ordinatur, & requiritur præſuppoſitivè ſub ejus nomine comprehenditur. Secundus eſt alligatio potentiarū, primò in ordine ad ipſas, quatenus intellectus impeditur ad intelligendum plura, quæ intelligere vellet; & è converſò obligatur ad intelligendum, quæ intelligere nollet: Secundò iu ordine ad locum; inquantum cogitur ità operari ibi, ut non poſſit ſe alibi per ſuam virtutem, & operationem aplicare, & locare. Ex quo ſequitur tertius, nempe manere in tali loco tanquam incarceratum, & detentum, eoque valdè anguſto contra amplam, imò abſolutam ſui libertatem, & iudependentiam ab illo tanq. à carcere, ſeù etiam tauquam à loco; ſed tres iſti effectus, & cogitatio etiam eorum, inferunt illis graviſſimum cruciatum, quo majus vix cogitari poteſt, ergo. Prob. mi. Nam in ſubſtautiis præſertim ſpiritualibus, cum cauſa, vel objectum cruciatus, aut doloris, ſit malum cognitum, & iſtud iu eo conſiſtat, quòd ſit ei diſconvenieus, quautitas doloris, & cruciatus, ex quautitate diſconvenientiæ penſari debet, ſuppoſita iſtius perfecta coguitione, qualis eſt augelica; ſed tres euumerati effectus ſunt maximè diſcouvenientes, & perfectè cogniti ab illis, ut oſtanſum eſt, cum etiam ipſa eorum cogitatio torqueat, ac ſi eſſent iu loco illo, dum ſunt extra ergo, §. Declaratur hoc ipſum manifeſtè. Quid enim, (ut rectè etiam diſcurrit noſter Gonet in ſuo manuali tract.7, cap. 15. concl. 3.) diſcouveuieutius, quàm naturam augelicam omniū præſtantiſſimam, & ſuper omnem corpoream elevatam, igni ſubmitti tanquam inferiorem ſuperiori, ut ab eo tanquam veluti vile mancipium tractetur. Id clariſſimis experimentis apparere poteſt iu humanis. Quæ major excogitari poteſt diſcouveuientia, quàm dæmoues ſummoperè activos, & potiſſimùm inclinatos ad operandum, impediri ab igne, ne operentur prout vellent? Deniq. cum ſubſtautia ſpiritualis nõ ſit ex natura ſua obligata alicui loco, ſed trauſcendat totum ordinem corporalium non poteſt non eſſe illi maximè diſconveniens, & ſummè aſſictivum eidem ſubjici, & in anguſto ſpatio illius tanquam in carcere detineri, ne exire poſſit, & alibi eſſe. Videatur hac de re Caſet. egregiè diſcurrens in oratione habita hic Romæ coram Iuliq II. quę habetur tom. 3. Opuſcolorum.

Ex his etiam manet impugnatus modus dicendi Ricardi, Ægidji, & Gabrielis, qui dicunt dæmones torqueri ab igne per immiſſionem ſpeciei repræſentatiuæ ipſius ignis, ut tortoris: vel per intellectionem ſuæ miſeriæ ab igne inferui in eis cauſatā. Nam imprimis hoc poſteius eſt impoſſibile, cum actio vitalis, (qualis eſt intallectio) debeat eſſe à principio iointrinſeco vinente, & non ab extriuſeco, ut ſæpè dictum eſt, cum de ratione illius ſit, quòd vivens ſe moveat per illam, non poteſt autem ſe movere per actionem à ſe non productam. Et licet admitteretur hoc ipſum adhuc nihil concluditur ad eorum intentum, quia ut vidimus ex D.Tho. non eſt genus tormenti diſtinctum ab alligatione, qua ratione ait torqueri, qui ſunt extra, dum aprehendunt ſe eſſe deputatos ad locum illum per alligationem ignis, nam cogitatio pertiuet ad lineam ſui objecti.

Primum etiam ſubſiſteri non poteſt. Tum quia immiſſio ſpeciei ab igne, utpotè ab objecto corporeo, vel ſenſibili judicatur pariter impoſſibilis, nam deberet eſſe materialis, vel ſenſibilis, & conſequeoter improportionata ad videndum ignem. Tum quia admiſſa etiam poſſibilitate illius de potentia abſoluta, de facto tamen non eſt admittenda, ergo de facto

ex

ex hac parte non torquetur pœna speciali. Prob. ant., quia ut vidimus supra, dæmon habet ab initio species omnium entium naturalium spectantium ad hoc universum, ergo habet etiam speciem repræsentativam ignis, sine indigentia alicujus novitar immittendæ ad illius repræsentationem.

Dices habere etiam repræsentativam ignis, non tamen ut tortoris. §. Sed contra hoc est. Tum quia, ut explicatum est, si alia est, necessaria, est necessario, pariter immittenda est à Deo, & non ab igne. Sufficit autē sola positio connotati sub eodem munere ponendo, vel repræsentabili in 2. instanti, in quo peccarunt; nam quantum est de se est repræsentativa sui objecti, & de facto repræsentat, statim, ac manifestatur, vel revelatur, si est excedens lumen naturale, superaddito lumine fidei, vel divinæ revelationis, ergo nec tunc torqueretur ex vi speciei immissæ ab igne, sed ex vi cognitionis habitæ per aliū superiorē, & superius lumen, quod iterum coincidit cum pœna alligationis. §. Expl., & urg. hoc. Nam admissa eadem specie repræsentante ignem, ut tortorem, non tamen repræsentaret illum, ut talem, prout ab illo immissa, ergo ignis non torqueret dæmonem ex vi immissionis speciei suæ repræsentativæ; Prob. ant. Quia species impressa ab aliquo objecto non repræsentat illud sub hoc munere imprimentis, vel immittentis illam, sed secundum ea prædicata, quæ illi conveniunt secundum se, etiam antequam eam imprimeret, ergo licet repræsentaret ignem ut tortorem, non tamen ut talem, sive sub hoc munere tortoris, sub quo imprimit eam, sed potiùs per aliquem effectum causatum in dæmonem ab igne scil. per alligationem, cum non sit alius assignabilis, ut probatum est.

§. ULTIMUS.

Solvuntur argumenta contra præcedentem resolutionem.

Primò arg. Pœna demonum in inferno non videtur sufficienter explicari per eorum alligationē causatam ab igne, ergo est alia assignanda. Prob. ant. Tum superiori instantia in illis, qui sunt in hoc aere sine alligatione, & tamen non carent sibi debita pœna. Tum alia difficiliori animarum puerorum decedentium cum solo originali; nam istæ verè alligantur à loco limbi par in missionem qualitatum impedientium similiter illas, ne possint per suas operationes se locare extra, sed nihilominùs per hanc alligationem nullam patiuntur pœnam, vel dolorem, aliàs non tantum haberent pœnam damni, sed etiam sensus causatam ex activitate loci, quòd tamen est contrà D. Tho., & communem consensum Patrum, ut idem ostendit q. 5. de malo art. 2., (licet aliqui non rectè interpretantes D. August., vel aliquem alium ex PP., quos sibi opponit ibidem D. Tho., & clarissimè eorum sensum exponit) oppositum sentiant cū Jansenio; ergo præfata alligatio non videtur sufficiens ad rectè, vel adæquatè explicandam pœnam dæmonum.

Ad hoc neg. ant. Ad 1. prob., vel instantiam jam dictum est, & patet ex solutione illa D. Tho. ad 16. ar. 1. de anima, quam repetit hic q. 64. ar. 4. ad 3. adhuc subire pœnam extra in quocunque loco sint ex vi alligationis aprehensæ, ut explicat ibidem, & similiter in præsenti; dicens *Quòd sicut locus cælestis pertinet ad gloriam Angelorum, tamen gloria eorum non minuitur, cum ad nos veniunt, quia considerant illum esse locum suum, eo modo, quo dicimus honorem Episcopi non minui, dum actu non sedet in cathedra. Similiter dicendum est, quòd dæmones licet non actu alligentur gehennali igni, dum sunt in aere ista caliginoso, tamen ex hoc ipso, quòd sciunt illum sibi deberi, eorum pæna non diminuitur. Unde dicitur in quadam glos. Iacobi 3. (scil. ordin. super illud inflammat rotam) quòd portant secum ignem inferni, quocunq. vadant.*

Hoc ipsum tradit etiam 3. p. in addit. q. 70. ar. 3. ad 8. *Dicendum (inquit) quod spiritus damnati nunq. sunt extra infernum nisi ex dispensatione divina, vel ad instructionem, vel ad exercitium electorum. Ubicunque autem extra infernum sint semper tamen vident ignem inferni, ut eis in pœnam præparatum. Unde cum ista visio sit immediatè affligens, ubicunque sint, ab igne inferni affliguntur. Sicut & captivi etiam extra carcerem existentes à carcere affliguntur, dum vident se ad carcerem damnatos. Unde sicut gloria electorum non minuitur, nec quantum ad præmium essentiale, nec quantum ad accidentale, si aliquando extra cælum empyreum sint, sed quodammodo in eorum gloriam cedit; ita etiam in nullo minuitur pœna damnatorum, si extra infernum ex divina dispensatione ponantur ad tempus. Et hoc est quòd Gloss. dicit super illud Jacob 3. Inflammat rotam nativitatis nostræ. Diabolus ubicunque sit sive sub aere, sive sub terra secum trahit tormenta suarum flammarum.* Ità D. Tho. Ex quibus patet prædictam instantiam; de existantia eorū extra nō inferre distinctum genus, vel pœnam à toto genere alligationis, imò procedere ex æquivocatione, qoòd spiritus eodem modo, vel ita immediate torquetur ab igne, sicut corpus, ut advertit idem S. Doctor, verbis illis, quibus concludit solutionem scil. *Objectio autem sic procedit, ac si ignis corporeus affligeret immediatè spiritum, sicut affligit corpora*; Ex quo facilè solvuntur quædam replicæ, quæ fiunt contra eandem solutionem, procedunt enim ex eadem æquivocatione, ut rectè consideranti constare poterit; & ideo prætermitto.

Ad 2. de pueris in lymbo variè etiam respondent aliqui ex nostris. Nam Gonet. hic disp. 14. ar. x. §. 5. negat ant., Quòd verè alligentur, & dicit solum esse præsentes in tali loco, quia alligatio non dicit præcisam præsentiam ad locum, sed quòd sit præsens in illo cum subjectione, depressione, & violentia, quod non convenit pueris in illo, neq. ab aliqua ex suis operationibus impediuntur sibi naturaliter debitis, vel volitis, nec ad aliquid nolitum aplicantur, ut oppositum contingitio dæmonibus, & cæteris spiritibus, & ideò isti, & non pueri carentes pœna sensus, dicuntur propriè alligari ab igne.

Hæc tamen solutio non placet M. Ferre, quia existimat verè alligari in tali loco. Nam (inquit) ità sunt animæ eorum in lymbo, ut per propriam operationem nequeant locare se extra lymbum, hoc causante in illis loco lymbi per suam activitatem, aufert enim libertatem ab illis ad operandum extra, ergo verè subijciuntur illi, & obligantur, vel coguntur esse ibi contra propriam voluntatem, quod est propriè alligari ab illo. Hac enim ratione dicuntur alligari cæteri spiritus, ut dictum est ab igne inferni.

Secundò respondent Salmantic. tract. 7. de Angelis disp 2. dub. 4. in solut. ad ultimam object. admittentes verè ibidem alligari, quia divina virtute (inquiunt) detinentur, & prædictus locus, ut instrumentum Dei producit in illis qualitatem quandam spiri-

tua-

tualem, & intentionelem, sine hebentem esse per modum transeuntis, ratiune cujus ibidem detinentus, & prædicto loco uninntur, & ligentur. Nam sicut Sacramenta virtute divina, & media alia simili quelitate habente esse per modum intentiunis, siue per modum transeuntis, producunt aliquid spirituale in anime, ita etiã locus ille, ut instrumentum divinæ virtutis poterit prædictam quelitatem, que enimæ ibidam detineantur, & ab operando elibi coerceantus, producere. Hinc temen nun fit, animas illes pati pænem sensus, aut pænam, quæ ad illam spectet, sed ad summum esse ibi ut in loco præternaturali prupter ligationem, & impeditionem eb operandu, quam patiuntur.

Et retiu est, quia ex Divina providentia habent, quòd unn aprahendant actu locum illum ut sibi disconvenientem, nec ralnctantur ei, aut de detentiune in illo tristentur, nec in sensu composito hujus providentiæ, & stetus pussint prædictæ detentioni reluctari, eut de ea tristari. Cum tamen ad hoc, ut prædicta detantio sortiretur ratiunem pœnæ sansus, eut ad eam spectaret, oppusitum dasideretur. Ratio eutem, ob quam Deus utitur hoc genere pruvidentiæ cum illis est. Quià pœua sensus, juxtà suavem modum Divinæ pruvidentiæ, tentum insligitur prupter delectetiunem captam per propriam vuluntatam ex peccatu, seù propter conversionem propriæ vuluntatis in bonum commutabile, relictu incommutabili, ut D. Tho., & cummuniter Theologi docent; quam tamen delectatiunem, & cunversionem pueri non hebuerant. Ita discurrunt sapientissimi Patres.

Sed neq. etiam hæc solutiu placet eidem laudeto Magistro. Tum ex eu, quòd Divina providentia nun tollit, quin animæ puarornm se ipsas cognoscent ex sua netura essa liberas, & independentes à loco corporeu, illique nun esse obligatas, aut subdites, ergo cum hanc subjectionem, & carentiam libertatis agnoscant in illas derivari ex activitate luci non poterunt non sentire meximum dolorem, sicut ex hoc maxima torquentur animæ damnatorum. 5. Tum quià sic alligari, & detineri ibi ipsa activitate loci est valdè illis nucivum, ergo non videtur possibile, quòd id cognoscent, & nun aprehendant sub hac ratione meximè nucivi; ac pruindè nel diccndum erit, quòd sic elligati à loco, cisdem nocivum non sit, & sic ergumentum factum hebebit intentum; vel si nocivum illis est, & pœnale; asserendum erit ex hac eprehensionc nocivi valde turqueri.

Tertiò igitur Ipse resp. verè illas alligari, & detineri loco lymbi nun tamen ab ipsa activitete luci, sed immadiatè à Deo semper muvente eas ed uperandum in tali loco, & nunquem concurrente ed huc, ut extra illum operentur. Unde quantumvis videant se esse alligatas illi luco non eprehendunt se humilieri à luco corporeo, vel ab eo subijci, sed tantum à Deo, & sic ex tali alligatiune nullum sentiunt dulurem. Nem creatnta natnrelitar subditur creaturi, unde non egrè ferunt talem subjectionem.

Præterea (subdit) emissio libertatis ed exeundum à tali loco, cum nun sit illis viulanta, sed tantum contingat eis per subtractionem concursus Divini nullam pœnam, aut dolurem inducit, quià non est vuluntas creata, quæ valit axire in actus suos Deo nun concurrente cum illa auxilio præviu, & simultaneo, vel necessario ad actum suum, unde imaginentur prædictam elligationem ad locum lymbi esse quoddam malum illis neturaliter post seperatiunem à corpore debitum, & sic de hoc nullu modu tristentur, nec dolent. E contra verò in damnatis ista omnia eveniunt. Nam elligantur loco corporeo, & ab ipso loco sua activitate illus sibi subijciente, & plenè humiliante. Insuper perdunt libertatem per maximam viulentiam, nempe per præfatas qualitates activè ab igne causetas retardentes neturelem inclinetionem propriæ voluntatis. Insuper agnoscunt hoc nun esse eis natureliter debitum, sed evenire illis in pœnam peccaturum suurum, ex quibus nun possunt nun in maximum venira cruciatum. Ità etiem discurrit idem Mag.

Verum licet hæc etiam sulutio subtilis sit, videtur temen pati majorem difficultatem, quàm præcadentes. Nam quòd verè alligantur, & detinaantur in teli loco, & tamen nullum hinc patiantur dolorem, quià nun cuntingit telis alligetio ab ipsa activitate loci, sed ex subtractiune Divini concursus, & ex eo quòd imaginentur sibi naturalites illam esse debitam post separatiunem à corpora. Primum videtus deficere, quià desideratur retiu ejusdem subtrectiunis cuncursus, ne dicatur illis esse subtractum in pœnã, & consequentar alligatiu aerum nun sit immunis à crucietu. Quod etiã videtur militare contre secundũ, Cur Deus, nempe, permittat in illis telem imaginetionem, quòd putent eandem alligationem esse malum illis naturaliter dabitom post saparationem à corpore, præsertim luquendo de melu sensus correspondente conversiuni, ut dictum est, ed bonum commutabile, qua caruerunt in vie. Præterquàm quòd non videtur id satis conforme D. Th. q. illa 5. de malo, ut statim constate poterit.

Aliter ergo respond. (per quud videtur posse aliquomodo conciliari præcedentes solutiones) quod sive verè detineautur, siva non, etiam per activitatem loci nun tamen inferendum est ex hac sentire eliquem dulorem, val pœnam sensus, quià ut docet D. Thum. art. 2. ibidam ed 5. *In statu futura vita (inquit) ignis, & alia hujusmodi activa non agunt in animas, aut in corpora hominum secundum necessitatem natura, sed magis secundum ordinem Divina justitia, quià ille status est recipiendi pro meritis. Undè cum Divina justitia non exigat, quòd pueris, qui cum solo originali peccato decedunt, pœna sensus debeatur, nihil ab hujusmodi activis tales patientur.* Ita D. Thum. Neque etiam umnis detentio ex terminis impeditiva libertetis detenti, ne alibi sit impurtat ratiunem nocivi, ut patet in eu qui detinetur ab amico parato illum occidere, si ipsum aggredietur. Unda sicut ille secundum urdinem cheritatis, & amicitiæ detentus nihil patitur, ite animæ puerorum sine baptismu decedentium, detentæ secundum ordinem Divinæ justitiæ, à locu lymbi nihil patientur, nec eis nociva detentio erit. Quià ut etiem eit ed 4. art. seq. *Quòd pueri in originali decedentes sunt quidem separati à Deo, perpetuò quantum ad amissionem gloria, quam ignorant, non tamen quantum ad participationem naturalium bonorum, qua cognoscunt.* Imò nec desunt, qui videantur eis concedere aliquam Dei cognitiunem, & emorem, & aliquid felicitetis, quæ tamen bone, (inquit M. Gatalem 3. p. q. 8. ad art. 3. dub. 2. ed 2. In fine) si conferende sint illis sulum erunt ordinis naturelis, & ex generali prouidentie, sed de his videatur D. Th. ibidem de malo præsertim ar. 3.

DISPU-

DISPUTATIO QUARTA.

De locutione, & illuminatione Angelorum.

DUO inquirimus in hac dispnt. Primum est an detur hujusmodi locutio, & illuminatio. Secundum, quomodo fiat; distinti successivè de quibus fiat, & à quibus fiat.

QUÆSTIO PRIMA.

An sit admittenda in Angelis locutio, & illuminatio unius ab alio.

DUrandus in 2. dist. 11. q. 3. num. 19. existimat unum illuminari ab alio non causaliter, sed per quandam consequentiam. Quod explicat sic. Cum enim illa, de quibus illuminantur angeli, non sint secundum se præsentia cognitioni angelicæ, fiunt eis præsentia per hoc, quòd eis Deus talem cognitionem tradidit: & quia omnes Angeli continuantur in irradiatione divini luminis, sive naturalis, sive superadditi, ideò quod præsentatur primo angelo, ordine cujusdam consequentiæ, præsentatur omnibus. Et ita à Deo omnes illuminantur, & simul tempore, sed priùs unus, quàm alius natura, vel dignitate, & ita unus mediante alio, mediatione cujusdam consequentiæ. Ita Duran. Unde omnes apud ipsum à solo Deo illuminantur, licet unus priùs alio prioritate naturæ, vel dignitatis. Unde in proprietate loquendo negat unum illuminari ab alio.

§. I.

Statuitur conclusio.

UNus Angelus non solum loquitur, sed etiam verè, & propriè illuminat alium. Ita communiter Scholastici. Et quoad 1. p. de locutione constat ex illo Isa. 6. *Seraphim clamabant alter ad alterum.* Et Apocal 7. *Vidi Angelum ascendentem ab ortu solis, & clamavit voce magna quatuor Angelis;* Et apud Judam in sua canonica Michael cũ Diabolo disputabat super Moysis corpus. Disputatio autem non fit absq. aliquo genere locutionis. Ratio etiam est manifesta: Quia id necessariò exigit ordo perfectæ societatis, quòd unus cum voluerit, possit alteri manifestare secreta sua, vel occultare cum noluerit. Et præsertim etiam ità postulat status amicitiæ, ut est perfectissima inter angelos beatos) iuxta illud jam non dicam vos servos, sed amicos, quia omnia manifestavi vobis.

De illuminatione etiam passim docent SS. PP. præsertim D. Dionys. c. 7. cælestis Hierarchiæ apud D. Tho. hìc q. 106. ar. 1. ubi dicit, quòd Theologi planè monstrant cælestium substantiarum ornatus à supremis mentibus doceri deificas scientias; & c. 8. inquit. *Angeli secundæ Hierarchiæ purgantur, illuminantur per angelos primæ Hierarchiæ.* §. *Dices cum Durando ibidem, esse intelligendum de illuminatione secundum consequentiam, non secundum causalitatem.* §. Sed contra hoc est. Quia expressè dicit, quòd inferiores illuminantur à superioribus, & isti, vel supremi à Deo, ergo non est sola illuminatio secundũ consequentiam, sed verè, & propriè secundum causalitatem, sic quòd inferiores discant scientias, & edoceantur de mysteriis à superioribus, & isti immediatè à Deo. Conseq. tenet juxtà explicationem suæ distinctionis, & doctrinæ.

Deinde cap. 4. satis etiam hoc ipsum præmittit dicens. *Hæc lex à Deo sancita est, ut in quacunq. Hierarchia, & medii, & postremi ordinis, inferiorumque superiores sint. Eisque quasi digito viam monstrent, aditumq. ostendant ad divinitatem, illustrationem atq; consociationem.* Quibus manifestè docet inter superiores, & inferiores, verè esse magisterium, & discipulatum. Constat autem, quòd inter Magistrum, & discipulum non solum est ordo consequentiæ, sive superioritatis, vel dignitatis, sed etiam verus ordo causalitatis in traditione, doctrinæ.

Ex hoc etiam prob. 1. ratione concl., & iterum impugnatur præcedens solutio; Hæc est lex, sive modus operandi divinæ sapientiæ, ut inferiora per superiora, sivè infima per media, & media per suprema regantur, itaut inferiora dirigantur, vel recipiant influxum à superioribus in suo ordine, ergo cum angeli sint ità dispositi in cęlesti illa Hierarchia per modum supremi, medii, & infimi, verè inferiores illuminantur à superioribus per viã causalitatis, & influxus & nõ solius cõsequentię, cons. tenet, & ant. præterquã quòd est ejusdem Dionys., traditur etiam à D. Aug. lib. 3. de Trinit. c. 4. tom. 3. apud D. Tho. 2. 2. q. 185 ar. 3. arg. 2 ubi ait S. P. quòd in quolibet genere minora per maiora reguntur, sicut corporalia reguntur per spiritualia, & inferiora corpora per superiora, ergo servato ordine, substantiæ spirituales, vel angelicæ debent inferiores sub ordinari, & illuminari à superioribus. Quod etiam sumitur ex illo Apostoli. Quæ à Deo sunt ordinata sunt. In quo summoperè deficiunt hæretici, quòd nolunt audire Sedem Apostolicam, sed præsumptuosissimè contendunt immediatam illuminationem à Deo in suis perversis dogmatibus.

Expl., & arg. hoc ex quadam eleganti doctrina D. Tho. 3. p. q. 30. ar. 2. ad 1., quod intendebat probare, non fuisse servatum hunc ordinem in annunciatione angelica, quia cum B. Virgo, utpotè Mater Dei esset super omnes angelos, debebat potiùs illuminari immediatè, vel instrui à Deo, de tanto mysterio, & non ab angelo. Cui respondet in favorem eiusdem ordinis sic. *Ad 1. dicendum quòd Mater Dei superior erat angelis quantum ad dignitatem, ad quam divinitùs eligebatur. Sed quantum ad statum præsentis vitæ, inferior erat angelis: Quia & ipse Christus ratione passibilis vitæ, modico ab angelis minoratus est, ut dicitur Hebr 2. sed tamen quia Christus fuit simul viator, & comprehensor, quantum ad cognitionem divinorum non indigebat ab angelis instrui. Sed mater Dei nondum erat*

in

in statu comprehensorum, & ideò de divino conceptu per angelos instruenda erat.

Idem pariter advertit in solut. ad 2., quòd erat ad idem intentum, siue ad impugnandum hunc ordinē respectu mariti, sivè viri sui Josaph: quià cum pariter mulier sit eidem subjecta, ut dicit Apost. 1. ad Corint. 14. potius erat instruenda à viro suo, & non immediatè ab Angelo, si semel hic ordo obligat, ut inferior instruatur à superiori immediato, & non à mediato. Cui similiter resp. *Ad 2. dicendum, quòd sicut Aug. dicit in sermone de assumptione (scil. c. 4. tom. 9.) B. Virgo, vera æstimatione, à quibusdā generalibus excipitur: quià nec conceptus multiplicavit, nec sub viri, idest mariti potestate deguit, quæ integerrimis visceribus de Spiritu S. Christum suscepit, & ideo non debuit mediante viro instrui de mysterio Incarnationis, sed mediante angelo. Propter quod etiam ipsa est priùs instructa, quàm Iosaph: Nam ipsa instructa est ante conceptum: Iosaph: autem post eius conceptum.* Ità egregiè D. Th.; In quibus mirabiliter ostendit, quomodò prædictus ordo secundum infinitam sui sapientiam institutus à Deo, sit ab eodem observatus in revelatione suorum mysteriorum, ut inferior eam immediatè accipiat à superiori, & non à se ipso.

Hujus etiam ratio assignari potest. Quia prout sic magis elucet Infinita sui bonitas, & potentia, quatenus non solum juxta præscriptum sui beneplaciti communicat se creaturis, sed etiam plenam dat eis potestatem, ut perfectiones ab ipso fonte haustas aliis communicare possint, ac proinde superiores angeli illuminare possint inferiores. Et ut etiam ordinis pulchritudo reluceat in rebus; & ut creaturis dignitatem causalitatis communicet, ut insinuat D. Tho. supra q. 19. ar. 8. ad 2. qua ratione explicat illud 1. ad Corint. 3. *Dei adiutores sumus:* Non propter defectum virtutis divinæ, sed quia utitur causis mediis, ut eadem ordinis pulchritudo reluceat, vel servatur in rebus, & ut eisdem dignitatem causalitatis communicet. In quo itarum mirificè apparet ejus bonitas, & virtus, sive potentia.

§. I I.

Alia ratione prob. Conclusio.

EX his etiam, & ex D. Th. hìc art. 1. prob. 2. concl. Nam illuminare, (ut inquit idem) nihil aliud est, quàm manifestationem agnitæ veritatis aliis tradere secundum illud ad Ephes. 3. *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia illuminare omnes, quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi à sæculis in Deo.* Sed angelus superior veritatem, quam agnoscit manifestat inferiori, ergo unus illuminat alium. Mi. probat ex Dion. 7. c. relato cœl. Hierarch. Tū etiam probari potest ex ordine exposito divinæ sapientiæ, qui ut ait Aug. ubi supra, debet relucere in quolibet genere. Unde arg. sic. Hoc exigit rectus ordo ejusdem sapientiæ, ut in cælesti illa Hierarchia, suprema intelligentia, quæ est Deus, supremæ, inter creatas, veritatem sibi notam primò communicet, juxta modum eidem proportionatum, & media ista altari inferiori, & sic deinceps, ergo ita de facto angelus superior eam manifestat inferiori. Ant. constat ex dictis. Tum quia juxtà suavem sui prouidentiam non videratur sic ordinatè producere. Tum quia Deus adextra in omnibus suis operibus potissimùm intendit manifestare seipsum, vel sua attributa, præsertim bonitatem, & potentiam, sed ut probatum est, manifestantur per prædictum ordinem, ergo.

Urg. hoc. Nam inter angelos est ordo superioritatis, & dignitatis, si velimus inter illos perfectam Hierarchiam, sed hic ordo maximè relucet in prædicta sic disposita manifestatione veritatis; sic enim datur ordo in hoc genere intelligibili inter substantias intellectuales juxta ordinem superioritatis, & inferioritatis inter illas, qui maximè necessarius est ad sustinendam perfectionem ejusdem supremæ Hierarchiæ, ergo est necessariò admittēdus inter illas. §. Urg. ulteriùs totum hoc, & simul declaratur ex eodem. Nam Deus sicut ordinatissimè procedens in omnibus suis operibus, contulit illis ordinem superioritatis, & dignitatis in essendo, etiam contulit in intelligendo, ità ut sibi propinquiores universaliùs accipiant veritatem, cum perfectiùs participent de intelligentia ejus, sed hic est ordo in linea intelligentium, quòd qui universaliùs, & perfectiùs habent notitiam veritatis, non solum de illa instruant inferiorem, sed etiam juxta modum, & capacitatem illius, ergo si talis est ordo superioritatis, & dignitatis in angelis, pariter debet esse ordo illuminationis in illis, sic quòd unus accipiat ab alio, scil. inferior à superiori universaliùs, & perfectiùs intelligente, qui sciat communicare illam juxtà captum illius. Unde inquit D. Tho. *Superior angelus notitiam veritatis accipit in universali quadā conceptione, ad quam capiendam inferioris angeli intellectus non esset sufficiens, sed est ei connaturale, ut magis particulariter veritatem accipiat. Superior verò angelus veritatem, quam universaliter concipit, quodammodo distinguit, ut ab inferiori capi possit, & sic eam cognoscendam illi proponit. Sicut apud nos, Doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt providentes capacitati aliorum. Et hoc est, quod Dionys. dicit 15. cap. cœlestis Hierarch. Unaquæque substantia intellectualis datam sibi à divinioribus uniformem intelligentiam, provida virtute dividit, & multiplicat ad inferioris sursum ductricem analogiam* Ità D. Thom. §. Ex quibus inferimus non solum esse necessariam præfatam illuminationem inter illos, sed etiā modū illius. Quòd nempe Deus ità supremo angelo veritatē manifestat, ut eo modo, quo iste eam percipit, angelo inferiori communicet. Nam percipere non valet, cum non utatur conceptione ita universali, sicut universalis est illa, qua utitur superior; & cōsequenter servato hoc ordine in modo intelligendi, & percipiendi veritatem inter illos, non potest inferior eam accipere immediatè à Deo, & minùs à fortiori alii inferiores, quià non sunt sufficientes ad illam capiendam cum tanta universalitate, qua illam capit immediatè ab illo illuminatus. Unde de necessitate bonæ gubernationis est, quòd supremus Angelus veritatem, quā superiori modo à Deo immediatè accepit, particularizet, & distinguat, & sic particularizatam, & distinctam inferiori Angelo tradat, modo eidem proportionato.

Potest hoc ipsum etiam declarari in his scientiis inferioribus, vel humanis, sive in professoribus earum. Nam quià medicus v. g. juxta exigentiam suæ artis, vel scientiæ habet considerare res valdè in particulari, non petit illuminari à metaphysico, neque accipit sua principia ab illo, quià hic res considerat valdè in universali, sed accipit à Physico, qui non habet principia sic universalia sicut Metaphysicus, nec tam particularia, sicut medicus, ergo idem pariter ordo, si volimus rectè procedere servandus

eſt inter ſuperiorem ; & inferiorem angelum, quod quià ſupremus eſt ſupremæ, ſive univerſaliſſimæ intelligentiæ inter illos, immediatè accipiat veritatem, & illuminatur à ſupremo omnium intelligentium, ſcil. Deo; alii verò inferiores à ſibi ſuperiori juxta eorum proportionatam capacitatem, vel juxta eorum exceſſum, & defectum unius ad alium.

Dices, poſſe hæc omnia inſtari in lumine intellectivo, & ſpeciebus intelligibilibus. Nam ſicut eſt inæqualitas in illis, ſcil. major, vel minor univerſalitas, ſeù capacitas reſpectu veritatis percipiendæ, ita eſt major, & minor reſpectu luminis, & ſpecierũ; ſed nihilominùs Deus intelligens per lumen univerſaliſſimum, & ſpeciem univerſaliſſimam, ſcil. per ſuam eſſentiam, ſe ipſo immediatè communicat lumen, vel virtutem ad intelligendum, & ſpecies, juxta eandem inæqualitatem, ideſt magis, vel minùs univerſales juxta prædictum inter illos exceſſum, & defectum. Similiter in ſupremo luminoſo, ſive Sole, qui non obſtante inæquali capacitate corporum inferiorum, nihilominùs omnibus immediatè ſuam lucem communicat.

Sed contra hoc eſt. Et contra primam inſtantiam patet diſcrimen ex dictis. Nam lumen, & ſpecies ſunt quid eis debitum in prima eorum conditione, in qua ſolus Deus concurrere poteſt; nã virtus intelligẽdi ſequitur immediatè ad naturã intellectualẽ: ſimiliter ſpecies intelligibiles, (ſi ſint naturales) vel ſunt proprietates ejus, vel ſunt debitæ debito connaturalitatis, vel exigentiæ. Neq; etiã infunduntur cũ æquali univerſalitate, ſed juxta proportionem eorum, ut oſtenſũ eſt. Si verò ſunt ſupernaturales, à fortiori infundi nequeunt, niſi à ſolo Deo. qui ſolus illabi poteſt intra eorum intellectum. Sed illuminatio ſpectans ad magiſterium, & diſcipulatum fit ſucceſſivè, vel liberè à Deo juxta utriuſq. exigentiam, ut explicat D.Tho. ergo fieri non debet ab illo ſolo immediatè, ſed juxta ordinem expoſitum, & inæqualem eorum captum magis, vel minùs univerſalẽ. §. Et per hæc etiam patet ad aliam paritatem de Sole. Nam luminis corporalis omne corpus coloratum eſt æquè immediatè capax, ac proinde Sole illuminante omnia immediatè illuminantur; ſed in percipiendo divinam illuminationem, ſeù manifeſtationem divinæ veritatis non ſunt omnes angeli æquè immediatè capaces, ut oſtenſum eſt, ergo non debent omnes immediatè illuminari à Deo, ſed tantum ſupremus, & cæteri mediatè, ut explicatum eſt.

Quòd ſi adhuc inſtes; ſequi hinc nec poſſe immediate fieri hanc illuminationem à Deo reſpectu primi, vel ſupremi, cum adhuc reſpectu iſtius ſit infinita diſtantia in univerſalitate intelligendi, ergo vel nulli poterit immediatè fieri à Deo, vel non obſtante tali defectu univerſalitatis poterit immediatè fieri omnibus ab illo. Et urgeri poterat hoc ipſum in illuminatione, quæ fit omnibus viatoribus per fidẽ. Nam quamvis etiam omnes angeli, & omnes homines ſint natura inæquales, & inter illos ſit ordo ſuperiorum, & inferiorum, immediatè tamen illuminantur à Deo per illam, ergo ſimiliter poterunt immediatè illuminari ab illo de ſuis ſecretis, non obſtante tali ordine ſuperioritatis inter illos.

Sed contra hoc eſt ex dictis ſupra de viſione. Nam licet inter Deum, & ſupremum non ſolum angelum, ſed & univerſam creaturam ſit infinita, & conſequẽter remotiſſima diſtantia à toto genere entis, utpote entis ad nihilum, ex quo eſt omnis creatura, poteſt tamen in aliquo determinato eſſe major, vel minor, & etiam immediata penès majorem, vel minorem accessum ad illum, & etiam immediatum in participando de perfectione ejus intra illud; Qua ratione etiam diximus, quòd licet omnes angeli conveniant in eodem gradu immaterialitatis penès receſſum à materia, & ab ordine ad illam, nihilominùs unus adhuc eſt immaterialior alio in modo participandi illum, ſcil. remotiùs, vel propinquiùs, penès remotiorem, vel propinquiorem acceſſum ad ſupremum immaterialẽ ſcil. Deum, ergo rectè etiam poterit hic ordo ſervari in hoc genere illuminationis juxta diverſum eorum acceſſum mediatum, vel immediatum ad ſupremum illuminans.

Ad id verò, quod ſubditur de illuminatione per fidem patet ex proximè dictis ſimiliter eſſe diſcurrendum ſicut de lumine, vel virtute intelligendi, & de eorum ſpeciebus, quòd ſicut utrumque habetur immediatè à Deo, cum non ſint de acquiſibilibus ab angelo per viam magiſterii, & diſcipulatus; ità pariter quantum attinet ad lumen fidei, & ſpecies ei deſervientes immediatè id totum accipiatur à Deo; ſed quantum ſpectat ad propoſitionem credibilium, & inſtructionem ex parte eorum, potuit divina providentia ità ſimiliter diſponere, ut unus per alium inſtrueretur ſicut inter homines minores per majores; & Prophetæ per Angelos, & per Prophetas populi &c. Unde ait D. Thom. qu. 14. de fide art. 11. ad 4. *Dicendum ſecundum Dionyſ., & Aug. quòd Angeli primò ſciverunt incarnationis Chriſti myſterium, quàm etiã homines, cum de ipſo per angelos etiam Prophetæ ſint inſtructi.* Unde de facto ſemper fuit inter homines doctorum, ſeù magiſterium, & diſcipulatus, audiendo primùm oraculum apoſtolicum, ſeù ſummũ Pontificem, cui facta eſt à Chriſto promiſſio infallibilitatis in dicenda veritate juxta illud: *Rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua.* Nõ pro hoc vel illo ſeculo tantum, ſed pro omni, uſque ad conſummationem omnium, ac proinde nec unquam periit, aut perire poteſt Sedes iſtà Romana Catholica, ut impiiſſimè contendunt oppoſitum hoſtes fidei, niſi velimus defeciſſe etiam Chriſtum in ſuis promiſſis, quod eſſet ingentior blaſphemia. Deinde audimus etiã alios Doctores, qui ab ipſa nobis deſignantur, ſeù ab eodem ſupremo Pontifice, ad quem attinet judicium de credendis, quæ inſtructio, forſan etiam ut inſinuatum eſt, ſervata eſt apud Angelos. Et quia evidentia credibilitatis neceſſaria eſt ad credendum, ideſt quòd res credenda ſit maximè digna fide; & hanc immediatè habuit primus angelus à Deo, quia ſolus ipſe, ut plures tenent, habuit evidentiam divinæ atteſtationis, & hanc evidentiam immediatè communicavit ſibi inferiori, & ſic deinceps ad alios propagata eſt, quoad hanc creditur etiam fuiſſe obſervatum magiſterium inter illos; In quo M. Ferre judicat non haberi aliquod inconveniens. Alia ratio procedens ex ratione boni, quod eſt diffuſivum ſui, & potiſſimùm diffunditur per viam illuminationis, videri poteſt apud eundem in manuſcriptis, ne plùs nimiò in his immoremur.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. ex Durando ibidem. Illa, quæ pertinent ad cognitionem glorioſam, pertinent ad ſolum Deum tanquam ad confortantem naturam, & pro-

proponentem objectum; sed illa, de quibus est illuminatio, sunt hujusmodi, pertinent enim ad cognitionem beatam: quamvis non ad illam in qua consistit beatitudo essentialis, sed in qua consistit beatitudo accidentalis, ergo hæc illuminatio, vel beatitudo pertinet ad Deum, ut confortantem intellectū, & proponentem objectum. Quia non videtur conveniens, quòd beatitudo unius essentialis, vel accidentalis dependeat ab aliquo, quàm à Deo. §. Urg. & expl. hoc. Nam angeli omnes eandem beatitudinē, præsertim quoad cognitionem divinorum, (in qua beatitudo consistit) possident nunc, quam nos expectamus, sed tunc unus homo non illuminabit alium juxta illud Hierem. 30. *Non docebit vir ultra proximum suum, & vir fratrem suum*; ergo nec modò unus angelus illuminat alium.

Ad hoc ex D. Tho. hic ad 1. dist. ma. Quæ pertinent ad cognitionem gloriosam; quantum ad objectum ejus essentiale, & omnibus beatis commune; conc., quantum ad rationem diuinorum, sive quę pertinent ad lumen non præcisè visivum, sed penetrativum, vel revelativum, aut liberè manifestativū nag. solotio, vel distinctio, patet ex dictis supra de visione, & declarat D. Th. hic. *Ad 1. dicendum (inquit) Quòd omnes angeli tam superiores, quàm inferiores immediatè vident Dei essentiam, & quantum ad hoc unus non illuminat alium. De hac enim doctrina Propheta loquitur. Vnde dicit, non docebit vir fratrem suum dicens, cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum. Sed rationes divinorum operum, quæ in Deo cognoscuntur sicut in causa, omnes quidem Deus in seipso cognoscit, quia seipsum comprehendit: aliorum verò Deum videntium, tantò unusquisque in Deo plures rationes cognoscit, quantò eum perfectiùs videt. Vnde superior angelus plura in Deo de rationibus divinorum operum cognoscit, quàm inferior, & de his eum illuminat. Et hoc est, quod dicit Dionys. 4. de divin. nomin. quòd angeli existentium illuminantur rationibus*; Et per hæc etiam patet ad confirm. Unde idem Duran. timens fortè ab aliis, & præsertim à D. Tho. indebitè recedere subdit in fine eiusdē num. *Hæc autem dicta sunt velut quædam probabiles persuasiones, quia an aliquis istorum modorum sit sufficiens, vel alius inuentus non potest sciri per plenam certitudinem. Et ideo hæc sufficiant tanquàm dicta ad præstandam peritioribus occasionem inquisitionis.*

Sed ut rectà percipiatur doctrina, & solutio D. Th. adverto ex superioribus, & ex M. Ferre hic, quòd angeli quò sunt aliis superiores natura, eò sunt etiam superiores gratiæ, & gloria: gratia quidem, quia ut insinuavimus, data est eis ea proportione, qua superiores erant in natura, non quia hæc sic eam exigeret, aut ex debito ejus data sit, sed quia sic disposuit pro sua gratuita voluntate. Similiter etiam in gloria, quia juxta excessum in gratia, magis etiam dicuntur meruisse de gloria. Ex quo fit, juxta parites excessum in natura, proportionatum excessum, vel superioritatem habuisse in intensione, vel perfectione intensiva gloriæ. Perfectior autem visio, in qua perfectior consistit gloria, licet de his, quæ formaliter Deo conveniunt, nihil attingat præter ea, quæ attingit quęlibet alia minùs perfecta, vel quęlibet inferior; de his tamen, quæ pertinent ad lumen penetrativum, quò perfectiùs, vel intensiùs Deum attingit, eò plures, & perfectiùs de effectibus in Deo contentis, ut in causa, videt, ut ibidem explicatum est. Nam si sunt de numero possibilium, vel latentium plures videt, si de illo existentium, vel apparentium; perfectiùs, vel excellentiùs juxta sui excellentius lumen, esto eosdem videat cum aliis, & sic de aia plures rationes dicitur supremus cognoscere, vel penetrare, quam alii, ergo eum longè alios omnes superet in gloria, plures de divinis operibus rationes, quæ vel spectant ad mundi gubernationem, vel ad statum electorum in Deo perfectiùs viso, habet videre, quā sibi immediatè inferior, ac proinde de his eum illuminare; ex quo etiam sequitur, quòd iste, (& sic successivè de aliis) illuminet aliumn sibi immediatè inferiorem de his, quæ accepit à sui superiori, & de his, quæ juxtà sui lumen intensiùs, vel perfectiùs penetrat in Deo viso.

Sed contra hanc doctrinam, & solutionem D. Th. instas. Quia videtur sequi ex his, quòd ab initio completa sit eorum illuminatio, & nullus ampliùs alium illuminet, consequens est contra communem consensum, ergo. Prob. ma. Quia de his omnibus, de quibus fit mentio, ab initio illuminati sunt, quia visio non cessit, sed in æternum invariabiliter permanet, ut dictum est, ergo sicut hanc habuerunt ab initio suæ beatitudinis, pariter de omnibus per illam perceptis facta est tunc completa illuminatio.

Resp. neg. ma. Ad prob. dist. conseq., facta est tunc completa illuminatio intra Verbum, conc., extra Verbum, nag., quia ut ait D. Thom. infra ar. 4. ad 3. *Usque ad diem iudicii semper noua aliqua supremis Angelis revelantur divinitùs de his, quæ pertinent ad dispositionem mundi, & præcipuè ad salutem. Unde semper remanet, unde superiores Angeli inferiores illuminent.* Itá D. Tho. Ex quibus habetur quod non solum non cesset tunc illuminatio inter illos à toto genere illuminationis, cum (semper noviter revelatis continuetur usq. ad diem judicii,) sed semper continuabitur post illum, non quantum ad novam acquisitionem scientiæ per alicujus ulterius relevandi, vel revelati manifestationem, sed quantum ad prioris illuminationis, vel cognitionis acquisitæ ex vi illius conservationem, ut docet infra qu. 108. ar. 7. ad 2. dicens. *Sic igitur cum inferiores Angeli rationum Divinorum cognoscant per lumen superiorum Angelorū, dependet eorum cognitio ex lumine Superiorum, non solum quantum ad novam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad cognitionis conservationem: sicut cognitio conclusionis (ut præmittit ibidem) dependet ex omnibus mediis præcedentibus non solum quantum ad novam acquisitionem scientiæ, sed etiam quantum ad scientiæ conservationem. Cujus signum est, quia si quis obliviscer etur aliquod præcedentium mediorum, opinionem quidem, vel fidem de conclusione posset habere, sed non scientiam, ordine causarum ignorato.* Unde concludi: *Licet ergo post judicium non proficiant inferiores Angeli in cognitione aliquarum rerum, non tamen propter hoc excluditur, quin à superioribus illuminentur.* Et ideò, ut probat ibidem, adhuc perseverant ordines eorum post illum diem.

Secundò arg. Angelus inferior comprehensivè cognoscit visionem beatam Angeli superioris, ergo non indiget illuminari de his, quæ per illam videt superior. Conse. tenet, quià comprehensa ejus visione, videt omnia, quæ per illam videntur, aliàs non comprehenderet illam, ergo non est necessitas, ut de his illuminetur per superiorem. §. Ad hoc relictis variis solutionibus apud M. Ferre, resp. ex dictis, & ex proxima doctrina D. Thom. dist. ant., comprehendit visionem beatam superioris, per sui lumen sibi relictū,

i. eg.,

neg., ut conjunctum, vel elevatum per lumen superioris transeat, vel conc., & neg. cons., uam pro ut sic conjunctum, vel subordinatum, accipit cognitionem, val illuminationem rai, quam sibi relictum cognoscere, vel penetrare non potest, si velimus effeminuùs perfectum, & minùs penetrativum, aut minùs intensum, unde respectu illius sibi relicti, ea, quæ per superius penetrantur fuut de numero latentium, & consequenter visiu superioris prout ad eadem terminata nequit cadere sub lumine comprehensivu inferioris, ut latè in superioribus explicatum est.

3. Arguitur. Ea de quibus Angelus inferior illuminari potest, sufficienter à solo Deo ai manifestantur, ergo nun indiget illuminari à superiori, ac proindè unus nun illuminat alium, Utraq. cons. tenet, & ant. prob., quià triplex est lumen in Angelis, scil. naturæ, gratiæ, & gloriæ, sed Angelus illuminatur lumine naturæ à Deo creante, lumine gratiæ à justificante, lumine gloriæ à beatificante, quod tutum Dei est, ergo.

Ad hoc, quod 2. loco proponit D. Thom. hìc ar. 1., respondet. *Dicendum, quòd unus Angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei veritatem de his, quæ pertinent ad statum naturæ, & gratiæ, & gloriæ, ut dictum est.* Scil. in corp. Ita D. Tho. §. Sed hæc solutio videtur difficilis in eo, quod videtur asserere angelum inferiorem de his, quæ pertinent ad ordinem gratiæ, & gloriæ illuminari per solam confortationem luminis naturalis; sed hoc subsistere nequit ergo. Mi. constat, quià Angelus illominatos de his, quæ spectant ad utrumque superiorem ordinem nihil percipit per præcisum lumen naturale, quòd ad sola naturalia se extendere valet: ma: verò, nampè quod ità sentire videatur, quòd per solā confortationē luminis naturalis percipiat ea, quæ spectant ad utrumq. ordinem gratiæ, & gloriæ; probatur. Quià post distinctionem illius triplicis luminis, dicit, quòd illuminatio de his, quæ spectant ad eundem triplicem ordinem solum fit per confortationem luminis naturalis, & manifestando ei veritatem de his, quæ spectant ad statum naturæ, gratiæ, & gloriæ, ergo videtur sentire, quòd hæc illuminatio fiat per solam confortationem luminis naturalis.

Resp. mentem D. Tho. non esse, quòd solum lumen naturale, idest solus intellectus ejus per idem lumen, vel per confortationem illius ut cunque sine superioribus viribus gratiæ percipere valeat ea, quæ spectant ad ordinem ejusdem gratiæ, & gloriæ, (hoc enim omninò alienum est à mente ejus, ut latè ostansum est q. ibidem 12. ad ar. 4., & 5.) sed quia solum idem lumen naturale, sivè intellectus ejus est, qui confortatur, vel idem confortari ad illa percipienda, non verò superiora auxilia, quibus elevatur ad eorum cognitionem, quia illi soli fit manifestatio veritatis, non auxiliis; Hæc enim se habent ut vidimus, per modum virtutis, atque, qua tatio ne etiam ostendimus, optimè possesse eodem modo vitalia, scil. ut qua, etiamsi non oriantur à principio radicali, vel substantiali viventis, sed satis esse, quòd intrinsecè recipiantur in potentia, vel in intellectu, & fiunt participatio Dei, ut vivens est, vita intellectualis; Imò ut dictum est, non essent talia, sive supernaturalia si deberent ab illo oriri.

QUAESTIO SECUNDA.

Quomodo fiat præcedens illuminatio unius ab alio.

De modo illuminationis inquirimus visa ejus substantia, vel existentia, quòd detur inter illos. Unde Scotus in 2 dist. 9. q. 2. §. ad aliam quæst. existimat fieri per hoc, quòd superior aliquid imprimat intrà intellectum inferioris. Idem tenent alii antiqui, Vazor., Gabriel, Ocam., Hervæus. Et ex recentioribus Suarez lib. 6. de Angelis c. 13., & pro eadem sententia citat Vasquez, (sed immeritò ut constabit) D. Tho. hìc ar. 1., & Capreol. in 2. dist. 11. q. 2. ar. 1. Prædicti ergo extremei in eo conveniunt omnes, quòd hujusmodi illuminatio, in eo consistat, quòd idem superior producat in intellectu illuminandi quandam notitiam veritatis, quam illa agnoscit, & iste ignorat.

Secunda extrema sententia negat fieri per aliquid productum intra intellectum alterius, sivè sit notitia ut vult Scotus, sivè lumen, vel species, ut volunt alii, sed per solam directionem, vel manifestationem proprii conceptus. Ita D. Th. hìc ar. 1., & iterum q. seq. 107. ar. 1. ubi similiter discurrit de locutione, & sequuntur non solum ejus discipuli Cajet., à S. Tho., Serra, Gonet., Ferre, Salmant. disp. 14 dub. 2. & alii; Sed etiam ex antiquioribus D. Bonav., Alensis, Ægidius, Ex Recentioribus verò Arrubal, Granad., & Torrianus.

§. I.

Statuitur 1. Conclusio.

Illuminatio fieri nequit per aliquid physicè productū ab angelo superiori in intellectu inferioris. Videtur capraesa D. Aug. in psal. 118. conciona 18. in fine ubi ad illud Daniel. 8. *Et factum est cum viderem ego Daniel visum &c.* subdit. Deus itaque per se ipsū, quia lux est, illuminat pias mentes, ut ea, quæ divina dicuntur, vel ostenduntur, intelligant. Sed si ad hoc ministro utitur angelo, potest quidem aliquid agere angelus in mentem hominis, ut capiat lucem Dei & per hanc intelligat.

Et ita dicitur intellectum dare homini, & quasi *ut ita dicam, intellectuare hominem, quemadmodū quisquam dicitur lucem dare domui, vel illuminare domum, cui fenestram facit, cum eam non sua luce penetret, sed tantummodo aditum, quo penetretur, aperiat.... Deus autem, & hominis mentem rationabilem, atq. intellectualem facit, qua possit capere lumen ejus, & angelum talem fecit, ut operari possit aliquid, unde ad capiendum lumen Dei mens adjuvaretur humana.* Ita S. P. quibus non solum confirmat hanc nostram 1. concl. scil. quòd angelus illuminans nihil interiùs producit; nec ullo modo immutat intellectum illuminati, sed quòd solum aperiat, scil. dirigendo conceptum suum ut illum capiat, sicut qui aperit fenestram, ut illuminetur domus, ut dicemus in secunda. Unde juxta S. P. tantum exercet munus Magistri extarnis explicando doctrinam, sic quòd illuminandus asm capere possit per lumen sibi extrinsecum à Deo datum, vel aliter, ex parte objecti acquisitum; ut statim explicabitur.

Huic consonat D.Tho. ut proximè vidimus hìc ad 2. dum dicit, quòd unus angelus non illuminat alium tredendu ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, sed confortando luman naturala ipsius, & manifestandu ai varitetem de his, quæ pertiuent ad eosdem status. Ubi ut patet, negat illuminationam fieri per luminis productionem, & sulum admittit fieri par confortatiunem luminis, angeli illuminaudi: ex quo etiam infert M. Ferra henc confortatiunem non fieri per augmentum hujus luminis, aliàs deberet fieri par eddirionem luminis, quam negat uterq. S.Doctor: Unde videtur magis constituenda in hoc, quòd veritetem, quam manifestat, explicat ed captum illuminandi, tollendo prout sic impedimenta, ut rectè aam percipier juxtà D.Thu. hìc art. 1. examplo Doctoris multipliciter distinguantis doctrinam, quem pruponit discipulu providens cepacitati illios.

Id clariùs explicat q.9. de verit.ar.1. ad 2. ubi eit *Dicendum, quod ab angelo illuminante non fit novum lum en gratia, vel naturæ nisi ut participatum. Cum anim omne, quod intelligitur ex vi intellectualis luminis cognoscatur, ipsum cognitum in quantum hujusmodi includit in se intellectuale lumen ut participatum, ex cujus virtute habet intellectum confortare: sicut patet, quando Magister tradit discipulo aliquod medium alicujus demonstrationis, in quo participatur lumen intellectus agentis*, (*& post pauca concludit*;) *Unde per hoc quod superior angelus suum cognitum alteri angelo demonstrat, ajus intellectus confortatur ad alia cognoscenda, quæ priùs non cognoscebat. Et sic non fit in angelo illuminato novum lumen natura, vel gratia, sed lumen, quod priùs inerat, confortatur per lumen contentum in cognito percepto à superiori angelo.*

Idem rapetit q.18. seq. ibidam ar.8. ad 4 ubi inquit *Dicendum quòd angelus neque lumen in intellectu humana creat, neque species in vi imaginativa, sed operatione angeli lumen naturale in intellectu humano divinitùs confortatur, & secundum hoc hominem angelus illuminare dicitur*; Ex quo patet juxtà D.Tho. in illuminatione non intervenira eliquam productionem luminis ab angelo illuminanta in intellactu infarioris illuminati, sed solam externam propositionam objecti, illuminatam tamen, seù illustratem per luman conteutum, ut eit, in cognito parcaptu ab aodem illuminente.

Ratione deinde prub. concl. generelitar contra omnee modos expositos. Productio effactiva alicujus intra intellectum engeli illuminendi repugnat argelo soperiori illuminanti, & in universum causalitati creetæ, quod producat aliquid intra intellactum, vel voluntatem alterius, ergo nequit præsens illuminatiu fieri per talem productionam; Prob. aut. quia non potest effectivè aliquid intra illum producere, nisi per illapsom intra eumdem ingrediatur tam secundum sui substantiem, quàm secundum virtutem, sad hoc repugnat cuilibet agenti creato ergo. Ma. constat, quia productum esset quid spirituale incapax diffundi par madium sensibile, ut contingit in objactis curporeis, quæ diffundunt species sui visivas per mediū aeris, ergo sine utroque ingressu per illepsum nequit intus ibi aliquid effactivè producere: Mi. varò traditur à SS. PP. nam Aug. lib. de dogmatibus ecclesiasticis tum. 3. cap. 83. inquit. *Illabi menti illi soli possibile est. qui creavit*; Et D. Bernard. serm. 5. in Cantica. *Hæc enim prærogativa* (*scil. illapsus*) *summo, & incircumscripto spiritui reservatum est*.

D. Tho. etiam 3.p.q.8.ar.8. ad 1. ex D. Aug. cap. rel. ostendit, quòd Dæmon nun erit in Antichristo per intrinsecam inhebitatiunem in anima ajus, quià sula Trinitas menti illabitur, ut dicitur in libr. de dogmetibus Ecclesiasticis, sed par malitiæ effectum; idast ut inquit ibi Aug. *Dæmones per energicam operationem non credimus substantialiter illabi anima, sed applicatione, & oppressione uniri*. Idem repetit D Tho. q.64 seq. ar.1., ubi ex ao prubat sulum Daum per modum agentis principalis uperari interioram effectū Sacramenti, qui est gratia; *Quia solus Deus* (*inquit*) *illabitur anima, in qua Sacramenti effectus existit Non autem potest aliquid immediatè operari, ubi non est*. Ubi prædicta duo confirmet, scil. quòd illapsus in mantem soli Deo convenit, & quòd si angelus intra illam, vel intellectum eltarins aliquid affectivè produceret, daberet per illapsum in eo existera.

Deindè q.3. da malo ar.3. in corp. clariùs docet hoc ipsum, ut supre insinuevimus; nam distinguens ibi duplicem modum operandi, in voluntatem, vel muvendo illam; scil. per modum disponentis, vel persuadentis interiùs, aut axteriùs; 2. per modum perficientis, idest afficientia, quæ varè, & propriè cause dicitur. 1. modu concedit posse diebolum movera illam, non tamen posse dici propriè causam mali actus voluntatis, quia non potest essa causa ejus per modum perficientis. Et multis interpositis, quibus axplicat, movens tentum ax parte objecti non posse dici propriè, & per se causam actus voluntatis concludit dicens. *Relinquitur ergo, quòd causa perficiens, & propria voluntaris actus sit solum id, quòd operatur interiùs, hoc autem nihil aliud esse potest, quam ipsa voluntas ut causa 2., & Deus sicut causa prima*; Unde atiā 3. cont. Gaur. c. 88. ut vidimus, osten. nullā substantiā creatā posse agara in voluntetē nostrā nisi per modum persuadautis, ax hoc infert solum Deum posse movare illam per modum agentis, & aem sic movere possa confirmat ex illu Prov. 21. *Cor Regis in manu Domini quocumq. valuerit inclinabit illud*.

Ex quibus efficacitar reiicitur solutio, vel explicatio, quam adhibet Suarez prædictis authoritatibus Patrum, & rationi adductæ. Nampè quòd non intendant negere omnem illapsum unius creaturæ in aliam, sed illum dumtaxat, per quam plenè contineat aam, & plenè ei dominetur, quòd fieri nequit, nisi vel causandu esse ajus, vel conservando illud, quod nulla creatura efficere potest, cum anima à sulo Deo fiat, & eb ipso solo conseruetur. Illabi anim, (inquit) quod negant SS. PP. convenire creaturæ, & soli Dao ettribuunt, est illud, per quod ras intra essentiam, & intre axistaotiam alterius ponitur. Per huc autem quòd unus angalus speciem impressam, aut aliquid aliud intra intellectum alterius producet, non propteree operetur intra terminos esse, sed supra illos, quia species impressa habet se per modum circonstantis angali existentiam, & recipitur in ejus intellectu priùs existente. Unde ad summum inferri potest, quòd angelus illabitur in effectum illum, non verò in substantiam, & intellectum illius.

Sed patet hanc explicationem non possa omninò cohærere cum text. eorum relatis, in quibus, ut clarè constet non solum negant illapsum intra ordinē essendi, sed etiem uperandi, & consequenter negant omnem absolutè. Nam D. Aug. expressè c. illo 83. ideo nagat dæmones per energicam operationem substentialitar illebi animæ, sed solum uniri eplicatione, & oppressiona, quia illabi menti soli possibila est, qui creevit. Unde impossibilitatē unius infert ex impossi-

possibilitatè alterius; & ideo non stat, quod creature nequeat illum habere in priori ordine essendi, per productionem, & conservationem ipsius esse, & illum deinde habere possit in posteriori per productionem alterius effectus supponentis esse. Cujus etiam rationem tradit eadem q.64., quia non potest agens immediatè operari aliquid ubi non est. Certũ est autem, quòd species producta ab angelo superiori debet esse intrà intellectum inferioris, si huic deservire debet, unde otiosè videtur dici, quòd solum debet illabi in speciem, & non in intellectum. Sicut Deus producens gratiam in anima, non solum debet illabi in ipsam gratiam, sed verè etiam in ipsam animam; ex quo rectè infert D. Tho. solum Deum posse illã ut causã principalem producere, quia solus ipse potest in hanc illabi; sicut hac eadẽ ratione ex D. Aug. rectè etiam infert ut suprà, non exiturum dæmonẽ in AntiChristo per intrinsecã inhabitationẽ in anima ejus. §. Deinde si angelus superior lumen aliquod, vel speciem produceret intra intellectum inferioris, deberet illam educere ex potentia passiva illius, non enim produceret per creationem, ergo deberet illi immediatè, & intimè uniri, quoad virtutem, & quoad substantiam, ergo non tantum esset in specie, sed etiam intra viscera, ut sic dicamus, ipsius intellectus: Eò vel maximè, quòd cum idem lumen, vel species esset accidens, ut supponitur, non haberet esse in se sed in intellectu, cui inhæret, ergo magis huic deberet illabi in quo species producitur quam in specie.

Secundò ex his, & superioribus prob. concl. contra hunc modum illuminationis per productionem speciei. Nam hujusmodi species, vel est improducibilis, vel admissa etiam producibilitate ejus est superflua, ergo. Prob. ant., & quoad 1. p. patet ex proximè dictis. Tum quia vel esset naturalis ad repræsentandum ea, quæ sunt de ordine naturæ, vel supernaturalis ad repræsentandum supernaturalia, sed neutra est producibilis ab angelo superiori, ergo. Prob. mi., & primò de naturali, quia angelus est immutabilis secundũ esse, & consequenter debet habere, totum esse simul ab initio, quod spectat ad lineam actus primi, ut est species impressa, ergo cum successivè de novo illuminetur à superiori, si hæc illuminatio fieret per receptionem novarũ specierũ mutabilis esset non solum secundum operationem, sed etiam secundum esse actus primi, qui successivè cresceret. Nam hujusmodi species pertinent, quasi ad constitutionem naturæ intellectualis completæ, per modum complementi actus primi, ut explicatum est, & ideò vel oriuntur ut proprietates illius, vel sunt debitæ, & jure connaturaliter ab illo exiguntur.

De supernaturali etiam prob. Quia eo ipso, quòd pertinent in hoc ordine ad lineam actus primi, subiici nequeunt principali causalitati agentis creati ut etiã patet ex dictis supra in proœmialibus. Unde sicut nequit angelus ut causa principalis producere lumen gratiæ, ita nec potest prout sic producere speciem supernaturalem, sed attinebit ad Deum infundere illã, sicut dicimus de aliis habitibus supernaturalibus, qui sunt de numero per se infusorum, ut ibidem, & alibi explicatum est.

Ex his etiam convincitur 2. pars ejusdem principalis antec., quòd esset superflua, quia cum producibilis ab angelo solum esset de ordine naturæ, habens inferior sufficienter ab initio species repræsentativas eorum, quæ spectant ad hunc ordinem, et supra explicatum est, non indiget aliis superadditis, & noviter productis, sed sola propositione, vel expositione objecti, si sit de numero latentium, ut dictum est. Unde D. Thom. qu. illa 9. de ver. ar. 1. ad 10. inquit. *Dicendum, quod quando unus angelus ab alio illuminatur, non infunduntur ei novæ species, sed ex eisdem speciebus, quas priùs habebat intellectus ejus confortatus per lumen superioris efficitur potius cognoscitivus.*

Urg. hoc. Nam licet omnis locutio sit illuminatio, ut explicatur infra, non omnis tamen illuminatio est locutio, sed ad locutionem unius cum alio non requiritur talis species, ergo nec est necessaria ad illuminationem. Prob. min., quia aliàs individuus non posset loqui cum alio, cum species utpotè spiritualis deferri non posset ad audientem per spatium medium corporeum, vel sensibile: cujus tamen oppositum constat ex illo Divitis existentis in inferno; de quo dicit Scriptura, quòd loquebatur cum Abraham, inter quos magnum Chaos firmatum erat.

Tertiò prob. concl. contrà alterum modum Scoti, recurrentem ad notitiam productam in mente inferioris. Et præter iterum impossibilitatem illapsus necessarii ad hoc ut patet ex dictis. Prob. sic quia impossibile est, quòd angelus inferior, vel illuminandus percipiat vel cognoscat veritatem (de qua fit illuminatio) per notitiam à se non productam, & merè passivè receptam ergo nequit per illam illuminari. Prob. ant. quià ut in superioribus ostensum est, intellectum cognoscere, vel intelligere est in actu 2. vivere vita intellectuali, sed vivere in actu 2., est activè vitaliter immanenter operari, & ideò intellectus creatus, qui non est suum intelligere, sicut divinus, est essentialiter potentia activa, & passiva simul, & duplicem respectum dicit ad intelligere; scil. principii producentis, & recipientis; & intelligere est essentialiter operatio immanens, de cujus ratione est, recipi in subjecto, à quo ut à proximo agente procedit, ergo impossibile est, quòd inferior per notitiam à se non productam, sed passivè tantum receptam percipiat, vel cognoscat veritatem, de qua est illuminandus.

Urg., & expl. hoc. Quia repugnat aliquod agere per hoc præcisè, quòd actionem recipiat, hoc enim non est agere, sed pati; Repugnat etiam aliquod generare, nisi generatio activè ab ipso procedat; & sic de aliis ergo repugnat intellectum cognoscere, vel intelligere, nisi cognitio, vel intellectio ab ipso procedat. Et sanè si eadem notitia à solo angelo superiori produceretur, non tam inferior, quàm superior denominaretur cognoscens per illam, imò magis superior, quia magis denominatur agens ex hoc, quòd actionem producit, quàm ex hoc, quod eam recipit; & sic idem superior non tam esset illuminans, quàm illuminatus; Sicut hac ratione dicitur illuminatus, inferior, quia per eandem notitiam cognoscit eandem veritatem.

Adde, quòd & si fortè fieri possit de potentia absoluta, ut ibidem de visione insinuatum est, ut entitas actionis vitalis à solo Deo producatur, & conservetur sine concursu potentiæ vitalis, ut docent Capreol. in 4. dist. 49. q. 4. ar. 3. in solut. 4. eorum, quæ 4. loco objecta sunt: Et in 2. dist. 37. q. 1. ar. 2. Ferrare 3. cont. Gent. c. 54. circa finem, & alii; nihilominùs, ut iidem docent, implicat, quòd in aliquo subiecto in ratione vitalis operationis constituentis in actu 2. vivens, sentiens, aut intelligens producatur, & con-

conservetur à solo Deo sine concursu activo vitali ejusdem subjecti, quod constituit, & denominat vivena; contradictio verò est, quià viveret, & non viveret in actu 2. ageret, & non egeret in actu 2. Sed de hoc ex professo agitur t. 2. q. 3. ar. 2., ubi probatur ex D. Th. beatitudinem formalem consistere essentialiter in operatione elicita à beato. Et 3. p. q. 9. art. 1., ubi commodam S. Doct. prob. implicare contradictionem, quòd intellectus humanus intelligat per intellectionem increatam Dei, aut per intellectionem ab ipso non productam. De quo egregiè Cajet. ibidem. Undè u semel, & iterum monuimus præsertim ad art. 5. e visione opinionem ejusdem Scoti, in 4: dist. 49. q. t. 5, *respondet ergo*, & Durandi q 2. n. 14., & 28. asseren isi visionem beatam à solo Deo produci, intellectu marè passivè se habente, & hoc supposito non indgere eodem lumine, post Concil. Viennense in quodifinitur necessitas luminis gloriæ ad videndum Deum, non posse componi cum hac ejus definitione, at ibidem ostensum est.

Ex his etiam, quod attinet ad præsens, rejicitur solutio, quam Scotus posset adhibere, nempè quòd intelligere potest dupliciter accipi, vel purè contemplativè, aut per modum causæ formalis, vel etiam factivè, ant per modem efficientia; Licet autem hoc posteriori modo requiratur effici ab intellectu, cui deservit, non autem priori, sed satis est, quòd formaliter actuet illum; Et sic poterit prædicta notitia, vel intellectio produci ab Angelo superiori, & deservire in inferiori ad percipiendam veritatem, de qua fit illuminatio.

Sed hæc solutio sufficienter præoccupatur argumento facto. Quià sive sit intelligere purè contemplativum, quod est pura contemplatio objecti, sive etiã factivum, vel formativum Verbi; verè tamen per illud, quodcunque sit, Angelus inferior intelligit, & consequenter vivit in actu 2., ergo impossibile est, quòd à se ipso activè non procedat, sed solum à superiori, & ipse purè receptivè se habeat ad illud; conseq. tenet ex proximè dictis; aliàs viveret, & non viveret, vel se moveret, & non se moveret per illud. Unde omninò insufficiens est præfata distinctio de intelligere purè contemplativè; & de illo etiam factivè: nisi enim velimus, inferiorem intelligere per modum cujusdam inanimis, debet utroque modo constituere illum viventem in actu 2. quòd fieri nequit sine ejus influxu activo respectu illius.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. Et quidem contra veritatem conclusionis præter argumenta D. Thom., ab eodem sufficientissimè soluta, (da quibus etiam supra dictum est;) non videtur aliud difficile militare; solum potest aliqua difficultas esse circa id, quod asserit art. 1. propè medium corp., ubi explicans hanc illuminationem, videtur concedere illam fieri per confortationem productivam luminis in intellectu inferioris, quòd non videtur cohærere cum reliquo texto, vel resolutione ejus. Sic enim habet. *Cum autem ad intelligendum duo concurrant, ut supradictum est (scil. q. ant. art. 3.) scil. virtus intellectiva, & similitudo rei intellectæ: secundum hæc duo unus Angelus alteri veritatem notam manifestare potest. Primò quidem fortificando virtutem intellectivam ejus: sicut enim virtus imperfectioris corporis fortificatur ex situali propinquitate perfectioris corporis, ut minùs calidum crescit in calore ex præsentia magis calidi, ita virtus intellectiva inferioris Angeli confortatur ex conversione superioris Angeli ad ipsum. Hoc enim facit in spiritualibus ordo conversionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundò autem unus Angelus alteri manifestat veritatem ex parte similitudinis intellectæ. Superior enim Angelus notitiam veritatis accipit in universali quadam conceptione, ad quam capiendam inferioris Angeli intellectus non esset sufficiens; sed est ei connaturale, ut magis particulariter veritatem accipiat. Superior verò Angelus veritatem, quam universaliter concipit, quodammodo distinguit, ut ab inferiori capi possit; & sic eam cognoscendam illi proponit. Sicut etiam apud Doctores, quod in summa capiunt, multipliciter distinguunt providentes capacitati aliorum.* Ita D. Tho.

Ex quibus fit argum. Iuxta D. Tho. Angelus superior ità illuminat inferiorem per sui conversionẽ ad illum, sicut magis calidum ex situali sui propinquitate ad minus calidum facit crescere ilud in calore, sive constituit magis calidum, sed hoc non videtur cohærere cum veritate suæ resolutionis, quam statuit ab initio corp., & intendit etiam concludere, ut vidimus, ex D. Dionys. ergo. Prob. mi. quia intentum ejus, ut ex eodem ostensum est, ad hoc tendit, ut concludat illuminationem sine productione alicujus luminis intrinseci in intellectu inferioris, sed similitudo, vel paritas assumpta convincit oppositũ ergo. Prob. mi. quià magis calidum confortat, (ut sic dicamus) vel facit crescere in calore minùs calidum producendo in eo calorem, ergo pariter angelus superior ex sui conversione illuminabit inferiorem confortando vim ejus intellectivam per productionem alicujus luminis in illa.

Urg. hoc ex eo, quòd distinguit duplicem notificationem veritatis, alteram ex parte ejusdem virtutis, & de hac dicit, quòd confortat eam tanquam debilem, & insufficientem sibi relictam ad intelligendum veritatem manifestatam; alteram verò ex parte objecti dividendo illud, & particularizando conceptiones suas, ut capi possint ab inferiori. Ex quo sic iterum arg. Iuxta D. Tho. Angelus superior non tantum agit, ex parte objecti, sed etiam ex parte principii, seù virtutis intellectivæ ejus, confortando illã, ut capere possit, quod sibi relicta non posset, sed quia sic agit ex parte objecti, addit aliquid ex parte illius, scilicet divisionẽ, & particolarizationẽ, ut fiat illi proportionatum, ut pro captu ejus percipi possit, ergo quia pariter agit ex parte principii, addet aliquid ex parte illius, scil. lumen, vel virtutem præexistenti virtuti ejus, ut capere possit.

Urg. ulteriùs totum hoc ex alio difficiliori textu ejus infra q. 117. ar. 1. ubi inquirens, quomodo unus homo alterum doceat, vel illuminat illum, sic in fine corp. inquit. *Alio modo confortat intellectum addiscentis, non quidem aliqua virtute activa, quasi superioris naturæ, sicut supradictum est de angelis illuminantibus* (scil. hic q. 106. ar. 1. & infra q. 111. ar. 1.) *quia omnes humani intellectus sunt unius gradus in ordine naturæ, sed in quantum proponit discipulo ordinem principiorum ad conclusiones, qui fortè per se ipsum non haberet tantam virtutem collativam, ut ex principiis posset conclusiones deducere; & ideò dicitur in 1. Poster. quòd demonstratio est syllogismus faciens scire. Et per hunc modum ille, qui demostrat, auditorem scientem facit.* Ita

Ita D. Tho. Quibus, ut patet, videtur manifestè statuere hoc discrimen inter illuminationem humanam, & angelicam, quòd quia homines sunt ejusdem athomi gradus naturæ, unus alium illuminat sola veritatis propositione, absq; aliqua virtute activa, quæ agat, vel producat aliquid in illo; angelus verò illuminans, quia est naturæ superioris respectu illuminati, activè, vel effectivè se habeat ad illum aliquid producendo, scil. lumen, quo confortetur ad capiendam veritatẽ sibi propositam. In quo noster Capreol. in 2. relato dist. 11. q. 2. ar. 1. fundat suum modum dicendi, aliquomodo annuens sententiæ oppositæ, nempè quòd sicut intellectus agens dicitur illuminare phantasmata per hoc, quòd a se diffundit ad illa quandam lucem, (quæ est qualitas intentionalis) vi cujus phantasma redditur potens producere speciem repræsentativam naturæ universalis in intellectu possibili; ità angelus superior, dum inferiorem illuminet, communicat ei quoddam lumen, intentionale esse habens, & per modum transeuntis, quo perfusus, & confortatus intellectus inferioris fit potens non potentia intensibilitatis. Quasi fiat intensior seù crescat in intensione, sed puræ confortationis ad percipiendum ea, de quibus illuminatur.

Resp. ad hæc omnia ex doctrina ejusdem q. illa 9. de verit. at. 1. ad 2. Ad 1. quidem dum dicit, quòd ex utraque parte concurrit illuminando, scil. tam ex parte objecti dividens illud, & particularizans, vel accommodans captui inferioris; quàm ex parte principii confortans illud, non intendit, (ut explicat ibidem) quòd hæc confortatio fiat per additionem novi luminis intrinseci ex parte illius, sed solius luminis ut participati in objecto, vel ab objecto cognito, quatenus lumen, quod priùs inerat confortatur per lumen contentum in cognito percepto à superiori angelo. Hujusmodi cognitum, in quantum hujusmodi, includit in se intellectuale lumen, ut participatum, ex cujus virtute habet intellectum confortare. §. Nec paritas de calido convincit oppositum in subjecta materia, quia est aliàs discrimen, nam magis calidum nõ solum habet situalem propinquitatẽ ad minùs calidũ, sed etiam actionẽ in illud, qua facit idem crescere in calore, at verò angelus illuminans ex vi solius conversionis confortat inferiorem proponendo objectum sic illuminatum, lumine participato, ut inquit D. Th. unde non est aliud novum lumen ab illo distinctum, & à superiori productum sive gratiæ, sive naturæ, in quo militat eadem paritas, aliàs non esset paritas, sed identitas; unde solum tenet quoad hoc, quòd sicut magis calidum confortat, (ut sic iterum dicamus) minùs calidum ex situali propinquitate, ità angelus superior inferiorem ex conversione ad illum, non tamen, quòd ita agat in istum, sicut in minùs calidũ magis calidum. Unde consultò ait D. Tho. quòd ex præsentia magis calidi crescit in calore minùs calidũ, non tamen quòd ex conversione superioris ad inferiorem crescat virtus intellectiva istius, sed quòd confortatur, quæ confortatio, ut ibi proximè explicat, non indiget novitate luminis producti ex parte illuminati, vel in illuminato ab illuminante, sed solum ex parte objecti, luminis participati, ut dictum est.

Explicat hoc iterum egregiè D. Tho., & ferè ad literam confirmat in 2. dist. 9. q. 1. ar. 2. ad 4. in 2. solutione, dicens. *Vel dicendum, quòd docere propriè dicitur, qui in cognitionem rei ducit. Sicut autem in cognitionem coloris sensibilem pervenit homo ex duobus, scil. ex visibili objecto, & ex lumine, sub quo videtur; unde & uterquè dicitur demonstrare rem, scil. qui lumen præparat, & qui objectum repræsentat; ita etiam ad cognitionem intellectualem duo exiguntur, scil. ipsum intelligibile, & lumen, per quod videtur: & ideò dupliciter dicitur aliquis docere, vel sicut proponens intelligibile, vel sicut præbens lumen ad intelligendum. Hoc autem lumen est duplex; unum intrinsecum, vel connaturale intellectui, cui similatur lumen, quod est de compositione oculi, & per collationem hujus luminis solus Deus docere dicitur. Secundum lumen, quod superveniens ad confortationem connaturalis luminis, cui similatur in visu corporali lumen solis, vel candelæ; & sic potest angelus aliũ angelũ, vel hominẽ illuminare ad aliquid cognoscendum, non autem homo sic docere potest, cum in eo lumen intellectuale debilissimè recipiatur. . . . . similiter etiam intelligibile duplex est, unum, ad quod intelligendum sufficit intellectus alicujus hominis, dum modo sibi considerandum proponatur, unde & ipse proponens docere dicitur, quasi in cognitionem ducens, sicut in visu corporali monstrat rem, qui eam coram oculis ponit. Aliud est, ad cujus cognitionem non sufficit intellectus discipuli, nisi in hoc manuducatur per aliquid sibi notum. unde & qui hoc magis notum sibi proponit, docere eum dicitur. Hujus simile est in visu corporali in hoc, quòd aliquis rem à longè apparentem digito monstrat: & his duobus modis homo docere dicitur; & hæc doctrina non est per modum illuminationis, sed per modum locutionis.* Ita D. Tho.

In quibus habetur recta intelligentia omnium, quæ obiiciuntur ex eodem, nempè quòd angelus superior rectè possit inferiorem illuminare sine productione luminis intrinseci in illo, cum solo lumine participato in objecto proposito; & quòd medio isto non solum concurrat ex parte objecti, sed ex parte principii confortans illum, ex vi illustrationis ejusdem objecti, sub lumine angeli superioris, ut patet in simili de visu corporali respectu objecti sensibilis illustrati lumine extrinseco solis sine alio intrinseco noviter producto in visu, sed solum expositi, ut visibilis sub illo: Et quomodo etiam dicatur activè illuminare illum, & confortare, non quasi præbendo lumen intrinsecum, quo percipiat ea, de quibus est illuminandus, (hoc enim, ut ait) à solo Deo fit, & à solo Deo docemur prout sic; sed quia agit in objectum illustrando illud; sicut sol dicitur illuminare oculũm, non quia det ei intrinsecum lumen, quo activè eliciat visionem, sed tantum dando lumen coloribus, & illustrando medium, qua illustratione oculus confortatus videat. §. Sicut ergo Sol sic illuminat, & confortat oculum corporeum, sic angelus superior illuminat, & confortat oculum spiritualem inferioris, scil. ejus intellectum; non solum conceptus suos universales dividendo, & accommando modo eidem proportionato; sed etiam illos illustrando sub lumine suo superiori, itaut possit percipere, quod non possat, si talia objecta sub prędicto lumine illustrata ei non proponerentur, quia nempe ex duplici capite percipi non possunt ab inferiori sibi, vel in sua inferioritate relicto. Primum est ex parte objecti, quia percipere nequit sub conceptu illo universali, sub quo percipiuntur à superiori, ut ait D. Th. hic ar. 1. & prout sic juvatur à superiori; dum sic dividit, & attemperat captui ejus. Secundum est ex parte luminis, quia res, de quibus illuminatur non sunt intelligibiles nisi per lumen superioris, nec habent proportionem nisi illustrentur per illud. Ex quo etiam habetur distincta, &

com-

completa illuminatio, nempè manifestatio veritatis ex parte luminis, consisteus in eadem activa illu stratione objecti; & ex parte objecti, quæ consistit in activa illius propositione, sic divisi, & attemperati.

Denique etiam rectè concipitur discrimen inter hominem, & angelum docentem, quòd cum omnes intellectus humani, ut innuit D.Tho., ejusdem speciei athomæ sint, æqualc habent lumen, & istud atiā debilissimum, unde nequit unus homo docere aliū, præbendo ei lumen etiam objectivè, & consequenter de hic, ad quæ lumen proprium non sufficit, non potest discipulus addiscere à Magistro, cum sint, quoad hoc, ejusdem inferioritatis athomæ, onde solum potest edoceri ab illo, quatenus per notum ducitur ad cognitionem ignoti; vel per magis notum ad cognitionem minùs noti, dum primò proponuntur ei prima principia, ut ex illis sibi magis notis perveniat ad cognitionem conclusionum, quæ sunt sibi minùs notæ, ut innuit ibidem D.Tho. in 2. Ex quo etiam constat, quàm immeritò Vasquez citet D.Tho. pro opposita sententia, quasi velit angelum distinguere ab homine in docendo, quòd angelus docent, & illuminet inferiorem per productionem alicujus luminis intrinseci in intellectu illius; homo verò non; (nam quoad hoc uterque conveniunt, ut patet ex littera, cum id soli Deo concedat,) sed quià angelus cum sit superioris luminis, & naturæ potest præbere lumen ex parte objecti illustrando illud; homo verò non, cum sit ejusdem athomi luminis, ut explicatum est. Per quod iterum clarè percipi potest, quod tradit infra q.117. ar.1.

Ex his etiam inferimus non esse admittendum modum illum Capreol. de productione qualitatis intentionalis in intellectu inferioris. Tum quia D. Th. hìc, & alibi ut supra, videtur satis expressè negare omnem hujusmodi productionem alicujus intrinseci. Tum quia deberet illabi in mentem ejus ut ostensum est, quod non admittitur à SS.PP. Tum quià ut dicebamus, cum inferior successivè in dies illuminetur à superiori, non habuisset ab initio totam suam simul perfectionem sui naturalem spectantem ad actū 1., quod derogat ut vidimus, naturæ complete spiritoali, quæ solum admittere potest in ordine naturali varietatem operationum, non perfectionum, quæ perficiūt illam per modū actus primi, vel jura connaturalitatis exigunt ut, vel debentur illi per modum proprietatis.

Arg. 2. Angeli sunt in statu beatitudinis, sed quod pertinet ad hunc statum, ut est illuminare, à solo Deo fieri potest ergo nequit unus ab alio illuminari. Prob. mi. Quia ad illum solum pertinet beatificare, ergo etiam tradere ea, quæ pertinent ad statum beatitudinis. §. Quia non solum id videtur derogare eidem statui, sed etiam perfectioni intellectus angelici, quicunque sit, ergo. Prob. ant. Quia intellectus angeli, quicunq. sit, est perfectior intellectu nostro agente, sed hic ex sua perfectione, vel conditione habet, quòd non illuminetur ab alio, ergo à fortiori id tribuendū est intellectui angelico quicunq. sit.

Resp. ex dictis, & ex D. Tho. hìc ad 1. dist. mi. à solo Deo fieri potest, quantum ad id, quod spectat ad lumen quiditativum, ut est videre divinam essentiam, & omnia, quæ sunt formaliter in Deo, vel spectant ad idem lumen, conc., ad penetrativum, ut sunt rationes divinorum, neg. Quia ut his plures, vel pauciores videntur, quò perfectiùs, vel intensius est lumen, unde cum de his superior angelus plura in Deo videat, quàm inferior, potest ipsum illuminare inquit D.Tho. Tom etia de aliis, quæ potest Deus extra Verbum superiori revelare. Ad ejus prob. similiter dist. ant. ad illum solum pertinet beatificare, quoad beatitudinem essentialem, & quoad formam quiditativum, conc. quoad accidentalem, & quoad penetrativum, neg. Quamuis Deus semper dicatur absolutè primus beatificans, vel præmiator, adhuc tamen potest aliquid creatum per modum exequentis ordinationem, ac dispositionem infinitæ Dei sapientiæ, & providentiæ ad id concurrere objectivè, & effectivè, seù activè, ut explicatum est; In quo summè etiam relucet, immensa bonitas, & virtus, vel potentia infinita Dei, ut insinnavimus ex D.Tho. q.23. ant. ar.8. ad 2.

3. Arg. lumen est forma quædam mentis, sed mens rationalis à solo Deo formatur nulla interposita creaturâ, ut Aug. dicit lib.83. qq. q.51. tom.4. ergo unus angelus non illuminet mentem alterius. §. Ad hoc, quod 3. loco proponit hìc D.Tho.; Resp. idem dicens. *Quod rationalis mens formatur immediatè; à Deo vel sicut imago ab exemplari, quia non est facta ad alterius imaginem, quam Dei, vel sicut subjectum ab ultima forma completiva, quia semper mens creata reputatur informis, nisi ipsi primæ veritati inhæreat. Aliæ verò illuminationes, quæ sunt ab homine, vel angelo sunt quasi dispositiones ad ultimam formam*; Ita D.Th.

Sed instas; Quia ex his ultimis verbis videtur inferri, quòd præsens illuminatio non fiat, nec fieri possit, de lege saltem ordinaria, sine aliquo interiori effectivè producto à superiori illuminante, in illuminato, sed hoc non admittitur à nobis ergo. Prob. ma., quia illuminationes angeli, & hominis, ut exprimitur eisdem verbis, sunt per modum dispositionū ad ultimam formam, sed prout sic important aliquid intrinsecum effectivè productum in illo, ergo. Prob. mi. quia in ordine naturali dispositiones ad ultimam formam sunt aliquid intrinsecum in subjecto, in quo est introducenda, dependens ab influxu effectivo producentis, vel generantis, ut explicatum est de ortu, & interitu, ergo similiter in hoc ordine artificioso, vel intelligibili erunt aliquid intrinsecum productū in subjecto, vel intellectu illuminando, ab illuminante.

Resp. neg. ma: Ad prob. neg. mi. Ad prob. neg. cons. quia in ordine naturali, ut jam insinuavimus; & explicatur ibidem; subjectum merè passivè se habet ad recipiendam formam, unde non sufficit illi concursus effectivus, vel activus purè extrinsecus ex parte agentis, sed requiritur etiam, quòd in se disponatur præviè, & simultaneè ad formam ultimam; at in hoc genere doctrinæ, vel magistarii angelus inferior ab initio jam habens lumen naturale, vel intellectuale, & simul etiam species repræsentativas, & quidquid pertinet ad perfectionem actus primi, ut dictum est, activè se habet, jam dispositus prout sic ad percipiendam veritatem de qua est illuminandus, unde sola indiget propositione, & illuminatione illius ex parte objecti, modo explicato, qua confortetur ad illam actu percipiendam: Secundo ad arg. principale responderi potest, vel magis explicari præcedens solutio ex eodem D. Thom. in 2. ubi supra, distinguendo mi: Mens rationalis à solo Deo formatur, quātum ad sui lumen connaturale, conc., quantum ad lumen confortativum supervenienс, neg. duplex enim est lumen illius, ut inquit ibi, ut vidimus. Unum intrinsecum, & connaturale, cui similatur lumen, quod

quod est de compositione oculi, & secundum istud à solo Deo formatur, & docetur, sicut à solo illo formatur, & illuminatur oculus secundum illud, quod est de sui compositione, vel sibi connaturale. Aliud est superveniens ad confortationem connaturalis luminis, cui (subdit) similatur in visu corporali lumen Solis, vel candelæ, & secundum istud formari potest, vel illuminari ab angelo superiori, sicut oculus à Sole. Videatur ibidem, & aliis locis relatis.

QUAESTIO TERTIA.

Quomodo unus Angelus illuminet alium.

SUpposita existentia illuminationis inter illos de modo illius inquirimus. Et licet ex parte id jam explicatum sit, quatenus fieri nequeat per aliquid intrinsecè productum in intellectu inferiori, adhuc restat explicandū, quomodo aliter contingat, vel exerceatur ab illis.

§. I.

Statuitur conclusio.

ILluminatio angelorum fit per hoc, quòd superior ordinat conceptus suos partitos, & accomodatos captui inferioris, seù particularizatos juxta proportionem intelligentiæ ejus; & insuper illustratos per lumen, quo idem superior intelligit res, de quibus inferiorem illuminat. Est contra Autores supra relatos, sed est expressa D. Th. hic art. 1., ubi, ut vidimus, ferè in terminis habet hanc conclus., & clariùs etiam q. illa 9. de verit. ar. 1. ad 2. Et deinde etiam art. 5. seq. versus finem corp. idem subdit, quod habet hìc art. 1. dicens. *Superior angelus habet cognitionem de rebus per formas magis universales. Unde inferior angelus non est proportionatus ad accipiendum cognitionem à superiori angelo, nisi superior angelus cognitionem suam quodammodò dividat, & distinguat concipienda in se illud, de quo vult illuminare per modum talem, quo sit comprehensibile ab inferiori angelo, & talem conceptum suum alteri angelo manifestanda cum illuminat ......*
Et est simile de Magistro, qui videt discipulum non posse capere ea, quæ ipse cognoscit per illum modum, quo ipse cognoscit. Et ideò studet distinguere, & multiplicare per exempla, ut sic possint à discipulo comprehendi.

Ex his prob. concl. Ad illuminationem Angeli inferioris à superiori id sufficit, quod in se posito statim percipit ea, de quibus fit illuminatio, sed posita sola propositione objecti illuminati lumine participato, ut explicat D. Thom., ubi supra de verit., & hìc at. 1. statim inferior percipit veritatem ejus sine alio intrinsecè superaddito, vel producto à superiori, ergo sola eadem propositio, & participatio luminis sufficit ad illam. Prob. mi. Quià illis duobus positis nullo alio superaddito, fit objectum proportionatum intellectui inferioris, ut statim percipiatur ab illo ergo. Prob. ant. Nam conceptus superioris sic divisi, & distincti sub lumine superioris, sive lumine participato, ut ait D. Thom., non excedunt captum illius, & ex illis sic propositis remanet sufficienter confortatus intellectus illius, ut patet exemplo Mag. & discipuli, quo hoc ipsum declarat S. Doctor, ergo sunt proportionati, ut sine alio sibi superaddito percipiantur ab eodem.

Expl., & urg. hoc ex doctrina Cajet. hìc art. 1., quam tanti facit M. Ferre, ut dicat nullum post ipsum meliùs locutum fuisse ad mentem D. Thom. dicit ergo sic §. *ad cujus evidentiam* paulò post initium. *Scito secundò, quod actio docentis ut sic non est præbere priùs aliquod lumen, & deinde offerre veritatem cognitam, sed afferre veritatem cognitam, ut illuminatam, sic enim illuminatur intellectus ad videndam veritatem illam, & consequenter fortificatur ex participatione luminis superioris participati per receptionem illius veritatis illuminatæ. Veritas autem illustrata est, quum lumine intellectuali claret. Claret autem quum intellectuali intuitu penetratur. Et sic de primo ad ultimum, cum aliquod occultum non per solam absentiam, sed per difficultatem, vel excellentiam &c. ut cognitum proponitur, ut illustratum profertur. Et quamvis contingat non videri ab eo, cui offertur propter debilitatem intellectualis visus, tamen quantum in se est, ut illustratum proponitur. Et hæc est prima radix illuminationis in angelis. Profert enim quisque superior inferiori objectum, ut cognitum, & illustratum. Et quoniam ex hoc solo non sequitur: ergo profertur objectum ut illustratum inferiori, eò quòd cognitum à superiori claret, ut objectum ipsius, & non ut objectum cuiuscunque, sicut cognitum à Magistro claré, ut objectum illius, & non addiscentis, plerumque; ideò cum hac prima radice concurrit secunda, scil. particularizatio conceptuum habilium, ut percipiantur à tali inferiori, ut etiam apud nos contingit. Et sic dum angelus illuminat alium, regulariter uterque modus illuminationis conjungitur; quoniā & objectum proponitur illuminatum, & proportionatum inferiori ut participanti hoc novum lumen. Sed priùs natura est lumen, quàm divisio, & illud se tenet ex parte vis intellectivæ. Est enim intellectus ex illo non solum potens ad hoc percipiendum, sed ad alia, adquæ priùs non se extendebat. Hæc autem se tenet scil. divisio ex parte speciei, id est conceptus*; Ex quibus concludit, quòd superior angelus convertit se ad inferiorem, sicut Magister ad discipulum sublata discursus imperfectione, & consequenter per hanc conversionem ut supra explicatam illuminat illum. Quæ ferè in terminis est doctrina D. Tho. hìc, ut dictum est, q. 96. ar. 1. & q. illa 9. de verit. ar. 1. ad 2.

§. II.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. angelus inferior ex vi solius propositionis, & illuminationis objecti modo explicato nequit fieri sufficienter potens ad percipiendā veritatem, de qua est illuminandus, ergo id non sufficit ad illuminationē illius. Prob. ant. Quia dū illuminatur transit de intrinsecè impotente ad esse intrinsecè potentem, sed hic transitus in nostra sententia fieri non potest etiam de potentia absoluta per solum auxiliū extrinsecum, ut sunt prædicta propositio, & illuminatio objecti per lumen participatum, in illo sic cognito à superiori ita dividente, & particularizante contentum, ergo. Mi. constat ex dictis supra de visione, nam hac ratione vidimus impossibile esse, quòd intellectus creatus sine omni lumine, vel qualitate intrinseca per solum auxilium extrinsecum, vel per omnipotentiam tantum extrinsecè auxiliantem fiat potens videre Deum, quià nempe est intrinsece impotens videre illum. Ma. verò prob. Quia ob sui difficultatem, & excellentiā superat captum, seu lumen

intellectuale inferioris sibi relictum; sicut Deus claré visus ob eandem sui excellentiam, & superioritatem superat proportionabiliter captum totius intellectus creati, aliàs non indigeret alio superiori lumine, ergo.

Ad hoc, quod videtur aliquomodo difficilè, resp. juxtà solutionem superiùs insinuatam, neg. ant. Ad probat. neg. ma. Quia licet lumen intellectuale inferioris sit insufficiens ad illud cognoscendum non illustratum, vel non illuminatum; secus tamen si illuminetur, & illustretur, unde solum est defectus, ut sic dicamus, ex parte connotati, sicut dicit D. Tho. ubi supra de objecto visibili respectu visus, quod clarificatum luce externa statim videtur ab illo, unde nō est transitus de intrinseca impotantia, sicut in intellectu creato respectu objecti beatifici, ubi est defectus ex parte illius penès ordinem, cū sit adæquatè de ordine naturæ, illud verò de ordine supernaturali, ad quem natura nullas habet vires, nec exigentiam, nec connexionem, unde non solum est proportionandum objectum, sicut in casu, sed debent ei conferri vires intrinsecæ ad elicientiam visionis, ut latè ibi ostensum est; At verò Angelus inferior ad cognoscendam veritatem, de qua illuminatur, habet virtutem intrinsecam, & simul habet species, quibus possit illam cognoscere ut jam cognitam à lumine superiori, & illo illustratam, unde licet transeat de non illuminato ad illuminatum, non transit de intrinsicè impotente ad potentem. Quia impotentia illius solum est in ordine ad cognoscendum illam porè ex terminis suis cognoscibilem; non vero in ordine ad illam ei propositam, ut cognitam, & illustratam lumine angeli superioris; nam prout sic non excedit lumen suum ut dictum est, sed tantum indiget præfata propositione, & illustratione objecti.

Sed instas, Nam si hoc modo, vel solo hujusmodi auxilio extrinseco fieret illuminatio, magis hæc principaliter tribuenda esset angelo inferiori, quàm superiori, consequens non est admittendum ergo. Prob. ma. à simili in sanitate: Nām quia ad hanc obtinendam natura habet virtutem intrinsecam, & solo indigat auxilio extrinseco, eidem naturæ magis principaliter tribuitur sanitas, quàm medicinæ; ergo idem dicendum est similiter in casu. §. Instas 2. quia si solo hujusmodi magisterio extrinseco illuminaret superior angelum inferiorem, non differet ejus magisterium ab illo hominum, consequens est contra D. Tho. ut vidimus, præsertim q. 117. ar. 1. ergo. Prob. ma. Quia etiam unus homo docet alium proponendo ei veritatem à se cognitam, & illustratam suo lumine dividendo, & particularizando, ut sit proportioneta captui ejus, ergo.

Ad 1. neg. ma. Ad prob. neg. suppositum ant., vel causalia ejus, quòd quia natura præcisè habet virtutem ad cooperandum medicinæ, vel instrumentis artis, sanatio magis tribuatur naturæ, quàm arti, imò huic magis tribuitur, quàm naturæ ex eo quòd naturæ insufficienti ad illam consequendam præbeat instrumenta, & adjumenta ad consequutionem illius; sic pariter illuminatio, quæ ad hoc est, ut præbeat instrumenta ad cognoscendam veritatem inferiori angelo insufficienti ad illius assecutionem, magis angelo superiori præbenti illa, tribuenda est, quàm inferiori.

Ad 2. ut vidimus ex eodē S. D., in quo differant uterq; Magister, angelicus, & humanus, quòd homines cum sint ejusdem athomæ naturæ, & luminis, non potest unus præbere alteri lumen etiam objectivè, sed proponere dumtaxat objectum manifestando illud per signa, & exempla, & ideo dicitur Magister docere tantum discipulum, non illuminare illum; cæterum angelus ut dictum est, ita proponit objectum inferiori, ut illustret istud suo lumine superiori, unde in isto sic illustrato per idem lumen superius participatum, veritatem veluti immediatè percipiat, & non in signis, vel exemplis externis, & ideo non tantum docet inferiorem, sed etiam illuminat.

Sed contra hanc solut. instas. Nam angelus docendo hominem verè etiam illuminat illum, sed non ostendit ei objectum seù cōceptus suos, cum nequeat homo videre illos in se ipsis, sicut videre nequit in se ipsis conceptus alterius hominis, ergo non consistit hujusmodi illuminatio, quòd docens offerat alteri immediatè conceptus suos ut cognoscendos, & iste in se ipsis illos percipiat, ac proinde nec assignatur sufficiens discrimen inter hominem, & angelum docentem.

Resp. dist. ma:, verè illuminat, eo modo, quo illuminat angelum inferiorem, neg. modo eidem proportionato, conc. Nam licet possit utrumq. illuminare, cum sit superioris luminis, non tamen eodem modo, sed juxta utriusq. conditionem, vel capacitatem; nam angelus est capax illuminationis immediatæ modo explicato. Homo verò illuminatur ab angelo, media immutatione sensus, quatenus, ut ait D. Thom. ubi supra in 2. dist. 8. quæst. 1. art. 2. ad 6. *Lumen intellectus agentis nostri confortatur per intellectuale lumen ipsorum.* Unde etiam loquendo de bonis angelis, ut ibidem præmittit, etiam directè in intellectum imprimere possunt, scil. operando in intelligentias nostras per illuminationem, vel illustrationem phantasmatum, & confortationem ejusdem intellectus agentis, intendentes prout sic conducere ad rectum judiciū veritatis cognoscendæ per hanc confortationem luminis nostri intellectualis, scil. mediatè, seù mediantè. non per immediatum ingressum in intellectum nostrum, ut explicatum est, cum non possit in illum habere illapsum.

Aliter hoc ipsum, vel sub aliis verbis respondens eidem instantiæ, explicat dicens, hominem illuminari ab angelo, dum in sensu ejus aliquam speciem format ita efficaciter alicujus objecti repræsentativam, quòd virtute illius format homo mediante lumine intellectûs agentis cognitionem de aliquo objecto, quā se solo formare non poterat. Unde esto immediatè intra intellectum agere non possit, agit tamen mediante sensu; quem immediate immutat, & sic illuminare hominem dicitur, dum non solum exteriùs proponit ei objectum cognoscendum, sed interiùs etiam efficacia sui luminis intellectivi, agit in hominem, ejus imaginativam disponendo sic, ut homo addiscere valeat.

Hanc verò non esse novam doctrinam, vel explicationem, nititur ostendere ex eo, quòd D. Tho. in hoc art. 1., ut vidimus, docens quomodo angelus superior illuminet intellectum inferioris, inquit. *Sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate perfectioris corporis, ut minus calidum crescit in calore ex præsentia magis calidi, ita virtus intellectiva inferioris angeli confortatur ex conversione superioris angeli ad ipsum, hoc enim facit in spiritualibus ordo conversionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis.* Ex quo subdit Laudatus Mag. certum esse in alio non consistere hunc ordinem con-

ver-

versionis; nisi in eo, quòd angelus superior immediatè ostendet rem angelo inferiori, eo modo, quo illam suo lumine cognoscit, & in eo, quòd inferior immediatè videat angelum superiorem sic, vel sic rem cognoscere, sicut cognoscendam offert; ex hoc enim videt inferior rem, ut subest lumini superiori, & ex hoc confortatur, vel juvatur ad illam cognoscendam sub eo lumine, quo eam superior cognovit. Unde intelligitur, quàm aptè adductum sit exemplum de minùs, & magis calido cum propinquitate locali inter se, ad explicandum, quomodo ex prædicta conversione superioris ad inferiorem confortatur intellectus inferioris. Etenim dum magis calidum calefacit aliquod lignum, quod minùs calidum præ debilitate caloris calefacere non poterat, sic exficat, & disponit illud, ut minùs calidum, quod antea in illud calorem introducere non poterat, de facto introducat. Sic dum angelus superior rem cognoscit suo lumine superiori, & eam tradit cognoscendam inferiori, ita eum illuminat, & illuminando disponit, quòd inferior videns illam, ut tali lumini subest, eam de facto percipiet, quam aliàs percipere non posset. Cumq. (concludit) hic ordo conversionis inter homines nõ reperiatur, fit inde, quòd unus homo alium doceat, non tamen illuminet. Sic idem Mag. nec displicet, præsertim quantum ad explicationem illuminationis angelicæ respectu angeli inferioris; quamvis etiam alteræ respectu hominis subtilis sit, & conformis videatur superiori D.Tho., & utraque doctrinæ illius aliis locis relatis.

Sed adhuc instas contra præfatum discrimen, & ad probandum, quòd similiter contingat in magisterio humano, sicut in angelico, ac proinde etiã, quòd unus homo alium illuminet, & non solum doceat. Nam D. Tho. in eadem solut. ad 2.q. 9. de verit. exemplificando in magisterio humano superius angelicum, inquit. *Sicut patet quando magister tradit discipulo aliquod medium alicujus demonstrationis, in quo participatur lumen intellectus agentis*. Ergo similiter sentit de hoc magisterio inter homines, sicut de illo inter angelos, quòd in utroque fiat illuminatio. Prob. hæc conſ. ex dictis, & ex eodem D. Tho. ibidem: Quia in tantũ manifestatio veritatis inter istos est illuminatio, & non præcise traditio doctrinæ, quia fit per exhibitionem objecti illuminati lumine participato ex lumine superiori, ut explicatum est, ergo si etiam inter homines ità exercetur magisterium, ut Magister tradat discipulo aliquod medium alicujus demonstrationis, in quo participetur lumen intellectus agentis, ut inquit D. Thom., non tantum docebit discipulum, sed etiam illuminabit illum.

Resp. neg. conſ. ad prob. jam dictum est ex eodẽ, quòd inter homines non est in objecto proposito participatio alicujus superioris luminis, cum sint omnes ejusdẽ athomæ speciei, & luminis; unde discipulus ut cognoscat tale medium habet sufficientissimum lumen, scil. intellectum primorum principiorum ejusdem athomæ speciei cum intellectu principiorum Magistri, & ideo solum indiget propositione talis medii, & non requirit confortationem à superiori lumine Magistri faciendam. Lumen enim discipuli talis qualitatis est, quòd, quolibet principio sibi proposito, possit immediatè præstare assensum, sine alia illuminatione, ut contingit in angelis ob diversitatem luminis eorum, ut explicatum est.

2. Arg. & potest esse replica contra superiora. Angelus superior non potest sic dividere, & particularizare respectu inferioris suos conceptus, ergo nec per illos sic divisos illuminare illum. Prob. ant. quia solum potest intelligere illos juxta conditionem sui luminis, sed istud utpotè universale, & eminens solũ attingere potest in universali, & modo indiviso, aliàs deprimitur, & attingit modo inferiori, & imperfecto, sivè ad modum angeli inferioris. §. Urg. hoc. Si angelus superior posset sic illos dividere, & per sic divisos rem intelligere, non indigeret inferior lumine superioris ad illos sic intelligendum, & consequenter nec per illos sic divisos illuminari à superiori, consequens non admittitur, ergo.

Prob. ma. Quia potest inferior eandem pariter divisionem conceptuum efficere, sicut potuit illos sic divisos percipere, ergo non indigeret superioris lumine ad eorum cognitionem. §. Urg. ulteriùs. Nam quia ob sui eminentiam, & excessum supra homines, modus connaturalis eorum cognoscendi objecta est per lumen intuitivum, & non discursivum, vel compositivum, nequeunt pro libertate hoc posteriori modo, sive per lumen non intuitivum cognoscere illa, ergo quia pariter angelus superior ob sui eminentiã, & perfectionem supra inferiorem habet ex sui natura rem modo superiori, & universali cognoscere, non petetit pro sui libertate, modo inferiori, sine partitim, & divisim cognoscere illam. Prob. conſ. Nam ideò primum, quia aliàs contra modum sui connaturalem procederet, ergo eadem ratione nec poterit angelus superior aliter procedere in cognoscendo, quàm notitia universali, cũ nõ minùs opponatur modus intelligendi per notitiam particularem modo intelligendi per universalem, quàm modus intelligendi per discursum, & compositionem modo intelligendi per simplicem intuitum; ac proinde non poterit superior sic dividere, & multiplicare suos conceptus in plures proportionatos angelo inferiori, ut eum illuminet; Eo vel maximè, quòd semel attingens aliquod objectum, attingit quidquid est cognoscibile in illo, & præsertim loquendo de notitia, quam habent angeli de se ipsis, quæ est comprehensiva, Quæ ratione, quia eorum notitia est, intuitiva, & comprehensiva semel viso principio vident omnia inferibilia ex illo, & ideò nequeunt admittere aliam inferiorem discursivam.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. dist. ma. nisi juxta conditionem sui luminis, respectu sui, conc. ant. respectu inferioris, neg. quià liberum est ei juxta capacitatẽ istius, imò veluti necessarium sic dividere, & multiplicare, ut ab illo percipi possit veritas, de qua est illuminandus, cũ superior sit institutus ad illuminandum inferiorem. Et deinde distincta similiter mi. nego conſ. Neq. hoc est deprimere, vel derogare superiori, & connaturali modo ejus cognoscendi, sed potiùs commendare illum, quià nempè cum ex eadem sui superioritate, & natura sit institutus ad illum illuminandum, non solum potest, sed etiam tenetur sic dividere, & multiplicare ad exercendum hoc sui munus sibi à Deo præscriptum, unde utramque facultatem cognoscendi ab illo habuit sine præjudicio perfectioris modi cognoscendi per notitiam universalem, quià non est ob indigentiam sui, quòd posteriori modo etiam cognoscat, sed ob necessitatem inferioris illuminandi, quem docere, & illuminare tenetur, ut dictum est.

Ad 1. conſ. neg. ma., nam licet dicamus posse inferiorem sic conceptus suos dividere, similiter ac superior, non tamen sine lumine istius percipere, quià

percipi nequeunt nō illuminati,& illustrati per idem superiùs, ut vidimus ex D.Th., sic enim confortatur ejus intellectus ad percipiendum id, de quo indiget illuminari, sicut oculus, ut idem explicat, licet poneretur habere species colorū,adhuc tamen non posset videre illos non illuminatos lumine solis, vel sine indigentia illius.

Ad 2., quæ potest esse replica nego conf. tum quià multiplicatio prædicta conceptuum non sic derogat perfectioni luminis angeli superioris, sive notitiæ ejus universali in cognoscendo, sicut modus discursivus, vel compositivus, lumini eorum intuitivo, sed adhuc sistir intra hoc idem lumen, & aliàs est necessitas, ut dictum est ed sic dividendū, unde magis confert ad manifestandam ejus superioritatem ad inferiorem. Ex quo aliud etiam discrimen infertur, quòd licet lumen universale superioris ex propria ratione formali non postulet intelligere cum tali singularitate, vel multiplicatione eorum, non temen excludit illum ratione ob eandē necessitatem, sicut in simili dicimus de scientia, (juxta modum probabilem dicendi, de quo supra:) ex propria ratione non postulet obscuritatem non tamen eam excludit. Vel sicut juxta alium frequentiorem aliò, eadem postulet evidentiam, saltam tamen pro aliquo statu permittit obscuritatem, ut supra dicebamus de Theologia. Similiter ergo dicimus de lumine universali angeli superioris, quòd, vel juxta priorem, propria ejus ratio formalis licet non postulet talem modum cognoscendi singulariter, seù partitim, & divisim, non tamen excludit; vel juxta posteriorem, quamvis postulet universalitatem in cognoscendo, saltem tamen respectu angeli inferioris, vel pro necessitate illius permittit singularitatem. Cæterum lumen illorum intuitivum ex sue formali ratione postulat intelligere sine discursu, & compositione, vel divisione, quià ejus objectum, ut petet ex dictis, ob illius maximam perspicaciem, tam scil. conclusiones, quàm principia respectu eorum sunt tantum cognoscibilia simplici intuitu, qua ratione dicimus similiter de habitu principiorum, cujus lumen est tantum intuitivum, postulans ex propriis, sive ex propria ratione formali intelligere sine discursu, quià ejus objectum sunt sola prima principia tantum, ut cognoscibilia simplici intuitu, sine ullo medio ex parte cognoscentis, & ex parte objecti cogniti. Per quod differt à scientia, & aliis habitibus intellectualibus.

Ex quibus obiter etiam inferimos discrimen ejusdem luminis intuitivi angelici, à lumine intuitivo scientiæ infusæ animæ Christi, nam hæc cum esset in subjecto ex natura rei discursivo poterat utroque lumine uti. Eidem enim animæ, cum sit rationalis, connaturale est procedere ex cognitione effectus ad cognoscendam causam, e lia cognitione. Unde licet proprius, & connaturalis modus intelligendi primarius, & præcipuus hujus scientiæ sit per simplicem intuitum; secundariò, & minùs præcipuè conveniit ei intelligere per discursum propter subjectum, in quo est. Unde licet hæc scientia, (ut in simili jam insinuavimus) ex propria ratione formali non postulet discursum, non tamen excludit illum, præsertim in subjecto capaci, ut est intellectus humanus Christi, quod tamen non militat de angelo, ut dictum est. Sed de his 3.p.q.11. ad art.3.

QUAESTIO QUARTA.

De quibus fiat illuminatio angelica.

TRia sunt, ut jam insinuavimus ex D.Thom., de quibus potest esse difficultas, nam alia sunt, quæ spectant ad ordinem naturæ, alie ad ttum gratiæ, & alia ad statum gloriæ. De his ergo successivè resolvendum est,

§. I.

Statuitur 1. conclusio de pertinentibus ad ordinem naturæ.

ABsolutè, vel propriè loquendo datur inter Angelos illuminatio etiam de his, quæ pertinent ad ordinem naturæ; licet circa ea, quæ ab illis exclusa omni gratiæ, vel lumine supernaturali cognosci possunt naturali cognitione, vel lumine proptio, admitti nequeat, si de illa rigorosè, & propriè loquamur. In 1.part.hujus conclus.ferè omnes conveniunt cum D. Thom.hic ar.1.ad 2., ubi ut sæpè vidimus, expresè ait, quòd unus Angelus illuminet alium de his, quæ spectant ad statum naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Prob.ratione. Quià vera illuminatio, ut etiam vidimus ex eodem, & late patet ex dictis, consistit in hoc, quòd Deus angelo supremo aliquid immediatè manifestat, & iste tradit idem inferiori, ut eb eo cognoscendum modo explicato, sed plure sunt, de ordine naturæ, quorum notitiem supremus accipit immediatè à Deo, & hanc inferiori communicat modo propriè illuminativo, ergo datur inter illos vera, & propriè illuminatio &c. Prob. mi. Quià plura sunt de eodem ordine, quæ angelus viribus propriis naturalibus sibi relictis, cognoscere non valet, ut sunt futura contingentia, & aliqua etiam possibilia de eodem ordine, ergo eorum notitiam potest supremus immediatè accipere à Deo, ut tradendam inferiori, ergo.

Dices 1. Id non sufficere ad veram, & propriam illuminationem, scil. solam veritatis naturalis manifestationem, aliàs angelus manifestans alteri sue secreta cordis diceretur verè, & propriè illuminare illum, quod tamen expresè negat D. Tho. q.seq.107. ar.2. ad 3. §.Dices e. neg. suppositum, quòd supremus ea immediatè extra Verbum, accipiat à Deo, sed omnes de illis omnibus immediatè illuminantur à Deo per scientiam beatam; unde non est necessarium, quòd illa sciet per revelationem extra visionē, ut communiceda inferiori per illuminationē. §.Sed contra 1. est. Quia licet simplex manifestetio alicujus veritatis occultæ intra eundem ordinem non sit sufficiens ad veram, & propriam illuminationem inter illos, si non sit perfectiva intellectus alterius; quia nempe juxta Dionys. illuminatio perficit intellectum, illuminatum, (qua ratione negatur illuminatio inter dæmones,) secus tamen si sit perfectiva, tunc enim nihil aliud desideraeri potest ad illā, ut patet ex dictis, & ex proprio eius conceptu quidditativo, ut explicat D. Tho. hic ar. 1.; sed in casu nostro est perfectiva, non tamen in instantia adducta, ergo nihil efficit hæc rationi facte. Prob. mi. Quia non pertinet ad perfectionem unius angeli cognoscare,

re, quid alter velit, vel cogitet facere, (quod est secreta interna alterius scire,) sed quid veritas rei in se habeat ergo.

Sumitur hæc replica ex D. Thom. in solutione ad idem 3. ubi ait. *Dicendum, quòd omnis Dei locutio ad Angelos est illuminatio. Quia cum voluntas Dei sit regula veritatis, etiam scire, quid Deus velit, pertinet ad perfectionem, & illuminationem mentis creatæ. Sed non est eadem ratio de voluntate Angeli, ut dictum est.* scil. in corp. ubi circa medium loquit. *Quià voluntas creata non est lux, nec regula veritatis, sed participans lucem. Unde participare ea, quæ sunt à voluntate creata, in quantum huiusmodi, non est illuminare. Non enim pertinet ad perfectionem intellectus mei, quid tu intelligas cognoscere, sed solum quid rei veritas habeat.* Ita D. Thom.

Contra 2. verò instatur etiam ex dictis. Quià per scientiam beatam Angelus supremus modo solum cognoscit de creaturis, sive existentibus, sive futuris, quæ cognovit ab initio juxta intensionem sui luminis, cum visio, ut explicatum est, sit invariabilis, & eadem indivisibiliter permanens in æternum, ergo cum de aliis usque ad diem judicii successivè juxta exigentiam status Ecclesiæ immediatè illuminetur à Deo, poterit de eisdem illuminare inferiorem per manifestationem veritatis extra Verbū.

Circa 2. part. conclus. est gravior difficultas. Unde nostri etiam Thomistæ diversimodè explicant sumpto fundamento ex variis locis D. Thom. (de quibus infra) ubi videtur non eodem modo loqui. Unde Jo: à S. Thom. hîc disput. 25. art. 2. §. *Materia, circa quam sit illuminatio*, dicit, angelos non illuminari circa quiditates rerum existentium, secundum quòd dependent à causis purè naturalibus inferioribus. Debent tamen illuminari de his, quæ dependent à causis purè contingentibus, etiam in statu naturali, vel de his, quæ ex aliquo Dei beneficio fiunt, aut ab angelis superioribus administrantur, etiamsi purè naturalia sint, quià hæc non plenè angeli inferiores comprehendunt, & de his possunt illuminari à superioribus. Primum fundat in D. Thom. infra qu. 109. ar. 3. ad 2. ubi inquit. *Quòd secundum ea, quæ pertinent ad naturalem cognitionem non est necessaria manifestatio veritatis, neque in Angelis, neq. in dæmonibus, quià hæc omnia cognoverunt à principio.* Hoc verò, posterius sumit ex eodem in e. dist. 9. q. 2. art. 7. ad 4. ubi ait. *Dicendum, quòd si Angeli haberent naturalia tantum, adhuc lumen unius excederet lumen alterius, & ita posset esse aliqua illuminatio, & perfectio, sed non completè.*

Gonet verò hîc dispnt. 15., art. 1. §. 3., & Illustriss. de Marinis c. 2. concedunt dari illuminationē non solum de his naturalibus, quæ sole cognitione superiori, vel supernaturali cognosci possunt, sed etiam de omnibus illis, in quibus superior inferiorem superat, quantum ad vim naturaliter cognoscitivam, unde, ait Gonet, superiorem illuminare inferiorem, circa comprehensionem, quam habet de se ipso angelus superior, quia nisi illam dividat, plenè inferior capere non potest.

Salmanticenses denique hîc tract. 7. dub. 4. §. unico, existimant illuminationem solum haberi posse circa naturalia, quæ ad hoc universum non spectent, ut sunt futura contingentia, & aliqua possibilia, quorum cognitio, cum nequeat haberi solo lumine naturali ipsius Angeli, necesse est, quòd fiet per illuminationem gretuitam, & supernaturalem. Hos sequitur, apud M. Ferre hîc §. 1. alter recentior Carmelita August. à Virgine Mariæ tom. 2. sui cursus Thomistici, ubi docet illuminationem solū posse esse de his, quæ superent captū naturæ angelicæ, non quià in esse entis non sint ordinis naturalis, sed quià in esse objecti excedunt vires, vel lumen angelicum, etiam supremi angeli.

Nihilominùs eandem 2. partem, ut io concl. expositam sustinet idem M. Ferre, & videntur per illam pront sic conciliari plura loca D. Thom., ex quibus prædicti Autores sumpserunt occasionem sic diversimodè loquendi. Pro intelligentia tamen, cum eodem advarto, aliud esse unum angelum illuminare alium de his, quæ spectant ad ordinem naturæ, quomodocunq. percipiendis ab illuminato, sive sole vi naturalis luminis, sive superaddito adjutorio gratiæ, idest supernaturalis luminis, ut si Deus relevarat supremo angelo veritatem de aliquo futuro contingenti, puta de existentia Antichristi, tali, vel tali tempore, exequenda. Aliud verò illuminare illum circa ea, quæ cognitione merè naturali cognoscuntur. Nam ad 1. sufficit, quòd veritas rei manifestatæ pertineat ad ordinem naturæ, quamvis cognosci deinde nequeat sine superiori lumine, ut patet eodem exemplo. Ad 2. verò determinatè exigitur non solum, quòd talis res pertineat ad hunc ordinem, sed etiam quòd sola vi, vel cognitione naturali cognoscatur ab illo. Ad quòd discrimen (inquit idem Mag.) attendens D. Thom. hic ar. 2. ad 2. absolutè docet, unum Angelum illuminare alium de his, quæ spectant ad statum naturæ, gratiæ, & gloriæ; & infra q. relata 109. ar. 3. ad 2., quòd secundum ea, quæ ad naturalem cognitionem pertinent non est necessaria illuminatio, vel manifestatio veritatis, neq. in angelis, neque in dæmonibus, quià statim ab initio suæ conditionis cognoverunt omnia, quæ ad naturalem cognitionem pertinent. In quibus duobus dictis, juxtà idem discrimen, nulla est oppositio, sed subtilis consonantia, quià primum refertur præcisè ad statum ordinis naturæ, in quo non solum continentur ea, quæ cognoscuntur solo lumine naturali sibi relicto, sed etiam, ut adjuto lumine superiori; posterius verò determinatè ad cognitionem naturalem. Et propterea subtiliter etiam in 2., ubi supra, utto mque comprehaodens, dicit, quòd si angeli haberent naturalia tantum adhuc posset in illis esse illuminatio. Ubi non dicit absolutè, quòd esset, sed quòd posset esse, quià nempè de eisdem naturalibus, adhuc posset haberi utraq. cognitio, scil. sola naturalis, & alia gratuita, sive superaddito eidem superiori lumine, circa id, ad quod purè naturalis pervenire non potest, ac proinde angelus superior excedens in lumine posset inferiorem illuminare; secus angelo superiori revelatione (ut eam ipsi admittunt in tali statu) licet eam neget M. Ferre, de aliquo contingenti non penetrabili ab inferiori angelo per purum suum naturale, ut in simili dictum est de eventu Christi. Nam hæc omnia pertinent ad eundem ordinem, licet non purè talem, nec eodem modo manifestanda, ut constabit infrà.

Ex his prob. eadem 2. pars juxta D. Thom. infra q. 109. cit. Ea, quæ ad naturalem cognitionem spectant omnes angeli statim à principio suæ conditionis omnia cognoverunt; ergo de illis nequit esse vera, & propria illuminatio; cons. tenet ex dictis, quià ad hanc requiritur manifestatio veritatis ignotæ, vel nondum notæ inferiori; ergo si omnes statim

tim ab initio suæ conditionis omnia cognoverunt, non poterit de illis esse vere illuminatio. §. Urg. hoc ex eodem ibidem; nam in fine ejusdem solut. ad 2. ex hoc, quòd omnia statim ab initio cognoverint, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, infert; *Et ideò major plenitudo naturalis luminis, quæ est in superioribus dæmonibus, non potest esse ratio illuminationis*. Ex quo arg. sic, & confirm. præcedens ratio. Ad veram, & propriam illuminationem duo requiruntur, ut patet ex dictis, & ex eodem supra q. illa 9. de verit. ar. 1. ad 2., scil. propositio objecti, & illustratio illius per lumen participatum à lumine superioris cognoscentis illud, sed circa ea, quæ pertinent ad naturalem cognitionem hæc illustratio est de subjecto non supponente juxta D. Thom. in hac sui illatione ergo. Prob. mi. Quià supposito eodem excessu luminis in superioribus dæmonibus, eadem pertinentia ad naturalem cognitionem, si essent capacia illustrationis, possent à lumine superioris illustrari, & consequenter ex hoc saltem capite non esset neganda vere illuminatio in illis; quidquid sit, quòd ex alio etiam capite negetur, quià nempe non manifestant veritatem ad perficiendum intellectum alterius, ut insinuatum est; neque in ordine ad Deum, ut requiritur ad proprium conceptum illuminationis ergo. §. Urg. ulterius totum hoc, & simul ex eodem. Nam ex eo infert contra arguentem, & ex eodem excessu luminis contendentem illuminationem in illis, non posse adhuc admitti talem illuminationem in eisdem, quià statim ab initio lumine suo, vel cognitione naturali omnia cognoverunt, ergo videtur manifestè sentire, quòd hujusmodi objecta non sint capacia talis illustrationis, ac proinde nec veræ illuminationis.

§. II.

Aliis duabus rationibus prob. conclusio.

SEcundò, vel sub aliis terminis prob. ratione, & urg. præcedens. De his angelus supremus potest propriè illuminare inferiorem, de quibus ipse illuminatur immediatè à Deo, sed de pertinentibus ad cognitionem purè naturalem non accipit immediatè ab illo notitiam veritatis eorum per viam illuminationis, ergo nec de his illuminat inferiorem. Ma. patet ex dictis, quià sic exigit ordo Hierarchicus inter illos in hoc genere, nam ordo illuminationis incipit à Deo ad supremũ, & ab isto descendit ad alios successivè. Mi. verò prob., quià supremus, ut fatentur omnes, vi sui luminis naturalis, & suæ innatæ speciei, seclusa omni illuminatione, perfectissimè comprehendit omne ens naturale, cognitione naturali cognoscibile, quidquid sit, an inferior comprehendat superiorem (de quo est aliqua difficultas) quamvis etiam iste vi suæ naturali perfectè saltem, vel quiditativè cognoscat illum, ut suppono etiam apud omnes, ergo saltim ipse non indiget illuminatione superaddita de illis. §. Imò nec alii etiam inferiores respectu sui indigent illa, supposita eadem perfecta, vel quiditativa cognitione, quam habent de illo, sicut non indigent, ut vidimus, illuminatione unius ab alio respectu divinorum ad intra, de quibus habent quiditativam cognitionem; cum nihil de substantia superioris angeli subtrahi possit à lumine purè quiditativo angeli inferioris, sicut rationes Divinorum, ut ibi supra, dicit D. Thom., subtrahuntur à purè quiditativo beatorum; & pertineant ad penetrativum, & ideò de his, ut explicat idem; habens lumen intensius possit alium docere. Per quod rejici potest illuminatio illa, quam ut supra ponit Gonet respectu propriæ substantiæ, & præsertim juxta probabilem modum dicendi, quòd inferior comprehendat etiam, & non solum quiditativè cognoscat superiorem, quod tamen nulli beatorum conceditur respectu Dei, ut ostensum est.

Quòd si dicas, Deum illuminare tradendo lumen, & species; unde eo ipso quòd supremo angelo contulit supremum lumen, quo perfectissimè cognosceret omne ens naturale, hoc ipso propriè illuminare potuit inferiorem, sic priùs ipse illuminatus à Deo. §. Contra est Tum quià id non sufficere ad veram, & propriam illuminationem patet ex D. Thom. ut ponderatum est in præcedenti ratione. Tum quià, ut supra etiam insinuavimus, vera, & propria illuminatio, utpotè essentialiter locutio debet supponere, illuminandum actu potentem audire, & percipere locutionem, sive potentiam ejus auditivã; & constituere illum actu audientem, ut patet ex terminis; sed intellectus angeli præcisè affectus lumine, & speciebus non constituitur actu audiens, sed solum potens audire, cum se teneant ex parte actus 1. qua ratione debentur ei ab initio suæ conditionis, ut probatum est, ergo præcise earum collatio, & luminis nequit esse propria illuminatio. Tum quia hujusmodi collatio luminis, & specierum, consequenter loquendo, pertinet ad earum productionem, sive ad actionem creativã, sed hęc est distincta ab illuminativa, ergo. Prob. mi. Quià ut vidimus ex D. Thom. q. illa 9. de verit. art. 1. & 5. Illuminatio est per modum cujusdam artificiosi magisterii, quatenus illuminans revelat, aut proponit angelo illuminando objectum antea ipsi incognitũ, modo illi proportionato, & ostendit illi medium proportionatum ad illud percipiendum, ergo nequit confundi cum actione creativa, vel productiva illorum, ac proinde nec cum præfata collatione luminis, & specierum, sed magis illam supponere. §. Tum quià, ut sæpe in simili dictum est; (& confirmatur utraq. præcedens probatio;) Concursus collativus virtutis causæ 2. ad operandum, non est idẽ, sed valdè distinctus ab actuali concursu Dei ad actualem ejusdem causæ operationem, ut communiter fatentur Theologi contra Durandum, nam prior magis pertinet ad lineam entitativam, & productivam, quàm ad operativam, unde supponitur ad hunc posteriorem, & non confunditur cum illo, nec facit dependentiam in hac posteriori linea, sed magis in priori entitativa, cum indifferenter conveniat cuilibet causæ 2., sive operanti, sive non; ergo similiter dicendum est de collatione luminis, & specierum comparativè ad illuminationem.

Ultimò tandem prob. concl. evertendo fundamentum oppositæ sententiæ iterum ex dictis. Ex eo supremus potest illuminare inferiorem de pertinentibus ad cognitionem naturalem, quià iste non cognoscit sub illa universalitate, & eminentia luminis, sub qua cognoscit superior, sed hic excessus non sufficit ad veram, & propriam illuminationem ergo. Ma. est contrariorum fundamentum. Mi. verò est expressa D. Thom. ubi supra, quià aliàs supremus dæmonum cognoscens ab initio eadem objecta cum tali excessu, & superioritate luminis posset de illis illuminare inferiorem, quod tamen negat D. Thom., & meritò, quià non instruit, ut dictum est, ad perficien-

ciendum intellectum inferioris, ad manifestationem veritatis, neq. in ordine ad Deũ. Et hoc atiã permisso adhuc non illuminat illũ, quià non est manifestatio alicujus incogniti, ut explicatũ est, qua ratione dicit ibi D. Thom. quòd superior, siva bonus, sive malus nõ potest illuminare inferiorẽ, quià omnia hujusmodi ab initio cognoverunt, licet cum lumine sibi proportionato, scil. perfectiori, vel minùs perfecto, sive universaliori, & minùs universali, ut ab eodem, & ab omnibus supponendum est, & latè etiam in superioribus ostendimus, ergo.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arguit M. Jo: à S. Tho. dispnt. 22. art. 1. §. *Quomodo Angelus inferior cognoscat.* Nã D.Th. hic art. 1. expressè ait ut vidimus. *Quòd unus Angelus non illuminat alium tradendo ei lumen naturæ, vel gratiæ, vel gloriæ, sed confortando lumen naturale ipsius, & manifestando ei veritatem de his, quæ pertinent ad statum naturæ, & gratiæ, & gloriæ, ut dictum est.* Cui, subdit idem Mag. Ecce manifestissimè ponit D.Tho. illuminationem, & manifestationem fieri ab Angelo superiore, etiam de his, quæ pertinent ad statum naturæ, & non solum ad statum gratiæ, & gloriæ: ergo in naturalibus aliqua sunt, quæ Angelus inferior perfectè nòn comprehendit, aliàs non indigeret sibi manifestari, & illuminari ab Angelo superiore.

Ad hoc patet ex dictis esse intelligendum D.Th. de his, quæ pertinent ad statum naturæ, sed non ad cognitionem naturalem præcisè, nam intra eundem statum, aliqua sunt, quæ istam non excedunt, (nisi velimus, quòd nullum ens naturale comprehendat, quod videtur alienũ) alia verò, quæ excedunt, ut sunt contingentia, & aliqua etiam possibilia, & de his, ut dictum est, possunt illuminari. Si quià ergo perfectè aliqua non comprehendit, ut ipsa ait, potest inferior illuminari à superiori, de his solum, quæ excedunt, tenetur hanc illuminationem inferre, nam cætera, quæ non excedunt, perfectè per eandem comprehendit.

Sed instas. Nam si solum loqueretur de excedentibus, non diceret præcisè hanc illuminationem fieri per hoc, quòd superior confortat intellectum inferioris, sed deberet aliquid superaddere ergo. Prob. ant. quià ad illuminationem de his excedentibus, non satis est hujusmodi confortatio extrinseca, sed requiritur etiam aliquid superius intrinsecum, cum illorum non sit purè naturalis, sed supernaturalis ergo. §. Urg. hoc. Quià hujusmodi objecta prout sic futura, & possibilia, de facto non pertinent ad statum naturæ, sed pertinebunt, vel poterunt pertinere, ergo dum dicit D. Thom., quòd illuminatio fit de his, quæ pertinent ad statum naturæ intelligi nequit, de istis, sed magis de aliis de facto pertinentibus ad hunc statum.

Resp. bene ibi dictum esse. Ad 1. replicam, vel neg ant., vel etiam suppositum illius, quod intendat ibi assignare omnia, quæ concurrere possunt, aut debent ad illuminationem unius angeli ab alio, sed secundum, quod petit argumentum, ut excludat hanc illuminationem. Illud autem vult excludere illam ex hoc, quòd superior nullum lumen potest tribuere inferiori, sive naturæ, sive gratiæ, sive gloriæ. Undè respondet D. Thom. non esse id necessarium ex parte angeli illuminantis, sed satis esse, quòd confortet intellectum inferioris, quòd sufficit ad solutionem illius, ut patet consideranti literam tam argumenti, quàm solutionis. Quidquid deinde sit, quod desideratur aliquid aliud superius lumen, vel intrinsecum auxilium à Deo conferendum ob excessum objecti supra sui præcisam cognitionem naturalem, quod non negat D. Thom., sed tantum explicat, quid faciat angelus illuminans inferiorem, ut satisfaciat eidem argumento.

Ad 2 neg. cons., nam cum D. Thom. loquatur de statu naturæ, contrapositivè ad statum gratiæ, & gloriæ, non debet intelligi restrictivè ad sola existentia, vel pertinentia tantum de facto ad illum, sed ad omnia non pertinentia ad statum gratiæ, vel supernaturalem, qualia sunt plura futura contingentia, & plura etiam possibilia, aliàs non videretur sufficienter explicare illuminationem de his, quæ pertinent ad ordinem naturæ, unde pro eodem accipi debet status, ac ordo naturæ, ad quem spectant non solum existentia, sed etiam prædicta existura, & possibilia existere.

2. arg. ex eodem, & est replica, vel impugnatio nostri modi dicendi. Ex eo nequit admitti inter illos illuminatio de omnibus ad ordinem naturæ spectantibus, quià perfectè cognoscunt, vel comprehendunt totum ens naturale, & probabiliter etiam superiores substantias, sed ex hoc non rectè infertur admittendam non esse hanc universalem illuminationem de illis omnibus, vel saltem de pluribus non gratuitis, sive gratuitò non revelatis, ergo. Prob. mi. ex superiori illa auctoritate D. Thom. in 2 dist. 9. q. 1. art. 7. ad 4., qua ipse etiam utitur in sui favorem. Nam D. Thom. ait ibi ut vidimus: *Quòd si haberent naturalia tantum, adhuc lumen unius excederet lumen alterius, & ita posset esse illuminatio, & perfectio, sed non completè.* Ex quo infert laudatus Mag. Ergo negari non potest in sententia D. Tho. non obstante præfata comprehensione, adhuc posse esse de illis aliquam illuminationem.

Urg. hoc ex eodem impugnando iterum aliud præcipuum nostrum fundamentum sumptum ex D. Thom., in quo videntur, inquit, Authores oppositi æquivocasse. Unde instatur sic. Ex eo potissimùm negamus hanc illuminationem de his, quæ pertinent ad naturalem cognitionem, quià ità videtur expressè sentire D. Thom. infrà q. 109. art. 3. ad 2., ubi ait. *Quòd secundùm ea, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, non est necessaria manifestatio veritatis, neque in Angelis, neque in dæmonibus, quià statim à principio suæ conditionis omnia cognoverunt, quæ ad naturalem cognitionem pertinent, & ideò major plenitudo naturalis luminis non potest in dæmonibus esse ratio illuminationis.* Sed ex hac auctoritate non rectè excluditur de eisdem talis illuminatio, imò potiùs æquivocatur litera, ergo. prob. mi. quià aliud est, quòd ab initio statim omnia ista cognoverint; itaut noviter nunc illuminari de illis non indigeant, aliud verò quòd tunc omnia cognoverint sine illuminatione à superiori; primum quidem est verum, sed secundum falsum, ergo. Unde inquit idem Mag. respondens ad eandem auctoritatem. Quod angeli superiores non manifestant aliquam veritatem naturalem nunc de novo, sed statim à principio suæ conditionis, vel saltem immediatè post primum instans creationis, seù quandocunque potuerunt esse illuminationes à superioribus in inferiores manifestaverunt

verunt ista naturalia. (Et rationem subdit,) quià angeli superiores de omnibus, quæ cognoscunt illuminant inferiores, licet, (vel quia) inferiores non tam eminentiori modo cognoscant, sicut ipsi, ut docet D. Tho. hic art. 4. Et quia naturalem suam eminentiam statim ab initio cognouerunt, statim ac potuerunt eam manifesterunt inferioribus: Quod non videtur fuisse in primo instanti, quia debebant supponi prius creati angeli, quàm quibus aliis loquerentur, vel illuminarent. Ita discurrit idem n. 11. ergo videtur potiùs per nos æquiuocari litera D. Thom. quàm ex eodem deducere intentum conclusionis.

Ad hæc, in confirmat. adducit illud Ezech. 31. de primo angelo in figura Regis Assur. *Flumina manabant in circuitu eius, & riuos suos emisit ad uniuersa ligna regionis.* Ligna autem (subdit) illa dicuntur ibi ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei, idest angeli, ad quos ille supremus angelus emisit riuos suos, idest scientiæ suæ copiam, & communicationē æminentiæ suæ. An verò modo (prosequitur) etiam id continuetur sicut à principio? Dicendum est, quòd dæmones non illuminant de hoc angelos beatos etiā inferioris naturæ. Tum quia perfectiùs id jam cognoscunt in Verbo. Tum quia retinere, & conseruare possunt in memoria illam illuminationem, quā semel ab initio acceperunt, licet modo ampliùs non illuminentur à dæmonibus, quia perdiderunt suum principatum, ut dicitur in canonica Judæ, ergo, & actiones principatus, quales sunt actiones hierarchicæ, ut illuminare, & purgare &c. Unde nec bonos, nec malos angelos ampliùs illuminant loquendo de propria illuminatione, quæ dirigitur in Deum, ut docet hîc S. Tho. Ità subtiliter, ut solet, sapientiss. idem Mag. hæc omnia concludit.

Nihilominùs propter hæc non est recedendum à nostro modo optimè fundato ut supra in D. Tho. Undè ad arg. neg. mi: Ad prob. ex D. Tho. explicat Mag. Ferre in expositione suæ primæ conclusionis. Quod ly *complete* intelligi potest pro eodem, quòd propriè, quasi dicat, quòd in tali suppositione, aliquomodò dari posset illuminatio, sed non propriè; Quod fundari potest in aliis locis supra relatis D. Tho., præsertim, (ut statim amplius constabit) in q. illa 9. de verit. ar. 1. ad 2. §. Sed deinde juxta superiora, adhuc videtur posse, sic explicari, nempè, quòd D. Thom. tria dicit, ibidem, nempe quòd de facto non detur, sed quòd possit dari; deinde non de omnibus, sed de aliqua veritate; tertium deniq. quòd non completè. Quæ ut supra, videntur satis leuare ad nostrum intentum, & reddere hunc sensum, scil. quòd stando in puris naturalibus, quæ non excedunt naturalem eorum cognitionem, de facto non detur, quià ad veram, & propriam illuminationem non sufficit, ut vidimus, ex eodem, quæcunque manifestatio veritatis altiori modo cognitæ à manifestante illam, sed vi cujus intellectus inferioris confortetur ad cognoscenda, quæ priùs non cognoscebat, ut inquit in proximè citata solut. ad 2. Dum verò ait circa aliquam, dat intelligere, quòd cum in toto ambitu naturalium contineantur aliqua, quæ excedunt vim eorum cognoscitiuam naturalem, ut prædicta possibilia, si revelarentur superiori posset de his illuminare inferiorem, ut fatamur omnes. Quidquid sit an possit dari hæc revelatio stando in puris naturalibus, Et propterea ad utrumque comprehendendum, scil. tam naturale excedens, quàm non excedens, videtur addere ultimam particulam, *sed non complete*, ut detur intelligi, quod circa aliquam tantum veritatem, scil. excedentem, nec debitam cognitioni ejus intrà eundem ordinem potest esse propriè illuminatio non circa omnem, cum omnes illam non excedant, & earum cognitio sit debita inferiori saltem quiditatiua, cum quo non stat talis illuminatio, ut probatum est.

Ex his resp. ad confirm., in qua videtur facere magnam vim: unde neg. mi. Ad prob. neg. iterum mi Nam plenè de his immediatè à Deo omnes edocti sunt, quatenus contulit omnibus lumen naturale comprehensiuum omnium, quæ cognitione merè naturali possunt cognosci, & de substantia etiam superioris, vel habebat cognitionem comprehensiuam juxta probabilem modum dicendi, ut vidimus, vel sufficientem, ut nihil de illo lateret, licet non ita excellentem, sicut superior, quod non sufficit, ut dictum est, ad propriam illuminationem. Insuper datæ sunt ei immediatè species repræsentatiuæ eorū omnis; Quibus duobus, quilibet angelus omne ens naturaliter cognoscibile, sic planè cognoscere potest, quòd nulla ejus formalitas, nullus modus, nullaque substantia eum lateat, ac proinde non indigeat propriè illuminari unùs ab alio. Et per hæc etiam patet ad cætera, quæ subdit, & autoritates adductas, quæ intelligi debent non de illuminatione propria, sed largè pro quacunq. manifestatione veritatis sistendo in eisdem objectis, vel pro pura instructione, vel pro simplici locutione.

3 Arg. opponendo aliam auctoritatem D. Tho. jam in superioribus etiam relatam ex q. 16. de malo, seu de dæmonibus, art. 8. in corp., ubi circa med. inquit *Circa species autē intelligibiles considerandū est, quòd unusquisq. intellectus aliter se habet ad species intelligibiles superioris intellectus, & aliter ad species intelligibiles intellectus inferioris, nam species intelligibiles superioris intellectus sunt uniuersaliores, & ideò non possunt comprehendi per species inferioris intellectus, & ideò inferior intellectus, non potest eas perfectè cognoscere.* Ergo per his, quibus est excessus, poterit inferior illuminari à superiori. §. Ad hoc, cui potissimùm confidunt contrarii, patet ex proximè, & supradictis, non rectè inferri illuminationem propriè dictam, sed puram instructionem, vel locutionem, quòd licet inferior dicatur non comprehendere, quatenus est excessus ex parte objecti penes actualitatem, & perfectionem, nihil tamen latet de naturaliter cognoscibilibus: tum quià ad illam etiam requiritur, ut vidimus, quòd veritas de qua fit illuminatio, sit priùs manifestata à Deo angelo supremo per viam illuminationis, vel revelationis (ut ab isto successiuè descendat ad inferiores,) & non creationis, quod non contingit respectu naturaliter cognoscibilium, quorum notitia, ut probatum est, utpotè spectans ad eorum statum connaturalem, habetur ab omnibus immediatè, ab Auctore. Per quæ confirmantur solutiones ad priora duo argumenta, & ulteriùs percipi possunt fine ulla contradictione priores auctoritates; & quæ in superioribus probabiliter, & magis dicta sunt in fauorem sententiæ negantis angelum inferiorem comprehendere superiorem, ne videamur recedere à præsenti resolutione de illuminatione eorum, quæ pertinent ad ordinem naturæ comparatiuè ad cognitionem naturalem, vel quæ cadunt sub illa.

§. IV.

§. IV.

Debit, quæ pertinent ad ordinem gratiæ.

SEcunda conclusio. Inter Angelos verè, & propriè datur illuminatio de his, quæ pertinent ad statum gratiæ. Ita D. Thom. hic ad 2., & alibi ut supra; & cum eo communiter Theologi. Sed pro intelligentia adverto, quòd nomine gratiæ non intelligimus secundum omnem ejus amplitudinem, ut comprehendit etiam consumatam, sive gratiam patriæ, sed tantum viæ, ut sunt mysteria fidei, nostræ justificationis, quæ fiunt, & fiant in Ecclesia, bona opera supernaturalia, quæ facturi sunt fideles ad promerendam vitam æternam, & alia hujusmodi, comprehenso etiam dono perseverantiæ finalis licet non cadat sub merito, ut explicatum est t. 1. Unde Div. Thom. hic art.4. ad 3. dicit, quòd usque ad diem judicii semper nova aliqua supremis angelis revelantur divinitùs de his, quæ pertinent ad dispositionem Mundi, & præcipuè ad salutem electorum.

Nec refert, quòd ut supra insinuavimus, loquens D. Thom. hic ad 2. de statu naturæ, ampliativè intelligendus sit à toto ordine illius, & non restrictivè pro solo ejus statu, ac proinde etiam intelligi debeat de statu gratiæ secundum eandem amplitudinem. §. Non inquam obstat. Tum quià de illo naturæ absolutè loquitur sine ulla distinctione; illum verò gratiæ exprimit cum distinctione utriusq. scil. viæ, & patriæ. Tum quià ut vidimus, sic absolutè exprimendo illum dat intelligere, quòd sumit prout adæquatè distinguitur à gratia, & gloria; ac proinde non præcisè pro præsenti statu existentium, sed etiã ut comprehendit plura futura contingentia, & possibilia, ut dictum est. At verò alterum gratiæ, dum sic utramq. distinguit, accipit determinatè pro præsenti.

Hoc supposito prob. ratione sumpta ex D. Tho. hic in solut. ad 1. Quamvis omnes angeli cognoverint omnia Divina opera, ut ait ibidem, scil. omnia mysteria gratiæ in verbo; non tamen æqualiter, ergo poterit unus perfectiùs videns inferiorem illuminare de his, quæ non videt. Confirmatur. Ant. autem probat D. Thom. Quià solus Deus se ipsum comprehens omnia sui opera in se ipso cognoscit, omnes etiam suorum operum rationes perfectissimè videt, ergo omnes angeli, qui illum non comprehendunt, sed tantum quiditativè vident, tanta unusquisque in Deo, ut ait ibi, plures rationes cognoscit, quantò eum perfectiùs vident, ac proinde inæqualiter; unde (concludit) Angelus superior in Deo de rationibus Divinorum plura cognoscit, quàm inferior, & sic de his illum illuminat, quod est id, quod dicit Div. Dionys. 4. cap. de Divin. nominib. Quòd angeli existentium illuminantur rationibus.

Hæc ratio, ut rectè advertit M. Ferra fundatur in summa bonitate Dei, in qua etiam apud eundem S. Doct. fundatur convenientia mysterii incarnationis; nempe quòd cum de ratione summi boni sit, se summo modo communicare aliis à se, hoc ipso, quòd Deus, qui summum bonum est, in infinitum excedit creaturas intellectuales in cognitione Divinorum operum spectantium ad illarum ordinem, hoc ipso prædictorũ maiorem cognitionem eis tribuit; sed quià in hoc non habetur plena communicatio, nisi etiam tribuat, quòd alii pro captu suo aliis inferioribus se communicent, non illam omnibus immediatè impartitur, sed tantum supremo, ut inde omnis virtus, & veritas descendat ad inferiores, ac proinde ità illuminat, ut in illuminando, velit creaturas summi boni comparticipes, sicut & in linea operativa non tantum tribuit rebus esse, sed etiam tribuit, ut ipsæ res in alias res agant. Quam doctrinam fundat in eodem S. Doct. in 2. dist.9. q.1. ar. 2. ad 4., ubi ait. *Dicendum quòd sicut in naturalibus inferius agens non habet efficaciam in productione effectus, nisi per virtutem agentis primi, quæ vehementius imprimit in effectũ, ità etiam in intellectualibus inferior illuminans nihil potest efficere, nisi per virtutem primi illuminantis: & propter hoc ipse Deus est, qui omnes docet: nec tamen excluditur ab aliis illuminatio, sicut nec ab angelis naturalibus naturalis actio.* Ita D. Tho. Audiant hoc hæretici, qui suo spiritu mendaci nolunt audire Ecclesiam, vel summum Pontificem, & alios subordinatos illius ministros, sed solum Deum in scripturis, & ab illo solo edoceri, cæteris exclusis. §. Hoc ipsum, ut vidimus, insinuat, supra q.23. art.8. ad 2., ubi similiter explicans, quarè Deus utatur causis secundis, vel mediis ad se communicandum, & non omnia immediatè operetur se ipso, vel illis exclusis non omnibus immediatè se communicet, ut scil. etiam (inquit.) *Ordinis pulchritudo servetur in rebus, & ut etiam creaturis dignitatem causalitatis communicet.*

§. V.

Solvuntur argumenta contra præcedentem conclusionem.

PRimò arg. Illuminatio de his, quæ pertinent ad hunc ordinem excedit omnem virtutem angelicam, ergo nequit fieri per angelum etiam supremum. Prob. ant. Quià est purè supernaturalis, vel de puro ordine gratiæ, sed hic ordo efficienter, & principaliter dependet à solo Deo, ut suppono ex 1. 2.q.112. argo. §. Urg. hoc ex dictis. Illuminatio verè, & propriè dicta petit excessum specificum in virtute illa, qua illuminans inferiorem illuminat, qua ratione, ut vidimus ex D. Thom., nequit inter homines dici, quòd Magister propriè illuminet discipulum, sed tantùm, quòd illum doceat, vel instruat, quià sunt ejusdem luminis, vel speciei athomæ, ctò aliàs reperiatur in illis magisterium, & discipulatus, sed bona gratuita, & supernaturalia sunt ejusdem speciei, sicut, & gratia etiam illa Christi, & nostra ergo de his bonis nequit esse propriè illuminatio inter angelos.

Ad hoc patet ex dictis esse de subjecto non supponente, quòd nempè illuminatio fiat per traditionem alicujus luminis intrinseci in illuminato, (hoc enim habetur à solo Deo ut hic, & alibi ubi suprà docet D. Thom., sed per solam confortationem intellectus ejus ut explicatum est ex eodem, unde satis est, quòd in inferiori adsit gratia, vel lumen intrinsecum acceptum à Deo, ut percipere possit veritatem sibi manifestatã per illius, vel objecti propositionem à superiori factam, ut explicat hic, & præcipuè etiã q. illa 9. de verit. ar. 1. ad 2. In forma ergo neg. ant. Ad illius prob. dist. ma. dependet à solo Deo in genere efficientis, ut dicit mi., conc., in manifestatione illius, nego.

Ad confirm. dist. ma. Patit excessum, in modo cognoscendi, & manifestandi veritatem, de qua il-

 luni

illum illuminat, cenc., in ipsa virtute elevante, neg. Nam licet virtus, vel gratia, qua superior illuminat inferiorem sit æqualis, vel ejusdem gradus specifici, cum illa, qua inferior percipit veritatem, de qua illuminatur, nihilominùs, quià gratia, vel habitus supernaturales perficiunt naturam subjecti juxta propriam ejus indigentiam, licet sit ejusdem perfectionis essentialis, vel specificæ, aut æqualis etiam intensionis, in uno subjecto præstant unum effectum, quem non præstant in alio, ut supra insinuavimus, V.g. habitus charitatis in Petro magis inclinat ad diligendum ejus parentes, & benefactores, quàm ad diligendum cognatos, & benefactores Pauli; in Paulo verò è contrà, ut rectè etiam in simili advertit M. Catalam 3.p.q.10. art.2. dub.2.ad 3 not.1. ex D.Thom.2.2. q.26. art.6. & 8. Similiter fortitudo strennum militem inclinat ad aggrediendum hostes Ecclesiæ, non tamen virginem Deo dicatam ad illum actum, & si sit æqualis intensionis, Religio etiam (& sic de aliis) etiamsi pariter sit æqualis intensionis in nobis nō inclinat ad sacrificia, & cæremonias ad quæ inclinasset Judæus in veteri lege. Similiter dicimus in casu, quòd eadē gratia in specie, vel ejusdē perfectionis essentialis communicata intellectui superiori facit intelligere modo superiori, & eadem communicata intellectui inferiori facit intelligere modo inferiori. Ex quo sequitur, quod supremus angelus primò percipiens à Deo illuminationē de aliqua veritate de ordine gratiæ, modo superiori, vel supremo percipiat illā, unde inferior ut illā accipiat à supremo quamvis gratiæ lumen ejusdem speciei habeat cum supremo, adhuc tamen indiget illuminatione ejus, quià juxta sui conditionem, & exigentiam non inclinat illum ad percipiendam talem veritatem sic in universali, sicut accipit supremus à Deo, unde est necessè ut eam percipere possit, quòd supremus eam dividat, & distinguat juxta captum illius, ut dicit hic D. Thom ar. 1.

Secundò arg., & est replica. In ordine naturæ non stat diversitas in modo intelligendi penès majorem, & minorem universalitatem in duobus intelligentibus, cum eodem lumine specie eodem, ergo nec stabit in ordine gratiæ; conf. videtur tenere juxta præcedentem doctrinam, si semel gratia perficit naturā juxta subjecti conditionē, & à paritate etiā rationis. §. Resp. neg. conf., & ad utramq. illius prob. ex eadem præcedenti doctrina sumitur disparitas, quià cum lumen gratiæ sit superiùs, & longè excellentius lumine naturæ, potest eam perficere sine variatione ex parte sui cum sola diversitate ex parte subjecti, & ideò prædicta diversitas in modo intelligendi tantum se tenet ex parte utriusque angeli non ex parte gratiæ. At verò natura, vel lumen illius, est valde limitatum, & imperfectum comparativè ad gratiatum, unde respectu illius prædicti duo modi intelligendi sunt per se distinctivi, unde cum eodem lumine, specie eodē non stat rem sub majori universalitate intelligi ab uno, & sub minori ab alio. Patet hoc ipsō exemplo superius insinuato in aliis duobus modis intelligendi cum discursu, & sine discursu, qui similiter stando in ordine naturæ haberi nequeunt ex vi ejusdem luminis, specie athoma ejusdem, itaut ex vi illius unus intelligat per discursum ex principiis conclusiones, & alter sine illo, & tamen idem lumen gratiæ in angelo, qui non est discursivus, facit eas in ordine gratiæ, immediatè simplici intuitu penetrare in principiis, & in homine, qui discursivus est, facit illas cognoscere cum discursu.

§. VI.

Resolvitur de his, quæ pertinent ad statum gloriæ.

Ex duplici capite oritur præsens difficultas, nam ea, de quibus est facienda illuminatio pertinent ad statum gloriosum prout sic, vel ex terminis, & tunc censetur impossibilis, quia nullus beatus habet hunc statum in tota sua amplitudine, sed determinatum, & limitatum in singulari, unde nullus potest illuminare alium de omnibus pertinentibus ad illum. Vel solùm de his, quæ ex vi visionis beatæ vident, quatenus unus ex vi sui luminis, ut dictum est, plura videt, quàm aliùs, quià illuminans, ut vidimos, non illuminat aliū, propriè loquendo de illuminatione, nisi de his, de quibus prius illuminatus ab alio, seù quæ habet ab illo per viam illuminationis, qua ratione diximus superiorem non illuminare inferiorem de his, quæ sibi conveniunt ex propriis, vel de sua substantia, licet occulta sint inferiori, quia illa non accepit per hanc viam, sed creationis: At nequè ex his, quæ videt singulariter in Verbo accipit per illuminationem à Deo, tum quia illa videt, ut debita visioni, exclusō omni magisterio extrinseco ex vi sui luminis gloriæ. Tum quia illuminatio est gratia pura, vel purè gratuita, & non justitiæ; Videre autem Deum est corona justitiæ, ut dicit Apost. Tum quia videre plures rationes divinorum operum (in quo fundatur hæc illuminatio de illis) est pariter debita lumini ejus penetrativo, vel intensivo correspondens merito, & charitati ejus in via, ergo licet inferior non habens lumen ità intensum, illas non videat, dum tamen supremus non accipit priùs per eandem viam, sed ex vi ejusdem sui luminis gloriæ non poterit inferiori communicare illarum notitiam per illuminationem, ergo ex nullo capite videtur hæc possibilis de pertinentibus ad illum statum.

Nihilominùs quamvis hæc difficilia sint, dicimus adhuc optimè salvari de eisdem illuminationem. Est D.Tho. hic ad 1. ubi expressè ait, quòd superior angelus plura in Deo videns de rationibus divinorum operum illuminat inferiorem de illis, quod confirmat, ut dictum est ex D. Dionys. 4. cap. de divinis nomin. Quamvis, ut præmittit ibidem, de his, quæ pertinent ad cognitionem purè quiditativam non sit talis illuminatio. *Quia omnes (inquit) tam superiores, quàm inferiores immediatè vident Dei essentiam, & quantum ad hoc unus non docet alium. De hac enim doctrina Propheta loquitur, cum dicit, non docebit vir fratrem suum dicens. Cognosce Dominum omnes enim cognoscent me à minimo eorum usque ad maximum*. Idem repetit infra q.111 2. ar. 3. ad 4. dicens: *Superiores angeli plura eorum percipiunt, vel percipere possunt (scil. de secretis divinorum mysteriorum in ipsa claritate divinæ essentiæ, ut ait in corp.) quàm inferiores, de quibus illuminant alios; sicut etiam inter eos, qui assistunt Regi, plura scit de secretis Regis unus, quàm alius*. De quo etiam videri potest 3. cont. Gent. c. 8.

Ex his. Prob. concl. In claritate divinæ essentiæ non omnes angeli, (ut inquit D.Tho. eodem art. 3. infra) secreta divinorum mysteriorum percipere possunt, sed soli superiores, per quos inferioribus denunciantur, ergo de his superior potest instruere, & illuminare inferiorē. Conf. patquia in hoc consistit, ut dictum est, illuminatio propriè inter illos, quando supe-

superior, de quibus immediatè prius illuminatur à Deo, communicat inferiori.

Dices ut supra neg. suppositum, quòd superior, vel supremus accipiat immediatè à Deo per illuminationem, sed quia perfectiùs videns plura de eisdem ex vi sui luminis gloriæ percipit ea; Unde magis ex vi collationis hujus luminis accipit immediatè ab illo, quàm ex vi luminis propriè illuminativi, quod non satis est, ut nos etiam fatemur, ad illuminationem propriam, & rigorosam, de qua est fermo. §. Sed contra hoc est ex D. Tho. hic ad idem 1. Nam licet perfectiùs superior, vel supremus videat, nullus tamen comprehendit divinam essentiam, sed solus Deus comprehendit seipsum, ergo plura sunt, & innumera de eisdem rationibus, & secretis divinis, de quibus potest supremus creatus, & creabilis, quàmlibet perspicacissimus accipere immediatè à Deo per viam illuminationis, & revelationis; Unde alio ar. 3. cit. subdit ibid. in corp. *ipsi superiores, qui sunt supremæ Hierarch.; cujus proprium esse dicit Dionys. c. 7. cælest. Hierarc. immediatè illuminari à Deo, inferioribus denunciant*. En quomodo ex eodem Dionys. agnoscit etiam hanc illuminationem immediatam in superiori respectu Dei. Sed ex vi cujus luminis illuminetur, an ex vi puri sui luminis gloriæ statim dicemus.

§. VII.

Solvuntur objectiones in initio præcedentis. §. Opposita.

PRima objectio procedit ex eo quòd de his, quę singulariter videt, cum sint debita visioni eius ex meritis sui luminis, quòd quantò perfectius, & intensius est plura de illis penetrat, non videtur posse fieri illuminationem, quæ debet esse de aliquo ignoto, & per lumen purè gratuitum cognoscendo, & non quod ex sui natura, vel ex propriis, secundum quòd in superiori angelo est magis perfectum, & penetrativum, tendat ad illa, de quibus dicimus illuminare inferiorem.

Ad hanc respondet M. Ferré, quòd dum supremus Deum videt, adhuc posse salvari, quod propriè prout sic illuminetur à Deo, non obstante, quod ejus lumen veluti naturaliter, aut ex propriis tendat ad illum sic videndum ex eo, quòd idem lumen est formalis participatio intellectus divini; & insuper quòd Deus se unit illi per modum speciei impressæ, & in ipso met Verbo Divino sibi unito, ut Verbo, videt Deum, & creaturas in Deo. Hoc enim verè, & propriè est adęquatè erudiri, & illuminari ab illo. Nam etiam inferior illuminatur à superiori per hoc quòd videt conceptus superioris, & in ipsis videt veritates, quas concepit superior, ergo supremus angelus illuminabitur à Deo per visionem beatam eò quòd, & videt ipsum Dei conceptum, & in ipso insuper veritates, quas Deus de rebus concipit.

Ad 2. vel 2. prob. nempè quòd illuminatio debet esse gratia, respondet quòd debet esse gratia, vel in se, vel in sui radice. Visio autem beata estò in se formaliter sit justitia meritorum, est tamen gratia in radice, quia ante omnem justitiam meritorum ex mera sui liberalitate voluit Deus illuminare prædestinatos lumine suæ gloriæ, & suammet beatitudinem communicare illis, unde ex defectu gratiæ non amittitur magisterium Dei ad angelum per ipsam visionem beatam.

Sed utraque solutio nisi aliquid addatur non videtur sufficienter salvare, quòd supremus dicatur propriè illuminari à Deo de his, quæ penetrat ex vi sui luminis penetrativi, & consequenter neque de illis propriè illuminet inferiorem, si ad illuminationem propriè dictam requiritur, quòd illuminans priùs debeat esse illuminatus propriè ab alio superiori illuminante de illis, de quibus illuminat inferiorem, ergo magis videtur esse instructio, vel simplex manifestatio veritatis, quam illuminatio propria; cons. tenet ex dictis. Ant. vero prob. Quia omnia prædicta motiva concurrunt, ut patet respectu visionis divinæ essentiæ, ut patet discurrenti per singula, & tamen de illa prout sic nullus sivè inferior, sive superior, vel supremus videtur propriè illuminari à Deo, cum illuminatio propriè non sit communis manifestatio rei, sed specialis facta uni, & non alteri, ut videtur innuere etiam D. Tho. in solut. hic ad 1. dum ait; *Quòd omnes angeli tam superiores, quàm inferiores immediatè vident Dei essentiam, & quantum ad hoc unus non docet alium*; Quià nempè hæc visio, vel manifestatio illius est communis, ergo.

Quòd si dicas hinc potiùs inferri oppositum, quòd scil. de his, quæ videt supremus, & non videt inferior poterit illuminare istum, cum autem, videntiū Deum, ut prosequitur ibi D. Tho. unusquisquè in Deo plures rationes cognoscat, quantò perfectiùs eū videt, poterit superior de his à se visis, & ab inferiori non visis, istum illuminare, & revera ibidem concludit ex D. Dionys. §. Fateor hoc esse præcipuum fundamentum in favorem ejusdem Mag., qui nec aliud adducit ad probandam conclusionem, nisi hanc autoritatem D. Tho., ut concludat præsentem illuminationem inter angelos de his, quæ pertinent ad statum gloriæ, sive de rationibus divinorum operum, quia cum nullus comprehendat Deum, potest unus plura videre de illis, quàm alius.

Verum est difficultas, an dum dicit D. Th. quòd superiores quò perfectiùs vident Deum, eò plures rationes eorumdem operum cognoscunt, & de illis illuminant inferiorem; loquatur de illis, cognitis per purum lumen sui penetrativum, sive quæ cognoscuntur ex vi perfectioris, & intensioris suæ visionis; & sint sensus veluti formalis illius; an potiùs causalis, idest quòd ex quo perfectiùs videat, quodammodo debeatur illis distinctum lumen divinæ revelationis, quo sibi manifestentur plures de illis non præcisè pertinentes ad proprium lumen gloriosum correspondens propriis meritis, sivè collatum juxta mensuram charitatis, qua conjuncti sunt cum termino, & pervenerunt ad gloriam; sed magis ad revelativū. Si dicatur primum, videntur adhuc obstare superiores replicæ; & solam gratiam in radice, non sufficere ad salvandam proprium, & rigorosum conceptum illuminationis ob rationes adductas. Tum quia magisterium propriè sumptum petit aliquam actionem ex parte illuminantis, qua particulariter dividat conceptus suos, respectu veritatis ut liberè manifestandæ inferiori, quod non contingit respectu ejusdem veritatis jam penetratæ ex vi, & ex natura proprii luminis, ut sunt rationes, quas supremus cognoscit per sui visionem.

Quamobrem videtur potiùs loqui in hoc posteriori sensu, & insinuari supra ab eodem quæst. 64. art. 1. ubi utitur speciali voce revelationis, & secreti Dei dicens; *De hujusmodi secretis divinis tantū*

revelatur eis, (scil. malis Angelis) quantum oportet, vel mediantibus Angelis &c. Vel expressius infra qu. 112. cit. ar. 3., ubi non solū adhibet eandē specialem secretorū Dei revelationem, quæ ab Angelo superiori nunciantur inferiori, sed etiam explicat paritate assistentium Regi, quorum unus plura scit de secretis illius, quam alius, ut inquit ad 4. Constat autem hujusmodi secreta Regia, non esse de manifestandis utcunq., sed liberè, & non priùs penetrata, nec debita cognitioni primarii ministri absolutè loquendo, sed tantum in hoc posteriori sensu veluti causali, quòd quià primarius est, & plura jam sciens de aliis occultis, Ministris inferioribus, conveniens est, ut de aliquibus etiam ignotis, omnibus sibi specialiter priùs revelentur, per quem vult inferioribus innotescere. Sic similiter videtur dicendum in casu, ut explicatum est ad faciliùs salvandam præfatam illuminationem.

Nihilominùs sustinendo etiam priorem solut. vel explicationem ex eo, quòd ut supra, maximè fundetur in D. Thom. Ad replicas contra illas respondere potest, quòd licet plures de illis rationibus cognoscat ex vi sui luminis penetrativi, non tamen comprehendit, ut sit D. Thom., & cum quælibet sit infinitè intelligibilis, potest adhuc à Deo illas comprehendente magis instrui, & illuminari, & sic de eisdem sic particulariter priùs illuminatus, & instructus illuminare inferiorem, ac proinde optimè salvari illuminationem propriè dictam. Per quòd etiā fieri potest satis ad cætera, quæ subduntur; Nam prout sic non solum est gratuita, vel gratia in radice, sed etiam proximè, & veluti formaliter, dum se illi activè unit per modum speciei impressæ, & expressæ, & particulariter aptat, ut per ipsum Deū, & in ipso Deo viso, veritates, quas Deus altissimo modo concipit, Angelus beatus inferiori, & limitatiori concipiat, sic distinctas, vel magis illuminatas à Deo. Hoc enim est verè docere, ubi eadem res est Magister, & doctrina, sicut est verè redimere, ubi eadem res est pretium, & redemptor, ut patet de illis Sanctis, qui insigni charitate se ipsos obtulerunt, vel parati erant tradere in pretium captivorum. Imò hoc est excellentius magisterium. §. Pro quo cum eodam Laudato Mag. adverto, dupliciter illud exercetri posse, uno modo per modum magisterii conjuncti, sicut est idem particulare Dei respectu supremi angeli; alio modo per modum separati, ut est illud, quod exercet superior angelus respectu inferioris, sicut duplex distinguimus 3. p. instrumentum ad sanctificandum, alterum separatum, ut sunt sacramenta; alterum conjunctum, ut est humanitas Christi conjuncta Verbo, & sicut hoc est sublimius, vel excellentius, ita etiam magisterium conjunctum; sublimius est, potens soli Deo convenire, qui solus menti illabitur.

QUÆSTIO QUINTA.

An ad aliquem alium pertineat activa illuminatio inter Angelos.

Hactenus vidimus pertinere ad superiores; modo est adhuc difficultas de inferioribus respectu superiorum, & deinde etiam de dæmonibus, an superior possit illuminare inferiorem.

§. I.

Statuitur 1. conclusio de inferioribus.

Angeli inferiores non illuminant superiores, sed semper illuminantur ab illis. Est D. Tho. hic ar. 3. & fundat in ordine invariabili inter illos. Unde ait. *Ordo continetur sub ordine, sicut causa continetur sub causa, unde sicut ordinatur causa ad causam, ita ordo ad ordinem. Et ideo non est inconveniens, si aliquando aliquid fiat præter ordinem inferioris causæ ad ordinandum in superiorem causam, sicut in rebus humanis prætermittitur mandatum Præsidis, ut obediatur Principi. Et ità contingit, ut præter ordinem naturæ corporalis, aliquid Deus miraculosè operetur, ad ordinandū homines in ejus cognitionem. Sed prætermissio ordinis, qui debetur spiritualibus substantiis, in nullo pertinet ad ordinationem hominum in Deum, cum operationes angelorum non sint nobis manifestæ, sicut operationes visibilium corporum. Et ideo ordo, qui convenit spiritualibus substantiis nunquam à Deo prætermittitur, quin semper inferiora moveantur, (sive illuminentur) per superiora, & non è converso.* Ità egregiè D. Tho. ex quibus evidenter infertur, quòd cum superiores illo minent inferiores, ut latè ostensum est, nunq. isti illuminent superiores; aut illuminare possint.

Deinde prob. etiam ex dictis. Nam ad illuminationem propriè non sufficit manifestatio veritatis ignotæ ut cunque, sed quòd fiat per modum magisterii, ut explicat hic ar. 1. & alibi locis supra relatis præsertim q. illa 9. de verit ar. 1. ad 2. idest proportionando illis species, confortando lumen intellectus inferioris per propositionem objecti particularizati, & illustrati per lumen participatum à lumine superioris perfectiùs illud intelligentia, sed hoc ut patet, est munus superioris, & Magistri, non inferioris, & discipuli, ergo licet iste loqui possit ad superiorem per simplicem manifestationem secreti sui, quod sufficit ad locutionem, non tamen illuminare. §. Quamvis id etiam admitteretur de potentia extraordinaria, vel in alio rerum ordine, non tamen in præsenti, vel secundum præsentem providentiam, qua Deus operatur, id quòd est magis cōsentaneum naturæ rerum, ergo nunquam continget secundum istam, quòd inferior angelus illuminet superiorem, sed semper illuminetur ab isto. Conf. tenet, quia ex natura rei superior habens eminentius lumen, perfectiùs cognoscit veritatem manifestandam, ergo illi ex propriis convenit hujusmodi magisterium. Ant. autem constat ex superiori litera corp. Quia licet ordo causarū aliquando in rebus visibilibus prætermittatur, Deo miraculosè operante ad hominum profectum in fide, & ad majorem Dei cognitionem, sed in substantiis spiritualibus cessat hic finis, cum earum operationes sint nobis occultæ, ergo nunquam ab inferiori illuminabitur superior, sed potius è contra.

§. II.

Solvuntur argumenta contra praced. conclusionem.

Primò arg. ex illo ad Ephes. 3. *Ut innotescat Principatibus, & Potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei*; Ex quo sic arguit. Iuxta Apost. angelis per Ecclesiam, idest per Apostolos eisdem inferiores

riores facta est manifestatio veritatis plurium mysteriorum Dei ergo à fortiori poterit hæc fieri superiori angelo ab inferiori;cōs. tenet, quia magis distat angelus superior, val magis eminet supra homines, quàm supra inferiorem ergo. Ant. autem quod per Ecclesiam intelligantur Apostoli est Glossæ, & D.Thom. ibid.lect.3.ubi ait: *Dicendum est ergo, quod innotuit angelis per Ecclesiam; idest per Apostolos prædicantes, ut dicis Glossa*.

Ad hoc aliqui dant discrimen fundati in eo, quod præmittit ibidem nempè, quod sicut Angeli superiores, quià à Deo immediatè illuminati, possunt illuminare inferiorem, ità Apostoli, quià de eisdam mysteriis fuerunt immediatè edocti à Deo, potuerunt Angelos illuminare. *Non videtur ergo irrationabiliter dici, quòd doceant Angelos Apostoli, qui immediatè à Deo sunt edocti secundum illud Joan. 1. Unigenitus Filius, qui est in sinu Patris ipse enarravit*. Sed contra hoc est. Quià licet Apostoli aliquo modo sint immediatè edocti à Christo, scil. quantum ad naturam humanam, ut subdit ibi D. Thom., non tamen hinc inferri potest, Angelos ab illis fuisse illuminatos de mysteriis sibi ipsis ignotis, ergo. Prob. ant. Quià Angeli omnes tam superiores, quàm inferiores immediatè vident naturam Divinam, aliàs non essent beati, cum in sola visione Divinæ essentiæ creaturæ rationalis beatitudo consistat, ut prosequitur ibidem, ergo non est conveniens ratio aliqua, ut dicamus Sanctos, qui sunt in Patria doceri à quantumcumq. perfectis viatoribus, ut concludit ex illo Matth. 11. licet inter natos mulierum non surrexit major Jo: Baptista, tamen qui minor est in regno cælorum major est illo. Qua ratione recedit à priori modo, & dat simul discrimen inter dæmones, & Angelos beatos, nam quòd illi *doceantur ab hominibus hoc (inquit) absque præjudicio credibile est, sed quòd Beati, qui immediatè Dei Verbum conspiciunt (quod est speculum sine macula, in quo relucent omnia) à viatoribus doceantur, dici non debet*.

Aliter ergo cum eodem ibidem resp. quòd rationes mysteriorum eorumdem gratiæ innotuerint Angelis per Ecclesiam, sive per Apostolos prædicantes, non quasi didicerint ab eis, sed in eis, idest in externis effectibus, in eorum prædicatione, vel in ipsis Apostolis explicatæ, vel manifestatæ, quæ priùs latebant in sola mente Divina. Quod explicat eleganti exemplo. *Sicut domus, (inquit,) quæ est in mente artificis conceptum de domo facienda nullus scire potest, quamdiu latet in mente, nisi solum ille, qui solus illabitur animabus; (scil. Deus.) sed postquam conceptus est jam in effectu entrinseca explicatus; quia domus jam facta est, sic aliquis de domo jam facta, quæ priùs latebat in mente artificis, edocetur; non autem edocetur per domum, sed in domo*. Breviùs hoc ipsum explicat in 2. dist. 11. q. unica art.4. in cor. ubi similiter inquirens, an Angeli ab hominibus mysterium Incarnationis didicerint; prævia distinctione cognitionis eiusdem mysterii, inquit. *Quantum etiam ad secundum distinguendum est: quòd Angeli dupliciter accipiunt cognitionem aliquarum rerum, aut per illuminationem. & sic Angeli per homines nihil recipiunt, sed inferiores à superioribus illuminantur, & superiores immediatè à Deo, per quem modum multas rationes mysteriorum Ecclesiæ edocentur; aut per modum expletionis rerum; & sic futura contingentia cognoscunt, quando actu complentur per hoc, quòd eorum causæ ad effectus determinantur, ut in eis cognosci possint: & ita quædam, quæ circa incarnationis mysterium nesciebant, quando explebantur, prædicantibus Apostolis, cognoverunt, non tamen ab Apostolis edocti*. En iterum D. Thom. expressè negans illuminationem posse fieri ab inferiori, & præsertim ab hominibus respectu angelorum, & meritò, cum illuminans, (ut patet ex terminis,) debeat esse in perfectiori statu, quod est impossibile loquendo de viatoribus respectu beatorum, unde solum potest esse, ut ait S.D. per modum expletionis, non illuminationis, in quo sensu loquuntur aliqui SS. PP. citati hìc à nostro Gonet §.3.

2. Arg. (& potest esse replica) sumpto fundamento ex eodam Apost. 1. ad Corint. 14. ubi de Ecclesia præsenti, vel militante dicit quòd possunt omnes prophetare, & consequenter tam superior inferiorem, quàm è contra illuminare. *Quòd si alii (inquit) revelatum fuerit sedenti; prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare, ut omnes discant, & omnes exhortentur* idest ut explicat ibi D.Tho lect. 6. *Ut sic omnes (idest majores) discant; & omnes (idest minores) exhortentur; juxta illud* Prov. 1. *Audiens sapiens sapientior erit*. Ex quibus fit argum. Præsens Hierarchia, scil. Ecclesiæ militantis derivata est à cælesti triumphante, ut docet idem Apost. ad Galat. 4. ibi. *Illa autem, quæ sursum est Hierusalem, & repræsentat eam libera est, quæ est Mater nostra*; Sed in hac præsenti omnes tam superiores, quàm inferiores, mutuò se illuminant, & edocent, ut dicit idem priori loco ad Corint., ergo etiam in cælesti poterit superior edocari, & illuminari ab inferiori.

Ad hoc permissis, & concessis autoritatibus ad arg. dist., & explico ma., imperfectè, vel inadæquatè, vel juxta conditionem præsentis status, conc. perfectè, & adæquatè, neg., & concessa mi., nego cons. Quia licet in aliquibus imitetur, non tamen imitari potest in omnibus, sed juxta conditionem præsentis status, & viæ, qui cum sit adhoc figurativus, nequit adæquare, & perfectè repræsentare figuratum, ut in tot figuris veteris testamenti respectu figuratorum correspondentium in præsenti figurato, & præsertim hac in re de illuminatione. Nam quòd in cælesti Hierarchia nunquam contingat superiores illuminari, nec illuminari posse ab inferioribus oritur ex propinquitate eorum invariabili ad Deum, ex immobili sublimitate gradus supra inferiores; unde cum illi, qui semel sunt Deo propinquiores, sint semper in gradu sublimiores, & in scientia clariores, ad eos semper pertinet exercere magisterium respectu inferiorum juxta ejusdem exigentiam, & non è contrà. Cæterum in præsenti Hierarchia interdum, qui sunt per sanctitatem propinquiores Deo, sunt in gradu intimi, & scientia inferiores non eminentes, ut patet in tot sanctissimis, & aliis rudibus eximiæ sanctitatis. Quidam etiam in uno secundum scientiam eminent, & in alio secundum scientiam deficiunt, & sic superiores doceri possunt ab inferioribus, quia licet præemineant in gradu, deficiunt tamen in scientia, unde ab aliis inferioribus in gradu, & superioribus in scientia edoceri possunt.

Sed instas 1. Quia idem similiter contingere potest in cælesti Hierarchia ergo. Prob. ant. nam potest dari, quòd angelus superior, vel supremus de his, de quibus illuminatur immediatè, omisso sibi immediatè inferiori, vel aliis mediis, illuminet infimū, ergo tunc iste excedens in scientia veritatis sibi manifestatæ illuminare poterit superiorem, non illuminatum de illa. §. 2. Instas quia etiam inter angelos

datur

datur hujusmodi mutuus excessus inter superiores ergo etiam poterit dari mutua illuminatio. Prob. ant. ex communi doctrina. Nam inter Seraphim, & Cherubin in cælesti Hierarchia est excessus in illo penès amorem, & in isto penès scientiam, cum ille dicatur à plenitudine amoris, hic verò à plenitudine scientiæ, ergo est etiam inter illos similis excessus mutuus, quia nempè Seraphim est maximè amans, Cherubin verò est maximè sciens, qua ratione etiam in via Viri Sancti, qui specialiter abundant de amore, vocantur Seraphici, ut patet de D. Francisco, & de D. Bonav., qui verò de scientis. Apostolici, vel Cherubim, ut de D. Dominico, & D. Tho., sine cujuscunq; ex sanctissimis Viris præjudicio.

Ad 1. neg. ant. Ad prob. transeat, vel conc. ant. & neg. cons. dixi transeat, quia plures negant casum saltem secundum ordinem magisterii, quem statuit inter illos, hoc exigente natura magisterii, & providentia ordinaria Dei, quæ semper operatur, ut sæpè dictum est, quod est magis consentaneum naturis rerum. Hoc autem videtur magis consentaneum naturæ, vel conceptui proprio magisterii, quòd exercens illud, vel illuminans, sit superior, & magis sciens, quàm illuminatus. Quid quid sit, quòd inferior, ex terminis suæ inferioritatis non impediatur omninò ad illuminandum superiorem, si nempè agat ut virtus supremi illuminantis, sicut supradictum est de accidente, quòd ut virtus substantiæ, vel in virtute ejus potest producere illam: Et similiter calor, ut virtus, vel in virtute animalis potest producere carnem. Cæterum id nunquam contingere creditur secundum præsentem providentiam, & nunquam inferior illuminabit superiorem.

Sed admisso casu, neg. suppositum consequentis, quòd tunc manifestaret talem veritatem, formaliter, vel reduplicativè ut inferior; & per illuminationem completam, sed magis ut superior, nam magisteriū, vel illuminatio formaliter, vel reduplicativè, ut talis exerceri nequit, (ut patet ex terminis, & supra etiam ex dictis,) sine superioritate in scientia. Præterea etiā Angelus superior, cui fieri debet manifestatio talis veritatis, vel illuminatio de illa, cum habeat excellentius lumen intellectuale, & consequenter majoris perspicaciæ in intelligendo non indigeret partitione, & particularitione, conceptuū, sicut indiget inferior, quando illuminatur à superiori ob rationē oppositā, & ideo diceretur illuminatio incompleta; Non enim ad illuminationem est semper necessaria talis partitio, sed solum quando illuminandus indiget illa, ut pat: in Christo, de quo 3. p. q. 8. ad art. 4. dicimus, quòd etiam ut homo erat caput Angelorum, quantum ad actus hierarchicos, scil. illuminando &c. Sine eadem partitione: Mag. tamen Jo: à S. Tho. admisso etiam de facto, dicit nunquam inferiorem illuminare superiorem modo magisteriali, sed tantum simplici locutione manifestante veritatem. Ad 2. neg. ant. ad prob. neg. ant. Ad prob annexam, dicimus Seraphim, non ita dici à plenitudine amoris quasi non excedat libi inferiores in scientia, sed quia charitas facit magis bonum habentem, quàm scientia, scil. moraliter, & quia post amorem quis magis redditur bonus per scientiā; ideo 2. ordo supremæ Hierarchiæ denominatur à plenitudine scientiæ, non quia in scientiis excedat Seraphim, sed ad explicandam eminentiam supremorum à Deo, qui in dignitate sunt proximè illi vicini, ut rectè etiam advertit Mag. Ferre. Unde semper propinquiores Deo sunt in gradu sublimiores, & in scientia clariores ad illuminandum inferiores.

§. III.

Statuitur 2. Conclusio circa Dæmones.

Dæmones licet superiores sint, non tamen illuminant inferiores. Est D. Thom. locis relatis, præsertim q. 109. infra ar. 3. ubi non obstante eorum excessu, vel superioritate luminis supra inferiores, expresse negat hanc illuminationem respectu istorū, ut patet ad 2. & ex professo in corp. § Prob. ratione ejus superiùs insinuata. Illuminatio propriè est manifestatio veritatis, secundum quòd habet ordinem ad Deum, qui illuminat omnem intellectum, sed dæmones nunquam manifestant illam secundū hunc ordinem, ergo nunquā propriè illuminant inferiores. Ma. patet ex dictis. Tū quia alia est simplex manifestatio rei, quæ fit per locutionem, sicut cum unus angelus (inquit) manifestat alteri suum conceptū. Alia verò, quæ fit per illuminationem propriè, nam cum hæc sit perfectio simpliciter simplex, ac proinde nullam involvens imperfectionem, necessariò exigit prædictum ordinem: mi: autem probat. Quia perversitas dæmonum hoc habet, quòd unus alterum non intendit ordinare ad Deum, sed magis ab ordine divino abducere, ergo unus dæmon alium non illuminat. Ita arguit D. Tho., & quidem efficacissimè concludens intentum conclusionis. Nihilominùs Vasquez contra hoc ant., quod est minor D. Tho., scil. quòd perversitas Dæmonum hoc habet, quòd unus non intendit ordinare alium ad Deum, sed magis ab ordine divino abducere. In quo videtur negare illis quamcunque revelationem veritatis ordinativè ad Deum, vel sub Deo, si semel perversitas dæmonis talis est, ut unus semper intendat abducere alium à Deo; Cui tamen contrarium docet ibidem ar. 4. ut statim constabit. Unde falsam putat hic Autor prædictam mi ex eodem.

Obiicies ergo sic. D. Thom. eodem art. ad 1. inquit. *Dicendum, quod per Sanctos Angelos multa de divinis mysteriis dæmonibus revelantur, cum divina justitia exigit, ut per dæmones aliqua fiant, vel ad punitionem malorum, vel ad exercitationem bonorum. Sicut in rebus humanis assessores Judicis revelant tortoribus ejus sententiam*; ergo falsum est, quòd illis non fiat à Deo aliqua revelatio de divinis mysteriis, quam percipiant ordinativè ad Deum, & consequenter unus alteri manifestet secundum hunc ordinem § Idem docet supra, ut proximè vidimus, q. 64. ar. 1. ubi ait *Secunda autem cognitio, quæ est per gratiam in speculatione consistens non est in eis totaliter ablata, sed diminuta. quia de hujusmodi secretis divinis tantum revelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus angelis, vel per aliqua temporalia divinæ virtutis effecta*, ut dicit Aug. lib. 9. de Civit. Dei c. 21. circa med. tom. 5. Ita D. Tho.; ergo falsa est mi. D. Thom. hic nempe, quòd de divinis mysteriis nihil revelat Deus dæmonibus.

Mag Jo: à S. Thom. in fine tom. 2. ad q. 106. & 107. disp. 25. ar. 2. occurrit huic difficultati dicens, quòd licet aliqui dæmones clariùs percipiant veritatem, quàm inferiores, non tamen illam ordinant sub Deo, à quo est omnis lux, sed ad suam malitiam retorquent, & ita non illuminant, sed obtenebrant. Unde hoc est certissimum signum spiritus mali si quando loquitur homini relinquit illum in aliqua con-

confusione, & non ordinatum ad Deum. Ita idem Mag.. Unde in simili dicit etiam de visionibus D. Th. 3. p. q. 30. ar. 3. ad 3. hoc esse discrimen inter malorum, & bonorū spirituū visionem, quòd *si post timorem successerit gaudium, à Domino venisse sciamus auxilium, quia securitas animæ præsentis majestatis indicium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est, qui videtur.*

Cæterū ex his non videtur planè satisfieri difficultati, quia licet optimè explicet, quantum ad alteram partem, quòd scil. ex inflexibili eorū perversitate, cognitionem veritatis, qua clarius superior eam percipit non ordinet, nec ordinare possit ad Deum, ac proinde ex hoc capite etiam deficiat manifestatio illius à ratione propria illuminationis inter illos, restat tamen explicanda altera pars, quam ponit D. Thom. in ma., & quæ pariter est necessaria ad illam; quid nempè sit, vel in quo consistat, positiuè ordinare ad Deum. §. Mag. ergo Ferre, ut plenè efficaciam syllogismi ostendat, utramque præmissam D. Thom. explicat sic, occurrens simul eidem objectioni. Nempè quòd major in hoc sensu accipienda sit, quòd illuminatio propriè importans talem ordinem ad Deum, idem sit, ac manifestare veritatem eo modo, quo ab ipso Deo revelata est supremo angelo, sic quòd illa veritas tradatur illuminato sicut à Deo primò tradita est, sic enim veritas, de qua sit illuminatio traditur cum ordine ad Deum ut primò illuminantem, & sic accipiens illam sit ordinatus sub Deo, sic enim respicit illum, ut primò illuminantem se. Hoc enim propriè est illuminare, scil. communicare, & accipere divinum lumen cum tali ordine. Et hæc de majori discursus D. Tho.

Minorem verò explicat sic. Quòd dæmones ità sunt obstinati in malitia, ut nullum bonū opus morale facere possint, ut dictum est; hoc autem, quod est manifestare alteri veritatem eum ordinando ad Deum, ideſt faciendo participem Divini luminis per sinceram traditionem veritatis, prout à Deo per revelationem accepta est, est opus bonum morale; unde inter homines docere ignorantes inter opera misericordiæ computatur. Repugnat ergo cum obstinatione malitiæ prædictum opus efficere, ac proinde negat D. Thom. unum quantumvis superiorem illuminare alium.

Aliter etiam ex dictis, (& aliquomodo coincidit cum superiori explicatione) poterat explicari sic cum eodem; quod quià secundum Dionys. illuminatio sit actus perfectiuus, perficit enim intellectum illuminatum per veritatis manifestationem, dæmon autem ob rationem adductam suæ inflexibilitatis in malo, & ob voluntatem perversam detestando Divinam justitiam, qua primò cecidit, & semper retinet, ut alibi ait D. Th. ut vidimus, nunquam manifestat, nec manifestare potest veritatem aliquam sibi revelatam ad perficiendum intellectum inferioris in ordine ad Deum, sed magis ad evertendum ab ordine ad illum, ut dicit hic D. Thom., ideo rectè concludit, non posse illuminare sibi inferiorem. §. Ex quibus etiam fit satis ad principalem objectionem, non enim ex hoc infertur, ut putat Vasquez, quòd negaverit hic posse illis aliquid revelari de arcanis Divinis, ut affirmat aliis locis relatis, cum hæc duo optimè componantur, nempè quòd aliquid eis revelatur de eisdem secretis, & quòd illa manifestans inferiori non illuminet illum, ex defectu ordinis ad Deum, ut explicatum est. Neque etiam minor, D. Thom. est illa, quam supponit, vel subsumit Vasquez, scil. quòd de Divinis mysteriis nihil revelat Deus dæmonibus; sed ista. Perversitas autem dæmonum hoc habet, quòd unus alium non intendit ordinare ad Deum. Cui ut patet, nihil est contrarium aliis prædictis locis.

Sed instas. Non stat, quòd dæmones possint sic illuminari à Deo per angelos bonos, & quòd sit necessarius talis ordo ad illuminationem, ergo. Prob. ant. quià dum boni sic illos illuminant non ordinant eosdem ad Deum, cum ob eandem perversam eorum voluntatem, sint incapaces hujus ordinis, ut dictum est, unde in ordine gratiæ, ad quem spectant prædicta mysteria, essent sub illo, quod est alienum cum sint in statu perpetuæ inimicitiæ cum illo ergo.

Resp. neg. ant. Ad prob. vel neg. ant., vel dist. claritatis gratia ex D. Thom. ubi supra q. 64. art. 1. Non ordinant ad Deum, nullo modo, vel quantum attinet ad partem intellectus purè speculativam, neg. affectivam producentem amorem Dei, conc. Inquit enim. *Secunda autem cognitio, quæ est per gratiam in speculatione consistens non est in eis totaliter ablata, sed diminuta, quia de huiusmodi secretis Divinis tantum revelatur eis, quantum oportet, vel mediantibus Angelis &c. A tertia verò (scil. affectiva) sunt totaliter privati, sicut & à charitate.* Unde primum non repugnat cum malitia dæmonis, benè verò secundum. Neque enim negare possumus, quòd à Sanctis Angelis aliquomodo coordinentur sub Deo, ut executores divinæ justitiæ. Vel unico verbo, ad hunc sensū dici potest, vel distingui idem ant. non ordinant ad Deum, quasi conuersivè vel affectivè, conc., executivè, vel illuminativè ad exequendum imperium, vel voluntatem ejus, neg.: Hoc autem non impedit perversam eorum voluntatem inflexibilem, vel irremovibilem à malo; nam quando etiam sic illuminati exequuntur illam, cum eadem perversitate id faciunt, sicut qui ægrè, vel malo animo exequuntur mandatum suorum Dominorum. Ex quo non infertur, quòd talis ordo non requiratur ad illuminationem propriè, vel quòd eorum superior possit illuminare inferiorem, quia hæc ut dictum est, tendit ad perficiendum illuminatum, quod nequit esse in dæmonibus; vel ab illis intentum.

QUAESTIO SEXTA.

Quomodo unus Angelus alteri loquatur.


Jam vidimus supra, constare ex Scriptura, unum alteri loqui, sed difficultas est de modo loquendi inter illos, sicut proportionabiliter dictum est de illuminatione; unde hic etiam variant Autores; nam qui ibi dicunt requiri ad istam alicujus speciei productionem, alii quidem ex parte loquentis, & alii in audiente, ita pariter ad locutionem, non sufficere simplicē directionem conceptuum unius ad alterum, sed esse necessarium aliquid ad cujus positionem, vel productionem excitetur audiens ad alterius secretum percipiendum, per talem speciem, sicut ad novam productionem alicujus entis naturalis in rerum natura excitatur quilibet angelus, & per speciem, quam habet de tali objecto format cognitionem illius. Sed quia hinc sequeretur omnes Angelos tunc cognoscere

idem

idem facratum loquentis, utpotè cognoscentas talem speciem repræsentativam illius; sicut hac ratione cognoscunt omnes rem illam naturalem nouiter productam, quia cognoscunt speciem repræsentativam illius; Ideò ut hoc evitent, dicunt alii prædictam qualitatem, vel speciem representare ad placitum idem secretum, vel conceptum loquentis, sicut voces nostræ significant ad placitum nostros conceptus, unde sicut nos vocibus nostris manifestamus istos ad placitum uni, & non omnibus aliis, ita similiter ad placitum manifestant angeli suos uni, & omnibus.

Sed neque hinc etiam saluatur secretum angelicum, cum significatio cum ad placitum, sicut & impositio earum debeat esse omnibus simul commorantium nota, si valimus subsistere posse inter illos convictum. Deinde ex eo inter homines adhuc potest unus alteri manifestare secretum suum sine eo quòd aliis innotescat, non obstante tali notitia communi vocum, quia potest submissè eidem loqui aliis non audientibus; vel absentibus, sed hoc contingere nequit inter angelos, qui utpotè substantiæ purè spirituales non dependent à clamore vocis, neque à præsentia locali, ut unus audiat alium, ut iterum patet in anima divitis in inferno existentis, qui tamen loquebatur cum Abraham existente in sinu Patrum, & audiebatur ab illo. Unde aliqui ex antiquis ad vitandum hoc inconveniens inter angelos distinxerunt duo genera signorum ad placitum, alterum significantiū ex vi impositionis publicæ, alterum ex vi privatæ, unde quilibet habet suam veluti linguam privatam, quā alteri loquatur, illo solo percipiente suum conceptum, aliis ab eodem exclusis.

Scotus autem in 2. dist. 9. q. 2. §. *Ad quæst.* censet ex opposito locutionem fieri per aliquid noviter quidem productum, sed non ex parte loquentis, sed audientis, per intellectionem, vel notitiam productam in mente istius, ut similiter asserit ut vidimus de illuminatione. Unde hac intellectione mens audientis informata, merè passivè se habens, audit, & cognoscit, quæ ei loquens manifestat, quod tamen sufficienter impugnatum est. Unde Suarez lib. 2. de Angelis cap. 27. num 30. dicit id esse extraneum à bona Philosophia, & recurrit ad speciem ut supra repræsentativam secreti, & ab isto productam intrà intellectum audientis. Sed hanc etiam positionem ostendimus secundum bonam Theologiam non posse subsistere. Alium modum refert M. Ferre ex P. Esparza hìc q. 21. de Angelis art. 8., ubi distinguit duplicem modum loquendi, alterum correspondentem vocibus nostris, & hunc dicit fieri ab Angelis per solam voluntatem revelandi secreta sua huic, & alteri, pluribus, vel paucioribus pro libito suo, quem modum loquendi asserit esse usitatum communiter inter Angelos. Sed quià in nobis est alius modus loquendi, nempè per motus, vel per actiones naturaliter, vel ad placitum inductivas in cognitionem nostrorum secretorum, ideò per correspondentiam ad istum modum locutionis, ponit similiter in angelis locutionem per signa, vel per actiones externas ducentes in cognitionem secretorum cordis, sine ad placitum, sivè per repræsentationem naturalem.



§. I.

Statuitur 1. Conclusio.

Locutio angelica non fit per aliquod signum sivè corporale, sivè spirituale, dum loquitur alteri angelo. Quidquid sit de illo loquente exteriùs in corpore assumpto alicui homini. §. Prob. ex dictis primò quoad 1. p. Nam hujusmodi locutio debet fieri modo eisdem proportionato, & mutuo eorum convictui; ad hoc enim est locutio inter creaturas rationales, sive intellectuales, ut ad invicem communicent, & per illam aperiant mentem suam modo illis proportionato, sed loqui per signa corporalia non est modus illis, proportionatus, cum sint purè spirituales, ergo non loquuntur per signa sensibilia, vel corporalia.

Dices esse manifestam instantiam in locatione eorum, nam licet purè spirituales sint; & independentes à loco corporeo, adhuc esse potest proportio in hac ratione cum illo, ergo poterit esse proportio in locutione cum signis sensibilibus, non obstante eorum completa spiritualitate, & independentia ab illis. §. Cōtra est quia locatio eorū in loco corporeo est illis necessaria, si semel velint esse in loco, non tamen proprio convictui, sicut nec necessaria est locutio ni propriæ, ergo nulla est solutio, vel instantia à locatione ad eorum locutionem. Prob. ant. 1. quo ad 1. p. quia solius Dei proprium est esse in loco spirituali, qui per illapsum potest habere effectum intra mentē alterius. Deinde quoad 2. quia non dependent à loco ut mutuò loquantur, & convivant, unde si nulla essent corporalia adhuc inter illos posset esse amicitia, & consequenter convictus, & amicitia, ad quam est necessaria locutio mutuò communicans proprios cōceptus, ergo licet ad eorum locationem requiratur res corporea, non tamen ad locutionem. §. Urg. inter Angelum, & rem corpoream potest esse nō solū proportio in ratione locati, sed etiā necessitas illius, et prout sic neque et alibi esse, nec ullā importet imperfectionem in illo, sed magis superioritatem, ut ostensum est; at inter illum ut loquentam, & signa sensibilia, vel corporalia nulla est eorum necessitas, imo improportio, ac proinde repugnantia, ut probatum est, ergo nulla est illatio, vel paritas à locatione ad locutionem. Unde poterat etiam retorqueri. Nam quia non est possibilis locatio creaturæ nisi in loco corporeo, creatura etiamsi purè spiritualis tenetur, vel non potest nisi in illo locari, ergo quia possibilis est locutio spiritualis, creatura purè spiritualis non poterit à fortiori nisi spiritualiter loqui.

Secundò prob. concl. quoad 2. par. ab inconvenienti jam insinuato non solum contra antiquos (qui ex paritate loci non solum inferebant possibilem esse prædictam locutionem per signa corporalia, vel sensibilia, sed etiam impossibilem purè spiritualem) sed etiam contra ultimum modum dicendi, qui solum prætendit illius possibilitatem. Nā semel admissa locutione per signa externa, vel sensibilia deficeret secretum angelicum ergo non est admittenda. Prob. ant. Quia prædicta signa essent omnibus nota, ergo per illa cognoscerent secretum alteri revelatum. Prob ant. quia vel essent signum ad placitum, vel naturale, sed utroque modo essent nota, ergo. Prob. mi: nam si primum, deberent repræsentare ex vi impositionis communis, utpotè deseruiens ad communem,

ut

ut petet in vocibus ed plecitum inter nos, eedem ratione omnibus ajusdem Reipublicæ notis. Si verò secundum, à fortiori erunt nota, utpotè jam spectantia ad huc Universum cum debita cuordinatiune ad illud, si semel sunt producta, ergu omnes eumprahendentes istud cognuscent ille.

Dicas, quòd sicut inter nos potast fieri arbitrarie impositiu rerum, & vocum; & hac ratiune servari secratum, ut nun omnes eudientes vocem illud percipient, sed tantum ille, cui fit communicatio ajus, ita potest similiter contingare inter engalus in assumptiona rerum corporearum ad usum privetum explicendi pruprius conceptus. §. Sed contra hoc est. Quia ex hac solutiuna infertur aliud gravius absurdū intar angelos bonus nullo modo admittendum ergo. Prub. ant. Quie sæpè posset esse locutio inter illus cum deceptione, quòd ast elienum à sanctis angelis ergo. Prob. ant. quià luqui cum arbitreria impositione dissona à communi, sive par vucem, siuè per ram, sæpe fit cum decsptiune, ut petat inter hominas, ut si quis luquans alteri curam aliis facta cunvantione cum illo, quòd dum profert has voces, homo currit, vallet ex arbitrio significare idē, quòd leu rugit, ille quidam solus parciperet conceptum loquantis, alii taman deciperentur, ut patet, ad quod etiam tendabant restrictiones purè mentales demuatæ ab Innocentiu XI., ergu similiter si unus engelus voleus elteri particulariter loqui edhiberet signum cum erbriterie impositione disformi à communi, iste quidem solus perciperat secretum loquantis, sed tamen elii cognuscantas idem signum secundum communem acceptionem, vel depositionem deciperentur. §. Urg. hoc. Nam datu etiein quod possat adhibere idem signum non cognitum sub illa particulari, & privata impolitiune, uon tamen infertur, quòd secretum loqnentis per illud repræsentatum foret aliis occultum, ergo, adhuc inutile est ad hunc finem occultaodi illud. Prob. ant. Nam in tantum ante repræsantationem illius, val per illud manat occultum, quià edhuc manat intra cor, nem engeli scire naqueunt cogitatiunes aliorum quamdiù manent intra, unde soli Deo, ut dictum est, possunt essa nutæ, sed semel axpressum jam exit extra cur, ergo omues possunt tuuc scire illud.

Tertiò prob. concl. quòed 2. pert. de aliis signis spiritualibus. Quie sina illis saltem de legu urdinaria, (secundum quam præcipuè loquimur,) putast fieri locutio conveniantissimè ad aorum convictum, & socieratam; ergu nun sunt necessarie ed eorum lucutionem; cons. tenat, quià frustre adhibetur eliquod medium, vel signum ed aliquid menisestendū, quendo sina illu sufficientissimè istud innotescere putest, ut petet inductivè. Ant. eutem prætarquam quòd efficaciter constabit conclus. seq., prob. ex proximè dictis. Eò ipsu, quòd conceptus engeli loquartis dirigitur ad alterum andientem non manet ampliùs intra cur illius, sed exit axtre, argo sina aliu exterlori signo fit illi manifestus, & cognitus, argo sine illo sufficientissimè habetur locutio unius ad alium, cons. tenat, quia ut dictum est, eò ipsu quòd exit nō ast ampliùs da numaro latentium, sed solum quamdiù manet intra cor.

Expl., & utg. hoc. Nam quotiescumq; objectū sa ipso potest menisestari alicui intellactui, & istè potest illud percipere sinè madio frustra adhibetur madium, val signum ad illud manifestandum; sed per hoc solum quòd unus angelus dirigat ed elterum conceptum suum statim fit iste eidam menifestos exclusu omni signu, vel madio, ergo non est istud necessarium ed illius manifestationem; ma. per se patet; mi: verò prub. Tum quia ut dictum est, jam exit extra, vel constituitur extre cor luquantis. Tum quie eudians habet species innatas repræsentatives omnium spectaotium ad se ipsū, sed hoc ipso quòd idem concsptus dirigitur ad se ipsum, jam pertinat ed illum, argo sicut hac ratione per snam speciam innatam videt loqnentam, & alia accidentie illi intrinseca sina signo sibi superadditu, puterit videre conceptum loquentis ad se disectum sine illo. Tum quia ut etiam insinuavimus per sulam eandem speciem vidat umne spectans ad hoc Universum, sed idem conceptus sic directus, & expressus spectat ad illud, & illi suburdinatur, ergo. Tum quia denique quia derogaret perfectissimæ ajus cognitioui, & summæ in cognoscendo perspicaciæ, si indigerat tali signu, cum nullum sit impedimentum ad illum cugnuscendum, ut hactenus ostensum ast.

Dices requiri ulteriùs, quòd audiens excitetur ad habendam cognitionam actualam illius, & non sufficere solam directionam, sad requiri productiunem elicujus qualitatis excitativæ, ut eudians exeat de potentia ad actum. §. Sed hæc solutiu sufficienter reiicitur præcedentibus probationibus. Nam posito conceptu sic directo, & jem spectante ad se ipsum, & ad Universum, & innata sui specie ex sui nature, repræsentative illius prout sic, & summa ejus perspicacie, & efficacia ad eundem pruut sic cognuscendum superflua omninò est talis excitatio per signum manens in loquente; sicut superflua est excicitatio apud nos ed cognoscendum eliquud objectum exteriùs expositum per eliquud signum manens interiùs in axponanta. Deindè sola diractio, omnibus eisdam positis, non est sufficiens excitatio juxte solutionem, ut axeat audiens da potentie ad actum, & illum actu cognoscat, ergo nec hujusmodi signum menens in loquenta, & nullo modo receptum in audienta erit sufficiens excitatio ut exeat de illa ad actum, & actu aundem cognoscat. Ex his impugneri potest quælibet alie solutio si quæ adducatur in favorem ejusdē modi, & ex superioribus replicis; nec non atiam reiciuntur alii modi relati sufficienter etiam impugati superiùs, unde transeo ad illum D. Thom.

§. II.

Statuitur 2 Conclusio.

UNus angelus alteri loquitur per hoc, quòd vnluntariè dirigit ad alterum suos conceptus. Est comunis Thomistarum, quibus etiem adhærant plures ex Societate. Et sumitur ex aodem q. 9. de verit. art. 4. ad 9. ubi inquit *Dicendum, quòd quamvis in angelis non sit locutio exterior, sicut in nobis, scil. per signa sensibilia; est tamen alio modo, ut ipsa ordinatio cogitationis ad alterū exterior locutio in angelis dicatur.* & ad 11. *Dicendum, quòd unus angelus cogitationem alterius cognoscit per speciem innatam, per quam alium angelum cognoscit, quia per eandem cognoscit omne quod cognoscit in alio angelo. Unde quàm citò se ordinat ad alium secundū actū alicuius formæ, ille angelus cognoscit ejus cogitationem, & hoc quidem dependet ex voluntate ejus:* Repetit ad 15., vel ultimum; *Dicendum, quod lux corporalis manifestat seipsam ex necessitate naturæ:*

Unde uniformiter se manifestat quantum ad omnia, quæ in ipsa sunt; sed in angelis est voluntas, cujus conceptus, manifesti esse non possunt, nisi secundum imperium voluntatis, & ideò opus est locutione; Ex his duobus rectè percipi potest illud inconveniens, quod opponebamus prioribus modis recurrentibus ad signum superadditum, scil. quod omnibus innotescerent illis admissis, quod tamen non militat contra nostram recurrentem ad solam directionem dependentem ex imperio voluntatis illius potentis manifestare uni, & non alteri, ut dicit D.Tho., & poterit constare infra.

Ex professò autem tradit hanc concl. hìc q.107. art.1. ubi sic concludit in fine corp. *Ex hoc verò, quod conceptus mentis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius angeli, conceptus mentis unius angeli innotescit alteri, & sic loquitur unus angelus alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifestare.* Quod eisdem ferè verbis expresserat in 2. dist. 11. in 2. part. text. q.1. art.3. ad 4. dicens. *Quàm citò unus angelus ordinat locutionem suam ad alterum, efficitur locutio ejus de pertinentibus ad eum, & ità ab eo cognoscitur.* Et solut. ad 2. inquit. *Non exigitur aliquod medium, per quod deferatur locutio unius ad alterum, sed sufficit ad hoc solus ordo intentionis unius ad manifestandum alteri.* Et q.9. sæpè cal. de verit. art.5. ad 2. *Angelus loquens nihil facit in Angelo, cui loquitur, sed fit aliquid in angelo ipso loquente: & ex hoc ab alio cognoscitur modo prius dicto. Unde non oportet etiam quòd loquens aliquid infundat ei, cui loquitur.* Cujus rationem præmittit in corp. nempè. *Quià locutio propriè est, qua aliquis ducitur in cognitionem ignorati per hoc, quod fit ei præsens, quòd aliàs erat sibi absens: sicut apud nos dum unus refert alteri aliquid, quod ille non vidit, & sic facit ei, quodammodo præsentiam per loquelam.* Ita D. Thom. In quibus non solum docet præsentem, sed etiam confirmat præcedentem conclus.

Ratione deinde prob. concl. ex D. Thom. hìc art.1. quam etiam insinuat aliis locis relatis. Locutio propriè nihil aliud est, quàm sic offerre conceptus suos, quòd audiens possit statim eos cognoscere, sed per hoc solum, quòd unus angelus velit alteri dirigere, & dirigat conceptus suos, illicò audiens percipit illos, ergo per hanc solam directionem voluntariam illorum habetur propriè locutio inter illos; ma: patet in nobis, ut supra ait D. Thom. explicans proprietatem locutionis. Mi. verò in qua est difficultas; prob. tum hoc eodem exemplo. Tum quià ut dicebamus, statim posita hac voluntaria directione, fiunt aliquid pertinens ad ipsum, ergo quàm citò sic offeruntur, alteri innotescunt: cons: tenet ex dictis, nam hac ratione ante hanc directionem adhuc manent occulti, quià nondum pertinent ad audientem; ergo si semel sic oblati pertinent ad illum; non possunt eidem non innotescere. Qua ratione etiã in ordine gratiæ, vel gloriæ quilibet beatus cognoscit ea, quæ pertinent ad statum suum, & cuilibet etiam innotescunt orationes, quæ diriguntur ad ipsos, quià prout sic pertinent ad illos; ergo sicut in hoc ordine superiori debetur eis hæc notitia ad completam eorum felicitatem, quià ea omnia pertinent ad ipsos, pariter erit debita talis notitia in ordine naturali substantiæ completè spirituali, quæ pertinent ad ipsam ad plenam illius fœlicitatem. §. Explicatur, & urg. hoc. Nam eo ipso quòd unus angelus sic dirigit secretum suum, vult illum esse participem illius, aliàs non oporteret sic illud dirigere ad ipsum, in quo etiam exercetur specialis actus amicitiæ, ad quod tendit ut dicebamus, eorum locutio, ut etiam contingit in nobis inter amicos, ergo non potest non pertinere ad illum tale secretum, ac proinde illicò, ac si voluntariè dirigitur, erit eidem notum tanquam aliquid pertinens ad seipsum.

Secundò prob. concl., & simul urgentur hæc omnia, & superiora. Eò ipso, quòd unus angelus vult alteri dirigere secretum suum, & illum participem fieri istius, constituit tale secretum intra ordinem aliorum accidentium naturalium, & consequenter ad ordinem universi, ergo angelus audiens illicò cognoscit illud sola posita directione illius ad se ipsum, cons. tenet, quià ut patet ex dictis, quilibet angelus habet species impressas repræsentativas alterius substantiæ completè intellectualis, & omnium accidentium inhærentium illi, dum modò talia accidentia coordinentur cum tali substantia naturali coordinatione, sivè ingrediantur ordinem accidentium naturalium, ergo si posita directione proprii conceptus ingrediuntur hunc ordinem, statim spectabunt ad repræsentationem, & cognitionem alterius. Ant. verò prob. quià ideo ante directionem non spectant, quià quilibet retinet jus libertatis ad non manifestandum illos, ac proinde manent intra forum occulti, vel non sunt de numero latentium, & non naturaliter apparentium, sed eo ipso quòd unus liberè dirigit, & vult alterum esse participem, extrahit ab hoc ordine, & consequenter cedit juri libertatis respectivè ad illum, ut patet, ergo constituit intra ordinem aliorum naturalium, vel naturaliter apparentium, vel cognoscibilium.

Urg., & expl. hoc. Quià ut supra jam tetigimus, & hìc etiam rectè ponderat M. Ferre, quamvis angelus impotens habere illapsum in mentem alterius nequeat per suam voluntatem immutare physicè audientem, producendo aliquid physicum intra illam, potest tamen intra suam physicè immutare conceptus suos, voluntas ejus efficax est ad producendum aliquid intra intellectum suppositi, cujus est voluntas, ut patet ex dictis de scientia Dei; nam sicut scientia, quæ ex propriis solum inclinatur ad verum, ex participatione voluntatis inclinatur etiam ad opus extra se faciendum, ut constat in creatis in scientie artificis, ità angelus loquens vi suæ efficacis voluntatis producere aliquid in suis secretis, vel conceptibus occultis, cujus vi coordinentur cum sua substantie naturali sic, quòd sicut alia accidentia sui naturalia cognosci possunt ab audiente cognita ejus substantia, ita pariter ex vi illius producti in eisdem suis secretis, coordinantur cum propria substantia, ut ab audiente cognoscente illam, cognoscantur.

Dices opponendo superius inconveniens, quod obiecimus prioribus modis dicendi, nempè quòd si ita coordinantur cum propria substantia, quòd hac cognita statim innotescant audienti cognoscenti illam, jam omnes angeli cognoscant hujusmodi conceptus loquentis, siquidem omnes cognoscunt substantiam ejus, & omnia illius accidentia naturalia, cum sint aliquid expressum, & induant prout sic conditionem istarum, unde neq. prout sic salvabitur secretum angelicum. §. Sed hanc solutionem præoccupavit D.Thom. locis relatis, & præsertim qu. illa 9. de verit. art.4. ad ultimum, ubi assignat discrimen inter Solem, vel lucem corporalem manifestantem seipsam, & angelum manifestantem conceptus suos, quòd illa manifestat ex necessitate naturæ, un-

de eo ipso, quòd semel manifestat se, secundum omnia, quæ in ipsa sunt, nemini latent, sed angelus manifestat ex imperio suæ voluntatis, & ideo manifestat solum quæ vult, & quibus vult. Ex quo fit, quòd licet omnes cognoscant substantiam suam, & omnia accidentia, quæ illi connaturaliter conveniunt, non tamen cognoscere valent, quæ liberè, vel ex imperio loquentis coordinantur cum illa, sed solus ille, ad quem diriguntur, cui solum pro sua libertate vult esse notum secretum suum. Nam sicut est liber ad manifestandum, vel non manifestendum, ita pariter liber est ad manifestandum, cui vult.

Ex his ergo instatur sic. Quamvis omnes angeli cognoscant substantiam alterius, & omnia accidentia connaturaliter illi convenientia, non tamen alia coordinata cum illa independenter à voluntate loquentis, vel manifestantis illa, ergo ex eo, quòd manifestet uni, & prout sic fit aliquid iam expressum, vel extra cor ejusdem loquentis, non tamen infertur, quòd secretum suum sit, vel debeat esse omnibus notum, Ant. constat ex prædicto discrimine D. Thom. qua ratione etiam secretum ab uno alteri manifestatum per signum naturaliter repræsentativum fit omnibus notum, non tamen si manifestetur per signum privatim manifestans ex imperio, vel pro arbitrio manifestantis, ut supra dicebamus contra priores illos modos. Hinc etiam prob. cons. Quia eò ipso quòd notitia ejus dependet ex arbitrio, & voluntate loquentis, solum fit notum cui vult iste communicare illam. Nec refert, quòd sit iam expressum, quia non est expressum naturaliter, (hoc enim cadit sub communi cognitione illorum, sicut lux solis omnibus videntibus Solem, ut dicit D. Thom. sed liberè, vel ex imperio voluntatis volentis uni, & non alteri manifestare, unde adhuc manet de numero latentium respectu aliorum.

Explicatur, & urg. hoc. Quamvis Angelus audiens, & quilibet alius habeat species repræsentativas omnium, quæ pertinent ad seipsum, non tamen quodlibet expressum ab alio non directum ad seipsum ergo ex eo, quòd unus secretum suum alteri manifestet, non infertur, quòd statim omnes cognoscant, aut possint cognoscere illud. Prob. ant. Quia dum angelus dirigens uni tantum manifestat, ad hunc solum pertinet ejus secretum, ergo nequeunt alii, nec possunt ex hac præcisa directione, & expressione cognoscere illud. Prob. ant Quia ut dictum est, non naturaliter, sed per voluntatem, ut ait D. Tho., sive cum dominio manifestandi cui vult, ergo ad illum pertinet, ad quem dirigit illud, & consequenter solus iste cognoscit secretum loquentis.

Hinc iterum reiicitur sententia Suarez recurrentis ad productionem speciei in mente audientis, ut excitet illum, & illi soli fiat representatio. Nam præter superiores impugnationes, & impossibilitatem producendi eam sine illapsu intra illam repugnante creaturæ, nulla est talis necessitas superaddendi hanc qualitatem excitativam, vel speciem noviter productam, sed sufficit voluntaria directio ad ipsum, per quam sit secretum pertinens ad solum audientem, & non ad alios, & consequenter repræsentabile per innatas species representativas omnium ad se pertinentium, unde per hanc solam directionem sufficienter audit loquutionem, & loquens ex suo dominio sufficienter excludit alios à participatione sui secreti sine alio etiam quocunq; signo.

Nec obstet, ut prætendunt, quòd afferat D. Tho. hic ar. 1. ad 3. *Quòd sicut per signum sensibile excitatur sensus, ita per aliquam virtutem intelligibilem potest excitari mens angeli ad intelligendum*. Hæc D. Tho. ubi videtur manifestè docere, quòd sicut signum sensibile non excitat sensum nisi immittendo in illum aliquã speciem sensibilem, nec pariter intelligibile excitabit intellectum nisi per productionem in illo alicujus speciei impressæ intelligibilis. §. Non inquam obstet, quia ut sæpè dictum est, paritas non debet tenere quoed omnia, (aliàs non esset peritas, sed identitas;) sed tantum in eo, pro quo effumitur: Cum autem nihil magis alienum sit apud D. Tho., quàm illapsus unius angeli intra mentem alterius, sine quo ut vidimus, haberi nequit productio talis speciei, nequit ex eadem inferri hujusmodi productio intra intellectum audientis ad excitandum illum, & capiendum secretum ed se directum à loquente.

Igitur simile adductum ad hoc deservit, quòd in locutione angelica debet loquens excitare audientẽ, sicut loquens sensibile excitat audientem se, & sicut loquens iste excitet per productionem verbi sensibilis, ità loquens intelligibile per productionem verbi intelligibilis, non tamen tenetur ad captum sui verbi producere speciem in mente audientis, sicut tenetur loquens sensibile immittere illam in aure audientis, quia angelus audiens ut dictum est, jam habet speciem repræsentativam verbi intelligibilis, non tamen audiens sensibile habet speciem verbi sensibilis; In quo est latum discrimen inter utrumq; loquentem, & audientem.

§. III.

Solvuntur argumenta.

PRimò arg. contra 1. concl. & militat etiam contra 2. ex D.Th., in 2.dist. 11. cit. q. 2. ar. 3. in fine corp. ubi ait *Similiter in angelis interior conceptus mentis libero arbitrio subiacens ab alio videri non potest; Quando ergo speciem conceptam ordinat, ut manifestandam alteri, dicitur verbum cordis; quando verò coordinat eam alicui eorum, quæ unus angelus in alio naturaliter videre potest, illud naturaliter cognoscibile fit signum expressivum interioris conceptus, & talis expressio vocatur locutio, non quidem vocalis, sed intellectualiter expressa, & virtus exprimendi dicitur lingua eorum.* Ita D Tho.

Idem docet t. ad Corint lect. 1. §. 2. in fine, ubi exponens verba illa Apost. in initio cap. *Si linguis hominum loquar, & angelorum &c.* inquit. Est enim in quolibet angelo aliquid, quod naturaliter ab altero cognoscitur. Dum ergo id, quod est naturaliter notum proponitur ut signum ejus, quod est ignotũ, manifestatur occultum, & talis manifestatio dicitur locutio ad similitudinem hominum, qui occulta cordium manifestent aliis per voces sensibiles, aut per quodcunque aliud corporale exteriùs apparens. Unde & ea, quæ sunt in angelis naturaliter nota in quantum assumuntur ad manifestationem occultorum, dicuntur signa, vel nutus. Potestas autem manifestendi conceptum suum; hoc modo metaphoricè, lingua nominatur.

Denique in 2. ad Annibal. dist. 10. q. unica ar. 4. in fine corp. inquit. *Sicut in nobis ad enunciandum ea, quæ in nobis ab aliis videri non possunt, utimur his, quæ in nobis ab aliis possunt cognosci sicut vocibus, vel quibuslibet sensibilibus signis, ita angeli per ea, quæ sunt de*

de alio cognoscere naturaliter potest, suos invicem sibi nunciant conceptus. Hæc D. Tho. In quibus videtur apertè docere locutionem angelicam non fieri præcisè per solam directionem conceptuum, sed per aliquod etiam intelligibile signum, sive per assumptionem alicujus naturaliter noti in signum repræsentativum conceptus ignoti ab isto distinctum.

Resp. ex dictis nihil omninò in prædictis autoritatibus contineri, quòd sit adversum utrique conclusioni, & sententiæ ejusdem S Doct. ut à nobis expositæ: Nam locutio angelica hæc duo exigit, & sibi sufficiunt, ad manifestandum audienti, aiqua sibi secretum loquentis illi ignotum, quòd dirigat istud ad illum, faciendo, quòd pertineat ad ipsum, & consequenter, quod super illud participet de dominio, quòd habebat angelus loquens ad idem manifestandum, ad quod exequendum satis est, quòd coordinet hoc sui accidens liberum cum propria substantia, & cæteris ejus accidentibus naturalibus; tunc enim constituitur intra ordinem propriæ substantiæ, & cæterorum ejus accidentium naturaliter cognoscibilium ab audiente, unde facta hac coordinatione, & directione per sui substantiam, tanquam per signum expressivum omnium, statim idem audiens sine alio signo producto à loquente intra seipsum percipit cõceptum istius, sicut percipiebat antea per speciem repræsentativam substantiæ illius omnia alia accidentia naturalia sine alio distincto signo, quia tunc liberum fit de numero illorum. Et hoc est, quod dicit D. Tho., nempe per aliquid naturaliter, veniens audientem ad cognitionem ignoti, sive secreti ipsius audientis. Quia scil. substantia loquentis, sicut est expressius suorum accidentium naturalium, est pariter expressiva conceptuum liberorum. In quo nihil aliud io se dicit ab eo, quod alibi docuit aliis locis supra relatis, nisi velimus sibi contradicere, unde sicut in illis nullum aliud distinctum signum intelligibile admittit, neque in his adductis in argumento admittendum est de mente ejus; sed tantum quòd hanc magis ibidem exponat.

2. Arg. & potest esse replica. Solus ordo secreti per liberam voluntatem loquentis non est sufficiens ad manifestandum illud, ergo in sola hac directione, vel ordine non consistit locutio angelica, sed aliquid aliud requiritur tanquam signum manifestativum illius. Prob. ant. Manifestatio intenta à loquente per sui locutionem debet fieri, ut ait D.Tho., per aliquid naturaliter notum conducens ad notitiam ignoti, nã per ignotum non datur notitia ignoti, ut patet, sed hoc non habetur per solam directionem voluntariam aliquo alio non superaddito, ergo. Prob. min., quia libera volitio manifestandi est æquè ignota, ac secretum, cum illa pariter sit de foro liberi, ergo sine aliquo superaddito non est sufficiens ad manifestationem illius.

Ad hoc neg. ant. Ad prob. neg. mi: Ad prob. dist. ex dictis ant. Est æquè ignota, si sumatur solitariè, vel præcisè in seipsa, conc., si ut ordinata ad audientem, neg., quia tunc constituit secretum suum ut pertinens ad illum, & communicat illi de dominio sui ad illud cognoscendum, unde par talem directionem fit respectu illius de numero accidentium naturalium coordinando illud cum propria substantia, ut explicatum est, & consequenter per istam jam sibi naturaliter notam ducitur in cognitionem prius occulti.

Sed instas ex superioribus, & alibi dictis in logicis. Voluntas non est ordinativa, cum sit potentia cæca, sed ad intellectum, vel ad sapientem pertinet ordinare, ut etiam traditur 1. 2. q. 17., ergo non ad solam voluntatem referri debet hæc manifestatio sui secreti, sed ad aliquid aliud distinctum. §. *Resp.* dist. ant. Non est ordinativa, effectivè conc., inclinativè, vel motivè, nego. Licet enim ad ipsam non pertineat efficere ordinem unius ad alterum, cum ad hoc requiratur cognitio extremorum, inclinat tamen, & movet intellectum ad illum efficiendum, cum sit primum movens physicum, sicut intellectus primum moraliter, unde habet quidam intellectus ordinare tam conceptus, quàm voluntatem, sed hæc est, quæ efficienter inclinat ad ordinandum, ac proinde licet dicatur prout sic indigere aliquo superaddito, non tamen signo, ut contrarii intendunt. Qua ratione etiã dicimus, quòd voluntas manifestandi conceptus sit nota se ipsa; non quia à se ipsa habeat talem ordinem, (hic enim est ab intellectu,) sed quia dom est voluntas manifestandi conceptus, est etiam voluntas manifestandi se ipsam, & sic est notior eisdem conceptibus manifestatis. Per quòd verificatur, manifestationem fieri per aliquid notius ad intentum D.Thom. sine aliquo superaddito.

Sed adhuc instas. Quia hinc sequeretur Angelos loqui par voluntatem, sed hoc non admittitur, ergo; mi; constat quia ut ostendit D. Tho. 2. 2. q. 83. art. 1. oratio, quæ est locutio quædam mentalis non est actus virtutis appetitivæ, sed rationis; ma. verò prob. quia locutio est actus illius potentiæ, quæ habet manifestare formaliter secretum, vel in qua invenitur formalis ratio manifestandi illud, ergo si id convenit voluntati, angelos per illam loquetur. §. Resp. neg. ma. ad prob., dist. & explico ant. Quæ habet manifestare, utcunque, neg., per modum formalis repræsentationis, conc. Hoc autem solum convenit intellectui, qui se habet ut lumen intellectuale tanquam formale manifestativum illius. Voluntas enim removet obstaculum prohibens, quatenus participet de dominio suo angelo audienti, ut illi innotescant conceptus proprii per præfatam directionem liberam ad illos, cum antequam velit, sic dirigi, manerant occulti. Ex quo non infertur, quòd angelus per illam loquatur, sed solum quòd tollatur impedimentum illos manifestandi.

3. Arguitur, & iterum est replica. Ut angelus audiens cognoscat secretum loquentis non sufficit sola præcedens ordinatio, & voluntas manifestandi illud, sed ulteriùs requiritur, excitatio, & attentio ad illius loquutionem, ergo est necessarium aliud superadditum; Prob. ant. quamvis eadem voluntaria directio sit sufficiens ad manifestandum illud, non tamen obligat ad actu cognoscendum illud, ergo requiritur aliquid ulteriùs excitans, & faciens attendere. Prob. ant. quia sicut loquens habet libertatem ad loquendum, vel ordinandum conceptum suum, ità audiens ad audiendum, & attendendum ad illius locutionem, & cognitionem rei ordinatæ ergo.

Dices ut supra, quòd hoc ipso, quòd loquens actu ordinet illum facit statim pertinere ad seipsum, ac proinde non potest ejus species actu non repræsentare, & manifestare illum audienti, unde nec audiens potest actu non videre. §. Sed contra hoc est, quia ut immediatè dictum est, licet actu sibi repræsentetur, adhuc retinet dominium attendendi, vel cognoscendi, quæ vult, & non omnia, quæ sibi species repræsentat, ut patet in tot aliis objectis per species

ciem repræsentantis, quæ de facto pro sui libertate non cognoscit, sed tantum, quæ vult cognoscere ergo nisi superadditur aliquod excitans non erit sufficiens sola ordinatio ad inferendam actualem cognitionem objecti ad se directi, & manifestati.

Resp. benè ibi dictum esse. Ad replicam dist. & explico ant. adhuc retinet dominium, absolutè, transeat, vel conc., ex suppositione actualis repræsentationis, neg.; & retorquetur paritas loquentis; nam sicut iste ante ordinationem habet pariter dominium, vel libertatem manifestandi, vel non manifestandi, supposita tamen ordinatione non potest ampliùs impedire, quin ad ipsum pertineat, & sit illi apparens, vel notum, ita eadem supposita non potest audiens actu non videre conceptum noviter sibi oblatum, quia cum quilibet angelus semper comprehendat actu, & sic semper in actu videat species suas; si quod per istas actu de novu repræsentatur, quod antea non repræsentabatur, illicò videt hanc novitatem, & consequenter rem noviter repræsentatam, unde per hoc, quòd hæc, ex vi ejusdem ordinationis transeat de non repræsentata ad esse repræsentatam sufficienter excitat ad actualem sui attentionem, & cognitionem sine alio superaddito signo excitante, ut volunt contrarii. Tum quia de hoc etiam esset eadem difficultas, & militaret idem argumentum, vel replica ex prædicto motivo libertatis ad attendendum, vel non attendendum; unde poterat iterum ex hoc etiam capite retorqueri.

Ad id verò, quod tangitur de aliis entibus, vel objectis naturalibus, quòd potest præcisivè cognoscere, & non semper omnia in actu, quæ cognoscere potest, ut similiter contingit in nobis, cum multi per voces excitentur ad audiendum, qui tamen audire nolunt. Resp. quòd in ordine ad ea, quæ non pertinent ad se ipsos, quando excitatur aliquis eorum ad cognoscendum illa potest attendere, vel non attendere, vel attendere ad id, quod vult; secus tamen quando est de numero eorum, quæ ad se ipsum pertinet, ut contingit in casu, unde non est necessaria alia excitatio per aliquid superadditum, sed sufficit, ut dictũ est, sola directio voluntaria loquentis, quia per hanc fit secretum ejus pertinens ad audientem, unde illicò percipitur ab isto; ut docet D. Tho. dist. illa 11. q. 1. ar. 4. ad 4 ubi inquit. *Dicendum quod angelus præcipui beatus semper est in actuali consideratione sui ipsius, & per consequens eorum, quæ ad ipsum pertinent, quorum omnium ipse est ratio cognoscendi. Nihil enim prohibet plura intelligi simul, quæ una ratione cognoscuntur. Quam citò autem unus angelus ordinat locutionem suam ad alterum, efficitur locutio eius de pertinentibus ad ipsum, & ita ab eo cognoscitur*. Ex quo deinde infert ad 5. *Quòd inferior angelus potest loqui superiori; sed non illuminare eum, quia loquens non influit aliquid in audientem, solum proponit sibi ut cognoscibile* Ita D. Tho. In quibus utrumque concludit, scil quòd statim postito ordine tenetur attendere, & considerare secretum ejusdem loquentis, sicut actu considerat selpsum, & quòd ad id non requiritur aliquid aliud superadditũ.

4. Arg. Angelus loquens alteri habet posse aliquid concipere oppositum illius, quod eidem manifestat, ac per consequens decipere illum, vel mentiri, at si locutio ejus fieret per præcisum ordinem conceptuum ad audientem non posset sic loqui illi, ergo. Præmissæ videntur constare ex dictis; Ma: quidem constat, quia liberum est ei formare conceptum, quem vult, & manifestare illum prout vult. Mi. verò prob. quia mentiri, vel decipere contingit, quando potest alteri significare, vel facere cognoscere oppositum illius, quod habet in mente, est enim mentire contra mentem ire, at si locutio fieret ad audientem per ordinem conceptuum, qui verè existunt in mente loquentis, ut eos audiens in se ipsis cognoscat, nec potest loquens huic significare, nisi id, quod habet in mente, nec audiens cognoscere, nisi id, quod verè existit in mente loquentis, ergo non poterit iste aliquid habere in mente oppositum, quod audienti non manifestet, illumque decipiat, aut mentiatur.

Huic arg. communis solutio est apud Mag. Ferre hic, quòd loquens postquã formavit veros conceptus de re, vel de suis propriis affectibus, alios formet de opposito, occultando illos, & solum manifestando istos; unde tunc consequenter occultat veritatem, & manifestat falsitatem, vel mendacium. Et hoc modo potest locutio angelica exerceri cum deceptione, & mendacio. 5. Hæc tamen solutio nisi rectà explicetur videtur difficilis, quia ut patet ex dictis, & communi doctrina, angelus non habet cognitionem purè aprehensivam, sive non sunt in illo propositiones purè aprehensivæ distinctæ à judicativa, ut contingit in nobis, qua ratione postquam judicamus aliquid esse verum possumus formare internam locutionem repræsentantē oppositum; quia cum ex duabus propositionibus prima sit assertiva, & secunda purè aprehensiva de opposito non pugnant inter se, & sic possunt eidem homini convenire. Qua etiam ratione, potest in nobis retenta vera fide de Deo, dari blasphemia mentalis purè aprehansivè, v. g. formato hoc judicio, vel propositione assertiua, quòd Deus est Omnipotens, formare aliam, purè aprehensivè, quòd non est talis, quia hæc posterior cum sit pura aprehensio, & non assertio, non opponitur priori. Cæterum in angelo vel in dæmone, cum non admittatur hujusmodi diversus modus cognoscendi, nec admittenda videtur prædicta diversitas conceptuum oppositorum. Præterquàmquòd licet dæmon posset illos formare, non tamen mentiretur, quia ut dictum est, mentiri est contra mentem ire, unde audiens cum cognoscat conceptus loquentis, sicut iste habet in mente non habebit decipi ab illo.

His tamen non obstantibus ne videamor recedere à communi solutione Resp. ex eodem dist., & explico ma. non posset oppositum concipere. conceptione, vel locutione assertiva, conc., per modum puræ locutionis, nego, quia potest dæmon, postquam formavit conceptum de extremo verò, loqui, vel proferre intra se, purè mentaliter, oppositum ad decipiendum audientem, dirigendo solum ad illum hanc sui puram locutionem, vel mentalem prolationem, occultata priori assertiva, & vera, ad illum decipiendum, ob perversam sui voluntatem, vel odium ad veritatem, quam vellet si posset, omnibus occultare de divinis, & per hæc patet ad prob.

5. Arg., & potest esse replica ex alio inconvenienti in angelis bonis. Si locutio angelica in istis fieret per præcisum ordinem conceptuum loquentis, non posset alter audire credendo, & dando fidem dictis ejus, sed haberet evidentiam de illis, sicut habet loquens, sed hoc non videtur admittendum ergo. mi: constat, quia qui audit aliquid ab alio non priùs cognitum, nec visum, nec visibile, aut à se ipso evidenter cognoscibile, audit credendo, ut per se patet, & constat in mysteriis nostræ fidei à nobis creditis, & in aliis indistinctè; ma: verò prob. quia tunc videret

 illos

illos in seipsis, & loquens, utpotè angelus bonus non decipit, nec potest decipere illum occultendo veritatem, & hoc est notum audienti, ergo iste evidenter judicat, vel scit illos esse tales in seipsis. §. Urg. hoc, ex dictis supra de visione. Nam quia Beatus videns Verbum Divinum videt in illo res, quæ sibi revelantur, in seipsis, non credit Deo revelanti, sed evidenter ea cognoscit, ergo similiter in casu.

Resp. neg. ma. Ad prob. dist. ant. videt illos in se ipsis, ut objectum quod, vel materialiter, aut entitativè, vel subjectivè, conc., ut *quò*, sive ut rationem formalem repræsentandi ea, quæ continent, neg., unde ut in simili dicebamus de speciebus eorum, quòd licet unus cognoscat quiditativè speciem alterius, non tenetur se extendere ad cognoscendum evidenter ea, quæ continentur in illa, quia tantum cognoscit eam subjectivè, vel materialiter, vel entitativè, non tamen formaliter, sivè ut in exercitio repræsentantem objecta in seipsa contenta, ità similiter videns conceptus liberos alterius videt illos tantum materialiter, vel subjectivè, non formaliter, & ut in exercitio repræsentatores objecta contenta, sicut videt angelus loquens, & ideò perfectiùs, vel evidentiùs videt ille, quàm audiens; & sic datur locus fidei angelicæ: Ex quo etiam fit satis ad confirm. nam Beatus videt Verbum Divinum, ut repræsentans in exercitio, vel formaliter, & non præcisè subjectivè, vel materialiter, aut subjectivè. Ex his, & superioribus resolui potest altera difficultas de locutione angeli inferioris, an detur respectu superioris, cui respondetur affirmativè, & colligitur ut supra ex definitione illius, & discrimine inter illam, & illuminationem, quæ solum ut explicatum est, convenit superiori respectu inferioris, sed locutio non importat hanc superioritatem, sed tantum directionem, & manifestationem liberam propriorum conceptuum unius ad alterum. §. Sed hinc oritur altera difficultas respectu Dei, an possit angelus loqui cum illo, & manifestare illi aliquid sui, cum Deus omnia cognoscat, & scrutator sit cordium. §. Nihilominus huic etiam respondetur affirmativè, quia licet Deus omnia cognoscat, quæ sunt in mente angeli, antequam iste loquatur ei, non tamen dicitur cognoscere ea, ut audiens, quia prout sic dicitur cognoscere correlativè ad loquentem, sicut si quis inter nos sciret jam, quæ vult ejus amicus detegere, non tamen diceretur scire, ut audiens, vel ut audita ab illo, sicut similiter dicimus in aliis similibus, ut de confessario sciente priùs aliquod peccatum pœnitentis ante ejus confessionem quòd licet sciret, non tamen ut audiens, vel ut auditum ab illo per sui sacramentalem locutionem, sivè confessionem. Unde sicut in his utrumque verificatur sine aliquo defectu prioris notitiæ ex parte audientis, ita pariter verificari potest in locutione angelica ad Deum audientem, sine defectu prioris notitiæ ejus, quia non fit transitus de nullo modo scire ad scire, sed de non scire, ad scire tali modo, ortum ex defectu connotati, non dum cognoscibilis prout sic ante locutionem angeli loquentis, qui solum est transitus virtualis, vel objectivus, non formalis, vel potentialis, sicut in aliis pluribus discurrimus de prædicatis divinis.

Hæc dum scriberet Author, & disputationem de Hierarchiis, & Ordinibus Angelorum jam instituisset; ad cælestes Angelorum sedes à Deo vocatus, eorum gloriam, & ut piè credimus, adeptus est.

F I N I S.



INDEX
TERTII TOMI.

Qui-

Præ-

FINIS INDICIS.


REGESTRUM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Omnes ſunt Duerniones præter Nnn, quod eſt Ternio.



ROMÆ, M. DCC. XVII.
Typis Dominici Antonii Herculis in via Parionis.

SVPERIORVM PERMISSV.